



28

Handwritten text in a cursive script, likely Arabic or Persian, running vertically down the center of the page. The text is dark brown or black ink on aged, yellowish paper. The characters are highly stylized and difficult to decipher without specialized knowledge of the script.

A
12-298






22

22-7-8





Del Col. de la Comp. de Jesus de Granada



IACOBI
ALVAREZ
DE PAZ,
E SOCIETATE
Iesu, Theologi,
DE
VITA RELIGIOSE
institucnda.

LIBRI SEX

Opus è libello olim quod intè-
grum & absolutum.

Cum Privilegio Regis.

LYGDVNI

Apud I. Cardon & P. Cauellat

M. D C XX.

Del Apoyento del Prefecto de Espiritu



PATRIBVS
IUNIORIBVS,
ET FRATRIBVS
SCHOLARIBVS
Societatis Iesu,

IACOBVS ALVAREZ
de Paz S. D.

SUPERIORIBVS annis, PATRES & FRATRES charissimi, libellus quidam, titulo, *De vita religiosè instituenta*, vulgatus est, quem vnus ex nostris, me sciente, & non contradicente, ex opere, *De exterminatione mali, & promotione boni*, subtraxerat, & seorsum excudi fecerat; quòd ambo speraremus illum tractatulum legentibus vtilem fore, & sic separatum faciliùs posse legi. Consilium nostrum non fuisse vanum, rei (vt nobis ex Europa scriptum est) probauit

bauit euentus : nam multi ex nostris
adolescentibus non sine spiritali emolu-
mento opellam illam euoluunt , quod &
nos in hac Prouincia ex parte vidimus,
ac non paucos eam sibi dari , & ac-
ceptam lectitare cognouimus. Et qui-
dem postquam sic veluti à suo corpore
præscissa in manus meas incidit , ani-
maduerti multa ad eundem scopum re-
ligiosorum operum spectantia desidera-
ri in ea posse , quæ aliis partibus illius
operis supplebantur , sine illorum verò
adminiculo difficulter intelligerentur.
Adieci ergo animum ad hanc tractation-
nem , ac si ex nulla alia penderet , perfici-
endam , & ad ea , quæ deerant , expli-
canda , vt per se sine illis magnis volu-
minibus cuique legenti ad finem opta-
tum studiosè viuendi sufficeret. Id
pauculis mensibus , cùm magna occupa-
tione vacarem , maiori ex parte factum
est , reliquum vsque ad finem operis ,
prolixo itinere , quo tempore in publicis
Indicæ huius gentis tuguriolis quiesce-
bam , expletum. Post consummatum ve-
rò opus nihil minus cogitabam , quàm
illud nunc in publicum dare , quia non
pauca ad ipsum recognoscendum , & ex

autographo transcribendum , impedi-
menta se offerebant. Sed nonnulli fra-
tres, cùm librum absolutum comperis-
sent , tam instanter eius editionem petie-
runt , & tam beneuolè ad eius exscriptio-
nem , & ad indicum extractionem se ob-
tulerunt, vt coactus fuerim amanuensem
quærere , & illum iam exscriptum ad ex-
cussionem destinare. Libellus in sex se-
ctiones erat distributus, quæ ita auctæ
sunt , vt librorum nomen iure mereantur
 , vnde in sex libros mutatus , seu
transformatus procedit. Neque id sine
vllò exemplo : nam Cæsarius monachus
Cisterciensis , auctor grauis, & pius, opus
suum de exemplis eius temporis distin-
ctionibus est partitus , quibus vel ipse,
vel quispiam alius postea librorum no-
men indidit. Huiusmodi autem sex libri
ferè omnia continent , quæ in eo libello
erant scripta , & suis locis inserta , non-
nullis immutatis, & paucis , quæ ad con-
ciones habendas, & confessiones audien-
das pertinebant , omissis , & ad opus , *De*
ministeriis ritè exequendis , quod , si Deus
votis nostris propitius fuerit , aliquando
perficiemus, ex professio reseruatis. Hoc
autem opus duobus placitum est tomi-

culis contineri, vt possint pro libito seorsum compaginari, & alter sine altero absque molestia à legentibus extra cellam deferri. Quod verò ad gloriam Domini, Ô P A T R E S, & F R A T R E S, & in gratiam vestram elaboratum est, vobis profectò offerendum fuit, vt ex illo, qui vester est frater, & ex labore eius, qui vester est, fructum aliquem capiatis. Inter opuscula ergo docta, & pia, quæ subinde ad mouendum affectum lætitudinis, & hoc aliquando legite, vt ex eo nonnullam vtilitatem, & operum vestrorum emendationem seu expolitionem comparare possitis; mèque Domino vestris orationibus commendate.

C O N

CONSALVVS BARNOVVS,
Societatis Iesu, Reuerendo Patri Ia-
cobo Alvarez de Paz, Prouin-
ciali, salutem.

CVM versui illi: *Benedices corona anni beni-* Psalm.
gnitatis tue, sedulam operam nauarem, in- 64. 12.
terea loci secundas ad me tuas curas detulisti.
Commodum sanè, vt experiter, quàm sit certif-
simis veritatis inustum notis,

Si quam rem diligenter accures sobriè, aut fru- Plaut. in
galiter, Perfa.

Solet illa rectè sub manus succedere. scena, Si
quam.

Eapropter certum est otij mei rationè redde-
re, quando non aliter illa constet, quàm si vni tibi
reddatur, cui me totum multis debere nomi-
nibus grata semper animi significatione testa-
bor. Sed adhibe, amabo te, eruditas aures, dum
Dauidicus chorus

Calesites implorat aquas docta prece blandus, Horat.
Auertit morbos, metuenda pericula pellit, epist. lib.
Impetrat & pacem, & locupletem frugibus an- 2. epist. 2.
num.

Benedices corona anni benignitatis tue. Nemo
vnus est, qui ignoret, τὸ εἶπεν πλήρωστί τινα
σημαίει, coronæ vocè eam nimirum subiectam
esse notionem, vt abundantiam plenitudinè-
que significet. Sic apud Homerum:

Κούροι δὲ κρυτῆρας ἐπισέφαντο ποτοῖο, Homer.
Potu adolescentes pateras coronarunt. Iliados 2.

Vino antè coronabantur pocula, vt placet A- lib. 15.

Peluf.
lib. 2.
epist. 3.

zhenzo, quando supra labra profus replebantur. Veterum Græcorum vestigiis institit Pelusiotia, cum Timotheo lectori sic scripsit: *Sermonum craterem, vir discendi cupidissime, hoc est, diuinas Scripturas Dei sapientia miscuit: craterem, inquam, non melle, aut lacte, aut vino, sed doctrina, & Philosophia refertum, diuinisque gratiis (ἑσμετέρον) coronatum.* E Græcis præterea Nonnus in sua Græca paraphrasi, dum de hydriis loqueretur: *Ac ministri impleuerunt vicissim omnes aquâ, aliam post aliam, donec aquosus ros in summo apparens, ἐπέστρεψε χεῖλα,* coronabat labrum ipsarum. Sic è Latinis, vt alios propè innumeros missos faciam, Stadius nubila imbris coronat, siue implet:

Nonnus
Pano-
pol. in
2. cap.
Ioannis,
uersu
34.

Stat. 4.
Silu. de
via Do-
mitiani.

Virgil.
3. Æneidos.

Ana-
craon.

Quantus nubila qui coronat imbri.

Regio illa ἑσάρ ἀρούρης, vber nimirum sumén-
que,

— qua vos à stirpe parentum

Prima tulit tellus, eadem vos vberè lato

Accipiet reduces,

sibi que commissa semina tam reddet prouentu mirabili, vt, quamuis auidi agricolæ votis illa respondeant, sanè formido sit, ne immensæ messes horrea vel capacissima disrumpant. Hæc igitur frugum vbertas, & propè incredibilis copia Corona audit significatione illâ, qua coronata ea nominamus, quæ sunt plenè, cumulataque perfecta. Hoc enim anno non solum, vt ad hanc rem appositissimè canit Anacreon,

Βρομὴ σίφεταί νᾶμα,

Bromi redimitur humor,

verùm a oleum, triticum, omnisque ruris gratia

CORO

coronantur, fecundissimèque proueniunt.

Meritò quidem Galatas in crimen vocat Apo- Gal. 4.
stolus, propterea nimirum, quòd menses, tem- 11.
pora, annòsque seruarent, & ad infirma, ege-
naque sese elementa conuerterent. Errore ma-
ximo ducimini, cum veteris legis Sacramenta
tam vobis sunt cordi, animòque perchara, vt
sanè cogitetis, vnde cum honore discesseritis,
eòdem cum ignominia reuerti. Sed quid quæ-
so est, quod vos tantopere in his antiquis sym-
bolicis, Sacramentis que pelliciar, cum planè con-
fiteri fuisse mendica, vt quæ gratiam minimè
continerent, neque conferrent; contra verò
nouæ legis Sacramenta, quæ sunt virtute ma- Aug. 19.
iora, vtilitate meliora, actu faciliora, nume- contra
ro pauciora, vt nostræ causa iustificationis exi- Faustum,
stant, veluti vasa gemmis baccata clarissimis, cap. 13.
gratiâ, Christi nimirum sanguine coronantur.
Decebat enim, vt quando nihil ad perfectum ad- Ad Heb.
duxit lex, ille tandem aliquando mundo exspe- 7. 19.
ctatissimus appareret, quem vt Filium in aeter- 28.
num perfectum, τετελειωμενον, siue consummatum,
olim se mundo concessurum receperat Deus.

Huius tanti discriminis in ipsa mundi molitione haud impressa leuiter vestigia reperiemus. Audi, si lubet, Afri scriptoris metaphoram sanè bellissimam: * *Omnia opera sua Deus ordine consummauit, incultis primò elementis depålans quodammodo mundum, dehinc exornatis velut dedicans.* Hæc ille.

[* Tertul. aduersus Hermogen. c. 29. Sumitur autem metaphoram à palis, siue terminis, quibus exedificanda vrbi locus assignatur. Vsurpat & in Apologetico, c.

10. & aduersus Marcionem lib. 5. cap. 6. dum de Paulo Apostolo sic ait: Nam quoddam architectum se prudentem affirmat, hoc inuenimus significare depalatores disciplina diuina.]

Nō secus Ecclesiam exædificaturus Deus, illam infirmis, egenisque Synagogæ Sacramentis depalauit, iniecturus postmodum in fundamentis Sion lapidem illum angularem, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino. Hanc igitur gratiarum plenitudinem, (vt rem in pauca conferam) anni coronam, siue plenitudinem nuncupauit.

Sed quando Dauidicus cantus gratissimus ad aures accidit, pergam ulterius. *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ.* Corona hæc lætas segetes, fructusque reliquos, quibus tellus alma temporatim vestiari amat, (vt cum Tertulliano loquar) metonymicè significat. Sic Horatius carmine seculari :

*Fertilis frugum, pecorisque tellus
Spicæ donet Cererem coronâ.*

Colum.
lib. de
culiu hor.
ri.
Tzetzes
in 1. lib.
Hesiodi.

Terra enim est, quæ princeps

— versicoloribus anni

Fœtibus alma parens cingi sua tempora gaudet;
propterea ab Hesiodo *ἐὺ σφόδρα* appellatur. Denique Ioannes Tzetzes horas, siue tempora illis affirmat dotibus coronari, quarum ope pulcherrima quæque censentur. Ver *ὄπώρας αἰς ἔχου*, pomis & fructibus, quorum ferax est, æstas frugibus, autumnus vino, hyems oleo. Vnde Ouidius,

*Vêrque nouum stabat cinctum florente corona,
Stabat nuda Æstas, & spicæ serâ gerebat,
Stabat & Autumnus calcatis sordidus uuis,*

Et

Et glacialis Hyems canos hirsuta capillos:
Floruerat olim ager Synagogæ, atque ita flo-
ruerat, ut vel ipse affereret Deus:

Ille terrarum mihi præter omnes

Angulus ridet, ubi non Himetto

Mella decedunt, viridique certat

Baccha Venastro:

Ver ubi longum, tepidâsque præbet

Iuppiter brumas, & amicus Aulon

Fertili Baccho minimum Falernis

Invidet vuis.

Verùm ubi primùm magni Numinis seruos cõ-
tumeliis affecerunt, hæredique ipsi per sum-
mam crudelitatem vitam eripuerunt, stat gla-
cies iners mensis per omnes, qua misera Recu-
ditorum corda congelarunt, stant & prata pec-
catorum, vitiorumque sentibus, quibus mirum
in modum lancinantur, & factus est Saron sicut *Isai. 33.*
desertum, & concussa est Basan, & Carmelus, pro-
ceraque arbores, & floribus viduantur, & fru-
ctibus. Quam agrorum sterilitatem, frugum-
que inopiam bellissimè describit Isaias: Super *Isai. 32.*
vbena plangite, super regione desiderabili, super vi-
nea fertili. Super humum populi mei spine, & ve-
pres ascendent. Audieras olim terræ papilla, hoc
est, τὸ πικρῶν, καὶ τροφικώτατον; ast nunc

Aret ager, vitio moriens sicut aeris herba.

Verùm in tam deploranda virtutum siccitate,
quæ est in mortales Numinis beneficentia mi-
rifica,

Ecce supercilio clinosi tramitis undam

Elicit,

quia scissa sunt in deserto aqua, & torrentes in solitu-
dine.

Horat.

lib. 2. Ode

6.

Matth.

21. 35.

36.

Isai. 33.

9.

Isai. 32.

12.

13.

Virg.

Ecloga 8.

Virg.

Georgic.

1.

Isai. 35.

6. 7.

Et

dine, & quæ er at arida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum; pluuiam enim voluntariam hæreditati suæ segregauit Omnipotens, quâ

Virg. 2.
Georgic.

Parturit almus ager, zephyrique tepentibus auris
Laxant arua sinus: superat tener omnibus humor,
Inque nouos soles audent se gramina tui
Credere, nec metuit surgentem pampinus Au-
strum,

Aut ætium calo magnis Aquilonibus imbrem,
Sed trudit gemmas, & flores explicat omnes.

Cum igitur bene cultus Ecclesiæ ager virtutum omnium viriditatem induerit, ex hæc aurea frugum copia illi coronam necit, cui suos refert acceptos virtutum prouentus felicissimos. Et se-
debit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta. וַיִּשְׁבְּ וְיִשְׁכַּן וְיִשְׁבְּ וְיִשְׁכַּן
térque quaterque felicissimi, qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bonis, & a fini vnusquisque vestrum, vt continuent superi tantam felicitatem grata animi significatione,

Isai. 32.
18.

Clamet Iô, messes & bona vina date.

Tibul.
lib. 3.
Eleg. 1.

Sed quamuis gratissimo animo censum hunc coronarum Deo offeram, hac tamen anni corona nulla metonymiâ annum ipsum significari mihi persuasissimum habeo, qui propterea, quod in se sua per vestigia voluatur, ἐνιαυτός Græci nuncuparunt. Audi Philonem: Cum enim quadrifariam annus sit diuisus in horas quas vocant, aër mutari solet naturaliter, his vicissitudinibus ineffabilem ostendens in hac ipsa permutatione ordinem. Nam in totidem menses hyems, ver, æstas, autumnus distribuitur, trinos videlicet, atque ita expletur annus solidus, quem ideo Græci ἐνιαυτός nominant,

Philo de
creatione
Principis
in fine.

nant, quia in se recurrit sua per vestigia. Vnde sua-
uissimus scriptor Herodotus vt de coronâ sic
loquitur, ἰδὲ θεὸς γλυκὺν πλέξας τὴν αἰῶνα, ecce
Deus dulce cūm plexerit seculum. Sed auct animus
rotam hanc Ildori Pelusiotaë testimonio, quasi
quodam fulcire sufflamine. Tempus enim (in-
quit ille) rota speciem imitatur, utpote quod in sese
torqueatur & conuoluatur. Nil autem commo-
dias fuerit, quàm Scripturam ipsam audire. Quid
igitur ait: *Lingua constituitur in membris nostris,*
que inflamat totum corpus, & maculat rotam vite
nostræ. & subdit: *Quod autem tempus rotam ap-*
pellârit, propter orbicularem ac rotundam figuram,
(in seipsum enim voluitur) confirmat Psalmista, qui
coronam ipsum nominauit, dixitque ad Deum: Be-
nedicite corona anni benignitatis tuæ: κἀν ταύτῃ γὰρ
ἀπὸ τοῦ κυκλικῆ ἡματὶ ἑστῆαι ἑικόντ' ὁ χρόν' ἑ-
αἰνόμασαι. nam hic quoque ab orbiculari figura tem-
pus corona meritò nuncupatum est. Hæc interpre-
tatio, vt quæ sit omnium verissima, placuit il-
la quamplurimis, cui præcipuè Doctor subscri-
bit maximus, cūm ad Fabiolam, tum commen-
tariis ad hunc locum. *Circulum* (inquit) & *sem-*
per in se currentia anni tempora, coronam vocauit.
Sed grauissimam ex Liturgicis SS. Iacobi &
Marci expositionem lubet annectere. *Recordare,*
Domine, vt des aëris temperiem, pluias latas, rorem
bonum, fructuum copiam,

& ambitum anni benignitatis tuæ.

Benedicas etiamnum, Domine, coronæ cæli
benignitatis tuæ propter pauperes populi tui.

Sed iuuat regium Vatem iterum audire,

Dūmque Chelin lauro, textūmque illustre corona

Subli

Herod.
apud Sto-
baum, de
vita.
Pelus.
li 1. epist.
158. &
lib. 4.
epist. 1.

Hieron.
epist. 128.

Liturg.
SS. Iacobi,
& Mar-
ci.

Stadius
lib. 6.
Thebaid.

Subligat, & picto distinguit tempora limbo;
Benedices corone anni benignitatis tuae. Proso-
pœia uti diuinum Vatem arbitror, cum *benigni-*
tatem rem inanimem inducit, ac si diceret: Sanè
non mirum, bouum, hominùmque labores fe-
liciter adeò prouenire, quando coloni instar
ipsa *Benignitas* debita committit sulcis semina.

Horat.
lib. 4.
Ode 5.

Quod Poëtis sanè non insolens, Horatius:

Nurit rura Ceres, almaque Faustiras.

& dum Iccium de Italia rebus certiore facit,

Lib. 1.
epist. 12.

— *Aurea fruges*

Italia pleno diffudit Copia cornu.

& apud Claudianum Æthna parens florum

Claud.
2. de ra-
pitu.

Compellat Zephyrum: Pater ô gratissime veris,

Qui mea lasciuo regnas per prata volatu

Semper, & assiduis irroras flatibus annum,

Nunc adsis fauè asque precor, nunc omnia foetus

Pubescant virgulta, velis, ut fertilis Hybla

Inuideat, vincique suos non abnuat hortos.

Osea 10.

Eandem elegantissimè expressit Oseas: *Seminate*
vobis in iustitia, & metite in ore misericordia. Cum
enim Deus totus in eo esset, ut sibi Christiani

Lucan.
lib. 11.

— *populi conciret amores,*

Gnarus & irarum causas, & summa fauoris

Annonâ momenta trahi: namque adserit vrbes

Sola famas, emittitque metus, cum segne potentes

Vulgus alunt, nescit plebes ieiuna timere.

Voluit misericordiam frumenti curatricem con-
stituere, non ut vilis aliqua frumenti tessera ve-
niret, sed quæ congiarij instar donaret

Horat.
lib. 1.
Ode 1.

Quid de Libycis verritur areis;

electorum enim nobis frumentum per summam
est liberalitatem elargitus, quo opiparè, lautè-
que

que excipit vniuersos. Nam

Polluete prodigum esse amatorem addecer,
quod sane præstitit summus hic *Edulitatis Ma-*
gistratus, qui hoc anno benignitatis suæ anno-
nariam legem tulit, vt scilicet frumentum gra-
tis populo daretur. Cuius ea fuit diligentia, vt
ubique redundaret panis copia, & tam magnus po-
pulus tanquam vna mensa satietur, nec vini ac pa-
nis species victum plebis tenuiter inuecta sollicitet.
Tamque extitit admiranda Christi vindicis li-
beralitas, vt huic diuinæ annonæ, opimandæ o-
pimatores, & parochos tanquam optiones de-
signarit. Vnde factum, vt iam sit in templis po-
sita *Salutis hasta**, vbi frumentum electorum,
corpus, inquam, Christi, largè, effusèque Chri-
stianis populis impertitur.

[* *Salutis hasta* vocabatur, vbi in summa inopia ad
Ieuandam famem hastâ positâ publicè frumentum
vænibat. *Quintilian. in declamationibus. Coelius lib.*
21. cap. 17. Alexand. ab Alex. lib. 16. cap. 17.]

Annonaria quædam symbola, quibus diribi-
tum olim frumentum militibus, *Stellaturam* dici
comperio, quæ ab stellis, quibus illa signata,
quarumve figuram referrent, nomen obtinue-
rant. Vnde, vt suam in populum Romanum
liberalitatem testatum Augustus relinqueret,
numum fecit excudi, vbi mulier viseretur, quæ
sinistrâ cornucopiæ, dextrâ verò frumentariam
tesseram, & stellam ostenderet, hac inscriptio-
ne, **LIBERALITAS AVGVSTI**. Hanc fru-
mentariam symbolam, stellaturamque militi-
bus suis pollicitus Christus, si vi ac virtute, vt
egregios milites decet, infestas vitiorum, ac
dæmo

Plaut. in
Nerulian-
ria.
Alcon.
de Clo-
dio.
Cassiod.
s. varia-
rum.
Symma-
chus.

Vide dæmonis acies debellauerint. Vincenti dabo
VVolf-*stellam matutinam*, Christum nimirum in Eucha-
gangum ristia,
Lazium

Resp. Ro-
man. cõ-
ment.
lib. 2.

Pruden-
tius in
Apotheo-
si.

Prudēt.
lib. 2. in
Symma-
chum.
Agell.

Apoc. 22.
17.
Claudia.
in 6. Cõ-
sulatu
Honorij.

Claud.
Vict. lib.
1.

Festus.

— placidum qui conficit annum
Cuncta renitentem contractibus illaqueata
Multimodis, hominẽmque hominis de morte le-
uantem,

vt suã hac frumentatione, ex penitissimo amo-
ris incendio sanẽ profectã, non solũ annonã
cesset incendium, verũ

— *seges latẽ crinitis fluctuet agris*
Densius, & gravidis se vestiat equor aristis.
Quod si stella (Capitoni apud Agellium fides
habenda) lætum quid prosperũque porten-
dit, in spem eximiam adduci Christianos oportet,
sibi vt persuasissimum habeant, (quando
Christus, *stella matutina,*

— *nouum fastus aperit felicibus annum*
Ore coronatus gemino,
diuinã nimirum, humanãque naturã) cuncta sibi
ex sententiã processura.

Verũ quando in hoc Christi anno felicissimo
Tellus sydereos vibrat distincta colores
Semper flore nouo,

age iam, apĩsque more, modõque gratissima
rursus thyma decerpe. *Benedices corona anni be-*
nignitatis tue. Vt agris fertilitatem veteres im-
petrarent, summã pietate Ambaruales hostias
immolabant. Est autem Ambarualis hostia,
quã rei diuinã causã circũ aram ducitur ab
his, qui pro frugibus faciunt. Persuasum enim
sibi habebant, quibus diuinus cultus despiciatui
non esset, omnia cultura felicissimẽ prouenire.

Calo

Celo supinas stuleris manus
Nascente luna rustica Philide:

Si thure placaris, & horna

Frugum lares, auidaque porca:

Nec pestilentem sentiet Africum

Fecunda vitis, nec sterilem seges

Rubiginem, aut dulces alumni

Pomifero graue tempus anno.

Ambaruale autem sacrificium et si plerique describant, nemo vnus Virgilio cultius, aut elegantius:

In primis venerare deos, atque annua magna

Sacra refer Cereri, latis operatus in herbis.

Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret,

Cui tu lacte fanos, & mihi dilue Baccho,

Térque nouas circum felix eat hostia fruges,

Omnis quam chorus, & socij comientur ouantes.

Vide sis pro frugibus felici vitulâ fieri,

—quam circum rustica pubes

Clamet Io, messes & bona vina date.

Quo sacrificio id vnum optabant,

Neu seges eludat messem fallacibus herbis,

Neu timeat celerem tardior agna lapum.

Victimas circum aram sistere solitos Israëlitos Sacerdotes, & diductos, dum sacra facerent, hymnos cecinisse, ex Dauidicis Psalmis sese colligere nonnulli arbitrantur: & circumdabo altare tuum, Domine. Circuui, & immolauisti hostiam vociferationis. Inde subit mentem animi cogitatio, quâ putarem coronam hanc sacrificantium cœtum Deum collaudantem, hostialisque præterea ipsas circum aram positas significare. Petit igitur à te corona hæc, cœtusque

Horat.
lib. 3.
Ode 23.

Virg. l.
Georgi-
cer.

Tibul.
lib. 3. E-
leg. 1.
Tibul.
lib. 2. E-
leg. 1.

Psal. 25.
6.
Psal. 26.
6.

Cato de
re rustic.
cap. 141.

é



Sacerdotum, vti tu omnium Pater sis volens propitius nobis, vti tu morbos, vifos, inuisofque, viduertatem, vastitudinẽque, calamitates, intemperias prohibefferis, defendas, aberuncẽsque, vti que tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque grandire, beneque venire firis. Pastores, pecuaque falua feruaffis, duiffque bonam salutem, valetudinẽque. Harumce rerum ergo maete hifce viftimis esto. Hæc cum attenta bibiffet aure præfentiffimum Numen, larga benedictione cuneta fe illis concessurum pollicetur, & quæ poterat caufa fuboriri, quamobrem fuis votis Deus quàm cumulatifsimẽ minimẽ satisfaceret, cum fit naturã munificentiffimus? præterea cum fupersubstantialis fit fons, qui

Synefius
Hymno 1.


Στέφεται κάλλιϊ πάιδων,

Prolis pulchritudine coronatur,

fidelium arbores ad aquæ lene caput sacrae manu confitas propriã perennibus gratiarum riuulis irrigauit. Propterea enim benignitatis tuæ corona annus iste nuncupatur, τὸ enim *τῆς*, non tam effufam Dei in homines liberalitatem ostendit, qua illi perpetuò de mortalibus bene mereri studio est, dum præstat, vt

Tibul.
lib. 2. E-
leg. 5.
Seneca
1. de beneficiis.
cap. 6.

Diffendat spicis horrea plena Ceres,
quàm inffitam illam, innatãque voluntatem, qua cunctos studet beneficiis ornare: beneficium enim non tam est illud, quod sub oculos venit, hïc, inquam, anni prouentus, quàm beneuola actio tribuens gaudium, capiẽsque tribuendo, in id quod facit prona, & sponte suã parata. Itaque non quid fiat, aut quid detur, refert, sed qua mente, quia beneficium non in eo, quod fit,



fit, aut datur, consistit, sed in ipso dantis, aut
facientis animo. Hæc sapientissimè Hispanus
Sapiens. Certè, vt Sidonius ait, creber Prouin-
cialium sermo est, *annum bonum de magnis non tam*
fructibus, quàm potestatibus existimandum. Quod
ipse ita lubens acceperim, vt non tam fertilis
spes anni, resque incredibilem animo pareret
voluptatem, quàm Principis in cunctos liberali-
tas, qui propria benignitate adductus clarissima
& maxima apud omnes beneficia collocaret.

Sed quid ego tam curo sedulus alias

De properare apio coronas,

cùm non Veris, sed virtutis floribus libri tui
stet hortus. Hinc sanè decet virtutum corona
caput impedire, quas fert egregiè culta, & elab-
borata hæccine tua tam tellus Dædala, quæ illo
soluta spiritu,

Qui roseis stellare nemus, vel floribus agros

Imperat, autumnus qui dulcia poma saporat,

bene se multis virtutum floribus induit, & fru-
ctibus. Hinc profectò Dauidico versui enu-
cleandò expositio efflorescit sanè bellissima. Ete-
nim si annus coronæ sibi nomen asciscit, pro-
pterea nimirum, quòd ad eandem inter se com-
parationem syderum confectis spatiis est fa-
cta conuersio, merito sanè suo liber iste tuus,
benignitatis annus appellabitur, quando con-
fectis bene multis virtutum officiis, ad idem
caput, quod Deus est, suis illa cursibus re-
feruntur. Etenim dum quid multo manè,
quid adulto iam die, quid præcipitante edo-
ces peragendum, quibus vacandum religio-
sæ vitæ muneribus, quot mensibus, quotan-

Sidonius
Eutro-
pio, lib.
3. Pist. 6.

Horat.
lib. 2.
Ode 7.

Dracō-
tius de
opificio
sex di-
erum.

nisque præscribis, aurea verè nobis reducis primæuæ societatis secula fœcunda virtutum, vnde præ lætitiâ gestientes lubet exclamare: *Benedices corona anni benignitatis tua.* O si quantum est qui viuunt, hominum animum illa subiret cogitatio, vt se sibi vendicarent, & tempus, quod aut aufertur, aut subripitur, aut excidit, rebus impenderent spiritualibus, solùmque colerent has artes, exercitationesque virtutum. Hæc enim sola, vt egregiè Seneca, est pars temporis nostri sacra ac dedicata, omnes humanos casus supergressa, extra regnum fortunæ subducta, quam non inopia, non metus, non morborum incurfus exagitat. Hæc nec turbari, nec eripi potest, perpetua eius & intrepida possessio est.

Anni coronam flores dixi, quibus nostris terra lenocinatur aspectibus; erit igitur tuus mihi liber *εὐστράτη* cum Hesiodo nuncupandus, quando cultissimi more horti, tot ille summittit virtutum flores. In eum enim spiritus ille lætè descendit, cui cordi est inter candentia virtutum lilia commorari. Eapropter cunctis ego auctor essem, in hunc sese hortum abderent, vbi sine interpellatore decumanis hisce virtutum pomis nullo sanè periculo animum pascerent, nam soli

Virg. in
Calice.

Illi dulcis adest requies, & pura voluptas,
qui id vnum studet sedulò, qua possit ratione,
modòque benè multas virtutum coronas demereri,
dum aut diuinis totùm se cogitationibus tradit,
aut dum animi moribus acrius imperat. Nam qui voluptatem aduersis oculis intuetur, ille profectò *σὺ γὰρ οἶ τὴν ζῆλον αὐτῆς, vitam coronas*

suam.

suam
sign
tuur

quar
tract
riam
fatis

D
vt in
dis h
vide
coro
quar
tuali
secre
centr
diuin
fente
sensu
ex so
qui r
sed se
prop
pabo
pulum
ror ex
fimo
illud
corom.

suam. Quod si Coronæ nomen longè maximam significat plenitudinem, annum benignitatis tuum librum appellabo. Nam

Sape ego digestos volui numerare colores,

Non potui, numero copia maior erat,

quando tam cumulatè, plenèque vniuersa pertractes, vt plena omnia, omnia coronata reperiamus. Præcipuè cum, quæ olim, me auctore, satis meo animo splendens, annum aperuerat,

Dives Hydaspes augeat purpura gemmis,

vt indicio sunt multa sanè præclara, quæ secundis hisce curis addidisti. Quas ego cum video, videre mihi videor craterem mystica sapientiâ coronatum. Est enim (vt cum Ambrosio loquar)

in omni doctrinâ tornatus, & potus spiritalis, non deficiens plenitudine, & cælestium secretorum cognitione. Sese enim tibi magnificentissimum Deus ostendit, cum quæ eius est diuina benignitas, dicere dedit ex sententia, ex sententia, inquam, quæ, vt Gregorio placet, à sensu vocata est, & recta, quæ intelligit, non ex sola scientia, sed ex sententia dicere appetit,

qui nequaquam tantummodo sciendo dicere, sed sentiendo desiderat experiri quod dicit. Ea propter magni Cassiodori verba libenter usurpabo: *O beatum magistrum, felicissimumque discipulum, qui affectuosè didicit, quod aliis doctorum terror extorsit.* Hæc de tuâ coronâ, annòque felicissimo, lubentissimo ego animo dixerim, Sotiadis illud altè imbibens, *σπορόνυς στέφανος, maiores corona; meritis, inquam, laudibus macta.* V A L E.

Ouid.
Fastorum 9.

Claud.
de tertio
consulatu
in Hono-
rij.

Ambr.
in 6. Exo-
di, ad lra-
nam 21.

Sapient. 7.
Greg.
in 33.
Iob cap.
10.

Cassiod.
lib. 8.
epist. 12.

Stob.

C E N S U R A.

CV M perpulchrum hoc, ac perutile opus, *De vitareligiosè instituenda* conscriptum, & in duo tributum volumina, Auctore R. P. IACOBO ALVAREZ DE PAZ nostræ Societatis Theologo legissemus, inuenimus sanè nihil in eo, quod cum Christiana religione pugnet, aut moribus: imò multis nominibus dignum censemus, quod prodatur in lucem. Allicit enim suâ Venere pulchra methodus, singularis doctrinæ candor, sine tædio grata rerum varietas, & in euoluendis sacrarum litterarum ac Patrum testimoniis auctoris diligentia non vulgaris. In eo huius Vniuersitatis sapientem artificem, rectorem prouidum, & oculatum Deum ritè colere, timere, amaréque docemur: in eo diuos venerari, Prælati obediunt, solidâ proximorum dilectione complecti, vitam, morésque componere: in eo vitiorum radices euellere, immanes passionum belluas rationis freno compescere: Euangelicæ perfectionis culmen per suos quasi gradus ascendentes tenere, & dies singulos, hebdomadas, menses, & annos piis exercitationibus, & operibus, non sine magno emolumento traducere, grauiter, copiosè, eruditè, dilucidè, piéque monemur, excitamur, impellimur. Quare, si excudatur, vt licet, ac refert, in veri Numinis honorem maximum, fidelium

hiam omnium vtilitatem, religiosorumque ordinum bonum cessurum non dubitamus.

IO. DE PERLIN Prim. Theologiæ
Professor.

IOANNES MUÑOZ Theologiæ
Professor.

CONSALVVS BARNOVVS Liberalium
artium Professor.

SEBASTIANVS HAZANNERS
Theologiæ Professor.

MVTIVS VITELLESQVS,
Societatis Iesu Præpositus Generalis.

CVM opus, *De vita religioſe inſtituenda inſcriptum*, P. IACOBI ALVAREZ DE PAZ Societatis noſtræ, aliquot eiufdem Societatis Theologi, quibus id commiſſum fuit, recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint; facultatem concedimus, vt typis mandetur, ſi ita iis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus Romæ 13. Maij 1619.

MVTIVS VITELLESQVS.

*Facultas R. P. Prouincialis Societatis
IESV in Prouincia Lugdunensi.*

EGO Bartholomæus Iacquinotius Societatis IESV in Prouincia Lugdunensi Præpositus Prouincialis, librum qui inscribitur, *Iacobi Alvarez de Paz, è Societate IESV, Theologi, De vita religiose instituenda, Libri VI.* iuxta priuilegium eidem Societati à Regibus Christianissimis Henrico III. 10. Maij 1583. Henrico IV. 20. Decembris 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante, 14. Februarij 1611. concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab hominibus nostræ Societatis compositos absque Superiorum eius permissione imprimant, permitto IACOBO CARDON, & PETRO CAVELLAT, Lugdunensibus Bibliopolis, vt ad sex primos annos imprimere, ac liberè diuendere possint. Datum Lugduni die 22. Nouembr. M. DC. XIX.

B. IACQVINOTIVS.

APPRO

A P P R O B A T I O

Theologorum.

NOs infrà scripti Theologiæ Doctores
fidem facimus, nos vidisse & perlegisse li-
brum, cui inscriptio, *Iacobi Aluarez de Paz, è*
Societate I E S V, Theologi, De vita religiosè insti-
tuenda, Libri VI. in quo nihil fidei Catholicæ,
Apostolicæ & Romanæ, morumque probitati
repugnans animaduersum; quin opus ipsum elo-
cutione totâ illustre, densum sententiis, sanum
iudiciis: optimè vbiq; instruens, actiones
vitamque religiosè dirigens. Lugduni 5. No-
uemb. 1619.

FR. ROBERTVS BERTHELOT

Episc. Damasci.

DEVILLE.

R. D. D. de Meschatin la Faye huius
libri imprimendi facultas.

THOMAS DE MESCHATIN LA
FAYE, Comes, Canonicus, & Camera-
rius Ecclesiæ Lugdunensis, in suprema Dom-
barum Parlamenti Curia Consiliarius, Gallia-
rum Prælatiæ Officialis, & in Archiepiscopatu
Lugdunensi Vicarius Generalis, librum inscri-
ptum, *Iacobi Aluarez de Paz, è Societate I E S V,*
Theologi, De vita religiosè instituenda, Libri VI.
& à Theologis recognitum, typis mandari per-
mittimus. Lugduni 24. Decembr. 1619.

MESCHATIN LA FAYE.

C O N C E S S I O.

LIBRUM hunc, qui inscribitur, *Iacobi Alua-*
rez de Paz, è Societate IESV, Theologi, De
vita religiosè instituenda, Libri VII. Ego ALE-
XANDER BOLLIOVD Aduocatus Regis
in publicum edi non renuo. Lugduni 14. Ianua-
rij 1620.

BOLLIOVD.

LIBRUM hunc inscriptum, *Iacobi Alua-*
rez de Paz, è Societate IESV, Theologi, De vita
religiøsè instituenda, Libri VI. à IACOBO
CARDON, & PETRO CAVELLAT,
Bibliopolis Lugdunensibus in lucem dari per-
mittimus: simul ne quis citra factam ei ab ipsis
potestatem, denuò excudat, interdicimus. Da-
tum Lugduni die 16. Ianuarij 1620.

SEVE.

SVM

SVMMA PRIVILE-
gij à Christianissimo Galliarum
Rege concessi.

LUDOVICI XIII. Gallia &
Nauarræ Regis auctoritate
fancitum est, atque patenti-
bus literis cautum, ne quis in
Regno suo, aliisve locis ditioni suæ sub-
iectis, intra proximos annos decem, à die
impressionis primæ inchoandos, ac nu-
merandos excudat, excudendû, venden-
dûmque quouis modo & ratione curet
librum, qui inscribitur, *Iacobi Alvarez de
Paz, è societate IESV, Theologi, De vi-
ta religiosè instituenda, Libri VI.* præter
IACOBVM CARDON, & PETRVM
CAVELLAT, Bibliopolas Lugdunen-
ses, aut illos, quibus ipsimet concesser-
int. Prohibitum insuper eâdem auctori-
tate Regiâ omnibus suis subditis, eun-
dem librum extra Regni sui limites im-
primendum curare, vel quempiam, vbi-
cumque fuerit, ad id agendum impelle-
re, ac instigare, sine consensu dictorum

IACO

IACOBVM CARDON, & PETRVM
CAVELLAT. Idque omne sub confi-
scatione librorum, aliisque pœnis origi-
nali Diplomate contra delinquentes ex-
pressis. Datum Parisiis die 7. Ianuarij.
1620.

De mandato Regis,

Signatum,

BRVLART.

IN



I N D E X

LIBRORVM,
ET CAPITVM.

TOMVS PRIMVS.

LIBER I.

De operibus religiosis ab aura vsque ad meridiam faciendis.

CAP. I.



N spiritualis vita operibus substantiam boni, & ordinem, ac modum requiri. pag. 3.

2. De modo tantum operum spiritualium totius vite religiosa esse tractandum. 15
3. De surgendo à somno. 24
- De cordis custodia in ipso initio vigilandi. §. 1. 26
- De assumendis vestibus. §. 2. 28
- De oratione, & inuocatione Sanctorum, dum induimur. §. 3. 29
- Ad sanctam Trinitatem. 30
- Ad B. Virginem. 31
- Ad Angelum custodem. 32
- De Sancto, quem habes hoc anno patronum. *ibid.*
- De Sancto, quem habes hoc mense Aduocatum. *ibid.*
- Ad

INDEX LIBRORVM,

<i>Ad chorum Sanctorum eo die occurrentem.</i>	33
<i>De oblatione tui, postquam te indueris. §. 4.</i>	<i>ibid.</i>
4. <i>De preparatione ad orationem.</i>	35
5. <i>De oratione.</i>	39
<i>Documenta duo ad bene orandum. §. 1.</i>	45
6. <i>De discussione orationis.</i>	50
7. <i>De officio diuino.</i>	55
<i>De tempore recitandi officium. §. 1.</i>	58
<i>De loco recitandi horas. §. 2.</i>	66
<i>De situ corporis. §. 3.</i>	62
<i>De preparatione ad horas. §. 4.</i>	63
<i>De recta prolatione. §. 5.</i>	64
<i>De attentione. §. 6.</i>	65
<i>De deuotione, & sine officij. §. 7.</i>	67
8. <i>De preparatione ad Missam.</i>	68
<i>Prima preparatio, puritas vita. §. 1.</i>	72
<i>Secunda preparatio, reuelitudo intentionis. §. 2.</i>	76
<i>Tertia preparatio, excitatio deuotionis. §. 3.</i>	82
<i>Meditatio Prima.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Meditatio Secunda.</i>	83
<i>Meditatio Tertia.</i>	84
<i>Meditatio Quarta.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Meditatio Quinta.</i>	85
<i>Meditatio Sexta.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Meditatio Septima.</i>	86
<i>Quarta preparatio, usus postulationis. §. 4.</i>	87
9. <i>De celebratione Missae.</i>	100
<i>De acceptione sacrorum paramentorum. §. 1.</i>	102
<i>De reuerentia exteriori in celebratione. §. 2.</i>	103
<i>De reuerentia interiori in celebratione. §. 3.</i>	106
10. <i>De gratiis agendis post Missam.</i>	111
<i>Prima gratiarum actio.</i>	116
<i>Secunda gratiarum actio.</i>	118
<i>Tertia</i>	

ET CAPITVM.

	<i>Tertia gratiarum actio.</i>	119
33	<i>Quarta gratiarum actio.</i>	120
bid.	<i>Quinta gratiarum actio.</i>	121
35	<i>Sexta gratiarum actio.</i>	122
39	<i>Septima gratiarum actio.</i>	124
45	11. <i>De auditione Missæ.</i>	126
50	12. <i>De custodia cellæ.</i>	132
55	13. <i>De studio literarum.</i>	141
58	<i>Scientia ex recta intentione discenda. §. 1.</i>	143
66	<i>Scientia cum virtute iungenda. §. 2.</i>	146
62	<i>Vtilia solum addiscenda. §. 3.</i>	148
63	<i>Modeste ad scholas eundum, & quomodo in disputationibus procedendum. §. 4.</i>	149
64	<i>De modo studendi. §. 5.</i>	151
65	<i>Oratio ante studium.</i>	ibid.
67	<i>Alia oratio ante studium.</i>	152
68	14. <i>De sollicitudine in ministeriis.</i>	156
72	<i>Primum impedimentum religiosa occupationis, pusillanimitas. §. 1.</i>	157
76	<i>Secundum impedimentum, infirmitas. §. 2.</i>	159
82	<i>Tertium impedimentum, vecordia. §. 3.</i>	162
bid.	<i>Quartum impedimentum, deuotionis pretextus. §. 4.</i>	166
83	15. <i>De conscientia examine ante prandium.</i>	171
84	16. <i>De comestione, siue prandio.</i>	174
bid.	<i>Oratio ante refectiorem.</i>	176
85	17. <i>De admittenda aliqua remissione post prandium.</i>	181
bid.	<i>Oratio.</i>	191
86		
87		
00		
02		
03		
06		
11		
116		
18		
rtia		

INDEX LIBRORVM,

LIBER II.

De operibus religiosis à meridie vsque ad
noctem faciendis.

CAP. I.	D erebus post meridiem agendis.	192
	2. De lectione spirituali.	193
	Lectionem spiritualem omnibus esse vilem. §. 1.	195
	De modo legendi. §. 2.	197
3.	De psalterio B. Virginis.	202
	Quod sit psalterium B. Virginis, & quae eius partes. §. 1.	203
	Quomodo psalterium hoc recitandum. §. 2.	206
	De prima quinquagena. §. 3.	208
	Post primum denarium quid dicendum.	209
	Post secundum denarium quid precandum.	210
	Post tertium denarium quid orandum.	ibid.
	Post quartum denarium quid petendum.	ibid.
	Post quintum denarium quid postulandum.	211
	De secunda quinquagena. §. 4.	ibid.
	Post primum huius secunda quinquagena denarium quomodo orandum.	213
	Post secundum denarium quomodo.	ibid.
	Post tertium denarium quomodo.	ibid.
	Post quartum denarium quomodo.	214
	Post quintum denarium quomodo.	ibid.
	De tertia quinquagena. §. 5.	ibid.
	Post primum denarium huius tertia quinquagena quomodo orandum.	216
	Post secundum denarium quomodo.	ibid.
	Post tertium denarium quomodo.	ibid.
	Post quartum denarium quomodo.	217
	Post quintum denarium quomodo.	ibid.
		4. De

ET CAPITVM.

4.	Decorona B. Virginis.	219
	Demodo recitandi coronam. §.1.	223
	Post primum denarium corona quomodo precand- dum.	224
	Post secundum denarium quomodo.	ibid.
192	Post tertium denarium quomodo.	225
193	Post quartum denarium quomodo.	ibid.
195	Post quintum denarium quomodo.	226
197	Post sextum denarium quomodo.	ibid.
202	Post septimum denarium quomodo.	ibid.
par- 203	Post tres salutationes, quibus completur numerus annorum B. Virginis, qualis huic precationi finis imponendus.	227
206		
208	5. De speciali inuocatione B. Virginis.	228
209	Formula inuocationis. §.1.	230
210	Eadem inuocatio ad practicam reducitur §.2.	233
ibid.	6. De inuocatione Angeli custodis, & sanctorum.	240
ibid.	De duobus modis inuocandi sanctos.	244
211	7. De salutando frequenter Domino in sacramento Eu- charistia.	246
ibid.		
dena- 213	8. De exercitatione corporali.	251
ibid.	De ministeriis religiosorum laicorum. §.1.	255
ibid.	9. De conscientia examine generali ante cubitum, & primo de eius necessitate.	259
214	Prima necessitas examinis ad peccatorum cogniti- onem. §.1.	263
ibid.	Secunda necessitas examinis est ad rerum compun- tionem. §.2.	266
ibid.	Tertia necessitas examinis est ad obtinendam pecca- torum remissionem. §.3.	271
agena 216	10. De examinis multiplici utilitate.	273
ibid.	Prima utilitas, vitiorum destructio. §.1.	275
ibid.	Secunda utilitas, virtutum acquisitio. §.2.	277
217		
ibid.		
4. De		

INDEX LIBRORVM,

	Tertia utilitas, quietis animi comparatio. §. 3.	279
	Quarta utilitas, prudentia adquisitio. §. 4.	280
11.	Quae sint adducenda ad examen.	282
	Discutienda sunt bona. §. 1.	284
	Discutienda sunt mala. §. 2.	289
12.	Quanam ratione fieri debeat examen.	292
	Prima pars examinis, gratiarum actio. §. 1.	294
	Secunda pars examinis, ad nos cognoscendos postu- latio. §. 2.	298
	Tertia pars examinis, culparum discussio. §. 3.	ibid.
	Quarta pars examinis, dolor. §. 4.	302
	Quinta pars examinis, peccatorum punitio. §. 5.	305
13.	De examine particulari.	ibid.
	Modus faciendi hoc examen. §. unic.	311
14.	Summa doctrina examinis.	315
15.	De dormitione, ac nocturna quiete.	317
	Ad Christum Dominum pro munditia mentis, & corporis in somno, oratio.	ibid.
	Ad B. Virginem pro eodem, oratio.	318
	Ad custodem Angelum pro eodem, oratio.	319
	De sancto Patrono mensis, oratio.	ibid.
	Oratio.	323

LIBER III.

De operibus religiosis singulis Hebdoma-
dis faciendis.

	CAP. I. DE actionibus propriis cuiusque heb- domadae.	324
1.	De confessione, ac primò de duobus ordinibus con- fitentium.	327
3.	De praua discussione conscientia ad confessionē.	332

Venia

ET CAPITVM.

279	Venialia peccata cogitationis. §. 1.	336
280	Venialia peccata loquela. §. 2.	337
282	Venialia peccata operis. §. 3.	339
284	Venialia peccata bonis operibus admixta. §. 4.	
289	340	
292	4. De praua contritione, aut dolore ad confessionem.	
294	344	
postu-	o Meditatio ad contritionem venialium, §. 1.	347
298	De proposito emendationis. §. 2.	351
ibid.	5. De ipso actu confitendi.	352
302	6. De satisfactione pro his peccatis.	355
§. 5.	7. De sumptione Eucharistia, ac primò de duobus ordinibus communicantium.	361
ibid.	8. De preparatione ad Eucharistiam.	370
311	Meditationes ante communicationem. §. 1.	374
315	Caro mea est cibus. Meditatio 1.	ibid.
317	Et sanguis meus est verè potus. Meditatio 2.	383
is, &	Qui manducat mea carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Meditatio 3.	
ibid.	389	
318	Sicut misit me viuens Pater, & ego uiuo propter	
319	Patrem; & qui manducat me, & ipse uiuet pro-	
ibid.	pter me. Meditatio 4.	397
323	Hic est panis, qui de cælo descendit. Meditatio 5.	
	402	
22-	Non sicut manducauerunt patres vestri manna, & moriui sunt. Meditatio 6.	409
	Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum.	
	416	
e heb-	9. De ipso opere sumptionis Eucharistia.	421
324	10. De gratis agendis post sumptionem Eucharistia.	
us con-	428	
327	De affectu gratitudinis. Prima gratiarum actio.	430
332		
Venia		

INDEX LIBRORVM,

<i>De affectu laudis Dei. Secunda gratiarum actio.</i>	432
<i>De affectu obligationis nostri ipsorum. Tertia gratiarum actio.</i>	435
<i>De affectu oblationis virtutum, ac meritum Christi. Quarta gratiarum actio.</i>	438
<i>De affectu, quo te spirituale sacrificium facies. Quinta gratiarum actio.</i>	440
<i>De affectu, quo te ad modum holocausti immolabis. Sexta gratiarum actio.</i>	442
<i>De affectu desideranda conformitatis cum Christo. Septima gratiarum actio.</i>	443
11. <i>De aliqua corporis castigatione per hebdomadam distribuenda.</i>	446
12. <i>De retinendis propria despicientia signis.</i>	459
13. <i>De habendis ad fratres exhortationibus spiritualibus.</i>	464
14. <i>De audiendis exhortationibus spiritualibus.</i>	473
15. <i>De collatione spirituali.</i>	480
<i>Oratio.</i>	486

TOMVS SECVNDVS.

LIBER IV.

De operibus religiosis faciendis per singulos menses.

CAP. I.



Quae sint opera cuiuslibet mensis.

2. *De eligendo adiutore per singulos menses ad profectum virtutum.*

Elum virtutum.

489
492
3. De

ET CAPITVM.

3. De emendandis per singulos menses conuersationis
nostra defectibus. 497
4. De profecto spiritus singulis mensibus aduendo, ac
primò qualis ipse desideretur. 501
5. Praefectus spiritus quomodo erga patres se geret.
510
6. Praefectus spiritus quomodo iuuenes religiosos lite-
ris studentes instruet. 520
7. Praefectus spiritus quomodo religiosos coadiutores
erudiet. 537
8. Adolescentes religiosi, & alij quid sint erga Prae-
fectum, seu instructorem facturi. 544
9. De egressu è domo, qua de causa, & quomodo fiet,
qualitérque cum secularibus conuersandum. 552
- Consalutationes vitandae. §. 1. 555
- Quando non possunt vitari, quomodo in opus ad-
mittenda. §. 2. 563
10. An deceat religiosos conuiuia secularium admit-
tere. 567
11. Qua conuiuia deceant. §. 1. *ibid.*
- Quae non deceant. §. 2. 573
- Quomodo spiritalis vir in conuiuiò se geret. §. 3.
 583
- Qua ratione conueniat viris spiritalibus ali-
 quam corporis remissionem captare. 585
- Recreatio sit rata. §. 1. 590
- Sit à secularium conspectu separata. §. 2. 593
- Sit ex recta intentione suscepta. §. 3. 596
- De deambulatione. §. 4. 599
- De colloquutione. §. 5. 601
- De ludo. §. 6. 603
- Oratio. 606

INDEX LIBRORVM,

L I B E R V.

De operibus religiosis faciendis per
singulos annos.

- CAP. I. **Q**ua sint opera spectantia ad singulos
annos. 607
2. De Patrono, seu Aduocato totius anni querendo.
610
Quid in honorem huius Aduocati sit faciendum.
§.unicus. 614
De die vocationis nostra singulis annis celebrando.
617
Hic dies quo pacto celebrabitur. §.1. 620
4. De vita spiritualis actibus innouandis, ac primo
de necessitate renouationis, & quibus constet.
624
De necessitatis huius renouationis causis. §.1. ibid.
De aliis causis innouationis. §.2. 631
Quando fiet renouatio. §.3. 638
Quibus constet renouatio. §.4. 640
5. De primo die renouationis, quo nos Deo gratos ex-
hibemus. 647
De vinea religiosa vita, ad quam Deus nos voca-
uit. Meditatio 1. 651
De eximia perfectione huius vineae. Meditatio 2.
654
De spirituali muro, & munditia, & generositate
huius vineae. Meditatio 3. 658
De turri, & torculari vineae huius. Meditatio 4.
662
6. De secundo die renouationis, quo de vita antea
tempore compungitur. 666

ET CAPITVM.

De imperfectionibus animæ respectu Dei. Meditatio 1. 674

De defectibus animæ comparatione ad suum statum, & ad superiores. Meditatio 2. 679

De defectibus animæ erga fratres. Meditatio 3. 683

De defectibus animæ in seipsa, siue per respectum ad se. Meditatio 4. 687

7. *De confessione generali ab ultima inchoando, hac die faciendâ.* 693

De confessione generali, quæ fit in initio conuersionis. §. 1. ibid.

De generali confessione annua, vel semestri. §. 2. 696

De modo in hac confessione seruando. §. 3. 698

8. *De conscientia aperiendâ hac die Prelato.* 703

Quid sit conscientia manifestatio. §. 1. 705

Due sint manifestandæ. §. 2. 709

Hanc manifestationem necessariam esse, quia ad nostrum regimen nobis sufficientes non sumus. §. 3. 715

Prædictam manifestationem conscientia necessariam esse, ut aptè à superioribus gubernemur. §. 4. 720

Ut perfectionem consequamur. §. 5. 726

Ut in discretionem crescamus. §. 6. 730

Ut tentationes superemus. §. 7. 734

Ut nobis ipsis, & fratribus, & religiosa familia prospiciamus. §. 8. 741

Post redditam conscientia rationem à Prelato interrogari postulemus. §. 9. 744

In hac conscientia manifestatione nihil esse incommodi. §. 10. 749

INDEX LIBRORVM,

9.	<i>De tertio die renouationis, quo vitam emendare decernimus.</i>	759
	<i>Ad excitandum feruorem. Meditatio 1.</i>	765
	<i>Ad excitandum feruorem. Meditatio 2.</i>	769
	<i>Ad excitandum feruorem. Meditatio 3.</i>	772
	<i>Ad excitandum feruorem. Meditatio 4.</i>	776
10.	<i>De iterata oblatione votorum.</i>	780
11.	<i>De secessione ab occupationibus singulis annis facienda.</i>	789
12.	<i>De admittenda humiliter defectuum correctione.</i>	795
	<i>Patienter ferendum, quod nostri defectus patefiant.</i>	796
	§. 1.	796
	<i>Ferendum etiam libenter, quod correctione eluantur.</i>	803
	§. 2.	803
13.	<i>De agritudinum corporis sustinentia.</i>	809
14.	<i>De preparatione ad mortem.</i>	816
	<i>De preparatione remota. §. 1.</i>	819
	<i>De preparatione proxima. §. 2.</i>	823
	<i>De preparatione media. §. 3.</i>	825
	<i>Pro prima die. Meditatio 1.</i>	826
	<i>Pro secunda die. Meditatio 2.</i>	827
	<i>Pro tertia die. Meditatio 3.</i>	828
	<i>Pro quarta die. Meditatio 4.</i>	830
	<i>Pro quinta die. Meditatio 5.</i>	831
	<i>Pro sexta die. Meditatio 6.</i>	833
	<i>Pro septima die. Meditatio 7.</i>	835
	<i>Oratio.</i>	837

LIBER

ET CAPITVM.

LIBER VI.

De religiosis operibus semper faciendis.

INTRODUCTIO QUADAM.

88

CAP. I. De cognitione presentia Dei.

840

2. De charitate erga Deum.

851

3. De timore Dei.

860

4. De zelo honoris Dei.

870

5. De laude Dei.

879

6. De gratiarum actione habenda ad Deum.

888

7. De resignatione in voluntate Dei.

900

Oratio pro his septem erga Deum obtinendis.

909

8. De amore Pralatorum.

910

9. De reuerentia erga Pralatos.

917

10. De obedientia ad Pralatos.

925

11. De oratione fundenda pro Pralatis.

933

12. De sustinentia Pralatorum.

938

13. De dissimulandis Pralatorum defectibus.

946

14. De non iudicandis Pralatis.

953

Oratio ad hec septem postulanda.

961

15. De affectu filij erga religionem.

962

16. De custodia Regula.

970

17. De bono nomine religionis quarendo.

978

18. De onere religiosa disciplina ferendo.

986

19. De religionis functionibus rite prestandis.

993

20. De bono exemplo fratribus dando.

1000

21. De rebus temporalibus curandis.

1008

Oratio, qua hac septem à Domino postulantiur.

1013

22. De cogitando Deo in fratribus.

ibid.

23. De dilectione fratrum.

1018

i 5

24. De

IND. LIBR. ET CAP.

24. De affabilitate erga fratres.	1027
25. De honorandis fratribus.	1031
26. De defectibus fratrum sustinendis.	1039
27. De ope fratribus exhibenda.	1046
28. De circumspeditione in conuictu fratrum.	1052
Oratio, qua hæc septem erga fratres petuntur.	
1059	
29. De amore secreti, & commoratione in cella,	
1060	
30. De cura modestia.	1067
31. De contemptu sui.	1075
32. De generali sui abnegatione.	1081
33. De castigatione corporis.	1089
34. De tranquillitate cordis.	1096
35. De discretione.	1103

PRÆFA

027
1031
039
046
052
itur.



ella,

PRÆFATIO HVIVS OPERIS.

067
075
081
089
096
1103



SPONSA CHRISTI Dei nostri, *Anima sancta laus.*
quò nomine anima sancta, & Deo
consecrata censetur, de oculorum
simplicitate, ac de gemina pulchri-
tudine, non ab alio, quàm ab ipso

sponso, qui fallere, aut falli non potest, in mysti-
ca cantilena laudatur. *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum.* *Cant. 15.*
Laus

FA

est sponsæ ab ore sponsi profecta, & multis no-
minibus commendata. Sponsus laudat, cuius
amor castus, & mundus est, non alienus, qui cas-
tè, & purè amare non nouit. Sponsus laudat, cui
omnia sponsæ tum exteriora, tum interiora, &
oculis hominum abscondita, sunt omnino per-
specta. Laudat ille, quem affectus immodera-
ti non excœcant, quem fallax cogitatio non
fallit, à cuius labiis non egreditur indiscreta
laudatio. Laudat ille, cui si pulchritudo placeat,
omnibus Angelis, & sanctis placebit, & illorum
nulli poterit displicere. Laudat ille, qui eo ipso,
quòd laudat, sponsam laude dignam efficit. Si ab
homine lauderis, non eo ipso eris melior: quia
homo,

P R Æ F A T I O.

homo, quod laudatione efferat, supponit, non facit: at ab hoc Deo sponso laudari animam laude dignam fieri est. At ais, sponfus sponsam laudat, qua in humanis nihil propinquius. *Pro-*
pter hoc enim, inquit Paulus, quòd tanta propin-
quitate copulantur, relinquet homo patrem, & ma-
trrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne
una. Laudes verò eæ, verba sunt Nazianzeni, quæ
 à propinquis, & consanguineis proficiscuntur,
 eius generis sunt, vt iis parum fidei adhiberi de-
 beat. Sed laus sponsi hominis, licet in suspicio-
 nem cadat: at laudatio summi Dei in dubium
 venire non poterit cuius esse bonitas, cuius di-
 cere potestas, cuius sermo veritas est.

Ephes. 5.
31.

Ad Ni-
cobulū.

Oculo-
rum sim-
plicitati,
ac gemi-
na pul-
chritudi-
ni nixa.

Vt videas, quàm vera sit laus, inspicere, cui fun-
 damento nitatur, *Ecce tu pulchra es, anima mea, ec-*
ce tu pulchra es. Laus de simplicitate oculorum,
 & de pulchritudine est, vtraque verò tam simpli-
 citas, quàm pulchritudo, amicitia subnititur. O
 solidum, ac stabile fundamentum, sine quo du-
 plicitas præposterae intentionis subintrat, & de-
 formitas vitiorum se insinuat; omnis verò sim-
 plicitas, ac pulchritudo labascit! Ab amicitia
 exordium accipiunt dona Dei, *quoniam in male-*
uolam animam non introibit sapientia. Christus
 cum donis suis, nec habitabit in corpore subdi-
 to peccatis. Primò enim animam ad iustitiam
 vocat, gratia in ea diffusa viuificat, suæ diuinæ
 naturæ consortem facit, charitate ad se trahit,
 eamque sibi amore coniungit, deinde verò do-
 nis aliis gratiam nos gratos facientem suppo-
 nentibus, & ab illa dimanantibus diuitem effi-
 cit. Dona quippe in amicos conferuntur, &

Sapient.
1.4.

que

P R Æ F A T I O.

quo quis charior est, eo donis maioribus decoratur. Ea ergo anima, quæ non quacunque gratia contenta ad magnum eius gradum, & ad perfectam charitatem aspirat, idonea est, cui potiora dona tribuantur. *Ioseph* uterinum fratrem *Beniamin* præ ceteris fratribus diligebat, ideo non casu, sed diligentis industria, maior pars in conuiuio venit *Beniamin*, ita ut quinque partibus portiones aliorum excederet. Hunc magis dilectum benignius, & tenerius aspicit, & de eo iam sibi præsentem conferre sermonem iucundum censet. [Morale enim est, quemadmodum notauit *Ambrosius*, ut quos diligimus, eos videamus præ ceteris, & quos animi intentio habet priores, eos obtutus offendat oculorum, Consuetudo etiam & gratia charitatis est, ut dilectos nobis non solum oculis, sed etiam sermone teneamus. Agnouerat *Ioseph* dilectum suum, sed ideo interrogabat, ut quem tenebat animo, vox sonaret.] Ita sanè Dominus animas perfectiores, magis que dilectas, quasi magis sibi puritatis similitudine propinquas, benignius aspicit, & ad suum alloquium frequentius admittit, & donis maioribus reficit; ita ut eius pars multis partibus aliarum animarum dona superare videatur.

Huic fundamento nixa laus tria notat in sancta anima, quæ Deo sponso maximè placent. Ea autem sunt simplicitas oculorum, (ab hac enim inchoandum est, & pulchritudo virtutum, & pulchra, ac grata dispositio functionum, in quibus perfecta animæ pulchritudo sita est, ac constituta. *Oculi tui*, ait, *columbarum*. *Intentionis* sin-

Quo perfectior anima, eo donis potioribus apior.

Genes. 43. 34.

Lib. de *Ioseph*, cap. 10.

Intentionis sinceritas pulchritudo virtutum, & dispositio recta functionum hac laude insinuatur.

cei

P R Æ F A T I O.

Luc. 11.
34.

Aug. lib.
2. de cō-
sensu E-
uang.
cap. 15.

Lib. 9. de
historia
anun.
cap. 7.
Lib. 10.
cap. 34.

ceritatem, & puritatem commendat. Nam oculos esse intentionis indices, Christus ipse docuit, dicens: *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit; si autem nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Oculus tuus, ô homo, ex Augustini, & omnium doctorum sententia, intentio tua est. Si hæc fuerit recta, corpori actionum tuarum pulchritudinem, & splendorem, imò & vitam attribuet. Si autem fuerit curva, & præpostera, & ad terrena inclinata, toti operum corpori tenebras mortis offundet. Quia non est Deo gratum, nec ad æternam vitam promerendam idoneum, quod praua intentio Deo tollit, & in fines vanos deflectit. Columbas verò esse auiculas puras, & simplices, omnibus notum est, & oculorum experientia perspectum. Nam, auctore Aristotele, & Plinio, nullum præter comparem norunt, & mira quadam simplicitate res se obiiicientes aspiciunt. O igitur anima sancta, ac Deo consecrata, oculi tui puri sunt & simplices, quasi oculi columbarum! Intentio tua pura est, quia ad Deum opera tua reuocas, quia illi placere studes, quia ex illis aliam mercedem, quam ipsum sponsum, mercedem utique magnam nimis, non quæris. Intentio tua simplex est, quia simul cum Deo ad nihil aliud aspiras, quia causis humanis, aut emolumentis visibilibus te ad bonum opus impellentibus non egess; sed ipse Dominus est inceptor, quia sua vocatione, & gratia te præuenit; ipse impulsor, quia gratia eius, & incitamenta spiritualia operi, quasi comites, assident; ipse scopus, & finis, quoniam omnis tuus conatus in eius gloriam, & benepla

P R A E F A T I O.

neplacitum tendit. Planè *oculi tuae columba*, vt Septuaginta verterūt, vel intentio tua quasi columba, quia, tametsi multa aggrediaris, in multis occuperis virtutis operibus, tamen vniuersa hæc simplicissimè, ac purissimè vnam Dei gloriam, vnam voluntatis eius exequutionem inquirunt.

Quia verò oculi sanctæ animæ pulchri sunt, ac intentio eius decora est, id est, simplex, & pura, idcirco primam in corpore operum suorum pulchritudinem habet, quæ ab ipsorum operum bonitate procedit. Nam quæ sponso placere gestit, ea, quæ illi placeant, agenda suscipiet. Illi autem opera bona sunt grata, opera verò mala, quæ sanctissimam eius legem transgrediuntur, iniusta. Ad hæc ergo opera præstanda sancta anima se libenter accingit, atque hoc actionum bonarum decore fulgebit. Vox iusti est: *Iniquitatem odio habui, & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.* Iniquitatis odio deformitatem deponit, legis amore pulchritudinem induit. Illo, quod Deo abominabile est, abiicit, hoc, quod Deo est acceptum, admittit. Iniquitatis detestatione, à malo declinat; bonitatis dilectione in omnem virtutem inclinat. Imò & illa se exornat, & omnes suas vires vnde quaque circumdat. Virtus autem animæ pulchritudo est, & bonum opus ab ea exiens velut quidam venustatis splendor. Quid mirum, si anima virtute cincta, & operibus virtutis addicta, de pulchritudine, & splendore ab sponso laudetur. Quid aliud est iustitia, inquit Augustinus, cum in nobis est, vel quælibet virtus, qua rectè, sapienterque viuatur, quam interioris

Prima
anima
sancta
pulchri-
tudo, in
ipsorum
operum
sua boni-
tate.

Psalm.
118.163.

Epist.
222. ad
Consen-
tium.

P R Æ F A T I O.

interioris hominis pulchritudo. Si quælibet virtus est pulchritudo, cum multæ, variæque sint virtutes, multæ quoque erunt animæ pulchritudines, & harum virtutum opera multi erunt splendores, quibus ipsæ se manifestant, & videntium oculos ad amorem alliciunt. Vel potiùs ex omnibus virtutibus vna coalescet totalis pulchritudo, & ex omnibus virtutum functionibus, quasi ex radiis Solis, vnus resultabit splendor, qui animam mirum in modum splendere faciat, & tanquam solaris suauitas virtutum proportionem, seu congruentiam compleat, atque perficiat.

*Rectus in
operando
modus.
pulchritudine
iteratione
notatur.*

*In epi-
taphio
Paulæ.*

Sed quia sancta anima non semel, sed bis pulchra dicitur, alteram eius pulchritudinem inuestigare compellimur, quæ ad modam inuentum in virtutum actione, & in bonorum operum exercitatione refertur. Sicut enim vt quis censeatur eloquens, & in arte dicendi peritus, non satis est, vt accommodata ad persuadendum inueniat, & dicat, nisi etiam rectè disponat, & verborum, ac sententiarum ornatum habeat, & suauiter, ac efficaciter ad demulcendos, & conuincendos auditorum animos proferat, ita, vt quis sit virtute decorus, non sufficit, si bona faciat, nisi etiam bona bene, recta rectè, & pulchra pulchrè, in opus producat. Quod adeò verum est, vt aliquando in ipso modo omnis ratio virtutis constituatur. Hinc illud Hieronymi: Modus virtus est, vitium nimietas reputatur. Illud etiam vulgatum, ne quid nimis; quoniam in bonis quoque nimietas fugienda est, ne bona in mala vertantur. Omnes artes, & externæ disciplinæ,

plina
rùm
terea
ptur
Deo
vera
pote
sursu
inde
plena
sta,
prof
habe
amic
Ami
colu
coele
stant
Ami
effe
plic
mò
ac se
bon
pule
xis
eru
Nu
scul
uer
enit
cor

P R A E F A T I O.

plina, quamvis humiles sint, & ad humanos tantum vsus inuenta, à modo pendent, quem si pretereas, nihil utile, & ad propositum finem aptum, efficies. Quanto magis hæc sublimis ars Deo seruiendi, & scientiarum scientia, vel potius vera sapientia sine modo, ac ratione esse non poterit. De qua scriptum inuenies: *Qua autem desursum est sapientia, primum quidem practica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis.* Ideo modesta, quia debitum modum seruat, quo & sibi proffit, & omnes ædificet. Animæ ergo hæc tria habenti iure optimo dicitur: *Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum.*

Iacobi
3.17.

Cant. 1.
15.

Amica Dei est per gratiam gratum facientem, columba per puram intentionem, in Deum, ac cœlestia tendentem, bis autem pulchra per substantiam boni, & modum in virtute seruatum. Amica est, quia similis Deo per gratiæ donum effecta, oculos columbæ habet, quia purè, & simpliciter in Deum, tanquam in finem, tendit: primò pulchra est, quia virtutum decore vestitur, ac secundò pulchra, quia pulcherrimo modo in bonorum operum executione versatur.

*Late au-
dor tri-
bus vo-
luminibus to-
tum hoc
de ani-
marum
pulchri-
tudine
negotium
absoluit.*

Iam pridem nos huic sanctarum animarum pulchritudini augendæ dicauimus, quas prolixis voluminibus ad virtutem cognoscendam erudiuimus, & ad opus eius cohortati sumus. Nunc verò in cœpto persistentes, & breue opusculum antea vulgatum in opus integrum conuertentes, adhuc laborare decernimus. Equum enim est, ut qui præter spem adhuc viuimus, & corporis molestiis, & oneribus obedientiæ, pe-

P R Æ F A T I O .

Quid illū in præsentem tractationem impulerit.

nitus non impedimur, saltem horis succisuis exiguo talento nobis de supernis dato aliquid proficiamus. Operæpretium autem me facturum sum arbitratus, si opellam illam de modo bene operandi recognoscerem, & multa prætermissa adiicerem, & non pauca, breuissimè tractata, vberius exponerem, quòd sciam, & ipso experimēto compererim, facilius esse bona opera aggre-
gredi, quàm in illis optimum modum seruare. Illud breui tempore discimus; hoc verò vix post multos annos spiritualis vitæ comparamus. Non paucos in seculari vita, & plurimos in vita religiosa constitutos inuenies, qui ex pura intentione Deo seruiunt, & in operibus bonis ad Dei cultum, & proximorum vtilitatem pertinentibus se exercent, paucissimos verò qui in eisdem operibus debitum modum tenere nouerint. Et hæc est causa, quare ex multis, qui bonam vitam arripiunt, pauci ad perfectionem perueniant, quia videlicet in operibus eorum non substantia virtutis, sed modus virtutis deficit, cuius absentia imperfectiones perfectioni oppositas exuere minimè sinit. Perfectio ab iplo modo separari nequit, imò ipsum in suis visceribus includit. Nonne perfectio Christianæ vitæ est charitas? Vide nunc quid Dominus in charitate requirat, vt esse perfectio queat, aut, vt homines perfectos faciat. *Diliges Dominum Deum tuum*, non quocumque modo, sed *ex toto corde tuo*. Ecce modum, vt non remissè, non languidè diligas, sed feruenter, sed fortiter, ita vt omnes vires tuas exeras, quo dilectum amore teneas. Consideratione per omnes virtutes discurre

Matth.
22.37.

discu
præ
perf
& p
ben
pon
tion
gand
ritu
rum
tant.
virtu
H
stiga
serui
mur
deam
De or
Deum
poter
mus,
mus,
quod
est, &
simè
labor
aliqu
contra
Anno
cantil
tio se
actus
laude

discurre, & in plurimis studiosis viris eas ob prætermissionem modi non admodum solidas, & perfectas esse cognosces. Pauci sunt viri magnæ, & perfectæ orationis, quia non modo, quo debent, ei se tradunt, & ad eam obtinendam se disponunt. Pauci sunt magnæ & veræ mortificationis homines, quia rationem, ac viam se abnegandi non seruant. Pauci ex toto humiles, spiritu pauperes, aut mansueti, quia modum harum virtutum abiiciunt, licet opus non omitant. Magni ergo interest, modum cuiuscunque virtutis seruare, vt in ea vir spiritualis emineat.

Hos virtutum modos hac tractatione inuestigamus, vt alios, & nos ipsos ad perfectè Deo seruiendum excitemus. Quod vtinam assequamur, vt ad gloriam Domini sancti Dauidis videamur sectatores. De illo quippe dictum est: *De omni corde suo laudauit Dominum, & dilexit Deum, qui fecit illum, & dedit illi contra inimicos potentiam.* Si nos ipsos, quæ scribimus, doceremus, laudes Domini non negligenter caneremus, & amoris eius non tepidè inhæreremus, ad quod profectò ex eo, quòd ipse factor noster est, & ab hostibus inuisibilibus liberator, validissimè prouocamur. Si verò alij quoque nostro labore proficerent, etiam quòd sequitur, ad nos aliquomodo pertineret: *Et stare fecit cantores contra altare, & in sono eorum dulces fecit modos.* Annon sancta vita suauis est in auribus Domini cantilena? Annon modus in sancta vita, & ratio seruata, quasi dulcis melodia est, cuius causa actus vitæ, quasi chordæ, dulciter sonant, & laudes Domini Sabaoth in eius auribus cantant?

Bonorum
operum
modus
huius tra-
ctationis
scopus
est.
Eccl. 47.
10.

11.

Cantores igitur è regione altaris stare facimus, cum viros iustos ad virtutem accedimus, & rhythmum edocemus, cum in ratione, ac modo sancte viuendi eosdem erudimus. Faxit Deus, vt post tot annos in vita religiosa consumptos, iam tandem nos inchoemus, ac nos ipsos multa loquentes ad rectè ac diligenter operandum accendamus, vt adhortatio nostra ad alios directæ spiritum efficacitatis habeat, quo illos ad feruorem exsuscitet. Scimus enim quia sæpe spiritualia verba nõ profunt, quòd ex ore tantum, & non ex corde, neque opere confirmata procedunt. *Et facti sumus*, iuxta dictum Pauli, *velut æsonans, aut cymbalum tinniens*, quia loquentes, & non facientes, voci nostræ vocem virtutis minime inferre curamus. Sed si non operi vim Scripturæ damus, at desiderio faciendi, & quæ dicimus, opere confirmandi non deficiamus, quod desiderium precor Dominum, vt opus suppleat, & virtutem ad mouendum his nostris scriptis tribuat.

1. Cor.
13.1.

Quis modus Auctori in scribendo seruandus.

Hic autem scopus proficiendi, aliis modum, etiam in scribendo seruandum, aperuit, & non multa à viris spiritualibus exigenda esse monstrauit. Nam huius modi in virtutum operibus tenendi tractatores duas vias ingredi animaduerti. Quidam illorum ferè nihil in speciali dicunt, sed communibus documentis operandi rationem inuoluunt, & sub generali doctrina prætereunt, aded vt cum ad opus peruenimus, modum seruandum ignoremas, licet substantiam virtutis probe sciamus. Alij è contra suo feruore omnes metiuntur, & tam multa in communibus

P R Æ F A T I O.

munibus vitæ religioſæ operibus cuſtodienda exigunt, vt ad illa vix robuſti adoleſcentes im-
plenda ſufficiant. Nos verò nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram declinare volumus, ſed quaſi in medio conſtituti ita ſtylum temperare, vt nec virtutis amatores plus nimio oneremus, nec tepidis anſam nihil faciendi, & diſtractè viuendi concedamus. Illudque certum ſit, nos ea tradere, quæ animus gratia Dei, & bona voluntate ſuffultus in corpore non admodum robuſto, imò infirmitate, & imbecillo, ſine vlla difficultate præſtare ſufficiet. In quo fructui, quem ex dicendis ſperamus, conſultum eſt. Difficile eſt enim, vt Hieronymus ait, modum ſernare in omnibus, Suprà.
quam difficultatem exteriorum cura, mentis ad alia diſtractio, rerum ſpiritualium tædium, & ſi non aliud, ſaltem ipſa corporis infirmitas non ſemel inducit. Eſſet autem onus oneris addere, ei quod per ſe difficile eſt, plurima facienda, & adiungenda præſcribere. Dicamus ergo ex multis pauca, colligamus ex viſis, & auditis magis ſelecta, atque ea in medium afferamus, quæ in noſtris non dico ſenibus, qui maiora, & perfectiora præſumunt, ſed in adoleſcentibus tyrocinium agentibus, aut literis ſtudentibus non ſemel aſpeximus. Opera autem religioſa ad ſex Religioſa
opera ad
ſex capi-
ta reuo-
cantur.
capita poſſumus reuocare. Eorum namque quædam quotidie fiunt, & horum quædam ante meridiem, alia poſt meridiem. Rurſus alia ſingulis hebdomadis fiunt, alia ſingulis menſibus, alia ſolum ſingulis annis, & alia tandem ſemper, id eſt, quancumque ſe obtulerit occaſio, præſtanda ſunt. Secundùm hanc ergo diuiſionem

P R Æ F A T I O.

sex erunt huius operis libri, quibus, quæ utiliora ad hoc propositum visa sunt, afferre conabimur.

In maiora, minora, minimaque secantur.

Simile.

*Eccle. 7.
19.*

*Exhortatio ad lectorem.
Mat. h.
23 23.*

Istorum denique operum religiosorum, quædam *maiora* sunt, quædam *minora*, quædam *minima*. In maioribus quoque multa sunt parva seruanda, & omnia tum magna, tum etiam minima tractanda suscipimus, ut profectui legentium consulamus. Qui in regis alicuius palatium, ut illi inseruiat, admittitur, de omnibus etiam minimis edocetur: & in ipsis magnis minima non prætermittenda, ut regi placeat, persuasum habet. Nos ergo in hoc opere erga fratres nostros ad regi regum seruiendum vocatos, munus pædagogi suscipimus, & cum maioribus minima instillare nõ erubescimus, sine quibus haud dubie magna non stabunt, aut non eam, quam par est seruare, pulchritudinem, & venustatem tenebunt. Legimus certè in Ecclesiaste: *Bonum est te sustentare iustum, sed ab eo ne subtrahas manum tuam, quia qui timet Deum, nihil negligit.* Iustorum, erectioni, seu perfectioni seruiamus, & ab hac cura necdum manum subtrahimus, ideo nec minima huic proposito necessaria, aut utilia prætermimus. Christi imaginem in cordibus iustorum declinare, aut iam dopictam maiori decore, & splendore ornare volumus; imago verò non solum magna, verùm & minima ad sui perfectionem, requirit, imò & in minimis sape maior est gratia: quid ergo mirũ, si in minimis hæreamus, atque ea præterire non libeat. Tu ergo lector illius sententiæ memor: *Oportet illa, scilicet maiora, facere, & ista, nimirum minora, non omittere.*

ad

P R Æ F A T I O .

ad utraque animum applicare non desinas. Magna discito, quia magna sunt, sine quibus vocationi tuæ non satisfacies ; minimis quoque ex desiderio discendi aures attentas præbeto , ne si ista negligas , maioribus, cum minimis connexionem habentibus , desit. Ita ex magnis, & minimis virtutis operibus vestem nuptialem perfectionis compones, seu perfectam vitam institues, quæ in oculis Domini pulchra sit, & decora, propter quam maiori gratia indies augearis, & copiosam gloriam recipias in caelis. Iam (suaute Domino , cuius auxilium nobis præstò sit) ad opus accedamus, & ab eisdem quæ bono cuique operi necessaria sunt, non præloquendo, se exponendo, inchoemus.

DE

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is difficult to decipher due to its low contrast and the age of the paper.

DE
OPERIBVS
RELIGIOSIS,

TOMVS PRIMVS.

I. Alvarez de vita rel.

A

De

OPERTIVS

TOMAS RAYNA



O

In



refi
tuit
an
fici



DE
OPERIBVS
 RELIGIOSIS
 AB AURORA
 vsque ad meridiem
 faciendis

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

*In spiritualis vite operibus substantiam boni,
 & ordinem, ac modum requiri.*



ITA spiritualis, qua Deo viuimus,
 qua Christi hominis cœlestis filij
 sumus, qua ius ad hæreditatem
 æternam habemus, non est alia,
 quàm gratia in mentibus nostris

*Sancti-
 ficãs gra-
 tia spiri-
 tualis
 anima
 vita.*

residens, quæ nos iniquitati ereptos Deo resti-
 tuit, & ei gratos, & amabiles reddit. Nam sicut
 anima, seu vita naturalis corpus humanum per-
 ficit, & est earum virium origo, quibus actiones

4 *De vita religiosè instituenda,*

vitales elicimus, & à nobis ipsis ad aliquid appetendum, vel consequendum mouemur: ita gratia, animæ supernaturalis perfectio est, eam ad esse diuinum attollens, & omniam virtutum infusarum fons, quarum præsidio actiones spirituales, & studiosas producimus, & vitam illam beatam, ad quam nostris conatibus tendimus,

2. Pet. I. comparamus. *Per quem*, ait Petrus Apostolus, id est, per Christum, *maxima Deus Pater, & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hæc efficiamini diuina consortes natura.* Hæc participatio naturæ diuinæ fit per gratiam sanctificantem:

quæ eo ipso vita est animæ, quo eam ad quandam vitæ diuinæ participationem extollit. Ioannes quoque ait recipientibus Christum datam esse *potestatem filios Dei fieri*; quo etiam gratiam esse vitam animæ denotatur. Sicut enim cum

Ioan. I. naturaliter generamur, prius caro informis, rudis, & inanis sumus, & necdum filij parentum nostrorum vocari possumus; at accedente animâ, & corpus illud informantem, tunc verè filij parentibus naturâ similes sumus: ita acceptâ fide, ad hoc, vt filij Dei efficiamur, potestatem habemus: adueniente autem gratiâ sanctificante tamquam animâ, & vitâ, tunc demum Dei filij, ipsique similes euadimus. Est ergo gratia sanctificans animæ vita, quam filius Dei nobis

Ioan. I. daturus aduenit. Idcirco dixit: *Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant*; vitam, inquam, per sanctificantem gratiam, & abundantiam per gloriam consummaram.

Ioan. I. *Infusarū virtutum origo.* Hæc vita animæ nos virtutibus perficit: vt sicut anima origo est virium naturalium; intel-

ctus,

& c.
grec
cha
spe
qui
Vir
niam
sim
(&
mar
num
Ani
rim
core
in ep
tuis
stite
toru
ficat
emi
alite
rior
Var
mer
cta
ani
cet
virt
pre
tudi
fert
ani

ctus, quo intelligimus, voluntatis, qua volumus, & cæterarum, quibus in alias actiones vitæ progredimur: sic gratia initium est virtutum, vt charitatis, qua Deum, & proximum diligimus, spei, qua æterna bona speramus, & aliarum, quibus in reliquas studiosas actiones eximus. Virtutum harum, quæ infusæ dicuntur, quoniam non nostris actibus, sed Dei beneficio simul cum gratiâ donantur, duplex est munus; (& eadem ratio est de acquisitis) alterum, animam exornare; alterum initia bonarum actionum esse, & robur ad bene operandum afferre. Animam quidem decorant, ceu vestes pulcherrimæ, quæ gratiæ splendori non minimum decorem adiiciunt. De qua sic ornatâ dictum est in epithalamio sponsi: *Adstitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato circumdata varietate.* Vestitus deauratus gratiam, & varietas ornamentorum, multipliciter virtutum mihi significat. Gratia aurum est, quia omnibus aliis præeminet, & animam splendens facit, & non aliter, quàm aurum imaginem ligneam, in superiore quemdam, & pretiosorem statum effert. Varietas verò virtutum, quasi multiplex indumentum est, quo anima per gratiam pulchra facta, multo speciosior apparet. Vestem autem animæ, virtutem esse Gregorius Nyssenus docet: [Pro purpureo velamine, inquit, vestita virtute est, quæ omnibus ornamentis regalibus pretiosior approbatur; pro sceptro verò, beatitudine, & immortalitate sustollitur, & regali ferto iustitiæ coronâ decoratur.] Ipsa autem anima virtutibus prædita, se ornatam eis quasi

Duplex
virtutum
munus.

Animam
exornat.

Psal. 44.
10.

Gratia
vestis
anima
deaurata.

Lib. de
creat.
homi-
nis, c. 4.

6 *De vita religiosè instituenda,*

indumentis, proclamat. Atque adedè per *Isaiam*
Isaię 61. ait: *Gaudens gaudebo in Domino: quia induit me*
 19. *vestimentis salutis*, id est, omni virtute, qua ad
 numerum saluandorum pertineo, quod explicat
 subdens: & *indumento iustitia circumdedit me.*
 Nam & iustitia, hoc est, omnis virtus hoc nomi-
 ne significata, indumentum est, quo exornor,
 quo ab æstu, & frigore protegor, quo, sicut in
 die, honestè coram hominibus vniuersis incedo.

*Virtutes
 reclarum
 functionū
 initia.*

Sunt deinde virtutes initia bonarum actio-
 num, & quasi vires nouæ naturalibus viribus
 nostris adiectæ, quæ ad bonum operandum in-
 ducunt. Virtus enim est habitus, omnis autem
 habitus dat ei, cui insidet, promptè, & faciliter
 aliquid operari. Ex assiduâque, & prompta ope-
 ratione omnis Philosophia colligit, quibus ho-
 mo habitibus subiiciatur. Eum, qui superbè, &
 arroganter agit, qui se, & sua inaniter iactat,
 qui ad dignitates, & primas sedes anhelat, di-
 cimus esse superbum; illum verò, qui modestè
 de se loquitur, & abiectè de se sentit, & in ob-
 scuro iacere sustinet, humilem nuncupamus; &
 sicut arborem ex fructibus, ita ex operibus vi-
 tium, aut virtutem in animâ dominantem ag-
 noscimus. Hoc ideo, quia virtus fons est actio-
 num, & initium bonorum operum, à quibus
 si possit, & occasio offeratur, superfedere non

*Virtus Dei
 imitatio.*

patitur. Est virtus quædam Dei imitatio: Deus
 verò semper in actu est, semper seipsum, &
 omnia in seipso intelligit, & se, ac omne bo-
 num in se diligit, & malum odio habet. Ita vir-
 tute pollens non solo habitu virtutis contentus
 est, qui sine actione, ait Anselmus, est instans
 lancea

Lib. de
 similit.
 cap. ..

lan
 virt
 tur
 ten
 que
 cor
 no
 Ipsi
 que
 leui
 Ma
 mo
 tale
 uis
 toll
 dari
 bis
 bus
 C
 sanc
 ris,
 festu
 tutu
 lam
 virt
 obti
 ritu
 Dec
 te p
 enir
 bus
 vitã
 lis f

lanceæ plumbeæ, sed actum sitit, & ad opus virtutis procedit. Ac tandem virtus suapte naturâ sui conseruationem quærit, vnde in opera tendit, sine quibus diu durare non potest. Nam quemadmodum ignis, si materia, quam in se conuertit, desit, extinguitur; ita virtus, si omnino ab actione cesset, suâ otiositate destruitur. Ipsum enim non operari, cum debeas, malum quoddam est, quod si res omissa iussa sit, & non leuis momenti, æternâ damnatione mulctatur. Malum autem virtutis bonum destruit, & optimos, quos prius induisti mores, consumit. Qui talentum abscondit, & eo operatus non est, seruus malus, & piger dicitur, & ab eo talentum tollitur. Virtus autem talentum est, quæ in sudario reposita, & ab operando cohibita, à nobis à debito cessantibus, & eo ipso malè agentibus, cum indignatione subtrahitur.

Matth.
25. 26.

Cum ergo munus viri spiritualis sit, omni sanctitate, & virtute fulgere, & ad finem itineris, scilicet ad beatitudinem, peruenire; manifestum est, hanc debere esse ipsius curam, in virtutum actiones incumbere, sine quibus nec stolam nuptialem gratiæ, nec indumenta candida virtutum seruabit, nec beatitudinis præmium obtinebit. Huiusmodi actiones sunt opera spiritualia, siue vitæ spiritualis, quia in homine Deo per gratiam sanctificantem accepto à virtute proficiuntur, vel à virtute iubentur. Sicut enim actiones vitæ naturalis sunt, quæ à viribus naturæ manant, vt à sensibus, vel affectibus in vitâ naturali radicatis: ita actiones vitæ spiritualis sunt, quæ à virtutibus profluunt in vitâ spiri-

Tota viri
spiritualis indu-
stria assa-
quandis
virtutib.
debet in-
sudare.

*Actiones
bonas vir
tus elicit,
iubet in-
differen-
tes.*

tuali fundamentum habentibus. Harum, inquam, actionum quasdam virtus immediatè elicit, quasdam iubet. Elicit eas, quæ secundùm speciem suam bonæ sunt, & rationi, ac diuinæ legi consentaneæ: quales sunt, dilectio Dei, & proximi, oratio, incruenti sacrificij oblatio, proximorum subuentio, & alia huius generis. Iubet autem eas, quæ ex naturâ suâ mediæ sunt, siue indifferentes, vt manducatio, dormitio, & alia ad naturæ sustentationem necessariæ, quas vita spiritualis non respuit, imò admittit, quatenus virtus eas bonas facit, eo ipso quòd debitis circumstantiis vestit, & in honestum, ac sanctum Dei gloriæ finem assumit.

*Substan-
tia, ordo,
& modus
ad bono-
rum ope-
rum inte-
gritatem
requirun-
tur.*

Tria autem in omnibus his operibus confideramus, scilicet substantiam, ordinem, & modum, vt studiosa, & ad vitam spiritualem spectantia censeantur. Substantia in hoc posita est, vt opera ex naturâ suâ rectæ rationi, & diuinæ voluntati sint consona, aut saltem non aduersa, (& hæc sunt media,) quæ possit gratia, & vita spiritualis admittere, & vt bona reddat, in bonum finem ordinare. Quorum operum illa, quæ diuinæ voluntati consonant, Deus ipse petit, illa verò, quæ non sunt aduersa, propter bonum finem, vt bona efficiantur, fieri iubet. De

Match.
22. 37.

Prou. 3.

Rom.
15. 7.

illis dictum est: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Et: *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos.* Et: *Ambulate per viam prudentia.* Et: *Reddite omnibus debita; cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal.* Et: *Resistite diabolo, & fugiet à vobis.* Et: *Videte, ne grauentur corda vestra crapulâ, & ebrietate.* Et sic sunt alia

quàm

quàm plurima, quibus opus fidei, spei, & charitatis, opus prudentiæ, & iustitiæ, opus fortitudinis, & temperantiæ, & aliarum virtutum eum his connexarum, à nobis exigitur.

Egregiè ad hanc rem confirmandam dixit Leo Papa: [Quamuis omnium bonorum sit Deus ipse largitor, etiam nostræ tamen fructum quærit industriæ. Non enim dormientibus provenit regnum cælorum, sed in mandatis Dei laborantibus, atque vigilantibus, vt, si dona illius irrita non fecerimus, per ea, quæ dedit, mereamur accipere, quod promisit.] Theodoretus verò (vt alios omittam,) luculenter satis prosequitur, quomodo Deus non solam boni cognitionem, sed & exercitationem à nobis requirat; & inter aliâ sic ait: Maximum bonum est diuinarum rerum cognitio. Neque verò satis hæc est, quæ consummatum hominem eum reddat, qui eâ factus sit dignus; oportet enim bonas rerum functiones ad cognitionem, scientiâque adiungi. Quod enim radix est arbori, quod oculus corpori, quòdque telis contextendis ipsa sunt stamina, hoc perficiendis animis est veritatis cognitio, stabilisque rerum diuinarum fides. Oportet autem non solum scire, quid de Deo sentiendum sit, verumetiam ad illius leges, vitam morèsque instituere. Sicut enim qui picturam, quæve sutoriam, vel quamuis aliam artem perdiscunt, non, vt solam earum rationem teneant, illis dant operam, verum multo magis, vt eas manibus suis exerceant, seque opere aliquo magistrorum imitatores ostendant; ita decet operarios pietatis, non solum Theologiam rationemque naturæ,

Serm. 1.
Epiphania.

Lib. 12.
Græcarum
affect. in
princi-
pio.
Non solâ
boni co-
gnitione,
sed bonâ
Deus præ-
cipit exer-
citiū.

sed practicæ quoque virtutis leges, ac instituta perdiscere, quæque didicerit, quantum queat, seruare, ad eaque conari animæ speciem componere, ac effingere; qui enim sic animam componat, atque informet, non solum diuinarum legum exprimit characteres, sed ipsius quoque legislatoris viua quædam imago, rationalisque efficitur. Hoc & veritatis præco docens exclamat: *Estote imitatores Dei.* Eiusque præterea Dominus, & magister nos monet. Inquit enim: *Estote imitatores patris vestri, qui in cælis est.* Et iterum: *Estote perfecti, sicut pater vester cælestis perfectus est.* Imitatur autem Deum, quantum imitari licet, qui ea diligit, odióque prosequitur, quæ Deus amat, ac detestatur.] Hæc ille, & alia multa optimè. Quæ omnia demonstrant, opera secundum substantiam bona, & à virtutibus perfecta à nobis exposci.

Sed opera mediâ, siue indifferentia in bona conuerti, & propter bonum finem fieri, Deus iubet. Hinc Paulus ait: *Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi.* Et alio loco: *Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Quo verbo manifestè præcipit, opus manducandi, & bibendi, & quoduis aliud indifferens non solum propter bonum finem gloriæ Dei fieri, verum & omnibus numeris absolutum, ita vt bonum sit, & præmio dignum, exerceri. Idque palam docet Ambrosius in eundem locum sic scribens: [Nam in gloriam Dei edere, & bibere, & aliquid facere, hoc est, vt sub inuocatione creatoris cum modestiâ conuiuium celebretur:

Colof. 3.

17.

1. Cor.

10. 31.

Mediis
operibus
rectum
finem
proponere
iubemur.

Ibidem.

in gloriam enim Dei aliquid fit, cum in actibus, & conuersatione Christiani, Deus laudatur.] & in eodem sensu Augustinus: [Si ergo bene agis, & quòd manducas, & bibis, & ad refectionem corporis sumis, reparationemque membrorum, gratias agens ei, qui tibi præbuit mortali, & fragili ista supplementorum solatia, & cibus tuus, & potus tuus laudat Deum: si verò modum naturæ debitum immoderatione voracitatis excedas, & vinolentiâ te ingurgites; quanta sibi laudes Dei lingua tua sonet, vita blasphematur.] Exigitur itaque à nobis, vt hæc opera, quæ in bonum, & malum verti possunt, si viri spirituales sumus, & vitam perfectionis studiosam profitemur, propter bonum finem, & cum debitis accidentibus exequamur, ac sic ex indifferentibus in bona commutemus.

Ordo in operibus spiritualibus est, quòd debito tempore, & loco fiant, quòd posterioribus priora antecedant, & propter meliora, ac in præcepto posita, quisque minus bona, aut solùm consilio præscripta relinquat. Hunc autem ordinem etiam postulauit Paulus: *Omnia, inquit, honestè, & secundum ordinem fiant.* Nam sicut in rebus naturalibus ordo pacem, & prætermisio ordinis perturbationem gignit; ita in actionibus humanis ordo rectitudinem, & pulchritudinem, & ædificationem: è contra verò ordinis neglectus culpam, & deformitatem, & offensionem adducit. Si tempore silentij loquaris, malum: si verò, cum concessum est, verba necessaria facias, bonum est. Si in loco orationis

Ad Placitum
I. 46. initio.

Ordo in operibus est, illis debitum locum, tempusque tribuere.

I. Cor. 14. 40.

Ordinis prætermisio operum vitium.

ores,

ores, & in loco refectionis te reficias, rationi consonum: si loca peruertas, & in triclinio velis diuinum officium cantare, & in choro manducare, rationi dissonum est. Quare? Quia ordo relinquatur, nec debita disciplina seruetur. Eundem quoque ordinem ex Ambrosij sententiâ sibi dare orabat S. Dauid illo Psalmi versic. *Viam iustificationum tuarum instrue me, & exercebor in mirabilibus tuis.* Antea postulauerat: *Doce me iustificationes tuas.* Ac statim subdit: *Viam iustificationum tuarum instrue me.* Cur hoc? Vt ordinem discas. [Vide ordinem, inquit Ambrosius: prius est, vt discamus Domini iustificationes, deinde, vt gradus quosdam iustificationum, & ordinem nouerimus, quid prius, quid consequens esse debeat. Nam scire quid facias, & ordinem nescire faciendi, non est perfectæ cognitionis: offendunt plerumque præpostera.] Vnde constat, ordinis prætermissionem opera virtutis turpare.

E contra verò ordo ad operum bonitatem mirificè iuuat: [Et omnia, vt Augustinus ait, quanto magis moderata, & ordinata sunt, tanto magis vtique bona sunt; quanto autem minùs moderata, minùs speciosa, minùs ordinata sunt, minùs bona sunt.] Meritò sponsus animam de hoc ordine virtutum, & operum laudat, cum in Canticis ait: *Iunctura femorum tuorum, sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis.* Nomine enim femorum, si Theodoro credimus, virtutes morales, in actione positæ, designatæ sunt, quoniam illis iter facientes, agimus ea quæ volumus. Laudantur autem non tam virtutes, quàm iunctu

Psalm.
118. 27.

Ibid.
ser. 4.
versu 3.

Lib. de
natura
boni,
cap. 3.
*Bonorum
operum
ordine
augescit
decor.*
Cant. 7.
2.
Lib. 4. in
Canti-
ca.

inſecturæ virtutum, quia ordinem ſeruare, & quodlibet bonum opus in ſuo loco facere, & ſuo tempore coaptare, mirabilis pulchritudinis eſt. Et quemadmodum in monilibus ſæpe non tam gemmas, aut lapides pretioſos, quàm eorum aptiſſimam diſpoſitionem admiramur: ita in vita iuſtorum non tam opera, quàm eorum ordinem, modumque ſuſpicimus. Et ſicut creaturarum quælibet in Geſeſi, bona dicitur, omnes tamen ſimul diſpoſitæ, & ordinatæ propter mirabilem ordinem, & connexionem valde bonæ nuncupantur: ſic in vita iuſtorum quodlibet virtutis opus bonum eſt; at ſi omnia ſimul inſpicias, & ordinem eorum aduertas, mirum in modum bonitas, & pulchritudo eorum aucta eſt.

Modus in operibus ſpiritualibus non eſt aliud, quàm optima ratio faciendi. Euenit namque, vt opus aliquod ſecundùm ſubſtantiam bonum ſit, puta iuſtitie, aut miſericordie: & vt debito tempore, & loco, & à congruâ perſonâ, & ex recto fine fiat, quod eſt proprium ordinis, & tamen quod in modo deficiat, vt ſi fieret negligenter, aut præcipitanter, aut animo mœrore confecto. Rectam ergo rationem faciendi, vt nempe quoduis opus bonum bene, & pulchrè, & cum debitis omnibus circumſtantiis ab operante procedat, nunc modum appellamus.

Quem Dominus in bonis operibus tenendum eſſe in Deuteronomio præcipit. Nam ait: *Iuſtè, quod iuſtum eſt, perſequeris.* Quem locum exponens Gregorius, licèt ad ſolam rectam intentionem illud *iuſtè*, referre videatur: at certum eſt, non eam ſolam, ſed & multa alia ad rectè operandum

Modus
optima
agendo-
rum ra-
tio eſt.

A Deo
præceptus.
Deut.
16: 20.
9 moral.
cap. 13.

randum requiri, quæ nos rectæ rationis faciendi nomine comprehendimus, vt debitus modus in actione seruetur. Modus hic operandi in omni rectâ actione apprimè quærendus est. Quare Nazianzenus ait: [Agnoscamus, vt in vestitu, victu, risu, atque incessu; sic in sermone, ac silentio modum quemdam, ac decorum tenendum esse.] Si autem modus desit, eo ipso actio de se bona in culpabilem, & imperfectam conuertitur. Nam in omnibus modus quaritur, inquit Ambrosius, & quidquid abundantius est, à malo est. Sed si debitus modus adfit, actio suum esse retinet, & bona nominatur. Vnde Augustinus: [Omnia moderata, modesta, modificata dici sine laude non possunt: quia oranis modus, in quantum modus, bonus est.] Si ergo opera nostra secundum speciem suam bona sint, & alicuius virtutis, si ordinata sint, & in suo loco, & tempore, atque vœluti in suo gradu collocata, si modificata sint, & eo modo, ac ratione, eâ diligentia, ac pietate, & eo quasi circumstantiarum comitatu in medium prodeant, ac par est, ea à nobis egredi, tunc verè, vt spirituales viri, operabimur, & non lentis passibus in perfectionem contendemus. Nam sicut, qui bene quoad speciem, ordinem, & modum citharizat, perfectus citharædus est: ita, qui rectitudinem in specie operum suorum, & ordinem, & modum seruat, is virtute perfectus existimandus est.

Orat.
2. de
Theolog.

8. in Luc.
12.

Lib. de
natura
boni c.
22.

*Perfectio
in ordine,
&
modo re-
ctis operi-
bus adhi-
bendo sita
est.*

Simile.

CAPVT II.

*De modo tantum operum spiritualium totius
vitæ religioſæ eſſe tractandum.*

NO s autem, qui his libellis vitæ religioſæ,
ſpiritualiſque cultores inſtituere volumus,
non huius vitæ opera, quoad ſpeciem, ſeu natu-
ram ſuam, neque quoad ordinem, quem inter ſe
ſunt habitura, ſed ſolùm quoad modum, & ra-
tionem agendi, enucleare tentamus. Nam opera
ſpiritualia ad religioſum inſtitutum pertinentia,
(quæ omnia virtutum theologicarum, & mo-
ralium actionibus, & communicatione cum
Deo per ſtudium orationis, comprehenduntur,)
fuſius à nobis in libris *de exterminatione mali*, &
promotione boni, & in libris *de inquisitione pacis*,
explicata ſunt. Nemóque eſt eorum, ad quos hæc
opella dirigitur, qui ea ignoret, cùm ad ipſa
quotidie regulis, ac ſtatutis, fratrum exemplis,
prælatorum monitis, & propriæ conſcientiæ
impulſibus vrgeatur.

Si quis verò nullius religioſi inſtituti profeſſor
hæc legerit, & religioſorū opera, atque exercitia
ſcire voluerit, ea magnâ ex parte ex his verbis
Chryſoſtomi, quæ ſubiiciemus, agnoſcet: [Per-
pende, inquit, ſcælicitatis ſuæ ſtabilimenta ab
ipſis continuò diuerſoriis. Forum enim, & vr-
bes, & tumultus platearum fugientes, in monti-
bus viuere maluerunt, vbi nihil ſibi cum his ſæ-
cularibus rebus commune eſt, vbi nihil huma-
narum rerum perturbat, non mœſtitia, non do-
lor,

*Religio-
ſorum
exercitia
ex Chry-
ſoſtomo
propa-
nantur.
Hom.
79. in
M ath.*

lor, non acerbior cura, non pericula, non liuor,
 non turpis amor, non aliud huiusmodi, sed quæ
 sunt futuri regni, iam meditantur. Valles, &
 montes apud fontes in solitudine, ac tranquillitate
 habitantes, & cum Deo ipsi colloquentes,
 omni tumultu domus sua omnis vacat, & anima
 omni passione & ægritudine libera, leuis, subtilis,
 & ipso tenuissimo aëre purior: quorum corpus
 id scilicet est, quo Adam etiam ille ante peccatum
 exercitus, tum gloriam indutus, & Deum liberè
 alloquebatur, & paradisi regionem magnâ
 beatitudine plenam habitabat. Cur enim isti
 peius se habeant, quàm ille, quando ante
 inobedientiam in operando paradiso fuit constitutus?
 Nulla illi sæcularis erat cura, nullâ certè
 isti etiam vexantur. Integrâ ille conscientia
 cum Deo colloquebatur, non aliter isti, imò
 verò tanto liberius id faciunt, quanto maiore
 fruuntur gratiâ dona spiritus elargitâ.]

Religiosi cum Adamo, dum paradisi incoleret, componuntur.

Quid è lecto surgentes, more Angelorum, efficiant.

Et post pauca: [Ita igitur orbis terrarum lumina in exortu Solis, imò verò multo etiam ante diem à lectulo surgentes, integri, sobrij, vigilantes: nam nec grauedo capitis, nec rerum cura, nec aliud huiusmodi eos, tanquam Angelos in cælo versatos, perturbat. Illico igitur postquam è lectulo splendentes, & læti surrexerint, choro constituto, integrâ conscientia omnes, quasi ab vno consonanter ore, diligenter hymnis Deum laudant, gratias pro vniuersis tam propriis, quàm communibus beneficiis, ei agentes. Quare illo addâ omisso, quid inter Angelos, & hunc monachorum intersit chorum, libenter interrogauerim, qui sic in terra cantant, & dicunt.]

cunt: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis.*]

Luca 2.
14.

Et paucis omiſſis : [Hymnis verò iam decantatis , genibus flexis Deum vnanimis pro his orant , quæ nec in mentem quidem multorum facile veniunt . Nihil enim præſentium petunt rerum , quippe quarum nulla omnino ſibi cura eſt : ſed vt intrepidè , cùm filius Dei ad iudicandum viuos , & mortuos venerit , ante tribunal illud terribile aſſiſtant , vt nullus illam vocem audiat : *Nefcio vos* ; & laborioſam hanc vitam rectè peragant conſcientiâ , vt difficillimum hoc mare ſecundo nauigent vento : huius orationis dux , & caput præcipuum eſt eorum pater , atque præfectus : his crebris , ſanctis que abſolutis orationibus , exorto iam ſole , ad opus vertuntur , quo multos pauperibus fructus colligunt .]

Qualis
illorum
oratio.

Post multa verò : [Quare , qui huius portus continuâ tranquillitate lætantur , quaſi grauiffimam tempeſtatem , tumultus fugiunt vniuerſos , nec canentes , atque orantes ſolum , ſed diuinis etiam libris affixi , iucundiſſimè afficiuntur : choro enim diſſoluto plerumque alius cum Iſaia colloquitur , alius cum Apoſtoliſ diſſerit , alius laborat , lætitat & philoſophatur de Deo , de creaturis , de viſibilibus , de inuiſibilibus , de vilitate huius vitæ , de beatitudine futuræ . Ita non brutorum animalium decoctas ſibi carnes , vt alantur , aſſumunt : ſed Dei verba melle , atque fauo iucundiora , melioraque cibo etiam Ioannis , quo in deſerto alebatur : hoc mel non ſylueſtres è floribus apes collegerunt , nec digeſtum more ſuo coram aluearibus immiſerunt , ſed ſpi-

Qualis
ſtudium.

ritus gratia constituens pro fauis aluearibus, atque fistulis, in animis sanctorum imposuit, ut, quicūque vult, continuò possit comedere. Apes igitur imitantes sacrorum fauis librorum circumuolant, magnam inde voluptatem carpentes. Si ergo volueris, qualis hæc mensa illorum sit, perdiscere, propiùs ad eos accedas, & senties suauissimas, & spiritalis plenas odoris eructationes illorum. Nullum turpe verbum ab ore illorum vnquam profertur, non asperum, sed cælo vniuersa digna sunt. Quare non ab re quispiam facere poterit, si ora istorum qui versantur in foro, qui sæcularium rerum rabie furiant, cloacis sordidissimis comparet; illorum verò fontibus, vnde riuus liquidissimis fluenta mellis emanent.]

*Qualia
verba.*

*Homil.
de lau-
dibus
mona-
chorum.*

Ac alio loco: [Sunt qui & scribendi artem edocti, libros scriptitant, & destinatis cellulis se quisque tacitus continet. Precationes postmodum, quæ tertia, sexta, & nona hora, & vesperi insuper dicuntur, absoluunt, ita ut quadripartita die singulis partibus variis Deum laudibus honorent. Igitur vescentibus, ridentibus, & lasciuientibus reliquis, ac multo cibo distento ventre distractis, hi sese hymnis applicant, cum eis nondum cibi, & mensæ sit tempus, neque illa illorum sensibilibus cura. Sumpto verò cibo, cum se primùm quieti dederint, iisdem incumbunt laudibus. Huius verò mundi homines vel dies dormitant: at illi & noctes ducunt insomnes, quare lucis progeniti meritò possunt appellari: siquidem id tempus, quod reliqui somnolentiæ maiorem in partem insument, onerosique ex cibo, &

*Qualis
somens.*

graues

grau
nent,
rato
pro
feruo
discu
ritant
dunt
adic
legun
bus h
rint, f
solū
Ha
hæc m
ante l
sanct
lâ me
longa
Deo f
eas ce
sunt,
alij v
prop
voca
do, p
piand
alias
sione
glori
infirm
mus)
statu

graues prodeunt, abstinēt hi, & impasti manent, & orationibus student. Vesperi autem iterato otiantibus ceteris, certatimque ad balneas properantibus ad breue laboribus soluti, nulla feruorum excitata caterua, nullo per domum discursu, aut tumultu, neque variis & gulam iritantibus appositis epulis discumbunt, pane duntaxat plerique contenti, & sale, alij oleo his adiecto, & qui infirmiores fuerint, oleribus & leguminibus vescuntur. Diuinis interea laudibus haud intermissis cum paululum confederint, singulis storeis & humi cubant, ad quietem solum, non ad delicias paratis.]

Hæc omnia sunt religiosorum opera, si ea ad hæc nostra tempora accommodemus. Nam & ante lucem auroræ somnum excutimus, vt ad sancta opera vigilemus: orationi, tum ei, quæ solâ mente, tum ei, quæ mente simul, & voce fit per longa temporis spatia, vacamus: incruentum Deo sacrificium offerimus: sacras Scripturas, vel eas certè disciplinas, quæ eis intelligendis vtiles sunt, discimus: manibus nonnulli laboramus: alij verò, quoniam sacris initiati sumus, & ex proprio instituto ad status clericalis adiutorium vocati salutem animarum, docendo, concionando, peccata per confessionis sacramentum expiando, & aliis similibus ministeriis intendimus: alias variarum virtutum exercendarum occasiones nequaquam negligimus; ac tandem pro gloria Dei, frugali mensâ, & moderato somno infirmi corporis (sine quo nihil agere possumus) rationem habemus. Itaque cum hæc opera status religiosi tam comperta sint, & omnibus

Qualis
mensa.

20 *De vita religiosè instituenda,*
manifesta, non est, cur in eis recensendis amplius
immoremur.

*Opera
religiosa
eum or-
dinem
seruant,
quem in
scribendo
tenet
Auctor.*

Similiter ordinem, quem ista opera habitura
sunt, consultò vnico verbo præterimus: quo-
niam eo ferè ordine ea exequimur, quo in se-
quentibus scribentur. Locus etiam, & tempus,
& hora vnumquodque faciendi, ita nobis præ-
scripta sunt, vt, quæ ad ordinem pertinent, ne-
queant ignorari. Ideòque religiones communi
omnium consuetudine, religiosi ordines vocan-
tur, quia ea summo ordine præstare contendunt.
Hodie cœtui religiosorum adiungeris, & paucis
diebus, quasi naturaliter, operum faciendorum
ordinem discis. Nam ad quodlibet eorum vel si-
gno vocaris, vel ipso concursu fratrum ad ora-
tionem, vel ad lectionem, vel ad laborem, vel ad
refectionem accurrentium inuitaris, vel certè, si
cum illis non vadas, dum te solitarium inuenis,
faciendi operis admoneris. In ipso cœnobij ve-
stibulo obedientiam in nutricem, & vt magi-
stram admittis; hæc autem statim, & quæ sunt
agenda, & ordinem agendorum præscribit. [Si-
ne ea enim, vt Laurentius Iustinianus ait, in cœ-
nobio nil agere licet. Ipsa namque vigiliis men-
suram imponit, tempus indicit cellæ, operi ma-
num iniungit ministerium, ori silentium im-
perat, diuinas inuitat ad laudes, orationi horas
debitas ordinat, totumque sic prudenter reli-
gioni concordat, vt humanæ salutis nihil con-
gruentius, nihilque securius cœnobitarum insti-
tutionibus conuenire noscatur.]

Lib. de
vita so-
lit. cap.
12.

*Nihil
congrue-
tius ad
salutem
religioso-
rum in-
stituitis.*

Neque hæc vltima verba per hyperbolem di-
cta videantur. Nam verè ita est, vitam istam, &
ordi

ordinem
rum a
num
eis se
huius
nostro
eius in
giosæ
tiâ ma
homoc
& in
tantum
sed &
eorum
acced
prehe
tualia

Qu
stanti
tamen
solet
scire
scimus
operi
modu
quide
nond
adept
nunq
crem
dum
Paulu
tum,

ordinem eius esse ad salutem animarum nostrarum aptissima. Non enim homines soli religionum fundatores opera huius vitæ, & ordinem in eis seruandum inuenerunt, sed à Deo in rebus huius status ordinandis inspirati sunt. *Numquid* Iob 38.
noſti ordinem cœli, inquit ad Iob, *& pones rationem* 33.
eius in terra? Hunc ergo cuiusque familiæ religiosæ ordinem, quo in Dei laudibus, & obedientiâ mandatis eius, cœlum æmulatur, non solus homo posuit, sed Deus ipse interiùs mouendo, & inspirando monstrauit. Quem tamen non tantùm nobis huius vitæ professoribus aperuit, sed & sæcularibus patefecit. Si enim quisque eorum ad conuentum religiosorum frequenter accedat, non sine magnâ sui adificatione deprehendet, quo loco, & tempore singula spiritualia opera peragantur.

Quamuis autem opera religiosa, quoad substantiam, & ordinem satis manifesta sint, modus tamen nobis etiam, qui vitam hanc profitemur, solet esse satis incognitus. Quia vel præ incuriâ scire negligimus, vel si quoad speculationem scimus, nonnullâ difficultate victi, in eo singulis operibus adhibendo superamur. Est tamen hic modus scitu, & exequutione dignissimus. Scitu quidem; nam si modum operum ignoremus, nondum perfectam virtutum scientiam sumus adepti. Exequutione verò, quia (vt dictum est) nunquam ad aliquem profectum vel mediocrem virtutum perueniemus, nisi debitum modum in earum operibus teneamus. Ideoque Paulus non contentus opera lucis, id est, virtutum, exegisse, addidit: *Sicut in die honestè ambule-*

Modus in operibus & non satis cognitus & difficilis.

Rom

13. 13.

De zelo, & liuere. *miss.* Honestè, vel decenter, vt Cyprianus legit, modum indicat. Ac si diceret: non sufficit ad ambulandum in hoc die gratiæ, vt optima virtutum ornamenta induas, nisi etiam modo, qui deceat, illa applicata circumferas. Et hoc est, quod sequitur: *Sed induimini Dominum Iesum Christum.* Cuius vitam vt imiteris, oportet te & sanctis operibus inhærere, & in illis ad optimum modum aspirare.

*Modus
ille
cum de-
coro est;
est autem
istud bo-
nestatis
pulchri-
tudo.*

*1. offic.
cap. 40.*

Modus hic operum auctore Ambrosio, non secernitur ab eo, quod Philosophi vocauerunt decorum. Itaque idem omnino est, optimo modo, ac ratione opera exequi, ac in vitâ nostrâ decorum tenere. Huncque modum, siue hoc decorum, nihil aliud esse putat, quàm pulchritudinem quamdam honestati virtutis adiunctam. Gratum erit illum disputantem audire: [Non enim mediocriter est, ait, rebus singularis modum seruare, atque impartiri ordinem, in quo verè præluceat illud, quod decorum dicitur, quod ita cum honesto coniungitur, vt separari non queat. Siquidem & quod decet, honestum est: & quod honestum est, decet, vt magis in sermone distinctio sit, quàm in virtute discretio. Differre enim ea inter se, intelligi potest, explicari non potest. Et vt conemur aliquid eruere distinctionis, honestas velut bona valetudo est, & quædam salubritas corporis: decus autem tanquam venustas, & pulchritudo sit. Sicut ergo pulchritudo super salubritatem, ac valetudinem videtur excedere, & tamen sine his esse non potest, neque vllò separari modo, quoniam nisi bona valetudo sit, pulchritudo esse, ac venustas

non

non potest: sic honestas decorum illud in se continet, ut ab eâ profectum videatur, & sine eâ esse non possit. Velut salubritas igitur totius corporis, actusque nostri honestas est, & sicut species est decorum, quod cum honestate confusum opinione distinguitur. Nam etsi in aliquo videatur excellere, tamen in radice est honestatis, sed flore præcipuo, ut sine eâ decidat, in eâ floreat. Quid enim est honestas, nisi quæ turpitudinem, quasi mortem fugiat? Quid verò inhonestum, nisi quod ariditatem, ac mortem afferat? Virente igitur substantiâ virtutis, decorum illud tanquam flos emicat, quia radix salua est.] Si ergo perfectio non tantum animæ sanctitatem continet, sed & eius pulchritudinem, liquet nos esse non posse perfectos, nisi in sancta & spiritualia opera incumbamus, atque in illis debitam rationem modumque seruemus.

Quoniam verò, ut ipse Ambrosius postea ait, duplex est modus; alter generalis, qui quasi per totam vitam honestam, & spirituales diffunditur: alter specialis, qui ad singula quæque opera coaptatur, instituti nostri est, toto hoc opere singulorum operum vitæ spiritualis modum, quo fieri debeant, explicare; ut scilicet vir spiritualis non tantum substantiam, & ordinem operum suæ vocationis, verum etiam & modum sciat, & illum semper seruare contendat. Audeo dicere, si, quæ in his libris dixerimus, seruauerit, magis faciet in omni virtute progressus; experieturque breui tempore tenendo modum operum valde proficiens, quantum spiritualis lucri in præteritis annis ob modi neglectum amiserit.

Cap. 46.

Modum
 & generalis,
 & specialis
 est, & de
 secundo
 in hoc
 opere
 tractandum.

rit. Præsidio enim bonorum operum bene, & honestè factorum, lux crescet, ignis deuotionis ardebit, Deus animæ intimè se communicabit, & omnia bona secum aduchet. Mirum autem esse non debet, si ad minima quæque tractanda, & exigenda descenderimus, quia optimus modus spiritualium operum, imò & quarumcumque rerum ex minimis pendet, quibus prætermisissis, & decor ille perit, quem cupimus, & perfectio operum euanescit. Bonum ex integrâ causâ oritur, vt aiunt, & malum ex quocumque defectu: quare si bonum faciendum est, & omnia, quæ ei inesse debent, præstare curemus, & nullum defectum, quantumuis minimum, vitare negligamus. Iam ergo ad specialia tractanda accedentes, à primo opere, quod in die occurrit, nimirum à surrectione lecto, in quo ad necessitatem quieuius, inchoandum est.

C A P V T III.

De surgendo à somno.

PRIMUM opus, quod in die occurrit, est lectuli, in quo per noctem quieuius, derelictio, & mentis ad vigilandum, & laborandum applicatio, & quidem non tantum solem præuenimus, sed & longè ante auroram surgimus, vt in illâ temporis tranquillitate Deo, longioribus spatijs sine vlllo impedimento, vacemus; sanctumque Dauidem imitari gestimus, de seipso dicentem: *Præueni in maturitate & clamaui, quia*

Psal. 118. 197.

in

in verba tua supersperavi. Præveni, inquit, tempus illud, quo homines solent ad operandum assurgere, ipsûmque auroræ aduentum antecessi, quia illam horam satis opportunam ad clamandum, & te, Domine, deprecandum esse cognoui; id autem feci, quia ad meas miseras subleuandas, desideriaque cõplenda, magnam spem de tua benignitate concepi.

Tu ergo, ô vir Dei, cùm surgendi è lecto signum audieris, statim sine vllâ morâ, sine vllâ cunctatione, cum magno feruore, & alacritate consurge. Audi Ecclesiasticum dicentem: *Horâ surgendi*, nimirum è lecto, *non te tristes; præcurre autem prior in domum tuam*, nempe in domum orationis, fratresque vniuersos præcede, & *illic auocare*, vt apud Dominum tuæ conscientiæ rationem reddas, & *illic lude*, illic scilicet lætare, ac te ipsum recrea in Domino, si nihil, quod conscientiæ dictamine accusetur, inuenias. *Surge velociter*, sic enim ab Angelo dictum est Petro; & si absque cunctatione surrexeris, catenæ tepiditatis, & segnitiei cadent de manibus tuis. *Assuescas*, oportet dicere in corde tuo, cùm campanula ad surgendum sonuerit: Hoc signum magni regis est; eamus citò, & offeramus ei munera. Et sicut, cùm princeps dato signo vocat aliquem, è vestigio ministri accurrunt, vt eius iussa perficiant: sic & tu, cùm à Domino cymbali pulsatione vocaris, sine morâ ad eius imperium accurre.

Sine mora dato signo surgendum.
Eccl. 32.

15.

Actor.

12-7.

Quid in corde dicendum.

26 De vita religiosè instituenda,
De cordis custodia in ipso initio
vigilandi. §. I.

Ex cita
surrecti-
one tota
sensibilis
diei de-
uotio pro-
manat.
Caut. §.
6.

Magni momenti est hæc propera, citaque sur-
rectio, ex quâ communiter tota sensibilis diei
deuotio, & diuina uisitatio dependet. Sponsa
aperire sponso cunctata est, & cum tandem ape-
ruit, minimè illum inuenit. *Iam, inquit, decli-
nauerat, atque transferat.* Sic prorsus h̄ aliquan-
tulum præ socordiâ moreris, sponsum, qui te
vocabat, iam abiisse, & te aridum, ac tenebris
obuolutum reliquisse reperies. Signa te ipsum
statim venerando crucis signaculo, cuius virtu-
te munitus contra diei pericula, tum corpora-
lia, tum spiritualia protegaris. Ad hoc sanè hor-
tatur Cyrillus Ierosolymitanus non perfectè vi-
uentes tantùm, sed & vniuersos Christianos:
[Non pudeat vos, inquit, crucifixum confite-
ri: sed in fronte confidenter signaculum crucis
digitis imprimatur, & in aliis omnibus crux fiat:
in panibus comedendis, & in poculis bibendis,
& in egressu, & in ingressu, ante somnum, re-
cumbendo, & surgendo, eundo, & quiescen-
do. Magna hæc est custodia, quæ propter pau-
peres gratis datur, sine labore propter infirmos,
cum à Deo sit hæc gratia, & timor dæmonum,
triumphauit enim de illo hoc signo. Ostenta illi
audacter; quando enim viderint crucem, recor-
dantur crucifixi: metuunt enim eum, qui con-
triuuit capita draconis.] Huius autem sanctissimi
signi virtute, ac sedulâ diligentia, omnem non
solum malam, sed & inanem cogitationem abie-
ce, & ad Deum tuum cor, mentemque conuer-
te,

Signum
crucis, ut
pote con-
tra peri-
cula mi-
ra virtu-
tis, assu-
mendum.
Catech.
13.

Quantū
in demo-
nes profit.

te, & illum in primo illo diei momento affectu amoris stringere stude.

Æquum est, vt primitias diei tibi datæ ipsi consecres, & primum illum, tanquam benignum hospitem, qui tunc ad te diuertit, in hospitium tui cordis excipias. In quo aliqui (vt mihi compertum est) tantâ gratiâ præueniuntur, vt quasi naturaliter, cùm somnus abscedit, statim Dei recordentur, & in eum amore ferantur. Meminit huius documenti, tanquam valde necessarii, Bonauentura, cuius hæc sunt verba: [Cùm euigilas, statim omnes cogitationes tuas abiice de corde tuo, & somnia, quæ somniasti in nocte, quibus te diabolus vellet occupare, & primitias cogitationum tuarum offerre Deo in cogitatione, vel in aliquâ bonâ meditatione cum corporis exercitatione, vel genuflexione, donec aliquem affectum deuotionis concipias, & cogitationes vanas, quæ tunc maximè infestant mentem, à te abiicias, & ex hoc eris ad omne opus deuotior, & expeditior totâ die.] Hoc etiam magni ponderis est, quoniam, si vanæ cogitationi, aut curæ (pro illo tempore maximè necessariæ) aditum aperias, illa te inquietum, & minùs aptum ad orandum reddet. Tuæ voluntatis erit illam admittere, non tamen reiicere, quia, postquam cordis dominium vendicauerit, difficile satis erit eam à corde depellere. De qua, cuiuscumque generis sit, dummodo mala & inepta sit, potest dici, quod de impurâ carnis cogitatione Hugo Victorianus scripsit: [Subtiliter intrat, & mentem occupat; & nisi subito repellatur, allicit, & incendit, & quasi

Primitia diei Deo cōsecranda, propulsanda ineptas cogitationes.

Tract. de inter. hom. par. 1. cap. 4.

Quid pariat damni vanis cogitationibus patefacere. 3. de anima, cap. 16.

quasi virus pestilentia per totum corpus paulatim se diffundit. Cogitationes malas multiplicat, affectiones malas generat, delectatione illicita mentem afficit, & ad consensum prauitatis animum inflectit, omnesque animae virtutes corrumpit.] Excute ergo in illo primo vigiliae momento omnem inanem cogitationem, sanctam mentem, & ad Dei amorem te afficientem assume, ne in initio diei cor pollutum Deo offeras, sed purum, & aptum ad orandum, & coram creatore tuo astandum in locum orationis inferas.

De assumendis vestibus. §. 2.

Modestè in assumendis vestibus se geret religiosus. In assumendis vestibus honestè te geras, si nudus cubas; ac modestia memineris, sicut qui coram Deo, & Angelo tuae custodiae deputato vestimentis indueris. Post thoracem statim habitum religiosum, seu clericalem induas, eoque te operias, & sub illo, ita vt corporis tui aliquam partem non videas, scemoralia, tibialia, & calceos assumes. Indecens namque est, vt religiosus more hominis saecularis immodestè se vestiatur, & vel coram seipso extra lectum nudus appareat.

Indecens est, religiosi extra lectum nudum apparere.

Genes. 3.

7.

Hom.

20.

Genes. 9.

13.

Primi parentes nostri pudore affecti sunt, cum se post peccatum nudos agnoerunt. Quos in delictis imitatus es, in affectu quoque debiti pudoris sequere, & te nudum videre omnimodis erubescere. [Si quis nudus fuerit, inquit Macharius Aegyptius, summo pudore, atque dedecore afficitur: & amici nudos auerfantur amicos, & germani suos: filij quoque videntes nudatum patrem, facies suas auerterunt, ne nudum

dun
tes
Ma
sta
aspe
non
A
con
giol
faci
con
tiem
tius
quan
appa
sing
salte
ris,
stigi
habi
cum
D
E
teip
bis,
tatur
tron
inuo
dum
sis sa
facri

dum patris corpus aspicerent, & retrogradientes operuerunt eum; & sic vultum auerterunt.] Maior tui ad teipsum propinquitatis hanc honestam erubescenciam habeat, & propriæ carnis aspectum, circumspeditionis defectum vocare non metuat.

Antiqui religiosi, vt ex Basilio, & Cassiano constat, vestiti dormiebant, & nunc multi religiosi, aut ex instituto, aut ex deuotione, idem faciunt. Huius autem præceptionis ratio (vt ego coniector) non tantum fuit, vt omnem mollietiam, & indulgentiam abiicerent, & vt expeditius ad orationem surgerent, verum vt nunquam, nec aliis, nec sibi ipsis habitu religioso apparerent. Tu, si ex necessitate, aut desiderio singularitatis fugiendæ apud tuos nudus cubas, saltem, quod huius sancti moris seruare poteris, seruabis, & (vt apud nos in vsu est) è vestigio, cum lectum vis relinquere, religiosum habitum valde quidem amabilem, & honorificum, causâ modestiæ, & honestatis, assumes.

*Antiqui
(nec non
patricio-
modo reli-
giosi) mo-
desti cau-
sa soliti
vestiti
cubare.*

*De oratione, & inuocatione Sanctorum,
dum induimur. §. 3.*

Eodem verò tempore, quo calceas, & amicis teipsum, sanctam Trinitatem reuerenter adorabis, B. Virginem, Angelum tuæ custodiæ deputatum, sanctum illius anni, ac illius mensis patronum; (de quibus postea,) & alios sanctos inuocabis, ac pro obtinendo seruore ad orandum, & habendam puritate ad celebrandum, (si sis sacerdos, vel si non sis, ad assistendum Missæ sacrificio) & sedulitate ad tuum officium ex-
plendum,

plendum, precaberis. Pro his accommodatas preculas, quæ affectum excitent, memoriter retinebis, quas si propriis verbis factas non habeas, ex Lanspergio, Blosio, B. Gertrude, ac B.P.N. Francisco Borgiâ, aut ex aliis mutuabis. Dum verò alias non inueneris, his (si libuerit) uti poteris.

Ad sanctam TRINITATEM.

Adoro, laudo, & benedico te, Ô TRINITAS sancta, Deus meus, & omnia gratias ago tibi pro misericordie custodia, quâ me hac nocte custodisti: pro sapientia, & benignitate tua, quâ me protexisti: & pro cunctis beneficiis tuis, quibus cælum, & terram, & omnia, quæ in eis sunt, in tempore, & æternitate imples, & me indignum seruum tutum vsque in hanc horam perduxisti. Ob hæc dona te ex omni affectu mei cordis adoro, & opto, ut millia millium cœlestium agminum tibi ministrantium te ex me glorificent: & decies millies centena millium Angelorum tibi assistentium te ex me magnificent: & vniuersalis harmonia omnium creaturarum te ex me collaudet. Tibi offero, Domine, resigno, & commendo me totum, & quidquid intra, aut extra me est, in tui honorem, laudem, & gloriam. Aufer à me, quidquid tibi displicet in me, & da omne, quod tibi placet. Dirige, & posside me iugiter secundum beneplacitum tuum. Amen.

*Ad CHRISTVM, Dominum nostrum
pro celebratione, vel auditione Missæ.*

Tu DOMINE DEVS vniuersorū, qui nullius habens indigentiam voluisti per hoc magnificum sacramentum tuum habitare in nobis; conserua, quæso, cor meum, & corpus meum immaculatum, vt læta, & pura conscientia hodie tua valeam celebrare mysteria, vel dignè valeam assistere tuis celebrandis mysteriis. Præsta, Domine Deus meus, vt cum frequentatione huius mysterij crescat meæ deuotionis affectus. Præueni me, dulcissime, amabilissime, fidelissime amator, in benedictionibus dulcedinis tuæ; & fac, vt totus in te liquefiam, & amore perfluam, & de nulla externa consolatione me intromittam. Amen.

Ad B. VIRGINEM.

Lando, benedico, & gratias ago tibi, ô beatissima VIRGO; mater benedicta miserorum, quæ me indignissimum seruum tuum hac nocte tanta benignitate ab animi, & corporis malis custodisti. Tuam ineffabilem elementiam oro suppliciter, vt me à peccato, & imperfectione defendas, & in bonis operibus, præsertim in oratione, & cultu Dei, & in iniuncto mihi ministerio me adiuues. Quatenus seruus fidelis inuentus audiam ex ore dulcissimi filij tui: Euge serue bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Amen.

Ad

*De vita religioſè inſtituenda,
Ad ANGELVM cuſtodem.*

O cuſtos fideliffime animæ, & corporis mei, Ô ANGELE Dei, princeps glorioſe, qui ex cœleſti militia fuiſti diuinitus in mei cuſtodiam deputatus, ſummas grates tibi refero ob pericula, quæ à me, cùm dormirẽm, amouiſti, & beneficia, quæ largitus es. Te ſuppliciter exoro, vt hunc vermiculum tuæ tutelæ commiſſum defendas, illumines, inflammes, à malis compellas operibus, & ad bona tuâ virtute, & interceſſione ſolicites, vt tanto patrociniò munitus diuinæ maietàti gratum mei offeram holo-cauſtum. Amen.

*De S ANCTO, quem habes hoc anno
patronum.*

Deus, qui nobis per ſingulos annos aliquos excellitibus tuis patronos aſſignas, quorum ſuffragiis protegamur: concede quæſumus per interceſſionem B.N. Apoſtoli, vel Martyris tui, quem hoc anno patronum, & aduocatum de tua benignitate ſuſcepi, vt cogitationes, verba, & opera noſtra tibi placeant, & ad gloriam maietàtis tuæ omnia vitæ noſtræ momenta decurrant. Amen.

*De S ANCTO, quem habes hoc menſe
Aduocatum.*

Deus, qui nos à ſæculi vanitate conuerſos ad brauium ſupernæ vocationis accendis, peccatoribus noſtris purificandis illabere, & intercedente B.N. Martyre, vel Confefſore tuo, gratiam

tiam nobis, qua in te perseveremus, infunde: ut protectionis tuæ muniti præsiidiis, quod, te donante, promissimus, impleamus: & nostræ professionis exequutores effecti, ad ea quæ perseverantibus in te promittere dignatus es, pertingamus. Per Dominum nostrum, &c.

Et quia per dies hebdomadæ omnes sanctos curiæ cœlestis (ut postea dicemus) es inuocaturus, eos, qui eo die occurrunt, siue sint Angeli, siue Apostoli, aut alij, sic inuocabis.

Ad chorum SANCTORVM eo die occurrentem.

O Sancti Dei, Angeli, vel Apostoli, vel NN. principes gloriosi, qui læti vultui Dei assistitis, & securi in æternâ requie conquiescitis, impetrate mihi à Deo nostro, & Domino Iesu Christo, cor simplex, mundum, & rectum, cor piuum, & humile, cor geminâ charitate, & omnibus virtutum floribus exornatum, cor aptum ad diuinas inspirationes excipiendas, ut ad gratiam orationis admissus cum Deo valeam conuersari. Amen.

Has præculas, vel alias non dissimiles, non tantum mente percurras, verum & voce proferas, tum ut primo illo tempore corpus, & animum propriis eorum actionibus Deo consecres, tum ut somnum melius excutias, & ad futuram statim mentalem orationem amplius præpareris.

De oblatione tui, postquam te indueris. §. 4.

Tandem assumptis vestibus, & lecto decen-

I. Alvarez de vita rel.

C ter

Gratia Deo agēda.

Preces prædictæ non solum mente, sed ore percurrenda.

ter operto, flectes genua coram Domino, & quanto potueris mentis affectu gratias illi ages, quòd tibi noctem quietam, & somnum pacatum dederit, quòd nouam lucem ad vitam æternam promerendam concesserit, & quòd à multis periculis tum mentis, tum corporis, & ab illusionibus dæmonis liberauerit, instantérque postulabis ab eo gratiam, vt peccata vites, & tuo muneri satisfacias, vt in omnibus suam sanctissimam voluntatem quæras, atque ei gratus existas. Offeres tuum corpus, & animam, tuas cogitationes, desideria, verba, & opera in vniõne corporis, & animæ, cogitationum, desideriorum, verborum, & operum, Christo Iesu, vt ex illo meritum trahant, & æterno Patri sint grata. Postremò, (quod infra dicemus,) propositum vitandi defectum particularem, aut te exercendi in particulari virtute, facies, & auxilium speciale ad hoc opus virtutis posces. His autem aut aliis verbis mente solùm cogitatis, siue his affectibus poteris hanc gratiarum actionem, & tui oblationem facere.

Lib. 2.
cap. 13.
*Aliquid
speciale
proponen-
dum.*

Praxis
*agenda-
rum Deo
gratiarũ.*

Domine Deus, omnium bonorum perennis fons, immensas gratias tibi ago ob benignissimam erga me prouidentiam tuam, & ob magna beneficia, quæ in hac præterita nocte de tua largitate suscepi. Tu, Domine, noctem quietam, & somnum pacatum dedisti, à multisque periculis tum animæ, tum corporis, & ab illusionibus mei aduersarij liberaasti. Tu depulso somno, mortis imagine, vigiliæ me reddidisti, & lucem iamiam instantem concedis, vt operibus bonis ad æternam salutem promerendam insistam. Ita fiat,

fiat
hoc
ab
om
gni
pus
desi
suu
vniõ
sti D
firm
hoc
bus
virtu
cæle
re.
(vt
exer

PO
ti
mem
prepa
tent. at
acced
quia
petra
Nu
tionis
fiat,

fiat, ô amantissime Pater. Da mihi, obsecro, vt hodie constanter peccata fugiam, meo muneri ab obedientia iniuncto satisfaciam, tuam in omnibus voluntatem quæram, & tibi pro magnis donis gratus existam. En offero tibi corpus, & animam meam: offero cogitationes, desideria, verba, & opera mea, & vsum sensuum meorum, ad quem à te facultatem peto, in vnione corporis, & anime, & functionum Christi Domini nostri, & filij tui. Statuo, Domine, firmiter, quantum passum, per totum hunc diem hoc vel illud vitium fugere, & contrariis actibus contra illum pugnare, vel in hac aut illa virtute me exercere, tuum erit mihi adesse, & cœlesti auxilio me ad id præstandum communi-
re. Dum sic è lecto surgis, studiosè surgis, & (vt manifestum est) non paucos actus virtutis exerces.

CAPVT IV.

De preparatione ad orationem.

POSTquam è lecto surreximus, ad orationem post modicum habendam paramur, memores præcepti Scripturæ: *Ante orationem prepara animam tuam, & noli esse quasi homo, qui tentat Deum.* Qui enim imparatus ad orationem accedit, ideo similis est ei, qui Deum tentat, quia non tam Deum placat, & ab eo aliquid impetrat, quàm eius indignationem prouocat.

Nunc autem remotam, sed præcipuam orationis preparationem omittimus, quam nouimus

Eccl. 18.

23.

Inparatus ad orationem veniens, Deum non placat, sed prouocat.

Preparatio, remota vita puritas.

Homil.
in fer. 3.
post Do-
min. 2.
Quadr.

mus esse in vitæ puritate ponendam. De qua optimè dixit Venerabilis presbyter Beda: [Mulum iuuat orationis puritatem, si in omni loco, vel tempore nos ab actibus temperemus illicitis, si semper ab otiosis sermocinationibus auditum pariter castigemus, & linguam, si in lege Dei ambulare, & testimonia eius assuescamus toto corde scrutari. Quæcumque enim sapius agere, loqui, vel audire solemus, eadem necesse est sapius ad animum quasi ad solitam propriamque recurrant sedem, & sicut volutabra suæ palustria, columbæ limpida solent frequentare fluenta; ita cogitationes impuræ mentem immundam perturbant, castam spirituales sanctificant.] De hac, inquam, præparatione nihil dicimus, quam alibi *de inquisitione pacis* latè prosequimur.

Lib. 2.
par. 1. c.
1. & seq.
*Puncta
orationis
antiè le-
genda.*

Duplex igitur est præparatio, quæ tunc proximè fieri debet. Altera est, vt si minus memoria polles, ô frater, aut parum in rebus spiritualibus sis exercitatus, ex libello aliquo ad id destinato puncta meditationis, quæ præterita nocte legenda sunt, (vt postea dicemus) iterum legas: ne mens ipso orationis tempore ad quærendam materiam diuagetur, & aliquo modo distrahat. Hæc autem materia, si generaliter loquamur, singulis diebus noua esse debet: ita scilicet, vt ad quamlibet horam mentalis orationis noua puncta, quæ consideremus, offeramus. Id quidem omnes viri spirituales, qui de oratione scripserunt, non tam dicunt, quàm vt manifestum supponunt: qui cuiuslibet diei distinctam meditationem assignant. Docuit autem expressè in li-

*Cuiuslibet
orationis
mentalis
hora noua
debet
accedere
materia.*

bro aureo Exercitiorū B. Pater noster IGNATIVS.
 Nam, vt alia prateriam, in quibus hoc indicat,
 de quinque exercitiis vitæ Domini loquens, sic
 ait: [Primum de incarnatione Christi exerci-
 tium fit media nocte; proximum diluculo; ter-
 tium circa horam Missæ; quartum sub vesperas;
 quintum paulo ante cœnam, & eorum cuilibet
 spatium impendetur vnus horæ.] Hæc ille.
 Et quando exercitium fit repetendum, apertè
 tradit, & tunc in eo aliquid nouum (vt tria col-
 loquia) faciendum esse proponit. Est etiam hoc
 ad excitandam deuotionem aptius, quæ nouis
 considerationibus, quasi nouis flatibus ad ignem
 adhibitis, magis ac magis accenditur. Est deni-
 que spiritui Ecclesiæ conformius. Nam sicut
 Ecclesia in oratione vocali eandem quidem in
 omnibus horis canonicis, & in sacrificio Missæ
 semper formam tenet, at earum quamlibet ho-
 ram, & quamlibet Missam ex distinctis Psalmis,
 & orationibus, & lectionibus componit: ita par
 est, in meditatione eandem semper formam te-
 nere, sed materiam quotidie mutare. Tu ergo,
 frater, negligentiam pelle, & ante orationem
 noua, quæ mediteris, ex libello præueni, vel
 ad memoriam reuocare contende. Generaliter
 autem hoc dicimus, nec ad speciales euentus
 descendimus. Si enim lucem aliquam specialem
 ad meditanda, quæ hesternæ die meditatus es,
 habeas, vel ad ea iterum considerata insueto
 modo voceris, manifestum est, instinctui obe-
 diendum esse, & documentum hoc non esse ob-
 seruandum.

Altera verò præparatio illis verbis Abrahamæ

C § con

In anno-
 tat. se-
 cundæ
 hebdo-
 madæ.

Id exci-
 tanda de-
 uotioni
 aptius, &
 spiritui
 Ecclesiæ
 conform-
 ius.

Genef.
18. 27.
*Vilitas
orantis,
orandi
maieſtas,
& qua
dicenda
ſunt pra
meditan
da.*

Hom.
42. in
Genef.

continetur, quibus oraturus ad Dominum, ſuam precationem inchoauit : *Loquar ad Dominum, cum ſim puluis, & cinis.* In his verbis tria ſunt, ex quibus optima præparatio ad orationem conſtat. Primum, vt teipſum oraturum cogites, quia es puluis, & cinis. Secundum, vt eum conſideres, quem es alloquuturus, quia eſt Dominus Deus tuus. Tertium, vt quæ dicenda ſunt, mediteris. Vnde Chryſoſtomus hæc verba Abrahamæ interpretans, ſic ait. [Ne putes, Domine, me ignorare meipſum, & transgredi meſuram, & tanta vti fiducia. Sciõ enim, quòd terra ſum, & cinis; ſed ſicut hoc ſciõ, & manifeſtè ſciõ, ita nequè illud ignoro, quòd copioſa eſt tuæ miſericordiæ magnitudo, & quòd diues es in bonitate, & quòd vis omnes homines ſaluos facere.]

Cogita igitur quis ſis, quia homo viliffimus, quia peccator ingratiſſimus, quia re vera puluis, & cinis, ſtercus, & fœtor : & hac cogitatione te ipſum humilia. Cogita deinde, quem ſis oraturus, quia Deum ſapientiſſimum, optimum, potentiſſimum, angelicæ naturæ amatorem, humanæ reparatorem, omnium conditorem. Admirare diuinam maièſtatem intimè præſentem, quæ te ante ſe ſuſtinet, dilige immenſam bonitatem, quæ prona eſt te exaudire, & benignè tibi fauere, in ſpem erigere, quòd è conſpectu tanti regis, nec vacuus, nec deſolatus exhibis. Cogita tandem, quem boni affectum ſis ex meditatione eliciturus, vt ad eum tuas conſiderationes dirigas, & quid ſis petiturus, vt ita cuſtodias illud Salomonis : *Ne temerè quid loquaris, neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem*

Ecclef.
5. 1.

COR AM

eoram Deo; Deus enim in caelo, & tu super terram; idcirco sint pauci sermones tui. Si ille tanto intervallo cunctos homines superat, æquum est, ut magno cum tremore illum alloquaris, & quid tibi dicendum sit satis perspectum habeas. His ergo aut similibus cogitationibus inanes phantasias repelles, animum tuum colliges, & te attentum, & humilem, & feruidum, & aliis sanctis affectibus tactum ad orandum reperies.

CAPVT V.

De oratione.

HAc præparatione facta, spatio vnus horæ mentali orationi vacamus, & nulli minus, multi plus in hoc præstantissimum opus incumbimus, quod dux est itineris nostri, comes vitæ nostræ, & ad labores perferendos robur, ac fortitudo. O felix hora! ô breuis mora omni melle dulcior, omni cibo ac potu suauior, in qua anima iam diuina contemplatur, iam Dei & cœlestium amore succenditur, iam Deum alloquitur, iam eius verbis intus mirò modo auditis emollitur, iam à terrenis intellectu, & affectu auulsa supra seipsam, ac supra omnes res creatas effertur! Ideo autem hæc prima hora ante lucem diurnam orationi destinata est, quia caput post moderatum somnum ad contemplandum est aptum, tempus ad gemendum, & suspirandum idoneum, & caligo noctis, quæ nondum euauit, ad luctam cum Deo, & ad diuinos amplexus accommoda. Summo manè oramus, quia

Magna
orationis
excellen-
tia



Cur pri-
ma ante
lucē hora
orationi
destina-
tur.

Pfal. 55. in *Pfalmographo* legimus: *Manè astabo tibi, & videbo; quoniam non Deus volens iniquitatem tu es,* quando nihil est quod perstrepat, nihil quod trahat, nihil quod ad aliquid creatum cogitandum alliciat. Manè oramus, vt primitias dici nobis ad salutem operandam concessæ Domino consecremus. Ille namque primitiua habet magis accepta. Quare cum Abel obtulisset de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum, respexit Dominus ad munera eius, munera verò Cain non primitiua refutauit. Prima dici hora quasi primogenita lucis est, & non solùm ordine prior, verùm & ad deuotionem, & amorem pinguior. Ideo eam quasi in sacrificium Domino offerimus, quando in oratione collocamus, & ab aliis occupationibus, licèt bonis subtrahimus. Ipse primitias frugum terræ à suis cultoribus exegit: *Primitias, inquit, frugum terra deferes in domum Domini Dei tui.* Quare non etiam primitias temporis à nobis exigit? Et primam dici horam cur non, tanquam sibi consecratam, accipiat? Manè tandem oramus, vt ad ministeria religiosa, & ad quæuis opera obeunda præparemur. Vt enim Gregorius Nyssenus ait: [Si oratio negotium præcesserit, peccatum aduersus animam aditum non inueniet. Et quicumque animum ad aliquod negotium adiecit, si cum oratione quodlibet agat, prospero atque foelici successu negotiorum à peccato abducetur, nullo aduersario animam ad vitium trahente.] Adde tu, quia non solùm à peccato abducetur, sed & in virtutum adeptione, & exercitatione prosperabitur.

Gen. 4.
4.

Exod.
23. 19.

Lib. de
de ora-
tione, in
princi-
pio.

*Si oratio
præces-
sit, pec-
catu ad-
itum non
inueniet.*

In hac autem orationis hora aliqua sunt obseruanda, vt fructum optatum accipiamus. Illud in primis, ô frater, vt vitam oratione, & alio-
 quationibus diuinis dignam facias, id est, quantum fieri possit, culpis & defectibus liberam, à terrenis affectibus segregatam, & à vanis secularibus occupationibus liberam. Adolescentulus Ioseph in conspectum Pharaonis ingressurus primò attonsus est, ac vestibus pulchris indutus. *Protinus*, ait Scriptura, *ad regis imperium eductum de carcere Ioseph totonderunt, ac veste mutata obtulerunt ei.* Pueri quoque illi Hebræorum, qui in palatio regis Babylonis ad obsequia illius eligebantur, non solum vestimentis splendidis amicti, sed & multo tempore cibis delicatissimis refecti sunt, vt regi barbaro astarent, & aspectum aulae dignum cunctis, à quibus viderentur, offerrent. Nam scriptum est: *Et constituit eis rex*
annonam per singulos dies de cibis suis, & de vino,
unde bibebat ipse, vt enutriti tribus annis, postea starent in conspectu regis. Quin & puellæ illæ tempore Assueri, sex mensibus oleo ungebantur myrrhino, & aliis sex, quibusdam pigmentis, & aromatibus utebantur, vt ad regis cubiculum ingrederentur. Si hæc ab illis exiguntur, qui sunt ad conspectum regum terrenorum intraturi, quid tu facturus es, vt quotidie regi cœlesti assistas, vt ei tua desideria pandas, & vicissim tanti Dei alloquationem excipias, & vt ad cubiculum eius, id est, ad locum orationis, introeas? Certè non satis est ab ergastulo perditæ vitæ exisse, sed necesse est, omnibus splendere virtutibus, velut optimis vestimentis, & cibos pagi pro alimentis

Orationis studiosissime vitæ puritatem affectet.

[Genes. 41. 14.]

Daniel. 1. 5.

Esther 2. 12.

aulæ regiæ, id est, affectus terrenos, & curas sæculares pro affectibus cœlestibus, & curis spiritalibus commutasse.

*Oratio
cuilibet
diei operi
ap-
nenda,
nec in
agritudi-
ne dese-
renda.*

Deinde orationem præcipuum opus diei, & omnibus humanis occupationibus præferendum scias, quod ita diligas, vt neque in ipsis corporis ægreditudinibus, nisi illæ molestissima sint, & penitus facultatem adimant, illud ex toto prætermittas. Si consueto tempore orationi vacare non potuisti, & cum reliquis fratribus tuam portionem accipere, primo tempore, eam non dimidiatam, non mutilam, sed integram, & nec in minimo decurtatam accipias. Hæc est, quæ animam sustentat & faginat, hæc, quæ auxilia gratiæ ad vincendas tentationes, & labores perferendos impetrat, hæc, quæ totius diei actiones dirigit, & perficit, hæc, quæ diuinas ad nos miserationes adducit. *Benedictus Deus,* inquit sanctus Dauid, *qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam à me.* Quamdiu enim non cessat oratio nostra ascendere ad Deum, non cessabit ad nos eius misericordia descendere.

*Psal. 65.
20.*

Psalm.

222

*Ad eun-
dem
Psalm.*

*Diuina
miseri-
cordia ad
orantes se
semper
insinuat.*

*Lucæ
18. 1.*

Egregiè namque dixit Augustinus: [Quamdiu ergo hîc sumus, hoc rogamus Deum, vt non à nobis amoueat deprecationem nostram, vt misericordiam suam, id est, vt perseueranter oremus, & perseueranter misereatur. Multi enim languescunt in orando, & in nouitate suæ conuersionis feruenter orant, postea languidè, postea frigidè, postea negligenter. Quasi securi fiunt: vigilat hostis: dormis tu. Ipse Dominus præcipit in Euangelio: *Quia oportet semper orare,*

& non deficere, & dat similitudinē de illo iniquo
 iudice, qui nec Deum timebat, nec hominem
 reuerebatur, quem interpellabat illa vidua quo-
 tidie, vt audiret eam: & cessit tædio, qui non
 flectebatur misericordia: & ait sibi iudex ne-
 quam: *Si nec Deum timeo, nec hominem reuereor, vel
 propter tædium, quod mihi quotidie facit hæc
 vidua, audiam causam eius, & vindicabo eam.* Et
 ait Dominus: *Si iudex nequam hoc fecit, pater ve-
 ster non vindicabit electos suos, qui ad eum clamant
 die, ac nocte? Ita dico vobis, faciet iudicium eorum
 cito.* Ergo non deficiamus in oratione. Ille quod
 concessurus est, & si differt, non aufert. Securi
 de pollicitatione ipsius non deficiamus orando,
 & hoc ex beneficio ipsius est. Propterea dixit:
Benedictus Deus meus, qui non amouet deprecationem P^{sal.} 65.
meam, & misericordiam suam à me. Cùm vide- 20.
 ris non à te amotam deprecationem tuam, se-
 curus esto, quia non est à te amota misericordia
 eius. Si ergo, vt ex sententia tanti Patris constat,
 ex oratione tua quodammodo erga te diuina
 misericordia dependet, pro nulla occupatione,
 pro nulla causa debes eam omittere, nec ab assi-
 dua Domini interpellatione cessare. Si conue-
 nienti tempore non manducaisti, postea mandu-
 cas: si conuenienti tempore non dormisti, post-
 ea cùm primùm potes, cubas, quiescis, & dor-
 mis, quia hæc tam necessaria sunt, vt sine illis vi-
 ta diu durare non possit. Et oratio cibus est ani-
 mæ, somnus est mentis, qua calorem spiritus im-
 minutum renouat, virésque resumit; nunquam
 ergo neque in domo, neque in villa, neque in
 itinere omittenda est, sed si consueto tempore
 fieri

44 *De vita religiosè instituenda,*
fieri non potuit, saltem alia diei hora est omni-
modis vsurpanda.

*Locus
orationis
ante si-
gnum
præue-
niendus.*

Cùm signum ad orationem datur, non tunc ad locum orationis vadas, sed priùs vade, signum præueni, & in eo loco cymbalum, vocans te ad orationem, expecta. Hoc fanè, vt tempus orationi destinatum integrum illi concedas, & ne momentum, si fieri possit, ab eo subtrahas. Audiui ego à sene quodam nostro integerrimæ vitæ, magnæ veritatis, probatissimæque virtutis, se in duobus collegiis nostris adolescentem habitasse, in quorum altero literis studuit, in altero verò iam factus magister docuit; in quibus tanta erat orationis cura, vt si quis signum ad orationem in atrio, in horto, in transitu, aut in quauis alia parte domus audiret, ibi ceu lapis fixus permaneret, ibique oraret, donec iterù signo dato horam iam esse finiendi orationem aduerteret. O consuetudo laudabilis, & dignissima, (nisi in aliquo loco singularitatem oleret) ab omnibus imitanda, quæ magnum in illis primis fratribus studium orandi, & ad Deum accurrendi feruorem ostendit! Tu, vt in loco accommodato ores, vbi nec frigidus aër, nec pluuia, nec aliquid aliud inquietet, ante signum datum, in Ecclesia, aut in oratorio, aut in loco cellæ te ipsum constitue, vt te nec minima particula boni doni, id est, temporis orationis, prætereat.

*Expecta-
ri vult
Christus,
non ex-
pectare.*

Cùm primum signum ad orationem datur, iam Christus adest suos iustos auditorus. Vide tu, si æquum est, vt Dominus ipse te expectet, aut potius, vt tu seruus vilissimus, quasi ipsum præuenias, & eum humiliter, ac patienter expectes.

etes. Elias religiosorum typus, Domini visione,
 & alloquio fruiturus, se prius in spelunca colloca-
 uit, & aliquo tempore expectauit, vt Dominum
 transeuntem videret. Audito namque quia Do-
 minus esset iuxta specum transiturus, *operuit,* 3. Reg.
vultum suum pallio, & egressus stetit in ostio spelun- 19. 13.
ca, vbi sibilum auræ tenuis, & in eo vocem Do-
 mini sibi loquentis audiret. Docet ille te, vt re-
 uerentia, & desiderio Dei motus illico ad locum
 orationis aduenias, præsto sis, & quasi Domi-
 num ad eundem locum accessurum præuenias.
 Nec quisquam vetare potest, vt ad hunc sensum
 illud trahamus, quod dixit Dominus: *& vos simi-* Lucæ
les hominibus expectantibus Dominum suum, quando 12. 36.
reuertatur à nuptiis. Vt sicut ministri, qui domi-
 num suum citissime venturum expectant, non in
 conclauis manent, sed propè ianuam, vt ibi eum
 lætanter excipiant; ita & tu in loco orationis
 ante signum positus quasi ad ianuam astes, &
 Domini pulsantis aduentum lætus expectes. Et
 nescio, an hoc possis ex discipulis Domini Sal-
 uatoris addiscere, qui *abierunt in Galilaam, in* Matth.
montem, vbi constituerat illis Iesus. 28. 16.
 Primò illi abie-
 runt, quàm Iesus veniret, vt illum accedentem
 adorarent. O si tu horam orationis ex feruore,
 & amore præuerteres, & quàm lætus Dominus
 ad tua desideria complenda festinaret.

Documenta duo ad bene orandum. §. I.

Pro ipso autem orationis tempore, duorum
 dumtaxat hoc loco te monebo. Alterum est, te
 apud Dominum duas conuiuas habere, valde di-
 uersos, quibus debes congrua alimenta mini-
 strare.

*In oratio-
 ne potio-
 nes par-
 tes debet
 agere vo-
 luntas.*

strare. Conuiuæ isti, sunt intellectus tuus, & affectus tuus. Intellectus meditationibus, colloquiis, & quieto, ac simplici aspectu Dei pascitur; affectus desideriis, sanctis propositis, internis virtutum omnium actibus, & amore saginatur. Illi pauca sufficiunt, iste postquam multum desiderauit, multum dilexit, multis propositis, & virtutum actibus se refecit, vix saturus inuenitur. Ita ergo conuiuium orationis moderare, vt intellectui pauca apponas, qui sæpe nec considerationibus eget, sed simplici quodam intuitu Domini contentus est; affectui verò qui ad salutem animæ voracior est, multa, ac varia fercula subministres.

Conuiuia Deo varia affectuum fercula in oratione sunt apponenda. Prouer. 23.26.

Aut si mauis, cogita Dominum esse conuiuam tuum, cui debes offerre cibos, quibus libenter vescitur, vt benedicat tibi anima eius. Hi autem cibi non tam sunt considerationes intellectus, quàm voluntatis affectus. Vnde in Prouerbiis dicit: *Præbe, fili, cor tuum mihi, & oculi tui vias meas custodiant.* Quare primo loco cor petit, & postea oculorum functionem deposcit, cum mentis oculi gressus cordis natura præcedant? An quia affectus cordis in hoc negotio præstantior est? Et quia omnis consideratio ad cordis motus, affectusque dirigitur? Errares ergo, si totam illam horam, aut maiorem partem in considerationibus intellectus occupares, & voluntatem ieiunam, vacuamque relinqueres. Præbe Domino in tempore illo intellectum tuum, dum eo moderatè, & ad excitandum affectum, in pia meditatione occupas. Sed præbe largiùs & profusiùs Domino cor tuum, dum illum piis affectibus

fatias.

fatias. Procul abscedat distractio, repeditas omnis abeat, & somnolentia discedat. Ascendat mens ad cœlestia, intellectus sponsum vocet, sed affectus trahat, alliciat, & amplexetur, vt ex castissimo eius amplexu fœcundata mens suo tempore filium perfectionis pariat, & te in populo Domini à maledictione sterilitatis liberatum, benedictum, atque honore dignum efficiat.

Alterum est, orationis studiosos à Domino duabus viis ad opratum mentis profectum introduci: vna est via consolationis, & tranquillitatis: altera ariditatis, & desolationis. Si per viam consolationis incedis, ne ob id te meliorem, & sanctiorem aliis putes, neque aliquem despicias, quia ob hanc superbiam contemneris, & consolatione spoliaberis. Ne consolationem finem facias, sed medium, quo te amplius abneges, & in omni virtute promouearis. Attende diligenter, *per quam viam spargitur lux, diuiditur æstus super* Iob 38
terram, quomodo, inquam, cooperatus es, vt lux, 24.
& feruor in te venirent, aut quid à te exigit Deus, vt perseuerent, & id non oscitanter exequere. Neque existimes, deuotionem esse tuorum laborum meritum, sed eam, vt gratuitum donum, accipe, & pro ea semper gratias age.

Si autem per viam desolationis, & ariditatis ingrederis, ne pusillanimis fias, ne tuam orationem contemnas, ne minùs sollicitè ad eam vadas, & coram Domino appareas, sed fac quod in te est, & absque dubio proficies. Clamas, deuotionem petis, & nunquam exaudiris. Quare? Quia non expedit tibi. *Oculi Domini super iustos,* 16.

In oratione suauitatis donatus, ea non debet abusi.

Desolationem expertus, non debet animum despondere. Psal. 33.

Ibidem. & aures eius in preces eorū. Oculi eius certè super te: [Sed medicus est, inquit Augustin⁹, adhuc putre habes nescio quid quod debet gladio desolationis amputari.] Sed esto, nihil habeas, quod secetur (quod tamen superbè existimares) quid facies si Deus decreuit te per ariditates ad perfectionem efferre? An tu per aliam viam intrare contendes? Certè si coneris, errabis, si viam tibi præstitutam deseras, inconstantia, & infidelitatis arguèris. Id ergo apud te statuas oportet, quòd siue lætus, siue tristis, siue consolationibus refectus, siue desolationibus percussus, semper diligenter ad orationem ibis, & tempus tibi, & omnibus assignatum integrum huic exercitio concedes, & in eo, discretè tamen, laborabis, ne culpa tua vacuus, & ieiunus à Domini conuiuio discedas.

De oratione mentali libelli attentè euoluendi.

Et quidem cùm non pauca sint virorum spiritualium documenta, quæ orationi mentali rectè exercendæ deseruiant, & à nobis alibi fusiùs tractata sunt, vnum tantùm hoc loco tibi proponam, vt scilicet libros orationis mentalis vsũm exponentes attentè legas, & quasi artem meditationis addiscas. Quamuis enim hoc opus gratia fit, tamen naturam cooperatricem habet, & industriam humanam non excludit. Sicut ergo cùm studiosus medicinæ Galenum legit, non legit tantùm, vt legat, statim verò lecta à memoriâ reiciat, nec solùm, vt memoria teneat, sed, vt quæ legit, & discit, in opus transferat, & morbos à corporibus humanis pellat, & sanitatem inferat: ita & tu hos tractatus leges, vt discas orare, & meditari, & vt, quæ didiceris, in opus producas.

ducas. Quæ hodie legeris, exempli gratia, circa modum, quo te ad orationem parabis, aut quo discursum meditationis perficies, aut quo affectus excitabis, aut ad postulationes transibis, in sequenti oratione præstare contendes. Interdum cum novos affectus, aut nouam aliquam rationem orandi in libro inuenisti, à tua uocatione non extraneam, (quæ non erit, si libros consuetos, & tibi assignatos legas) eam ex consilio Patris spiritualis experiri tentabis: forte in illa maiorem deuotionem, & abundantio-rem profectum mentis inuenies.

Ego quidem in hoc animaduerti non semel suauitatem prouidentia Dei, qui ordinarie uult, ut literati, & bono ingenio præditi apta sibi legant, & euoluant, ut cooperantes gratiæ ad donum ipse contemplationis admittat. Ad doctos illius antiqui populi dictum est à Domino: *Scrutâmini scripturas*; ut uidelicet ex illis Christum agnoscerent. Ita dicit tibi idem Dominus: *Scrutare Scripturas, & Patrum, ac piorum uirorum libros euolue*; & ex illis, quomodo Deum cognoscas, & ad illum ingrediaris, addisce. Lutum quoque super oculos cæci nati linitur, & ad natatoria Siloe, ut se lauet, & sic videat, mittitur. Ita & tu ad libros spirituales accurre, quorum doctrina est instar balnei, ad fordes ignorantia eluendas aptissimi. In illis disce, quomodo te mundabis, & parabis, ut lucem ad Deum contemplandum obtineas.

*Literati,
& ingeniosi sibi
apta debent le-
gitare.*

Ioan. 5.
39.

Ioan. 9.
7.

CAPVT VI.

De discussione orationis.

Magni
momenti
est oratio-
nis exa-
men.

HOC tempus orationis tanti momenti est
Ad mores nostros perficiendos, & vitam
spiritualem agendam, vt statim, præsertim à ty-
ronibus, discutiendum, & examinandum sit, non
tara vt de erratis doleant (quamuis hic sit vnus
discussionis fructus) quàm vt meditandi artem,
atque ordinem discant. Idcoque tyronibus sta-
tim post orationem tempus ad hanc discussio-
nem concedimus, & modum se examinandi
præscribimus; quod tamen tempus ex præscri-
pto veteranis assignatum non est, quia cum hac
discussione egent, extra generale examen (de
quo postea) secundum Patris spiritualis iudi-
cium, ipsi scient aliquam breuem moram ad il-
lam faciendam suffurari.

Peracta ergo oratione, orationem examina, &
illud præceptum Salomonis obserua, qui de
mandatis Dei loquens ait: *Cum ambulaueris gra-
diantur tecum, cum dormieris, custodiant te, & euigi-
lans loquere cum eis.* Nam si ad mysticum sensum
transcas, & hæc verba de documentis ad bene,
& religiosè orandum intelligas, id tibi iniungi-
tur, vt, cum ambulas, id est, cum vitam instituis,
quæ te aptum ad orandum faciunt, mordicus
teneas, cum dormis, hoc est, cum orationis som-
no quiescis, eadem strenuè custodias; cum verò
euigilas, seu cum ab oratione egrederis, eadem
documenta quasi ad colloquium accersas, & an
ea

Pro. 6.
22.

ea seru-
nis de
anxiet
opus
ctuum
câ, qu
reflexi
pascitu
rus, exp
cienda
nanda.

Mo
do Vi
telliger
nem op
lem in
nostran
minare
supplex
semerip
sui qua
fat. Co
inquiri
de suis
sumit.

Si no
Cogita
riamqu
ex medi
orandi
vlla mo
dormite
steteris

ea seruaueris, solerter expendas. In ipso orationis decursu simpliciter te habe, & absque vlla anxietate, & reflexione supra ea, quæ facis, tuum opus piorum discursuum, & sanctorum affectuum exerce. Sicut enim non delectatur musicâ, qui an regulæ huius artis obseruentur, per reflexionem aduertit; ita orationis suauitate non pascitur, qui in ea ipsa regulas, quas sit seruaturus, expendit. Post orationem igitur discussio faciendâ est, non in ipsa oratione oratio examinanda.

Nulla in oratione circa ea, quæ fiunt, debet fieri reflexio.

Modum autem huius discussionis ex Richardo Victorino eam expressè docente poteris intelligere: [Sed si per Danielelem, inquit, deuotionem oportet intelligere, forte hoc erit Danielelem intra semetipsum cogitare; deuotionem nostram semetipsam discutere, semetipsam examinare, quàm feruens, quàm frequens, quàm simplex sit, apud semetipsam inquirere. Apud semetipsum cogitat, cum studij, & exercitij sui qualitatem, modum, & intentionem pensat. Cogitat apud semetipsum, cum diligenter inquirat, si hoc ipsum, quod bene intendit, non de suis viribus, sed de sola pietate Domini præsumit.

Modus huius discussionis ex Richardo. De securit. conscient. cap. 26.

Si nondum intellexisti, adhuc clariùs accipe. Cogita, an te ad orationem præparaueris, mentemque meditandam præueneris, & affectum ex meditatione eliciendum præuideris; an dato orandi signo statim inceperis, aut saltem sine vlla mora ad locum destinatum accurreris; an dormituri eris aliquantulum; an vigil & erectus steteris; an distractus, an verò spiritu collectus

Modus adhuc dilucidius exponitur.

astiteris. Cogita, quid fueris meditatus, an intellectui plus nimio habenas discurrendi laxaueris, an paruum affectum, an moderatum, an ardentem habueris; an tepidè, an verò instanter postulaueris; an cum debita reuerentia, aut potius minus reuerens, & humilis apud Dominum fueris; an sine causa infirmitatis, aut imbecillitatis sufficiente stans, aut sedens, & non genuflexus steteris; & denique an alium defectum curiositatis, diffidentia, pusillanimitatis, praeposteræ intentionis, aut similia admiseris. Si te minimè defecisseprehenderis, Dei beneficium agnosce, & pro eo gratias age, simul & quomodo alia die tibi sit procedendum, addisce. Si verò in aliquo defecisti, non tantum doleas, sed & culpæ causas inquiras, vt postmodum culpam vitare, & quomodo tibi sit defectus emendandus, & recte procedendum agnoscas.

Quid facturus, qui se distrahe orasse deprehenderit.

Quia tamen frequentissimus modus delinquendi in oratione solet esse distractio, hanc, si culpabilis fuerit, absque debita pœna eo ipso die tibi infligenda non patieris abire. Culpabilis autem distractio duplex esse potest. Altera ex innoti seruore, ex aliqua inquietudine, quam praeuenire potuisti, & ex nonnulla negligentia procedens; & quidem hanc pudor, & confusio, & humilis veniæ postulatio purgabit. Altera voluntaria admissa, quia videlicet sciens, & volens admisisti alia vel de studio, vel de negotio tempore orationis cogitare. Hæc autem tam inuerecunda est, & à viris spiritualibus aliena, vt non expediat de illa tractare. Si tam excors es, & adeò frons meretricis facta est tibi, vt hæc au-

deas

deas, r
sequen
[Q
rius, q
stend
& ab i
rendu
rump
tam ne
oratio
gorio,
agitur,
vitam,
Pudeat
mus, f
mus; e
molest
pericli
te, & v
lerum
& offer
plices,
more v
tronib
modum
aliud
præfed
timori
mortis
obnix
tes mi
diæ, n
plicari

deas, rogo te, ut verba Guilielmi Parisiensis, quæ sequuntur, attentè legas.

[Quid animæ rationali, inquit, tam indecentius, quàm quod ab opere, cui summopere insistendum est, morsu muscæ, vel pulicis rapiatur, & ab ipso Deo, cui ex totis intimis suis adherendum est, etiam tactu pedis vnius muscæ abrumperetur? Quid enim turpius, quàm neglecto tam necessario, tamque salutari opere, videlicet orationis, tam arduo, tamque discriminoso negotio, causa videlicet, qua de vita, & morte eius agitur, ut de morte scilicet effugiat, & redeat ad vitam, sequi muscæ cogitationum huiusmodi? Pudeat, quod, dum comedimus, ludicra tractamus, spectaculis, & colloquiis damnosis vacamus, eis tota mentis attentione defigimur citra molestiam; at in oratione, ubi de summa rerum periclitamur, dormimus, vel vagamur; si de salute, & vita cogitaremus, certè feruerimus; si scelerum cumulum, & debiti supplicij infinitatem, & offensum, ac iratum iudicem cerneremus, supplices, humiles, pauidi, & gemebundi, cum clamore veniam precaremur, similes omnibus latronibus, & aliis sceleratis, qui cum vident iuxta modum delicti sui sibi paratum incendium, vel aliud patibulum, procidunt ad pedes iudicis, seu præfecti clamantes ad ipsum præ vehementia timoris, pariter & doloris, de imminente sibi mortis supplicio, clamantes, inquam, non solum obnixè, sed etiam supra modum, disertè flagitantes misereri sibi iudicem. Domine misericordie, nullum habent ibi doctorem, qui eos supplicare doceat, & precari, non habent librum,

In Rhetor. diuina, cap 25.

Nihil indecentius, quàm leui de causa à Deo in oratione mentem abrumpi.

Simile.

quem inſpicientes accipiant inde diſertitudinem illam deprecationis. Non eſt ibi fons, vel puteus, vel aliud, vnde aquam hauriant lacrymarum, ſolum patibulum, quod lignum aridum eſt, aſpiciunt, ſolum incendium, vel aliud ſibi paratum attendunt ſupplicium. Inde accipiunt deſiderabiliſſimam mihi, & ſimilibus mihi peccatoribus deprecandi diſertitudinem. Inde hauriunt ybertatem largiſſimam lacrymarum. Inde placant iudices ſuos. Inde datur eis plerumque venia, & ignoſcitur eis meritæ mortis ſupplicium. Fac mecum ſimilem, obſecro, miſericordiam, vt de infernali patibulo, & de gehennali incendio ſimilem diſertitudinem accipiam, & ſimilem copiam lacrymarum procidens coram te, ſupplicansque & ex totis præcordiis meis poſcens à te, Domine Ieſu Chriſte, qui iudex meus es, imò omnium viuorum iuſtiſſimus pariter, & clementiſſimus, poſcens, inquam, vt ignoſcas mihi, & culpas, quas commiſi, & penas omnes, quas merui.]Hæc ille.

*Diſtra-
ctionis
culpa
ſeuere
punitur
dñ.*

His, vel ſimilibus conſiderationibus poteris te ad iuſtum pudorem tam inuerecundæ culpæ excitare, quàm emendabis, ſi te non palpaueris, & in te ſeuere pro ea animaduertes. Atque hæc eſt tota huius diſcuſſionis ratio, qua paulatim, aſpirate Dei gratia, ſine defectibus Domino aſtare, & cum ingenti fructu meditari, & orare aſueſcimus.

F
m
ras tu
re de
eadem
Ho
voca
dilige
quilq
ſuum
& qu
dilige
tamqu
incuri
tem ef
crifici
gnitat
merito
lutis D
mus,
patriar
mus. I
tem c
mente
nis, qu
bis, ſpi
dicent
Sic de

CAPVT VII.

De officio diuino.

FINITA diatione sacerdotes Primam dicimus, & suis temporibus alias canonicas Horas tum diurnas, tum nocturnas recitamus; quare de toto diuino officio dicendum est nunc, ne eadem sæpius repetantur.

Horæ canonicæ officium sacerdotum sunt & vocantur, vt ipso nomine ad magnam curam, ac diligentiam eis adhibendam impellaris. Vnusquique enim, nisi planè insipiens sit, & excors, suum officium strenuè, ac diligenter exequitur; & quo magis necessarium, & sublimius est, eò diligentius exequitur; si verò in hoc deficiat, tamquam malus minister, ac infidelis, ob suam incuriam socordiamque damnatur. Nullum autem est munus in Ecclesia, (nam & officium sacrificium continet) quod aut necessitate, aut dignitate hoc sacerdotum officium superet, aut ei meritò se coæquet. Horis enim, vt decet, persolutis Deum placamus, ad misericordiam flectimus, Angelorum munus vsurpamus, cœlestem patriam lætitia perfundimus, dæmones cohibemus. Iurèque optimo inquit Bernardus: [Si autem cum Apostolo psallas spiritu, psallas & mente, cognosces & tu de illius veritate sermonis, quem dixit Iesus: *Verba, qua loquutus sum vobis, spiritus, & vita sunt.* Et item quem legimus, dicente Sapientia: *Spiritus meus super mel dulcis.* Sic delectabitur in crassitudine anima tua; sic ho-

Hora canonica dicta sunt officium, vt suam sacerdos obligatorem aduertat.

Horarum excellentia.

Serm. 7. in Cant.

Ioan 6. 63. Eccles. 24. 17. Esaiæ 55. 2.

- 194 Pfalm. *locustum tuum pingue fiet*; sic placabis regem; sic placebis principibus; sic denique totam tibi curiam beneuolam reddes, & odorati odorem suauitatis in cœlestibus, de te quoque dicent: *Quæ est illa, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatis myrrha, & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij.*] Si horas persolvere officium tuum est, & tantæ dignitatis, ac utilitatis officium, vide quanta diligentia, quanto conatu debeas illi intendere, & uiuere reuerentiæ, & deuotionis impedimentis obistere.

Ex eo, quod in Dei obsequium recitentur, earum dignitas commendatur. Pfal. 46. 7. *Noc solum hæc persuasio ab ipsa natura Horarum canonicarum petita, verum & dignitas eius, cui hoc officio seruiamus, ad curam, & diligentiam impellit. Non enim terreno principi, sed regi cœlesti, ac supremo omnium regum imperatori recitatione Psalmorum, & aliarum orationum obsequimur. Quam causam tetigit sanctus David, ut nostræ ignauitæ, & stoliditati remedium efficacax adhiberet: Psallite, inquit, Deo nostro, psallite: psallite regi nostro, psallite. Quoniam rex omnis terra Deus, psallite sapienter. Quandoquidem, inquam, in honorem non falsorum numinum, sed veri Dei, & omnium rerum principis Psalmos canitis, aut recitatis, id sapienter facite: eâ nimirum sedulitate, quam par est in Dei uenerationem impendi. Quinquies autem repetit illud uerbum, psallite, ac si diceret: Psallite uoce, ut uerba Psalmorum distinctè promatis, psallite memoria, ut ad alia non attendatis, psallite intellectu, ut, quæ dicitis, intelligatis, psallite uoluntate, ut ad eum, in cuius honorem canitis,*

vos afficiatis : pfallite reuerenter, vt debitam corporis modestiam in dicendo teneatis.

Mouet tandem maximè Psalmorum præstantia, & vtilitas, ex quibus ferè totum officium componitur, vt in eo sedulo, & diligenter occupemur. Præstantia quidem, quoniam, vt Innocentius tradit, post orationem Dominicam, perfectam orandi rationem continent, & auctore Dionysio, omnem scripturam comprehendunt, quare Deus voluit vbique, & semper in Ecclesia decantari. Quod & ipse Dauid Psalmorù præcipuus scriptor non semel prædixit. Vnde quodam loco ait: *Propterea confitebor tibi in nationibus, Domine, & nomini tuo psalmum dicam.* Ac alio loco: *Confitebor tibi in Ecclesia magna, in populo graui, & qui non quocumque vento doctrina huc illucque circumfertur, laudabo te.* Et rursus: *Confitebor tibi in populis, Domine, & psalmum dicam tibi in gentibus.* Et tandem: *In Ecclesiis benedicam te, Domine.* Vtilitas verò Psalmorum multiplex non potest breui sermone comprehendi. De hoc plurima sunt apud Patres, quæ non est nostri instituti recensere. Profectò Ephreem Syrus de illis sic scribit: [Psalmus Angelorum ad subueniendum inductio, præsidium timoris nocturni, requies à laboribus diurnis, infantium tutela, ornamentum senibus, maiorum natu consolatio, mulieribus aptissimum ornamentum. Hic solitudines inhabitat, conciones temperat, rudibus est instructio, proficientibus incrementum, perfectorum firmamentum, & vox Ecclesiæ.] Hæc, & alia ille. Pro certo habeas, quia si Psalmos, ea qua par est attentione, ac

Ex psal-
morum
item præ-
stantia,
& vtili-
tate.

3. præf.
in 7. Psal.
Cap. 3.
de diui-
nis no-
min. p. 3.

Psal. 17.

50.

Psal. 34.

18.

Psal. 36.

10.

Pf. 107.

4.

In en-
comio
Psalmo-
rum.

58 *De vita religiosè instituenda,*
feruore decantes, aut recites, innumeros, quo-
rum illi sunt referti, virtutum affectus elicies.
Ista igitur obseruabis.

De tempore recitandi officium. §. I.

*Quælibet
hora con-
grua in
tempore rec-
itanda.*

Simile.

Quamlibet horam congruo tempore secun-
dum Ecclesiæ consuetudinem recitabis, aut sal-
tem ei, quantum fieri possit, iuxta morem vi-
rorum spiritualium, inter quos uiuis, te accom-
modabis. Omnia tempus habent, & quælibet
officij hora suum tempus requirit, in quo à Do-
mino, tanquam debitum obsequium, exigitur.
Si autem domini temporales ægrè ferunt, quòd
eorum serui celeriter, & suis temporibus impe-
rata obsequia non offerant, quanto meliori iu-
re vniuersorum Dominus irascetur, si seruus
eius ad munus orandi consecratus, & huius cau-
sa cura temporalium exolutus, horam debitam
orandi prætereat, & importuno tempore sua
ministeria exhibeat. Ridiculum esset, & valde
præposterum, si hora surgendi è lecto, te ad cu-
bandum nudares, & hora cubandi, & quiescen-
di, ad laborandum indueres, & vestibus amici-
res: si velles etiam diebus dormire, & nocti-
bus in foro, & in curia negotia tractare. Sed non
minus prosperum est, quod aliquando non sine
pudore conspexi, matutinas horas hora ferè
prandij recitare, & primam, aut tertiam ad So-
lis abscessum incipere. *Mala aurea in lectis ar-
genteis*, ait Salomon, *qui loquitur verbum in tem-
pore suo.* Si autem quodlibet sapientiæ verbum
tempestiuè prolarum placet, & ipsum loquen-
tem non minus, quàm poma aurea lectos, ar-
genteos

*Pror.
25. 11.*

gen-
nis
tum
neg-
ni
to e
stic
crep
tati
T
rum
tibu
non
[C
dum
eius
ben
Cun
admi
fam
man
tu d
ctibi
abfo
fluen
rema
inqu
omn
præ
go c
dio
aliud
præ

genteos exornat, quanto magis verbum orationis conuenienti tempore decantatum, Deo gratum, & acceptum erit. E contra verò: *Omni negotio tempus est, & opportunitas, & multa hominis afflictio*, si nimirum opportunitatem in debito exoluendo prætereat. Ne obsecro Ecclesiasticos negligentes imiteris, quia conscientia increpatione, & fructus, qui ex opportuna recitatione percipitur, amissione multaberis.

Terreat te ne diuinum officium more istorum tepidorum, & negligentium à conuenientibus horis extrahas, terribile exemplum, quod non meis, sed Petri Damiani verbis subiicio: [Clericus, inquit, Colonienſis Eccleſiæ vadum fluminis tranſibat, & ecce B. Seuerinus eiusdem Eccleſiæ nuper Episcopuſ, equi eius habenas apprehendit, eumque retinens ſiſtit. Cùmque ille in ſtuporem verſus, & grauiter admiratus, cur ille tam clarus, & tam celebriſſimæ vir moraretur, inquireret: Da mihi, ait, manum tuam, & quæ circa me ſunt, non auditu diſce, ſed tactu. Cùmque datam manum fluctibus Episcopuſ impreſſiſſet, tantuſ eam ardor abſorbuit, vt vndique carnes eius reſolutæ diſfluereſt, & oſſa nuda vix hærentibus articulis remanereſt. Ad quem Clericuſ: Cùm nomen, inquit, tuum in tanta benediſtione ſit apud omneſ, & fama tua conſoniſ totiuſ Eccleſiæ præconiis celebretur, cur te peſtilenſ hæc vorago conſtringit, tantoque (proh dolor) incendio cruciaris? Ad quem S. Episcopuſ: Nichil aliud, ait, in me remanſit vltione plectendum, præter hoc tantum, quia, dum iu aula regia conſti

Eccleſ. 3. 6.

B. Seuerinus grauiter plectitur, quod omnes horas ſimul recitaret. Libro de Miraculis.

constitutus imperialibus me consiliis vehementer implicui, canonica synaxis officia per distincta horarum spatia non perfolui. Manè quippe simul omnia coaceruans, tota die negotiis ingruentibus secùra libertate vacabam. Ob hanc itaque negligentiam horarum, ardoris huius fero supplicium.] Hæc ille.

Non solū proprium, sed & cōueniens cuiq; hora & tempus tribuendum. Et ego hortor, moneoque te, vt non solū congruis temporibus recites, sed cuique etiam horæ temporis spatium conueniens, & minimè angustum assignes, ne ob temporis breuitatem festinare compellaris. Nec te ex nimietate occupationum excuses: vidimus enim, & quotidie videmus homines satis occupatos, res & negotia ita disporre, vt ad ritè perfoluendum hoc pensum nunquam eis tempus commodum, quietumque deficiat. Et si à Deo lucem postulaueris, ac in bono exitu negotiorum non tuæ imbellicitati, sed eius misericordiæ confideris, tempus aptum minimè tibi deesse monstrabit, & tranquillitatem in orando concedet.

De loco recitandi horas. §. 2.

Chorus, cella, vel alia pars decens ad perfoluendum officium eligenda. Locus proprius recitandi horas est chorus, in quo homines Deo consecrati ad fundendas publicas preces conueniunt. Si autem priuatim recitas, locus aptus est oratorium, vel cella, vel alia decens pars domus, in qua nihil sit, quod tanti muneris dignitatem, & maiestatem offendant. Licet enim oratio, quæ sola mente fit, ubique locorum haberi possit, quia, sicut mens ex se ipsa non est addicta loco, ita neque in sua actione à loco dependet, & licet vocalis ora-

tio, si necessitas instet, in quocumque loco possit fundi, quia tunc necessitas locum honestat; tamen, si commodè fieri possit, locus quietus, & decens eligendus est, ubi nihil perstrepat, nihil sensus ad alia vocet, & ubi non peragantur abiecta ministeria. Nam oratio vocalis corporalis est, sensuque perceptibilis, qua Deum exterius alloquimur, & cor nostrum, quasi hostiam, mactamus; unde sicut alia sacra corporalia, locum honestum, decentemque requirit.

Volo viros orare in omni loco, ait Paulus, *levantes puras manus sine ira, & disceptatione*. Sed vel de oratione mentali intelligit, ut Thomas Aquinas vult: vel non tantum Ierosolymis, sed in aliis locis orandum esse dicit, & ideo locum Iudæorum tempore orationi deputatum excludit: vel in omni loco apto, aut orationi deputato orandum esse præscribit: aut tandem ad necessitatem respicit, in qua locus etiam spurcissimus, ut lupanar, in quo oravit B. Agnes, orationem non turpat. Unde Basilus ait: [Non locus, sed propositi initium requiritur. Ieremias enim in luto erat, & Deum attraxit: Daniel in leonum lacu Deum placavit: tres pueri in camino Deum promeruerunt: Latro non cruce prohibitus, quin paradysum assequutus fuerit: Job in stercore (ut etiam Petrus, atque Paulus in carcere) Deum ad misericordiam prouocauerit. Igitur ubicumque fueris, ora: vel si ante iudicium, ora.] Cum autem tu locum habeas, in quo quietè, & attentè possis orare, ille tibi eligendus est, ut locus ipse spiritum colligat, & ad deuotionem inducat.

r. Ad
Tim. 2.
8.
*Quid sibi
velit
Paulus,
cum orã-
dum in
omni loco
dicit.*

collat
Ierem. 1.
38. 6.
Daniel.
6. 22.
Lucæ
23. 42.
Iob 3.
Actor.
12.

*Orans, dū
vires cor-
poris fe-
runt, stet,
aut ge-
nu, se. it.*

Situs corporis in recitandis horis, cū in choro recitas, talis sit, qualis in vsu est apud alios, qualémque Ecclesia præscribit. Ibi sis sine vlla singularitatis nota, sine vlllo immodestæ signo, sine vlllo indicio leuitatis. At cū solus, & seorsum precaris, aut genuflexus, si vires corporis ferant, aut stans, quod spiritui Ecclesiæ conformius est, aut certè humiliter sedens, preces horarias fundes. Nam immodestè sedendo precari, aut huc illucque temerè circumcurfando, aut in lecto cubando, signum est fidei modicissimæ, & cordis irreuerentissimi, quod nescit diuinæ maiestatis præsentiam ponderare. Si sic te habens non auderes regem, aut prælatum alloqui, quomodo sic summum Deum alloqui non erubescis?

*In illo
libello,
de mira-
culis.*

*Damon
indecen-
ter horas
recitanti,
publicè
sugillat.*

Ad hoc propositum Petrus Damiani hanc narrat historiam: [Prior quidam fuerat, nomine Ioannes, qui lentis quibusdam infirmitatibus macilentus videbatur semper, & gracilis. Hac itaque sui corporis imbecillitate confusus sæpe iacens in lecto Completorium decurrebat. Accidit autem, vt dæmoniacus quidam non procul abesset, qui multa hominum secreta, & obscænos actus impudens propalaret. Cūque præfatum Ioannes dæmonem exire præciperet, & quibusdam exorcismi quæstionibus flagellaret: Tūc, ait, ille es, qui sub cotto quotidie Completorium insuffuras? Et modò me, quasi sanctus eicere, & iuris mei vasculum de meo vis dominio liberare? Hoc audito, frater erubuit,
quia

quia rei veritatem etiam per mendacij recognouit authorem. Nam vides diabolum ægroto homini illudentem, quòd cubans Completorium recitasset. Quàm igitur tui despicientia te ridebit, tuasque orationes subfannabit, quia ex sola ignauiâ, aut irreuerentia, aut cubans, aut irreuerenter ambulans, aut immodestè te gereas, non vnam, sed omnes horas canonicas recitas. Disce itaque ante Deum reuerenter astare, & rem magnam debita modestia, & corporis dispositione perficere.

De preparatione ad horas. §. 4.

Ante initium officij mentem præuia aliqua oratione, vel pia consideratione recolligas, simili ei, qua te ad orationem mentalem disposuisti, vt deuotius hoc munus obeas, & maiori deuotione perficias, de quo hæc ait Bonauentura: [Priusquam incipiatur officium, præuenire studeas, si potes, vt cor ad aliquam deuotionem sit adaptatum, quando officium inchoatur. Ideo enim tam desides, & tepidi sumus in diuino officio, quia antè non sumus in aliqua deuotione excitati, & ita sicut intrauimus frigidi, eximus corde dissoluti. Stude in ipso initio cogitationes vagas abiicere, & intende his, quæ psalluntur, alioquin tumultus earum vix poteris euertare.] Sic ille. Si non te mentaliter præpares, saltè aliquam orationem vocalem attentè recitabis, qua gratiam ad pensum horarum ritè persoluendum postules. Aptissima est illa, quam Bloisius refert, in hunc modum se habens: [Domine Iesu Christe, ego humiliter pro tui honore obedire,

*Alqua
pia consi-
deratione
attentio
ante of-
ficiũ in-
stauran-
da.*

*Tracta-
tu de in-
teriori ho-
cap 5.*

*Poet's
oratio
salte præ-
miten-
da.*

*In me-
nili spi-
rituali.*

cap 3.

64 *De vita religiosè instituenda,*
obedire, & tibi fideliter seruire, teque purè lau-
dare desidero, in vnione illius perfectissimæ at-
tentionis, qua tu Patrem orasti, & laudasti in
terris: adiua me gratia tua, quia sine te nihil
possum.] Qui & subdit: [Hac ratione exerci-
tium dicentis mirè nobilitatur, Deoque Patri
plurimum placebit; nam reputabitur quasi
vnum exercitium cum Christi exercitio, sicut
modica aqua missa in vinum, & vino vnita, iam
vinum reputatur.]

De recta prolatione. §. 5.

Verba in-
tegrè, di-
stinctè, &
non pra-
propere
profere-
nda.
2. Esdræ
8.
Gradu
28.
Nimia
festinatio
stimulus
diaboli.
Valer ad

Singula verba bene proferes, non truncabis,
non diminues, non acceleranter pronuntiabis,
sed integrè, distinctè, & appositè ad intelligen-
dum dices. In libro Esdræ scriptum est: *Et legè-*
runt in libro legis distinctè, & aperte ad intelligen-
dum, & intellexerunt, sicut loqueretur. Tu verbali-
brorum diuinorum legis, vel memoriter dicis,
& à Deo, & Angelis audiris; rectè igitur & ap-
positè ad intelligendum pronuntiabis. Quan-
uis enim Deus te malè profertentem imò nihil
dicentem intelligat, & abdita tui cordis agno-
scat; tamen irreuerenter te habes, & non ex an-
ditione, sed pœna dignis efficeris, si illum præ-
cipitanter alloqueris. Hac festinatio quasi sti-
mulus demonum est; nã quidam eorum, vt Cle-
macys ait, per summam desidiã festinare nos
in versuum pronuntiatione compellant. Non
debet autem in eo præstantissimo opere, ad
quod ab Spiritu sancto incitatur, diabolum fe-
stinatorem suadentem auscultare.

Ad distinctam autem, & rectam prolationem
multum

multum valet actualis reuerentia, qua Deum adesse contempleris. Si enim hominē alicuius auctoritatis erubesceres præcipitanter, & verba truncando alloqui, quanto magis debes confundi, & erubescere, si infinitam illam maiestatem Dei indebito modo alloquaris. Valet etiam maximè consuetudo, qua teipsum ad bene pronuntiandum, & ad singulas voces integrè proferendas cogas. Si enim conatus illius oratoris ad bene proferendum tantum profecit, vt balbutiem linguæ vicerit, & naturæ vitium emendauerit, quanto magis conatus viri spiritualis diuina gratia adiutus prauam consuetudinem ex incuria, & irreuerentia procedentem vincet. Nec maius erit præmium illius, quàm istius. Nam ille conatu suo, & pronuntiatione optima aliis rebus ad eloquentiam pertinentibus adiuncta, viri eloquentissimi nomen obtinuit; hic verò non opinionem apud homines, sed serui Dei fidelissimi gloriam apud ipsum Deum, & homines, & Angelos obtinebit.

De attentione. §. 6.

Non distractè, non quasi aliud agens, sed attentè precaberis: ita scilicet, vt ad verba, quæ dicis, vel ad sensum eorum, quæ dicis, si intelligis, vel ad ipsum, cui dicis, nempe ad Deum, omnium conditorem, attendas. Si mihi credis, his tribus attentionibus simul iunctis assuesces. Attentioni autem intellectus deuotionem, & mentis alacritatem iunges, vt Deo sacrificium gratissimum, ac similem illi, quod Anna Samuëlis mater cum illo attulit, immoles. Et adducit

I. Alvarez de vita rel.

E eum

rectā pro-
lationem
Deum
presente
aduertere.
re.
Valet itē
bene pro-
ferendi
consuetu-
do.

Trina
que po-
test in of-
ficio in-
teruenire
attentio.
Mentis in
recitando
alacritas,
gratum
Deo sa-
crificium.
1. Reg. 1.
24.

eum secum, inquit, *postquam ablactauerat, in vitulis tribus, & tribus modis farina, & amphora vini.* Quo loco Gregorius sensum moralem eruës,

Ad 1. c.
reg. lib.
1. sine.

ait: [Aptè itaque tribus vitulis totidem farine modij coniunguntur, vt de eo, quod in Dei laudibus ore dicimus, per deuotionem satiemur. Nam sine farina vitulum offert, qui Dei laudibus verba quidem edit, sed mente vaga ad ea, quæ loquitur, non intendit. Sed si verba Dei laudando, vel orando proferentes hilarescimus, dum intelligentiæ miscemus gaudium, illius vini, quod lætificat cor hominis, amphoram vini sociamus.] Optimè sanè vox orationis vitulo in-

Ose. 14.
3.

telligitur; nam scriptum est: *& reddemus vitulis labiorum nostrorum.* Deuotio autem conuenienter farina signatur. Quoniam sicut prandium carnis sine pane non admittitur, ita & vox orationis sine attentione, ac nonnulla deuotione, contemnitur.

Collige ergo teipsum, vt ore verba diuini officij quietè ac distinctè proferas, & simul ad ea, quæ dicuntur, per mentis considerationem attendas. Vide, quàm piè Thomas à Campis tuum

De discipl.
claustr.
cap. 8.
Pia inter
recitandū
meditationes.

spiritum ad orandum colligat: [Recordare dilecti Domini tui Iesu in præsepio iacentis, aut in cruce pendentis, aut in cælo ad dexteram Patris, tanquam coram eo assisteres, & cantares. Ipse sit in corde tuo, & in labiis tuis, ad pronuntiandum apertè & distinctè verba Spiritus sancti, cuius ope, & arte diuinum officium ordinatum est. Statue Iesum ad dexteram tuam, & Mariam ad sinistram tuam, & omnes sanctos in circuitu eorum. Omnes fratres tui sint tibi, tan-

quam

quam Angeli Dei, & cum quibus nunc psallis in terris, spera etiam te cantaturum in caelis.]

Ita collectus Deum tuum praesentem attende, & si intelligis, (cura autem ut intelligas, & Psalmorum expositionem addiscas) tuum spiritum affectu Psalmi forma, si affectus sit amoris, ama; si timoris, metue; si desiderij, desidera; si gratitudinis, gratias age; si petitionis, postula: & cor faciat, quod verba significant. Audi quam breuiter, & quam suauiter Augustinus hanc vtilissimam artem Psalmos recitandi docuerit: [Et si orat Psalmus, orate; & si gemit, gemite; & si gratulatur, gaudete; & si sperat, sperate; & si timet, timete; omnia enim quae hic conscripta sunt, speculum nostrum sunt.] Si Psalmos ita recitaueris, miram ex hae Ecclesiastica oratione vtilitatem praesenties.

*Spiritus
affectu
Psalmi
forman-
dus.*

*Ad Psal.
mū 30.
con. c. 3.*

De deuotione, & sine officij. §. 7.

Dum ita per intellectum attentè, & per voluntatem affectuosè oras, deuotionem habes, quam suprà tetigimus, & mater Ecclesia à te exigit. Deuotio enim in hoc consistit, ut enitaris accendi amore Dei, & affectibus sanctis, quos praediximus, tangi, & intellectu, & affectu ad ipsum Deum, & ad desideria rerum caelestium extolli. Caue, ne sis ex illis, de quibus dictum est; *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me.* Sed potiùs ex illis, qui *orant spiritu, orant & mente: psallunt spiritu, nempe voce, quae in aëre recipitur, psallunt, & mente.* Sic in terris Angelorum officium obibis, & affectibus eorum incalesces, & vitam similem

*Deuotio
habetur,
cùm est
mētis at-
tentio, &
f ruor af-
fectus.*

*Matth.
13. 8.
1. Cor.
14. 15.*

68 *De vita religiosè instituenda,*
habebis eis, quam ipsi læti, & beati semper ha-
bent in cœlis.

Finita hora, siue officio consueta precatione;
Suscipe sancte Pater, &c. ad honorem Dei, &
omnium Sanctorum laudem, & vtilitatem Ec-
clesiæ, tuum illud opus offeres, & pro negligenti-
is humiliter veniam petes, vel certè illa oratio-
ne Blossij defectus supplebis:

Oratio
post of-
ficiū. Bone Iesu, propitius esto mihi peccatori. Ego
tepidum, & distractum seruitium meum com-
mendo mellifluo cordi tuo emendādum, ac per-
ficiendum, tibi que ipsum offero ad salutem
omnium, in vnione illius perfectissimæ atten-
tionis, qua tu Patrem orasti, & laudasti in terris.
Responde, quæso, satisfac, & supple pro me
plenissimè. Amen.

Hic est modus recitandi diuinum officium,
quo, dum quid aliud melius non inuenis, vti
poteris, cui si feruidè, & diligenter te accommo-
daueris, non minus hac oratione vocali, quam
mentali proficies.

CAPVT VIII.

De preparatione ad Missam.

CONVENIENTI tempore, qui beneficio
Domini ad reuerentissimam sacerdotij di-
gnitatem euecti sumus, sacrum facimus, & prius
ad illud perficiendum pro nostra exiguitate dis-
ponimur. In hoc autem, bone Deus, quanta di-
ci possent, quæ nostram tepiditatem accende-
rent? Sed quia hîc non puncta meditandi, nec
mate

materiam orandi, sed modum studiosè viuendi præscribimus, his omnibus omissis, solùm capita præuixæ dispositionis attingemus. Hæc quatuor sunt: *vita puritas, intentionis rectitudo, deuotionis excitatio, & generalis*, pro his quæ aliis & nobis necessaria sunt, *postulatio*, quæ ex ipsa sacerdotis munere eruuntur.

Quatuor
recta præ-
parationi
ad cele-
brandum
inseruit.

Sacerdòs enim debet esse vita mundissimus; in cuius signum Discipuli, antequam in sacerdotes consecrarentur, mundi pronuntiatum sunt, dicente Domino: *& vos mundi estis*; & antea mundi, amplius adhuc mundati sunt, & pedibus loti: nam *qui lotus est, inquit, non indiget, nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus*. Hoc sanè, vt & ipsi, & omnes posterì intelligerent sacerdotis munus eximiam quamdam postulare munditiam. Vmbræ istorum, nempe veteris legis sacerdotibus, dictum est in Leuitico: *Omnis homo, qui accesserit de stirpe vestra ad ea, quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filij Israël Domino, in quo est immunditia, peribit coram Domino*. Si umbræ, quæ obscura, & tetra esse solet, munditiæ candor indicitur, quàm meritò insignis quædam munditia, & sanctitas à sacerdotibus exigetur.

I. Vita
mundi-
ties.

Ioan. 13.
10.

Leu. 22.
3.

Audi quid de illis antiquæ legis sacerdotibus scribat Gregorius Nazianzenus: [Quin hoc quoque mihi cognitum est, inquit, ne corporum quidem labe in sacerdotibus; aut sacrificiis à censura immunes extitisse, verùm in more positum fuisse, vt perfecta perfecti offerrent, ad significandam, ni fallor, animi integritatem, nec cuius sacerdotalem vestem, aut suppellectilem vllam sanctam attingere licuisse, ne sacri-

Apolog.
I.
Magna
veteris
legis sa-
cerdoti-
bus indi-
ta mun-
ditia.

ficia ipsa, à quibus, & quo tempore, ac loco minimè conueniebat, absumi consueuisse, nec vñctionis oleum, compositionisque suffitum imitari, aut denique templum adire cuiquam liberum fuisse, nisi & animo, & corpore vel ad leuissima vsque sese purgasset: tantum aberat, vt ad sancta Sanctorum accedere auderet, quæ vni dumtaxat, semelque quotannis adire licebat; tantum aberat, vt cuiusuis esset, velum, aut propitiatorium, aut arcam, aut Cherubinos vel prospicere vel attingere.] Hæc ille. Maior sanè in immensum sacrificij nostri puritas, multo maiorem sacerdotum puritatem exquiret.

2. *Intentionis re-
clitudo.*

Tract. de
præpar.
ad Miss.
cap. 3.

Sacerdos ergo sit intentione rectissimus, & sacrosanctum sacrificium ad Dei gloriam ordinatum, non ob aliud ab eo, nisi ob Dei gloriam, & ea, quæ Dei gloriam concernunt, offeratur. Quialiter celebrat, dignus est ab omnibus deplorari. Bonauentura profectò sic sacerdotes præpostera intentione celebrantes deplorat: [*Væ, væ, væ, Domine Deus, quanti hodie infelices ad sacros ordines accedunt, & diuina mysteria accipiunt, non cœlestem panem, sed terrenum quærentes: non spiritum, sed lucrum: non Dei honorem, sed suam ambitionem: non salutem animarum, sed quæstum pecuniarum: non Christo seruire mundo corde, & corpore in sacris mysteriis, sed deliciarum, ditari, superbi- re, & luxuriari de patrimonio Christi.] Quo tempore ergo tot sunt sacerdotes, qui imparati, & ex terrena intentione cœlestia mysteria tractant, tu ex purissima intentione, quam statim describemus, ad celebrandum accede.*

Sacerdos

Sac
panc
pruna
uis ad
man
Et tet
tua. &
sti fuit
lus Al
præfer
seipsum
pollut
At ho
carbu
carbo
foris i
credim
dum ig
mo est
poralit
mas ill
Quare
gemm
est, vt
verò te
Sacer
Nam l
filium
ficium
minis,
mè gra
multum
tat; &

Sacerdos sit deuotione flagrantissimus, quia panem cœlestem offert, amore calidum, & ad prunam accedit igne charitatis accensam. *Volauit ad me*, inquit Iſaias, *unus de Seraphim*, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari. *Et tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua.* Calculus hic Christi fuit typus. [Hæc demum erat, inquit Cyrillus Alexandrinus, Christi significatio, & representatio, qui propter nos, ac nostra causa, seipsum in sacrificium spirituale, purum ac impollutum obtulit in odorem suavis fragrantia.] At hoc loco calculus carbonem ignitum, vel carbunculum pretiosam gemmam significat: carbo autem lignum est omni ex parte, intus & foris igne plenum; & carbunculus, si peritis credimus, gemma naturæ igneæ est, qui ad modum ignis fulget, & splendet. Sic Christus homo est, in quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter; & incitamentum est amoris, qui animas illuminat, & calore charitatis inflammat. Quare sacerdos hunc ignem tangens, & hanc gemmam quotidie in sinu recondens, necesse est, vt igne charitatis, & deuotionis ardeat, non verò tepiditate rigescat.

Sacerdos tandem sit postulatione largissimus. Nam Patri filium offert, filium vnigenitum, filium summè dilectum, filium æqualem. Sacrificium offert infiniti valoris, pretium nullis terminis, limitibusque conclusum: hostiam summè gratam, & oculis diuinis acceptam. Quid multum, si in tanto munere multa, & magna petat, & pro se ac pro omnibus, quidquid petierit,

3. *Ardor deuotionis.*

Iſaiæ 6.

Lib. I. in Iſaiam, ibidem.

Carbunculo Christi confertur.

4. *Largitas postulationis.*

rit, impetraturum esse confidat? Misera illa sal-
tatrix tripudium inuerecundum obtulit. Quia
autem placuit, ex ore terreni regis audiuit: *Pe-*
 Marci 6. *te à me quod vis, & dabo tibi.* Et adiecit: *Licet di-*
 23. *midium regni mei.* Tu verò offers Regi cœlesti
 filium vnigenitum, filium sanctissimum, filium,
 in quo Pater infinitè sibi complacuit. Quare
 non audebis, non iam dimidium regni terreni,
 sed totum regnum cœleste, & ea, quæ ad il-
 lud violenter diripiendum conferunt, tibi, &
 aliis postulabis?

Prima preparatio, puritas vitæ. §. 1.

*Qua vi-
ta purita-
te debeat
Sacerdos
eminere.*

*Adultæ
debet esse
virtutis.*

Prima ergo præparatio ad celebrandum, &
 quasi à longè petita, est puritas vitæ, qui
 tam sanctè, tam circumspectè, tam feruidè vi-
 cturus es, vt de diuina miseratione confusus
 quotidie celebrari merearis. Ad sacrificium
 enim offerendum non pueri, sed perfectæ æta-
 tis homines admittuntur: & solidum, ac super-
 substantialem cibum non teneri infantes, sed
 viri robusti percipiunt. Christus autem in hos-
 tia sacrificium est omnium sacrificiorum san-
 ctissimum; cibus est grandium, & solidum,
 ac firmum alimentum, quod imbecilla pe-
 ctora bene non capiunt. Non minus obest di-
 gnæ sumptioni eius puerilitas cordis, & in-
 firmitas aniæ, si eis per curam sanctè viuendi
 non obsistamus, quàm infirmitas, & im-
 becillitas stomachi obest cibi solidioris sum-
 ptioni. Id Gregorius Nazianzenus expendens
 in illo suo Apologetico, manifestè profite-
 tur, neminem dignum ad sacrificium nouæ
 legi

legis celebrandum idoneum esse, qui non se prius Deo hostiam viuentem, & sanctam exhibuerit, ac Deo spiritum suum afflictum pro peccatis, atque contritum obtulerit.

Inter alia autem valde notanda, & intenta mente legenda, sic ait: Quo tandem modo externum illud sacrificium, illud magnorum mysteriorum exemplar præfidenti animo ipsi offerrem, aut quomodo sacerdotis habitum, noménque subirem, priusquam manus piis actionibus consecrassem, priusquam creaturis sanè, atque ad creatoris solùm admirationem, non autem ad detrimentum aspicientis oculum asuesecissem, priusquam disciplinæ Domini aures satis aperuissem, ac mihi adiecta esset auricula nequaquam durè audiens, aureaque inauris pretioso Sardio adstricta, hoc est, sapientis sermo auri bene audienti, priusquam ore labiis, & lingua ita meipsum comparassem, vt & ore aperto spiritum traxissem, aut in mysteriorum, dogmatumque pronuntiatione dilatato impletus spiritu fuissem: & labia, vt sapientiæ verbis utar, diuino sensu constricta habuissem; addam etiam tempestiuè soluta: & denique lingua exultatione perfusa fuisset, diuinæque melodix plectrum effecta ad Dei gloriam celebrandam sese excitans, simulque cum eo diluculo exurgens, ac præ labore faucibus ipsis adhærens; priusquam pedes meos ceruorum ritu instructos, & præparatos ad patrem firmassem, piósque & Deo gratos incessus meos ita directos habuissem, vt nec tantillum temporis, nec vlllo modo effunderentur: prius denique quàm omnia corporis membra

Multa Nazianzenus necessaria celebratio commemorat.

iustitiæ arma fuissent, omnemque mortalitatem abiecissent, à vita absorptam, spirituique loco cedentem.] Hæc, & multa alia sanctissimus doctor, quibus, quanta sit vitæ puritas necessaria ad celebrandum, exposuit.

Ob præparatio- nis defe- ctum, paruos sacer- dotes fa- ciunt in virtute processus.
Aggxi
1.6.

Hæc autem est causa, (quod tremens dico) quare multi quotidie celebramus, & post multos sacerdotij annos modica ex hoc incruento sacrificio, & mirifico sacramento dona cœlestia recepimus, quia parum parati vita bona, & conuersatione sancta ad ipsum manibus offerendum, & ore suscipiendum accedimus. *Seminastis multum*, inquit Aggæus Propheta, & *intulistis parum: comedistis, & non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati: operuistis vos, & non estis calefacti, & qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum.* Reddit autem causam inferiùs: *Quia domus mea deserta est, & vos festinatis unusquisque in domum suam.* An non seminauimus multum, cum semen bonum, & granum vitæ in terra cordis nostri seuiimus? An non comedimus multum, cum panem Angelorum, frumentum electorum, cibum sanctorum, agnum mundissimum, & purissimum manducamus? An non bibimus, quod ad satietatem sufficeret, cum Christi sanguinem, potum cœlestem, nectar non falsorum deorum, sed amicorum Dei potionem haurimus? Nonne vestem splendidissimam laneam humanitatis, & lineam, aut byssinam puritatis induimus? Eam nimirum de qua dixit Paulus: *Induimini Dominum Iesum Christum.* Nonne, non mercedes tantum, sed thesauros quoque sapientiæ, & scientiæ Dei in sacculum pectoris nostri congesti-

Ibid. 9.

Rom.
13.14.

mus?

mus? Quare ergo, quasi nihil fructus colligimus, quare fame, & siti virtutis perimus, quare vt nudi præ frigore algemus, nisi quia domum nostram, domum veteris Adæ nouis culpis, & defectibus quotidie ædificamus, & domum Dei, scilicet perfectam animam, sanctis actionibus ædificare minimè contendimus? Quare thesaurum thesaurorum in corde recondimus, & pauperes sumus, nisi quia illum in sacculum pertusum, id est, in cor distractum, & vanis cogitationibus, & desiderijs discissum mittimus?

Si ergo cupis dignè ad sanctum altare accedere, & fructum ex corporis Domini sumptione percipere, sanctam vitam, & sacerdote dignam arripe, & quod minus huius habueris, corporis afflictione, & cordis compunctione supple. [Tria enim, vt inquit Hugo Victorinus, sunt sacrificiorum genera. Vnum Dominici corporis, alterum contriti cordis, tertium mortificatæ carnis. Oportet ergo præcedere sacrificium humilitatis in mente, afflictionis in carne, vt habeatur deuotio in Dominici corporis consecratione.] Cura & tu accedere cum magna puritate carnis, vt nihil in te immediata nocte præcesserit, quod tangere panem mundum impediatur: nihil sit fordidum in facie, aut in manibus, imò neque in vestibus, quod alienum à conuiuio cælestis Regis appareat. Cura etiam accedere cum magna munditia mentis: & quia defectibus quotidianis carere non poteris, eos confessio sacramentalis quotidie, aut saltem alternis diebus suscepta derergat. Hac cura bene viuendi, & mundè corde, ac corpore accedendi, id facies, vt magnam

Quoad puritatis deest, cordis compunctione, vel corporis afflictione supplendum. De claustris animum, lib. 2. cap. 23. Exterior etiam curanda mundities. Confessio sacramentalis præmittenda.

76 *De vita religiosè instituenda,*
magnum fructum ex quotidiana celebratione
colligas, & multum virtute proficias.

Secunda preparatio, rectitudo in-
tentionis. §. 2.

Rectus in
offerendo
finis.

4. Fidei,
cap. 14.
Vnio cū
Christo
præcipue
spectanda.

Ex tribus aliis, quæ proximè disponunt ad celebrandum, primum obtinet locum rectitudo intentionis. Hæc autem non tantum prohibet, ne propter lucrum, aut propter alium finem similem celebres, verumetiam ne ex sola quadam arida, & insipida cōsuetudine ad sacrificium offerendum accedas. Accede itaque ad celebrandum, non habitu, aut virtute solum, sed actuali intentione aliquem finem excelsum, cœlestem, sublimem querens, & ad aliquid Deo placidum, proximis utile, tibi que commodum respiciens. Finis autem perfectissimus, & quasi omnes alios complectens, ille est, quem Ioannes Damascenus his pulcherrimis verbis attigit: [Ardenti cupiditate ad eum adeamus (id est, ad Christum in Eucharistia præsentem, manibusque in crucis formam compositis crucifixi corpus suscipiamus, atque & oculis, & labiis, & frontibus impositis diuini carbonis participes efficiamur, ut ignis desiderij in nobis insiti, assumpta ea, quæ ex carbone oritur, inflammatione; peccata nostra exurat, ac pectora nostra collustret; demumque operam, ut per diuini ignis perceptionem inardescamus, diuque efficiamur.] Est itaque finis celebrationis sanctorum mysteriorum, ad quam intentio nostra respiciat, vnio cum Christo, & imitatio quadam puritatis Dei, seu transformatio, qua cogitationibus, affectibus, & moribus

ribus transformemur in Deum, seu efficiamur quidam dii.

Sed vt hunc finem præstantissimum quasi per partes accipias, poteris intentionem tuam ad vnum aliquid, ex his, quæ dicemus, tuam intentionem dirigere. Ac primò syluam quamdam sanctorum finium, quorum gratia celebrare debeas, Bonauentura doctor verè Seraphicus in hunc modum subministrat. [Tu autem homo Dei, dirige vota tua, & desideria ad Deum, & vide quibus affectionibus, & desideriis trahi debeas ad sacra mysteria celebranda. Primò, te trahet conscientia, & remorsus delictorum, sperans per eum, quasi per hostiam obligationis, ab omni peccato purgari. Secundò, tuæ infirmitatis intuitus, & consideratio, vt eum, quasi medicinam, ad te voces, per quam ab omni infirmitate tuearis. Tertiò, pressura alicuius tribulationis, vt per eum, qui omnia potest, ab omni aduersitate citiùs libereris, & protegaris. Quartò, desiderium alicuius gratiæ, vel spiritualis beneficij impetrandi, vt per eum, cui Pater nihil negare potest, obtineas. Quintò, gratiarum actio pro omnibus beneficiis temporalibus, & spiritualibus tibi, & aliis impensis, cum nihil habeamus Deo tribuere pro omnibus, quæ tribuit nobis, aliud quàm calicem salutaris accipere, & sacrificare hostiam laudis, id est, Iesum Christum. Sextò, charitas, & compassio proximorum, cum pro salute viuorum, & requie defunctorum, nihil efficacius interpellat, quàm Christi sanguis effusus in remissionem peccatorum. Septimò, laus Dei, & sanctorum, cum nihil habeamus, quo possimus Deum,

Varij, qui
possunt
intendi,
fines.

Tract.
de præ-
par. ad
Missam,
cap. 8.

1. Venia
peccato-
rum de-
siderium.

2. Qua-
rendi in-
firmitatis
subsidi-
um.

3. Vt om-
nis
procul
tentatio
sit.

4. Animo
aliquid
deccens
impe-
trandi.

5. Ad
gratiarum
actionem.

6. Ad
subue-
niendum
vniuersis,
&
defunctis.

7. Ad
Dei, &
sancto-
rum lau-
dem.

Deum, & sanctos pro sua dignitate laudare, quàm Christum sacramentaliter Deo Patri offerre, & immolare. Octauò, Dei amor, & dilectio, vt eum inuites ad te, ac per inuiscerationem spiritualis refectionis in teipso eum delectabiliter amplexeris. Nonò, sitis & desiderium augendæ gratiæ, quia hoc sacramentum fontem continet gratiarum, & sanctificationem, & authorem continet salutis, Dominum nostrum Iesum Christum. Ideo dicitur Eucharistia, id est, bona gratia. Cetera verò sacramenta fluenta sunt, & riuuli gratiarum, quibus sanctificamur. Decimò, ardor, & suspirium, quo totis visceribus virtute huius excessiuæ charitatis, & dulcissimæ refectionis cupias sanctificari ab omni inquinamento carnis, & spiritus, & eripi ab omnibus periculis, ac tentationibus, ac inseparabiliter vniri Christo Saluatori, & conseruari in suo amore. Vnde inquit Christus: *Pater, quos dediisti mihi, volo, vt vbi ego sum, illic sint mecum, vt sint vnum, sicut nos vnum sumus, ego in eis, & tu in me, vt sint consummati in vnum.*] Hos omnes fines sacrum faciendi paucis verbis collegit sanctus hic doctor, & pro omnibus simul, aut pro aliquo eorum seorsum possumus celebrare.

8. *Ad spiritua-
lem cum
Christo
inuisce-
ratio-
nem.*

9. *Au-
genda
gratia
cupidita-
te.*

10. *Ad perseu-
erantiam
confe-
quen-
dam.*

Ioan.
17.

*Ex septē
petitio-
nibus
orationis
Domini-
cæ, septem
aly fines
eliciunt.*

Alij verò aut rudioribus consulentes, aut memoriæ fragilium prospicientes, ex septem petitionibus orationis Dominicæ septem fines ad celebrandum eliciunt, quos & per septem dies hebdomadæ distingunt, & cuique diei suum finem assignant. Quos si imitari volueris, primo die accedes serui fidelis affectu, cupiens vt

nomer

nomen Domini apud omnes sanctificetur, & ab omnibus nationibus honoretur. Secundò, indues affectum filij, & desiderabis, vt ad te Dei regnum adueniat, & hæreditas cœlestis Patris obtingat. Tertio, assumes affectum sponsæ, & accedes, vt sicut in cœlestibus, ita & in te, atque in omnibus terrestribus Domini voluntas impleatur. Quarto, te indigentissimum cogitabis, & affectu mendici ad offerendum ibis, vt ipsum supersubstantialem panem dignus edas, & vt panem verbi Dei, nec non & panem cœlestium auxiliorum ad sanctè viuendum quotidie percipias. Quintò, te circumdabis peccatoris affectu, & peccatis irretitum aspicias, properabisque ad celebrandum, vt tuorum peccatorum veniam obtineas. Sextò, considerans imbecillitatem tuam, & affectu hominis tactus, qui validissimis est aduersariis circumdatus, offeras sacrificium, vt à tuis, & Dei hostibus libereris. Septimò, te pronum ad malum, & ad omne vitiorum genus procliuem sentiens, ita ad sacrum faciendum ibis, vt à veris malis, nempe à vitiis, & peccatis, & ab huius vitæ miseriis, si ita expedierit, eruaris.

Alij ex consideratione septem verborum Domini, quæ in cruce protulit, intentionem suam ordinant, finèsque celebrandi distinguunt. Ipse dixit: *Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* Illi verò primi, & summi sacerdotis imitatione vestiti, accedunt, vt charitate se ornent, & tam pro amicis, quàm pro inimicis exorent. Ipse latroni dixit: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso;* & largitate tantæ promissionis illecti

*Totidem
alij ex
septem
Christi
verbis
in cruce.*

Lucæ
23. 34.
Lucæ
23. 43.

cunt

eunt ad celebrandum, vt spem concipiant, & præmium gloriæ sibi impetrando conquirant.

Ioan. Ipse dixit matri: *Ecce filius tuus*; discipulo verò:
19.27. *Ecce mater tua*; & propria mendicitate coacti, vadunt ad sacrificium offerendum, vt beneficio Domini electorum matrem sibi speciali prouidentia in matrem habeant, & in omnibus indigentis suis à tam benigno, & pio patre remedium accipiant.

Ioan. Ipse dixit: *Sirio*; quærunt ergo
19.29. ex tam sancti sacrificij oblatione ardens desiderium perfectionis, sitimque iustitiæ. Ipse clama-
Matth. uit, & ex amore filij dilectissimi conquestus est,
27.46. se à patre fuisse derelictum, quare celebrant, vt in angustiis, in pressuris, in tentationibus, magnum Dei auxilium sibi præstò esse cognoscant.

Ioan. Ipse suam fuit obedientiam testatus, dicens: *Con-*
19.30. *summatum est*; offerunt ergo sacrificium, vt per perseuerantem obedientiam mandatorum feliciter cursum peragant, & quieti consummentur.

Lucæ Ipse tandem purissimum spiritum in manus pa-
23.46. tris commendauit: & vnionem animæ ad Deum desiderant, vt mereantur per perfectum amorem suo patri, & domino, ac sponso copulari.

Placet Alij demum ita sibi prospiciunt, vt simul cor
alijs, sibi, sacerdote dignum assumant; illud scilicet, quod
Et omni- personam publicam decet, qui non minori dile-
bus de ctione curam salutis totius mundi, quàm animæ
bonis ne- propriæ suscipiant. Hi sacra mysteria peragunt,
cessariis vt sibi, & omnibus de bonis necessariis prouide-
per dies deant; & hanc suam intentionem hebdomadæ
prouide- quoque diebus accommodant. Nam primo die
re. hebdomadæ celebrant deprecantes, primò vt
Deus omnes infideles & idololatrias ad fidem
trahat;

trahat; secundò vt peccata sibiipfis ignoscat. Secundo die celebrant, primò deposcentes, vt Deus miserrimos hæreticos, atque schismaticos ad notitiam veritatis, & sanam mentem adducat; secundò, vt eorum passiones, affectúsque cohibeat. Tertio die incruentum sacrificium offerunt, postulant, primò, vt Deus fideles peccato lethali sordentes conuertat; secundò, vt ipsos vniuersis virtutibus imbuat. Quarto die sacrificant supplicantes, primò, vt omnes iustos in iustitia conseruet, & ad perfectionem prouehat; secundò, vt ipsos vniuersis virtutibus imbuat, Quinto die ad altare accedunt, petentes, primò, vt Dominus, parentibus, fratribus, cognatis, & amicis, atque inimicis beneficiat; secundò vt sibiipfis septem dona sui spiritus tribuat. Sexto die sacris mysteriis intendunt, primò Dominum exorantes, vt animabus in purgatorio detentis miseretur; secundò, vt sibi orationis donum, & efficacem gratiam ad consequendam perfectionem dare dignetur. Septimo tandem die suppliciter petunt, primò, vt Dominus Ecclesiam suam augeat, & protegat; secundò, vt ipsos, postquam studiosè vixerint, & hinc cum vera pœnitentia decesserint, in suum regnum admittat.

Tu verò siue istos imiteris, siue aliam viam meliorem sequare, id saltem cures, vt ex purissima intentione, & actuali placendi Deo, & te illi per amorem copulandi ad celebrandum accedas. Missæ ergo valorem primò, ac præcipuè ad illam personam, aut personas viuentes, aut vitam sanctas applicabis, pro quibus celebrare teneris:

I. Alvarez de vita rei.

F

sed

Deo placere si mper curandum.

82 *De vita religiosè instituenda,*
sed secundo, his modis iam dictis, aut aliis simili-
libus, omnibus, & tibi ipsi per hoc sacrificium
prodesse cupies, & sic, dum in celebrando rectam
intentionem habes, mirum in modum mentis
puritate proficies.

Tertia preparatio, excitatio deuotionis. §. 3.

*Attenta
meditatione
spiritus
deuotionis
accenditur.*

Post rectitudinem intentionis sequitur excitatio deuotionis. Hæc excitatur attendita meditatione huius sacri mysterij, cuius tanta vis est ad capiendas, & illaqueandas amore animas, vt saxea sit illa, vel potius ænea, quæ ad tanti ignis præsentiam non liquefiat. In hoc autem mysterio innumera sunt, quæ possunt meditari, & quidem omnia ad tria capita reuocantur: nempe, quis veniat, ad quem veniat, qua causa veniat, vnumquodque autem horum capitum potest per septenarium numerum dilatari, vt per hebdomadam, spiritualem animam distincta ratione disponat. Quis venit? Christus Patri offerendus, & mihi intimè copulandus. Ad quem venit? Ad me hominem despicabilem, qui nec dignus sum eius vultui præsentari. Qua causa venit? Non vt sibi aliquod bonum quærat, sed vt mihi, & toti Ecclesiæ, & vniuerso mundo bona innumerabilia tribuat. Sed accipe meditationes septem breuissimas, quas poteris, dum alia meliora non occurrerint, ad excitandam deuotionem vsurpare.

Meditatio Prima,

Ioan.
11. 14.

1. Quis venit? Christus rex, cui acclamatū est:

Bene

Bene
Cui
vniu
ven
ret,
ma r
Zach
uat o
2.
cem
obol
gens
3.
uum
lios
tium
ris, &

1.
ipso
mine
qui
ue s
ti ob
est.
2.
qui
cula
& ad
subi
3.
funi

Benedictus, qui venit in nomine Domini, rex Israel, Cui nihil est, regem esse hominum, cum rex sit vniuersorum. Rex benignus, & mansuetus, qui venit ad regnandum, non vt subditos expilaret, sed vt iustitiam edoceret, & abundantissima redemptione saluaret. Vnde scriptum est in Zacharia: Ecce rex tuus veniet tibi iustus, & Saluat or.

Christus rex ad subditum venit, vt pretium ei redemptionis impendat. Zachar.

9.9.

2. Ad quem venit? Ad subditum suum decem millium talentorum debitorem, qui nec obolum habet, vnde incipiat debitum tam ingens exoluere.

3. Ad quid venit? Non vt miserum seruum vendat, & omnia eius accipiat, & filios ipsius seruituti subiiciat; sed vt ei pretium in immensum maius debito corporis, & sanguinis sui ad soluendum tribuat.

Meditatio Secunda.

1. Quis venit? Christus Dominus. Qui de se ipso dixit: *Vos vocatis me magister, & domine; & bene dicitis, sum etenim Dominus, qui ministris suis iugum suauis, & onus leue suae legis imposuit, & pro vnus momenti obsequiis aeternum gloriae pondus daturus est.*

Ioan. 13. 13. Christus Dominus ad seruum, vt iugo seruitutis exoneret.

2. Ad quem venit? Ad mancipium suum, qui plusquam millies legis sanctissimae vincula fregit, iugum debitae seruitutis excussit, & aduersario domini sui, nimirum peccato, se subiecit.

3. Ad quid venit? Vt hoc mancipium suum in funiculis Adam ad se trahat, & in vinculis charitatis,

Osee 11. 4.

84 *De vita religiosè instituenda,*
ritatis, ipsùmque à iugo passionum inordinata-
rum ereptum, in suam seruitutem feliciorẽ om-
ni imperio reducat.

Meditatio Tertia.

Math.
23.8.
Christus
magister
ad disci-
pulum,
ut vias
ei doceat
iustitia.
1. Quis venit? Christus magister. Qui & Apo-
stolis suis effatus est: *Vos autem nolite vocari Rab-*
bi; vnus est enim magister vester. Magister, non
sicut illi, qui alligant onera grauia, & importa-
bilia super humeros hominum; digito autem
suo nolunt ea mouere: sed qui prius fecit, quæ
docuit, & in doctrina perfectionis vniuersos
homines, & Angelos erudiuit.

2. Ad quem venit? Ad rudem discipulum, qui
numquam, aut serò ad audiendam doctrinam
virtutum venit, & citò per animi leuitatem ab
auditis discedit.

Cant. 8.
7.
3. Ad quid venit? Vt ego imitatione sequar
sponsam, & apprehendam eum fide, & ducam spe in
domum mentis meæ. *Ibi ipse me docebit vias suas,*
vias iustitiæ, & ego vicissim illi dabo poculum ex
vino amoris condito, & mustum ex sanctis affecti-
bus expressum malorum granatorum meorum.

Meditatio Quarta.

Christus
amicus
ad ini-
micum,
ut fæde-
ra in eo
vera sta-
biliat
amicitia.
Ecc. 6.
15.

1. Quis venit? Christus amicus, cuius tantus
fuit erga homines amor, vt ex inimicis non tan-
tùm seruos faceret, quos sanguinis pretio rede-
mit, sed in dignitatem amicissimorum eueh eret.
Amicus fidelis, cui nulla est comparatio, & non est
digna ponderatio auri, & argenti contra bonitatem
fidei illius, qui à nobis desertus nunquam nos
deserit, & irritatus iniquitatibus nostris, num-
quam

quam nos contemptui habet.

2. Ad quem venit? Ad eum, qui toties eius amicitiam contempsit, eius gratiæ peccatum pretulit, eius familiaritatem pro vanissimis colloquiis hominum cotinuat.

3. Ad quid venit? Ut sit *amicus fidelis, protectio fortis*, ut dum *inuenio illum, inueniam thesaurum*: ut suam in me amicitiam augeat, & intimiùs me sibi per amorem vniat.

Eccli. 6: 14.

Meditatio Quinta.

1. Qui venit? Christus frater. Qui cum sit verus Deus, & Dominus hominum, non confunditur, eos fratres vocare, dicens: *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Frater primogenitus, cuius cum tota esset hæreditas, ad eius possessionem libentissimè alios à Patre adoptatos admittit.

Christus frater, ut indignum fratrem in spiritali vita conseruet.

Hebr.

2. 11.

Psal. 21.

23.

Genes.

4. 8.

Isai. 9. 7.

Isai. 22.

21.

Christus

pater ad

prodi-

gum fi-

lium, ut

veri in

cum pa-

tris exer-

ceat offi-

cia.

2. Ad quem venit? Ad me fratrem ipsius fratricidam, qui ceu alter Cain, Abel iustum in agro huius mundi peccatis occidi, & eum quasi temulentum amore, & non vino acetbissima nece mulctauit.

3. Ad quid venit? Ut me fratrem, à quo occisus est, in vita spiritali, quam dederat antea, conseruet, & non profugum, ac vagum super terram esse dimittat.

Meditatio Sexta.

1. Quis venit? Christus Pater, qui dictus est *pater futuri seculi*: & quasi *pater habitantibus in Ierusalem, & domui Iuda*: quoniam omnes filios Ecclesiæ verbo veritatis genuit, & esse diuinum suo simile per gratiam tribuit. Pater,

F 3

qui

1. Ioan. qui tenerrimè nos amat, nòsque *filiolos* vocat,
 2. quos iterum atque iterum *parturit*, donec ipse *formetur in nobis*.

Ad Gal.
 4. 19.

2. Ad quem venit? Ad me filium prodigum, qui dissipavi substantiam meam, & consumpsi ætatem meam, si non viuendo luxuriosè; at viuendo inaniter, & inutiliter.

Lucæ
 15. 22.

3. Ad quid venit? Ut inducat me *stolam primam*, & amictu gratiæ circundet: ut *det annulum* donorum cœlestium, signum dignitatis in manu mea: ut *calceis* auxiliorum suorum protegat pedes, id est, affectus meos: ut *satiet me vitulo saginato* corpore, & sanguine suo: à *fratre maiore*, & à superbis defendat, semperque in domo gloriæ suæ hæreditatis æternæ possessorem efficiat.

Meditatio Septima.

1. Quis tandem venit? Christus sponsus, qui ad animam sibi dilectam dicit illud Osee: *Sponsabo te mihi in sempiternum: & sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio, & in misericordia, & in miserationibus, & sponsabo te mihi in fide: & scies, quia ego Dominus*. Sponsat ipse sibi animam in sempiternum, quia numquam vult ab eius connubio recedere: sponsat in iustitia, dum per gratiam iustificat: in iudicio, dum ab aduersariis liberat: in misericordia, & miserationibus, dum donis cœlestibus ditat: & in fide, quia non per opera sua, sed per fidem in Christum, & per gratiam in tantam dignitatem admissa est.

Jerem.
 2. 20.

2. Ad quem venit? Ad animam meam cui bene conuenit illa increpatio scripta in Ieremia: *In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondeoso*

deso
 mis
 incit
 semp
 pro
 A
 ma r
 dulci
 Tu at
 men
 piam
 Hi
 passio
 & te
 temp
 per o
 ram d
 ipsam
 deuo

Po
 Nam
 ne E
 cruce
 in ho
 pro o
 gibus
 quita
 te, &
 saria
 cijar

doſo tu proſternebaris meretrix. Collis ſubli-
 mis occaſio ſuperbiendi; lignum frondofum
 incitamentum rebus creatis adhærendi. In his
 ſemper cecidi, & me ſuperbiæ, & impuro amori
 proſtraui.

Ad quid venit? Vt ad eum compuncta ani-
 ma reuertatur, & iterum benigniſſimè in lectum
 dulciſſimæ familiaritatis admittatur. Nam ait:
Tu autem fornicata es cum amatoribus multis; ta- Ierem.
men reuertere ad me, dicit Dominus, & ego ſuſci- 3.1.
piam te.

His, aut aliis ſimilibus meditationibus, quæ
 paſſim occurrunt, poteris torporem depellere,
 & te ad deuotionem excitare. Nec longum
 tempus ad hoc exiſtimo neceſſarium, quia mens
 per orationem matutinam calefacta, & per cu-
 ram diuinæ præſentiæ, de qua poſtea, facilè ſe
 ipſam colligit, & ad celebrandum cum debita
 deuotione diſponit.

Quarta præparatio, vsus poſtula-
tionis. §. 4.

Poſtrema præparatio eſt vsus poſtulationis.
 Nam ſacerdos, qui vt perſona publica, & nomi-
 ne Eccleſiæ ſacrificium offert, & Chriſtum in
 cruce pendentem, & pro omnibus ſeiſum patri
 in holocauſtum offerentem repræſentat, debet
 pro omnibus hominibus, iuxta dictum Pauli, pro re-
 gibus, & omnibus, qui in ſublimitate ſunt, exorare, vt
 quietam, & tranquillam vitam agant in omni pieta-
 te, & caſtitate. Debet etiam ſibi ipſi cuncta neceſ-
 ſaria, & vtilia petere, vt ex merito tanti ſacrifi-
 cij à mendicitate exeat, & veras animæ diuitias,

Sacerdos
 pro o-
 mnibus
 debet,
 dum ſa-
 crificat,
 exorare.
 1. Ti-
 moth.

2.2.

ac cœlestia dona conquirat. Et quidem in ipso Missæ decursu, atque in ipso sacro canone tempus datur sacerdoti, in quo secretò oret, & speciales personas pro sua deuotione cômemoret. Quia verò mora illa ex consuetudine breuis est, vt præsentì populo consulatur, qui non potest diutiùs in Ecclesia teneri; ideo bonum est consilium, & ab spiritualibus viris vsitatum, vt arte Missam, generalem, & longiorem postulationem faciant, ad quam se in ipsa mysterij celebratione remittant. Et quamuis etiam hæc postulatio sit cuiusque deuotioni, & affectui relinquenda, nec ex compositione verborum, sed ex Spiritus sancti vnctione dependeat; visum est tamen mihi quamdam formulam postulationis subiicere, qua quidam de nostris, qui seruus Dei esse cupiebat, utebatur, & aut in præterita nocte, aut in ipso manè ante celebrationem Missæ precabatur, vt lector ex ea rationem precandi, & mente ad Deum ascendendi per postulationem aduertat. Ille ergo non ore, sed mente; non verbis, sed affectibus, sic in conspectu Dei positus sua desideria promebat, & pro se, ac pro omnibus exorabat.

*Praxis
postulationis
præmittenda
subiungitur.*

*Benedictum
Deum
suis petitionibus
sacerdos
precatur.*

O Trinitas beata: ô Domine Deus meus: ô pater potentissime: ô Fili sapientissime: ô Spiritus sanctissime: ô Tres Personæ re vera distinctæ: ô vna purissima, ac simplicissima deitas: ô author naturæ; ô dator gratiæ: ô prima, ac vniuersalis omnium rerum causa: ô vniuersorum bonorum indeficientissimus fons! Hic ades, Domine non minus præsens, quàm in cœlesti domicilio inter Angelos commoraris. Adoro te, vt Deum
meum

metum ex toto corde meo, & ex omnibus viribus meis: atque oro te, vt cunctæ cogitationes meæ, cuncta desideria, verba, & opera mea tibi sint grata, & accepta, vtque me sacerdotis officio fungentem, & pro omnibus deprecantem coram te sustineas, meas orationes exaudias, & illas non sine fructu tuæ miserationis expedias.

Gratias tibi ago, ô bonorum origo, pro innumeris, & maximis beneficiis, quæ ex momento conceptionis meæ vsque in hanc horam de tua benignitate suscepi: pro innumerabilibus, quæ nunc, & in hoc temporis momento à te suscipio: pro infinitis, quæ vsque ad finem vitæ meæ, & per totam æternitatem sum accepturus ex thesauris immensæ bonitatis, & largitatis tuæ. Nam & ego Domine, sine vlla comparatione minor sum, non tantum miserationibus tuis, sed & minimo beneficiorum tuorum: indignus planè, vt mei recordareris, & me sustineres, vt mihi minimum ex tuis donis tribueres. Specialiter autem gratias tibi ago, Deus, & Pater amantissime, ex totis præcordiis meis.

Gratias agit pro sibiindulgentiis beneficiis.

Primò, pro infinitis diuitiis, quas in sacra illa humanitate vnigeniti filij tui Domini nostri Iesu Christi collocasti; & quia eum mihi in patrem, in doctorem, in ducem, ac redemptorem dedisti.

Pro humanitate Christi collatis.

Secundò, pro singularibus, & innumeris donis, quæ in beatissima Virgine Maria, matre vnigeniti filij tui deposuisti; & quia eam mihi in matrem, in aduocatam, in protectricem donasti.

Beatiss. Virgini.

*Angelis,
& Sanctis.*

Tertiò, pro maximis beneficiis, quibus sanctos Angelos, omnesque spiritus cœlestes cumulasti (die Dominica nominabis Angelos; feria secunda Apostolos: feria tertia Martyres: feria quarta Pontifices: feria quinta Doctores: feria sexta Confessores: sabbato Virgines, & Sanctas Dei) nec non & pro illis, quibus hunc sanctum N. vel sanctos NN. quos hodie solemniter celebramus, affecisti.

Iustis, & Dei familiaribus.

Quartò, pro singulari beneficiorum copia, qua iustos reple, eos præcipuè, quos efficaci gratia per totam Ecclesiam ad perfectionem effers, & ad tuam dulcissimam familiaritatem admittis.

Provocatione ad religionem.

Quintò, gratias etiam ago tibi, ô Pater, & Deus dilectissime ex toto conatu mentis meæ, pro hac eximia misericordia tua, qua me è miseriis sæculi eripuisti, & ad hanc sanctam religionem vocasti, & tot adiumenta ad tibi perfectè seruiendum concessisti.

Pro tribus votis, qua renouat.

Sextò, pro his tribus votis professionis meæ, quibus me tibi alligasti, ac consecratum esse voluisti. Quæ tantum abest, vt me fecisse poeniteat, quod potius ea libentissimè de nouo facio, ac tibi millies, & centum millies perpetuam paupertatem, castitatem, & obedientiam promitto.

Pro naturalibus, & supra naturam talentis.

Septimò, pro talentis, & donis tum naturalibus, tum supernaturalibus mihi datis, vt eis tempus vtiliter, & meritorie collocarem, & iuxta meam vocationem aliis prodessem, & ad fœlicitatem ex tua miseratione consequendam me disponerem.

Pro mirabili in omnibus vicissitudine.

Octauò, pro hac vicissitudine consolationum, & desolationum, prosperitatum & aduersitatum,

fitatum, qua vitam meam mirabiliter texis, ut neque assidua aduersitate decidam, neque assiduitate prosperitatis inebrier.

Nonò, pro hac sanctissima, & sublimissima sacerdotij dignitate, qua me de puluere terræ erexisti.

Pro sanctissima sacerdotij dignitate.

Decimò, ac tandem pro hodierno, vel hesterno usu eius quo incruentum hoc sacrificium tibi patri obtuli, & panem vitæ manducaui, & Christum mihi mediis speciebus, in quibus verè latet, panis & vini, coniunxi.

Pro usu proximo sacrificij.

Et nunc, Domine, his, & aliis innumerabilibus beneficiis tuis animatus, alia noua suppliciter postulo. Panem nostrum quotidianum, super substantialem da mihi hodie. *Non est bonum, ô Deus meus, sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Sed licet hoc ita sit, tamen aliquando catelli comedunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Quare licet ego in domo tua, quali catellus sim despicibilis, comedam tamen hodie beneficio tuo ex hoc pane filiorum tuorum, & ad hoc sacramentum accipiendum, & sacrificium tibi offerendum possibilitatem, & facultatem concede. Da abundantissimam gratiam, ut ad hunc filium tuum, ac dominum, & redemptorem meum tam profundissima reuerentia, tam firma fide, tam humili timore, tam feruida charitate accedam, quòd ibi tibi gratus appaream, & omnes in fructus huius eximij sacrificij, & venerabilis sacramenti suscipiam.

Matth. 15 27. Digna sibi sacrificatio postulat ornamento.

Et quia tu, Domine, hoc sacrificio vis placari, & ex merito, & valore eius omnibus bona largiri, nunc munus meum sacerdotis implens, volo

volo

volo in conspectu tuo cor meū effundere, & quia filius tuus vnigenitus ad omnia potens est, ob merita infinita eius, pro omnibus apud te deprecari constituo.

*Pro vni-
uerso pre-
catur or-
be.*

Miserere igitur, o benignissime miserationum pater, toti mundo, & eum fide, ac scientia tua reple, & gentes à fide alienas ad veritatis notitiam conuerte: Turcas, Mauros, Hæreticos, Schismaticos, idolorum cultores, ac perfidos Iudæos in domum Ecclesiæ tuæ iam tandem, obsecro, intrare compelle. Non pereant tot imagines tuæ, non sit in illis vacuus, & inanis sanguis pretiosissimus filij tui. Lugeo, Domine, coram te hos fratres meos alienos à te; & si ego possem, omnium istorum intellectibus in te crederem, omnium voluntatibus te diligerem, omnium viribus tibi perpetuò seruirem. At nihil possum, nisi desiderare, & flere, & desideria mea coram tanta maiestate profundere.

*Pro Ec-
clesia, &
fidelibus.*

Miserere, Domine, Ecclesiæ tuæ, auge in ea puritatem fidei, & munditiam sanctitatis, eamque labore virorum Apostolicorum per totum orbem terrarum extende. Respice benignis oculis iustos ipsius, illos præsertim, qui ad perfectionem properant, & in eis iustitiam serua, & augmenta; respice etiam peccatores crimine graui fordentes, eos ad te trahe, & à tam misero statu potenter eripe.

*Pro vni-
uersis Ec-
clesia or-
d. nibus.*

Adiuua, Domine, summum Pontificem N. vicarium tuum, caput Ecclesiæ tuæ, pastorem gregis tui; da ei, vt verbo, & exemplo cunctis præluceat, & optimo regimine ad salutem dirigat. Intende oculos misericordiæ tuæ in vniuersos

fos

fos Cardinalatus dignitate fulgentes: item in cunctos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Parochos, & in omnes, qui ad clericalem statum pertinent, & salutem animarum curant: fac eos sal terræ, lucem mundi, ciuitates supra montem positas, & vt eam vitæ puritatem attripiant, quam sanctissima dignitas eorum requirit.

Miserere omnium sanctarum religionum, & præcipuè huius nostræ, tribue eis, vt secundum suam cuiusque vocationem viuant, & vt prælati exemplo, verbo, & sollicita cura gubernent, & subditi sæcularibus, & clero ædificationem tribuant, & exactissimè *paupertatem, castitatem, & obedientiam* custodiant.

Effunde, ô Domine Deus meus, miserationes tuas in Regem nostrum N. ac in omnes Catholicos Reges, nec non & in vniuersos gubernatores, in nobiles, plebeios, & in omnes eos, qui ad statum spectant sæcularem: libera eos ab aduersariis suis, iunge eos pace tua, dita obseruantia mandatorum tuorum, vt secundum quod Christianos decet, viuant, & eam, ad quam creati sunt, salutem æternam obtineant. Ne obliuiscaris regnorum, & principatum Ecclesiæ tuæ, sed ea fac potentiora hostibus suis, exercitibus eorum contra fidei tuæ hostes victoriam tribue, & necessaria ad vitam istam quietè transigendam benignus imperti.

Affero etiam coram te, ô Domine, parentes meos, fratres meos, cognatos meos, amicos meos, & omnes eos, qui se, aut sua meis orationibus commendarunt, vt eis dones, quod

Pro religiosis coetibus.

Pro regibus, & aliis sæcularibus.

Pro consanguineis, & in periculo constitutis.

volun

voluntati tuæ placitum, & saluti eorum profuturum esse cognoueris. Offero quoque tibi omnes captiuos, vinctos, agrotos, tentatos, tribulatos, agonizantes, & in aliqua necessitate, præsertim extrema, aut graui constitutos, vt ex tua largitate libertatem, salutem, victoriam, consolationem, bonam mortem, & remedium suarum necessitatum accipiant.

Pro inimicis.

Et, vt imiter dilectum filium tuum in cruce pro inimicis orantem, supplex & acclinis oro, ô mitissime pater, pro omnibus inimicis meis, quos intimè diligo, vt eis in omnibus beneficias, & pro infamia, qua me læserunt, honorem eis, pro detractionibus, bonam famam, pro odio in me, sanctissimum amorem tuum, & pro omnibus malis aduersùm me irrogatis, bona temporalia saluti eorum vtilia, & æternam vitam tribuas.

Pro purgatorij animabus, prælatis & amicis.

Respice benignis oculis animas in purgatorio detentas, præsertim N. N. & aliorum, pro quibus orare tencor. Da eis Angelorum consolationem, pœnarum refrigerium, & citò purgatas in cœlestes sedes admitte. Tandem oro, Domine, pro his prælatis meis N. N. & pro his dilectissimis meis N. N. vt eos perfectos facias, ab omnibus grauius peccandi occasionibus liberes, & in omni eis necessitate subuenias.

Pro obtinēda peccatorum remissione.

Iam, ô Deus meus, ô refugium meum, necessitates meas, ac miseras meas narrabo coram te; non vt tu eas scias, siquidem omnia aperta sunt, & manifesta oculis tuis, sed vt, dum ea apud te cum gemitu & afflictione pronuntio, desideria

desideria tuæ miserationis accendam in me, & remedia, ac dona ex tua benignitate promerear. Peccaui, Domine, super numerum arena maris, multiplicatæ sunt iniquitates meæ, & non sum dignus intueri, nec aspicere altitudinem cœli præ multitudine iniquitatum mearum: verumtamen propter filium dilectissimum in ara crucis immolatum dimitte vniuersa peccata mea, & munda me omnino ab omnibus delictis meis. Concede mihi verissimam contritionem, qua peccata propter te, & ex tuo amore detester. Fac etiam, vt dignos fructus pœnitentiæ faciam, & assiduis corporis mei afflictionibus, nec non lacrymis, & gemitibus pœnas pro peccatis debitas reddam.

Da mihi, Domine, verissimam mortificationem mei iudicij, voluntatis, meorum affectuum, & sensuum: ne istis, qui ad malum proni sunt, aliquando deceptus, ab his, quæ tibi placent, abducar. Da mihi verissimum contemptum omnium terrenorum, & vt nec honores quæram, nec dignitates ambiam, nec diuitias, aut voluptates suspirem, sed omnem honorem meum, omnes thesauros meos, & delicias meas in te omnium bonorum fonte respiciam. Libera me ab omnibus tentationibus, & dolis inuisibilibus hostium meorum, ab his præcipuè, quæ veniunt sub specie boni, ne bonum inquirens, à vero bono diuellar.

Concede, Domine Deus meus, vt fides, quam *Fidē, sp̄s, & charitatem.* te donante suscepi, semper in me seruetur, semper augeatur. Illumina mentem meam supernaturali lumine, vt mysteria diuina cognoscat, & quæ

*Mortificationē
petit affectuum, &
honoris
desectū.*

quæ de te, ac de filio tuo credimus perfectiùs intelligat. Concede firmisimam spem, qua mei penitus obliuiscar, & in sinu prouidentia tua omnes curas meas collocem, & vitam æternam, ac omnia ad eam consequendam necessaria, me consequuturum de tua bonitate confidam. Concede perfectissimam charitatē, qua te, & omnes proximos meos ardentissimè diligam. Da mihi resignationem veram, & plenissimam cum tua voluntate concordiam. Exhilara mentem meam præsentia bonitatis tuæ. Paca, & tranquilla intima mea pace tua. Accende me zelo honoris tui, & salutis fratrum meorum; & infunde affectum misericordiæ, quo miseriis, & doloribus proximorum compatiar, & eis secundum meam imbecillitatem succurram.

Prudentiã, docilitatē, feruorem & circumspiciōnē.

Perfice, ô factor meus, intellectum meum prudentia & discretione, vt medium in omnibus teneam. Tribue mihi cor docile, ne proteruus in meo sensu persistam. Sollicita me feruore tuo, vt tibi non oscitanter, non segniter, sed diligentissimè seruiam. Et virtute circumspiciōnis, & attentionis exorna, vt mala animæ meæ, quæ vbique mihi insidiantur, caueam, & nihil per incuriam tibi minùs gratum, minùs ve acceptum efficiam.

Iustitiã, religionē, & cor erga alios piè affectum.

Perfice voluntatem meam virtute iustitiæ, qua libenter vnicuique, quod suum est, tribuam. Subiice me tibi religionis virtute, & donum orationis præbe, vt in omnibus tuam laudem quaeram, & tibi purissimum cultum patriæ, & Angelis ac sanctis tuis debitam dulciæ venerationem exhibeã. Da mihi cor ob peccata mea penitentia

tentiâ compunctum, erga parentes pium, erga maiores deuotum, erga prælatos subiectum, erga benefactores gratum, erga amicos affabile, in factis simplex, & in dictis verum. Tale, inquam, vt cor dulcissimi filij tui imitetur, & tibi semper ab eo amabile obsequium deferatur.

Perfice irascibilem meam robore fortitudinis, quatenus in aduersis, vt decet, se habeat, & aduersitatis pondere pressa, ab eo, quod rectum est, nunquam exorbitet. Da mihi animum magnanimitate conspicuum, in rebus obsequij tui securitate lætum, bona sæculi pro te contemntem, dolores, & acerbitates magnas, & multo tempore durantes sustinentem, & in eo, quod bene cœpit, constanter perseuerantem: quia vox est filij tui, quod non qui cœperit, & turpiter à cœpto destiterit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

Perfice concupiscibilem meam pulchritudine temperantiæ, qua & omnia turpia fugiam, & honesta confecter, & in cura corporis solam necessitatem respiciam. Indue me, Domine, abstinentia & sobrietate, quibus in cibo, & potu debitam mensuram teneam; castitate & pudicitia, quibus corpus meum templum tuum mundum & immaculatum in officio contineam: mansuetudine & clementia, quarum ministerio iram, ac omnem indignationem cohibeam. Ne confundas me, ô Deus meus, in hac petitione mea, sed tribue mihi præstantissimam humilitatis virtutem, qua Christi filij tui, & Domini mei verus discipulus fiam, & meipsum (sicut te vera sum) omnium vilissimum reputem, &

omnem huius sæculi splendorem contemnā.
Da in actionibus modestiam, in ore silentium,
in vsu rerum paupertatis amorem, & omnis cu-
riositatis victoriam, vt nihil in me sit, quod
tuæ maiestati displiceat.

*Septē Spi-
ritus san-
cti dona,
& alia.*

Requiescant super me; Domine, dona Spiritus
sancti tui, spiritus sapiētiae & intellectus, spiritus
filij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis,
& repleat me spiritus timoris tui, vt his donis
immobilis à te fiam, & in omni virtute perficiar. Ex
aliis verò donis & gratiis, quæ ad sanctitatē non
pertinent, ea mihi solùm tribue, quæ ad salu-
tem animæ meæ, & voluntatem tuam explen-
dam conducant. Fac etiam, Domine, vt in his
ministeriis occuper, quibus tu glorificeris; &
cum æquali gloria tua, rogo, vt in humiliori-
bus, & quæ minus apud homines splendeant,
me occupatum esse velis. Da, vt in donis, & ta-
lentis de tua manu susceptis meipsum non qua-
ram, sed tuam laudem & gloriam, ac Iesu Chri-
sti filij tui exaltationem exquiram. Da mihi per
infinitam bonitatem tuam perseuerentiæ do-
num, & vt numquam per crimen aliquod à te
separer, sed vsque ad mortem, & in æternum
in tua gratia perseuerem.

*Vita pu-
ritatem,
quam fe-
lix exitus
subsequa-
tur.*

Ad Phi-
lip. 1. 23.

Da mihi per immortalitatem tuam, & per
sanctissimam mortem redemptoris mei, bonam
mortem, & vt post bonam vitam in te moriar
morte iustorum. Tolle à me nimium amorem
huius vitæ, & nimium ac immoderatum timo-
rem mortis. Da, vt ita viuam, quodd possim di-
cere cum Apostolo tuo: *Cupio dissolui, & esse cum*
Christo. Da intimam lucem horæ mortis, vt
mundi

mundi blandientis illecebras fugiam. Da intimum saporem æternitatis, vt lætus transitoria deseram. Da veram resignationem in tua rectissima voluntate, vt quando, & quomodo disposueris, hinc abscedam. Suscipe spiritum meum gratia tua & charitate vestitum, vt tibi in æternum adhareat. Aufer denique à me quidquid me in assequutione perfectionis detinet, & potentissima adiumenta ad sanctè viuendum, & feliciter moriendum attribue. Hæc sunt, Deus meus, petitiones meæ, hæc sunt desideria mea, quæ impleri cupio, & peto per miserationes tuas non solum in me, sed & in omnibus proximis meis, vt semper tibi placeamus in hac vita; in futura tuo aspectu latemur. Amen.

Sic iste suam postulationem nocte formabat, vt se ad Missam diei sequentis disponeret, in qua dimidiam horam plus, minusve ordinariè infumebat. Talis tamen est precatio ista, vt possit ad minus temporis spatium angustari, & ad vnã horam, & longiora noctis spatia affectibus & desideriis crebrescentibus protrahi. Tu ex his, quæ diximus, poteris aliquid sumere, quo te ad sacrum faciendum disponas. Illud autem certum scias, si his omnibus assuescas, te cum magno fructu, & cum exigua difficultate, aut summa facilitate sacrum esse facturum. Nam hæc prudenter disposita parum temporis infumunt, & multas secum occupationes admittunt. Nos enim non religiosos solitarios, sed animarum salutem curantes instruimus, quos scimus his, & similibus deuotionis studiis, nec à ministeriis, nec à literarum studiis im-

100 *De vita religiosè instituenda,*
pediri, sed mirum in modum ad vtraque iu-
uari.

C A P V T I X.

De celebratione Missæ.

Sic paratus atque dispositus conuenienti
tempore pro Missâ celebranda ad sacrarium
accedes. Ibi genuflexus iterum te breuiter præ-
parabis, sanctam Trinitatem, & singulas eius
personas inuocando. Ille, de quo supra diximus,
ita non ore, sed mente attenda, & deuota, quan-
tum poterat (vt mihi quidem narrauit) hanc
præparationem perficiebat.

*Proxima
oratio an-
te Missâ.*

O beata Trinitas, Deus meus, & Dominus
meus, huc sacrificium corporis, & sanguinis
filij tui celebraturus venio. Primò, in confes-
sionem supremi dominij, quod habes in omnes
creaturas, & subiectionis omnimodæ, quam
habemus ad te. Secundò, in commemoratio-
nem acerbissimæ passionis, & mortis Iesu Chri-
sti filij tui, & Domini mei, iuxta illud quod ipse
præcepit nobis, dicens: *Hæc quotiescumque fecer-
itis, in mei memoriam facietis.* Tertio, in gratia-
rum actionem infinitarum diuitiarum sanctis-
simæ humanitatis eiusdem filij tui, & redempto-
ris mei; ac singularium donorum, quibus affe-
cisti B. Virginem Mariam, omnes Angelos, &
sanctos, præcipue autem N. cuius hodie solen-
nem memoriam facimus. Quartò, item in actio-
nem gratiarum omnium beneficiorum, quibus
in hoc sæculo magnificas omnes prædestinatos,

& me

& me indignum seruum tuum afficis. Quintò, hoc sacrificium tibi specialiter offero pro hac persona viuente, vel defuncta, aut pro hac, aut illa necessitate, aut negotio, pro quo celebrare teneor. Sextò, itém que secundariò offero pro remissione omnium meorum peccatorum, vel pro mortificatione mearum passionum, vel pro elongatione, intellectu, & affectu ab omnibus creaturis, vel pro adeptione virtutum, vel pro obtentione septem donorum spiritus tui, vel pro dono orationis, & thesauro perfectæ charitatis, vel pro consequenda gloria tua. Amen. Hæ septem petitiones variandæ sunt per dies hebdomadæ, incipiendo à feria secunda.

O Pater potentissime, ecce accedo ad celebrandum laudem & gloriam tuam, ad gaudium omnium Angelorum, & sanctorum, ad remissionem nostrorum peccatorum, ad refrigerium animarum purgatorij, & ad bonum spirituale, ac temporale totius Ecclesiæ: supplex oro per omnipotentiam tuam, ad bene celebrandum confirma me. O Fili Dei sapientissime, ecce venio ad celebrandum, vt tu, qui vera vita es, per gratiam viuifices me: tu, qui lux es, illumines me: tu, qui ignis es, accendas me: tu, qui quies es, tranquilles me: tu, qui puritas es, purifices me: tu, qui lætitia es, lætifices me: supplex oro per sapientiam tuam, ad dignè celebrandum illumina me. O Spiritus Patris, & Filij sanctissime, ecce venio ad celebrandum, vt eximia gratia induas me, & septem donis tuis ornes animam meam, & igne charitatis perficias: supplex oro per immensam charita-

102 *De vita religiosè instituenda,*
tem tuam, ad digne celebrandum inflamma
me.

De acceptione sacrorum paramentorum. §. 1.

Sic, aut aliter denuo præparatus, & spiritu
collectus, omnia illa deuotè, quantum potueris,
facies, quæ ad inspectionem missalis, lotionem
manuum, & præparationem hostiæ, & calicis,
& applicationem sacrorum indumentorum,
quæ mater Ecclesia facienda iubet. In acceptione
vestium, cuiusque significationem aduertes,
de qua multa passim apud Ecclesiasticos
authores inuenies. Nunc verò vt aliquid breuiter
dicamus, illa significatio ad tuos mores in-
formandos commodissima est, quam Bonauentura
tradit.

*Sacrarum
vestium
mystica
aduertenda
significatio.*

*In expositione
Missæ,
principio.*

*Quid sacra
menta
significent.*

Amictus significat Christi Domini humanitatem, qua caput (nam caput Christi Deus,) id est, suam diuinitatem abscondit. Imponesque illam capiti tuo, ac si purissima illa natura tuum caput operires. Alba significat vitam Christi mundissimam; nam peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: eamque indues ac si vita Domini per desiderium imitationis eius te ipsum circumdares. Cingulus designat plus quam Angelicam Christi virginitatem: & eoque, tamquam firmissimo proposito mundissimæ castitatis præcinges. Manipulus designat & Christi humilitatem in hac vita, & felicissimam eius victoriam pro iustitia: eumque assumens, pugnare pro iustitia constitues. Stola est Christi obedientia perseverans; ideo namque usque ad pedes protenditur, cui dum collum subiicis,

subiicis, te etiam corde ad obediendum præparabis. Casula est charitas Christi, amicos & inimicos diligens, quam suscipiens, omnes proximos tibi amoris vinculo copulabis. Sic ergo decenter ornatus, mente deuota, & omnino ab huius mundi rebus auulsa, vt vicem Christi summi, & primi sacerdotis gerens, ad altare reuerenter accedes.

De reuerentia exteriori in celebratione. §. 2.

In ipso Missæ decursu ita sacra mysteria peragas, vt magnam exterius, & interius reuerentiam obserues. Æquum enim est, vt animæ, corporisque creator ab vtroque honorem & reuerentiam accipiat. Æquum etiam, vt, si anima Dei visione satianda est, & corpus dotibus gloriosis ornandum, istud & illa Deo glorificatori eorum per reuerentiam se subdant. Quin & Christus, qui primus hoc sacrificium sui corporis, & sanguinis obtulit, carne simul, & mente passus est, & vtraque portione sui nostram salutem curauit, vt discas tu vtraque parte tui, corpore, & animo illi reuerentiam exhibere. Hæc duo sunt duo æra minuta, quæ oblationibus rerum externarum è superbis cordibus profectis præferuntur; & duo talenta, quibus præmia gloriæ corporis, & animæ comparantur.

Reuerentiam exteriori custodies, si sacras ceremonias ab Ecclesia institutas, pulchrè, attentè, grauitè, & cum quadam dignitate perficias. Si, cum caput inclinas, ita inclines, vt qui Dei benevolentiam tibi concilias: si, cum genuflectis, ita genua flectas, vt qui Deo te

*Interior
& exterior
obseruanda
reuerentia.*

*Sacra ceremonie
qualiter
faciendæ.*

104 *De vita religiosè instituenda,*
submittis: si, cum hostiam, & calicem benedicis, ita signa illa sacra facias, ut qui sacrificium Deo acceptissimum benedicis: si, cum verba Missæ proferas, ita distinctè & clarè proferas, ut qui Deum ipsum alloqueris: si denique ita omnia ibi dicas, & facias, ut dignum est voce promi, & actione perfici, quæ Dei spiritu sanctam Ecclesiam regente approbata sunt & instituta.

Simile.

Ministri regum & principum suas habeant urbanitatis & comitatis leges, quas nefas est præterire; quidni Ecclesia spiritu veritatis edocta illas ceremonias instituat, quibus erga Deum officiosi & urbani sumus, & ei comiter & decenter seruiamus? Si ergo magni momenti esse videtur erga magnates huius sæculi urbanè nos habere, & in nulla re, quantumuis minima, ad reuerentiam eorum spectante deficere; quanti momenti erit summum Deum signis reuerentiæ ab ipsomet per Ecclesiam institutis absque vllis defectibus honorare? Quid grauius, quàm ipsi Deo per genuflexiones se submittere, & ei per hoc signum patriæ cultum exhibere? Quid sublimius, quàm hostiam, & calicem, in quibus Deus ipse latet, crucis signo benedicere? Quid excellentius, quàm Deo nomine totius Ecclesiæ vota, & orationes offerre? Quid mirabilius, quàm hostiam, cui præsens adest filius Dei, manibus tangere, & frangere, & huc atque illuc moueri? Hæc, qui festinanter, & distractè, & inconsideratè facit, magnum indicium præbet, quòd lucem fidei nubibus inconsiderationis, & distractionis obtectam defert.

De

De Esther ad Regem Assuerum ingrediente
ait Scriptura : *Regina corruit, & in pallorem colore
mutato, lassum super ancillulam reclinavit caput.* Et
tu coram Deo tuo, coram rege omnium regum
& Domino dominantium reuerentissimè genu-
flexione non corrues, & tantam maiestatem
non metues? Cum quanta attentione, & contri-
tione cordis hæc eadem regina pro temporali
salute Iudæorum exorabat, quando dicebat? *Do-
mine mi, qui rex noster es solus, adiuua me solitariam,
& cuius præter te non est auxiliator alius.* Cum
quanta debes tu Dominum deprecari, qui non
tantum omnium fidelium temporalem salutem,
sed etiam spiritualem exposcit? Baptista Ioannes
non tangebatur corpus Domini, sed capiti eius
aquam infundebat; & tamè stupens ac tremens cla-
mabat: *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?*
Quanto tremore, & stupore deberes tu hostiam,
ipsum Christum continentem tangere, & tuis
manibus contrectare? Depone igitur puerilem
ruborem, turpèmq; verecundiam, & tara
reuerenter, & quietè in altari te habe, ac si so-
lus, & sine testibus te spectantibus esses, & ac
si rem summi momenti, sicut reuera facis, effi-
ceres.

Nec mihi curæ est admonere te, ne in sacro
faciendo sis morosus, & populo astanti mole-
stus. In ea enim ætate viuimus, in qua plus nimio
istud præceptum obseruamus, & ne populo tæ-
dio simus, cum scandalo, & iactura spirituali
ipsius populi festinanter, & indeuotè satis my-
steria diuina peragimus. At si cupis mensuram in
opere tantæ maiestatis tenere debitam, in fa-
ciendo

Esther
15. 10.
Esther in
exem-
plum re-
uerentia
adduci-
tur.

Esther
14. 3.

Matth.
3. 14.

In sacri-
ficio se-
mihora
tempus
insu-
men-
dum.

106 *De vita religiosè instituenda,*
ciendo sacro semihoram expleas, & permittitur
tibi, vt tantillum excedas. Hoc enim tempus nec
sacrum audientes admodum occupat, & suffi-
ciens est, vt sancta mysteria ritè ac deuotè, pro vt
ab Ecclesia institutum est, celebrentur.

*De reuerentia interiori in celebra-
tione. §. 3.*

*Qualis
interior
debeat
esse reue-
rentia.*

Ad reuerentiam interioriorem pertinet, quòd,
cùm celebras, de teipso humiliter sentias, & sic
vt vilissimum, & ignorantissimum mancipium
ad summum regem, & sapientissimum princi-
pem accedas. Accedis tu paruitas ad magnitu-
dinem, tenebra ad lucem, immunditia ad sancti-
tatem, infirmitas ad potestatem, creatura ad
Deum creatorem tuum. Quanto ergo timore, &
tremore, quanta humilitate, & tui contemptu,
quanta Domini æstimatione deberes accedere.
Israëlitis agnum paschalem comedentibus præ-
ceptum erat, *Et comedetis festinanter*: Hebræa
autem habent, *Et comedetis cum ecstasi, & pauore.*
Quia videlicet agnum immaculatum Iesum
Christum, cuius ille typicus figura fuit, tremen-
tes, & quasi præ reuerentia stupentes sumus in
coelesti hac mensa manducaturi. Pauet Moses,
quòd Deus illi legem scriptam administrauerit,
& cum eo verba miscuerit. *Ecce, ait, ostendit nobis
Dominus Deus noster maiestatem, & magnitudi-
nem suam, vocem eius audiuius de medio ignis, &
probauimus hodie, quòd, loquente Deo cum homine,
vixerit homo.* Nos autem non vocem eius audi-
mus, sed ipsummet Deum intra præcordia reci-
pimus, quidni ad tale factum pauemus? Certè
osten

Exodi
11. 11.

Deuter.
5 24

ofte
mai
tudi
ritat
des
perf
Hic
cùm
mod
H
Eccle
tùm
& ce
re. T
mni
Indi
eiusc
dign
mus.
cord
terra
ipse
prou
ctiffi
mè p
puta
Dicq
verè
caeli
mus h
ad di
te ad
ut co

ostendit tibi Dominus, o sacerdos, non tantum maiestatem, sed & bonitatem suam: non magnitudinem suam, sed affabilitatem, & erga te charitatem suam. Certè non audis tonitrua, nec vides fulgura, sed vsurpas vocem eius, cum ipsius personam referens, dicis: *Hoc est corpus meum; Hic est sanguis meus;* & vides benignitatem eius, cum fidei oculis eum præsentem intueris, quomodo non ecstasi, & stupore repleberis?

Hanc verissimam cognitionem tui petit à te Ecclesia, cum iubet non tantum semel, non tantum bis, sed ter illa verba: *Domine non sum dignus,* & cetera, ante sacramenti sumptionem repetere. Ter enim indigni sumus, quia omnino & omni ex parte Dominum sumere indigni sumus. Indigni prorsus, quoniam eum offendimus, eiusque mandata sanctissima præteriuimus. Indigni, quia oscitanter, & negligenter illi seruiamus. Indigni, quia nunquam plenè, & ex toto corde illum diligimus. Indigni, quoniam sumus terra, limus, stercus, & si quid est peius & vilius; ipse autem est Deus potentissimus, Dominus prouidentissimus, & redemptor omnium sanctissimus. Postquam ergo te ipsum diligentissimè præparaueris, & sollicitissimè disposueris, reputa te susceptione tantæ maiestatis indignum. Dicque ad Dominum: *Ergone putandum est, quod*

*Sacerdos
tanto se
cordatus
indignū
duces sa-
crificio.*

3. Reg.
8.27.

verè Deus habitet super terram? Si enim cælum, & cæli cælorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc, quam adificauit. De omni tua sollicitudine ad dignè celebrandum diffide, & de sola Domini te ad hoc munus vocantis gratia confide. Et sicut corpus Domino genuflexione, & capitis, aut

corpo

corporis inclinatione submittitur ; ita mens eidem verissima humilitate, & compunctione subdatur.

Considerationes, quibus praeferatur conciliatur reuerentia.

Ad hanc autem tum internam, tum externam reuerentiam mouere te possunt considerationes, quas supra conscripsimus, & aliae, quas facile poteris inuenire. Accedis ad omnium Angelorum, & hominum communem patrem : & quis non reueretur patri ? Accedis ad vniuersorum Dominum ; & quis non reuerentia afficiat dominum ? Accedis ad patrem, & Dominum, cuius honorem laesisti, cuius filios, fratres tuos, non semel, sed saepe verbo, & exemplo percussisti, quomodo ante illum astare non metues ?

2. de
claustro
animae,
cap. 23.

Hac meditatione Hugo Victorinus se ad timorem & reuerentiam excitabat. [Accedo, inquit, ad Dominum, cuius percussi seruum : ad patrem accedo, cuius occidi filium. Percussi verbo, occidi exemplo ; nec tamen pertimesco Dominum, nec reuereor patrem.]

Accedis ad illum, quem adorant dominationes, ante cuius conspectum tremunt potestates :

Iob 9.
13.
Isa. 6.
2.

Sub quo, ut ait Iob, curuantur, qui portant orbem : & purissima Seraphin, ut ait Isaias, facies suas praefusione velant ; & tu sine reuerentia & compunctione eum in sinu tuo, in receptaculo scilicet iniquitatum, abscondes ? Accedis ad illum, quem centurio necdum bene cognoscens in domum suam excipere non est ausus. Et propterea dixit :

Lucæ 7. *Domine noli vexari : non enim sum dignus, ut sub teclum meum intres ; propter quod & meipsum non sum arbitratus, ut venirem ad te. Ad illum etiam quem Petrus necdum probe callens, dicebat :*

ceba
Et t
ipfu
cor
M
libu
tabu
legis
gnifi
prac
colle
tis t
cont
posit
Dei
liter
rent
A
uerè
cum
vect
clina
plau
bita
tura
sit en
cam
rea
funt
moc
nùs
mo
Ch

cebat.

cebat: *Exi à me, quia homo peccator sum, Domine.* Luca 5.
 Et tu te dignum reputabis, qui eum intra te- 8.
 ipsum excipias, ad domumque impurissimam tui
 cordis pertrahas?

Moyſes arcam fabrefecit de lignis imputribi-
 libus, eamque puriſſimo auro contextit, vt in ea
 tabulas lapideas, in quibus inſculpta erant verba
 legis, cuſtodiret. Et Salomon ſeptem annis ma-
 gniſcentiſſimum templum extruxit, vt in eo
 prædictam arcam huius ſacramenti vmbra
 collocaret. Tu autem audebis in corde pecca-
 tis tabido, ſordibus impurarum affectionum
 conſecto, & necdum ſemihoræ ſpatio bene diſ-
 poſito, authorem legis, & arcam theſaurorum
 Dei, ac templum viuum, in quo Deus corpora-
 liter habitat, nempe corpus Chriſti, ſine reue-
 rentia reponere?

Audi, diuina irreuerenter tractantes quàm ſe- 2. Reg.
 uerè à Domino puniantur. Oza quia minori cir- 6.7.
 cumſpectione, quàm debuit, arcæ teſtamenti
 uectionem diſpoſuit, & eam in vnâ partem in-
 clinantem (calcitrabant enim boues, eam ſuper
 plauſtrû deferentes) temerariè tenere voluit, ſu-
 bita morte punitus eſt. *Iratusque eſt, inquit Scri-
 tura, indignatione Dominus contra Ozam, & percuf-
 ſit eum ſuper temeritate, qui mortuus eſt ibi iuxta ar-
 cam Dei.* Tibi autem non res arcæ lignæ, & au-
 reæ, ſed corpus, & ſanguis Ieſu Chriſti commiſſa
 ſunt, & diuina myſteria commendata; vide, quo-
 modo ea tractas, & ne ex pane, & potu vitæ mi-
 nùs dignè accepto & adminiſtrato, æternam
 mortem incurras. Nam ſi reus eſt mortis, qui
 Chriſti imaginem ſacrilegè frangit, atque peſ-
 fundat;

Diuina
 irreu-
 renter
 tractan-
 te: ſeuere
 plectun-
 tur.

fundat; quàm ratione reus mortis non erit, qui ipsummet Dominum maiestatis proiicere in pectus iniquitatibus intaminatum non metuit?

Heliodorus etiam gazas templi diripiens quàm duriter castigatus est? Apparuit namque illi Angelus equo infidens, qui cum magno impetu *Heliodoro priores calces elisit*; & duo alij, qui *circumsistentes eum, & ex utraque parte* multis plagis flagellantes, monstrarunt nobis, quanta sint res Deo dicatæ veneratione tractandæ. Si verò opes temporales, quia ad vsu templi applicatæ sunt, priuilegio gaudent, ne manibus prophanis tangantur, qua reuerentiâ tangendum est sacramentum illud ineffabile, quo Deus ipse veraciter continetur. In hoc cibo, vt Christus ipse dixit, vtque tota Ecclesia verissimè confitetur, inuisibiliter adest idem Dominus Iesus Christus: [Huic mensæ, vt inquit Chrysostomus, Angeli assistunt, cumque reuerentiâ eam circumuallant. Quid verò turpius ac pœna dignius, quàm, si, vbi Christus adest, peccator distractus assistat, & vbi Angeli tremunt, homuncio omnia præcipitanter, & irreuerenter agat.

Christus hic assistens agnus est, sed & leo est. *Vidi enim*, inquit Ioannes, *agnum stantem tanquam occisum*. Et de eodem paulo antea dixerat: *Eccc vicit leo de tribu Iuda*. Agnus, vt dignè accedentes pascat: leo, vt innerecundè & indignè diuina mysteria præsumentes discerpit. Non apparet, sicut in monte Syna, inter ignes, & fulgura, & tonitrua, quæ terreat; sed apparet in rubo, & inter spinas accedentium, vt nos voce atque

2. Ma-
cha. 3.
25.

Hom.
de his,
qui cõ-
parue-
runt in
Eccle-
sia, tom.

1.
Apocal.
5.6.
Chri-
stus, vt
agnus,
pascit,
discerpi-
t, vt leo.

in
mo
for
illu
nor
agn
tibi
occ
min
go
ad t
bus
cora
ctur
sum

P
vt il
agas
lebr
quo
Pfal
quo
Ecc
tern
fere
ex T
est)

in pi

inspiratione sua, sicut Moysen, ad reuerentiam moueat. Rex siue in lecto, siue in itinere, siue in foro, siue in throno, semper rex est, & ab eo, qui illum regem agnoscit, vbicumque sit, debet honorari. Tu autem Christū in sacramento esse & agnoscis, & confiteris: si igitur eum perspicuē tibi apparentem reuerentissimē honorares, cur occultē venientem, & sub cortina præsentem minimē reuerentia dignum agnoscis. Amor ergo eius te ad amorem allicit, sed maiestas eius ad timorem & reuerentiam impellat, vt his tribus affectibus amoris, timoris, & reuerentiæ decoratus, dignē diuina mysteria tractes, & fructum ex tanti sacrificij oblatione, & sacramenti sumptione percipias.

CAPVT X.

De gratis agendis post Missam.

PERACTO Missæ sacrificio, vestibūque sacris depositis, in locum quietum te recipies, vt ibi Domino pro tam iugenti beneficio gratias agas. Omnes quidem sacerdotes post Missæ celebrationem oratione vocali gratias agunt. Ad quod recitant hymnum trium puerorum, & Psalmum centesimum quinquagesimum, & aliquos versiculos, & orationes, secundū quod ab Ecclesia præscribitur. Hæc tu nullo modo prætermittes, imò, quanta potueris deuotione, proferes: ad hoc enim vel præcepto teneris, vt aliqui ex Theologis autumant, aut (quod verosimilius est) Ecclesiæ ordinatione, & retenta consuetudine,

*Gratias
post missam
recitandas.*

ne, quadam ratione contringeris. Non ergo de hac gratiarum actione, sed de alia magis quieta, & proluxa loquor, quæ mentali oratione perficitur. Absurdum enim est, post tam eximium donum acceptum gratitudinis obliuisci, & statim ad negotia externa transire.

*Quies
spiritualis
post spiri-
tale cap-
tanda
conuiu-
ium.*

In mensa Domini carnem Christi manducauimus, & sanguinem bibimus. Si verò post prandium ad salutem corporis quies à negotiis, & laboribus necessaria est, vt naturalis calor cibum subigat, & in substantiam nostram conuertat; non minus profectò, finito hoc conuiuio, quies à negotiis, & distractionibus est necessaria, vt ad nos huius sacramenti vtilitas transeat, & in vires nostras virtutem suam, robúrque diffundat. Sed quis erit tam ingratus, qui tale, ac tantum donum sine debita gratiarum actione prætereat? Quis tam frigidus, qui cibo tam dilectione calido suscepto non caleat? Certè id signum esset aut spiritualis mortis, aut ad mortem disponentis stupiditatis. [Post communionem, inquit Bonauentura, si non sentis aliquam spiritualem refectiorem, signum est spiritualis infirmitatis, vel mortis. Ignem posuisti in sinu, & non sentis calorem, mel in ore, & non sentis dulcedinem.] Discamus ergo ex aliis, qui modica beneficia gratissimo animo susceperunt, hoc maximum beneficium magni pendere, & pro eo gratias referre.

*Tract. de
præpar.
ad Mis-
sam, cap.
14.*

*Ruth 2.
8.*

*Ruth
magni
duxit
paruum
benefi-
cium.*

Booz inuitauit Ruth, vt spicas à seruis suis relictas colligeret: *Audi filia, dixit ei, ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco; sed iungere puellis meis, & ubi messuerint, sequere.*

re. Mandavi enim pueris meis, ut nemo molestus sit tibi; sed etiamsi sitieris, vade ad sarcinulas, & bibe aquas, de quibus & pueri bibunt. Hoc autem exiguum beneficium, ô quanta Ruth gratiarum actione rependit! *Quæ cadens in faciem suam, & adorans super terram, dixit ad eum: Unde mihi hoc, ut inuenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinam mulierem? Tu autem non ab homine diuite, sed ab ipso Deo, non ad colligendas spicas, sed ad panem cœlestem manducandum vocaris, non ad bibendam aquam nullius pretij, sed ad potandum pretiosum sanguinem Domini inuitatus es. Quanta igitur humilitate, quanto feruore, quantis dilectionis affectibus deberes pro hoc beneficio gratias referre?*

Esther ex ancilla in sponsam potentissimi regis euecta, inuitauit eundem Assuerum, à quo fuerat exaltata; qui tanti æstimauit conuiuium, ut calens vino dixerit illi: *Quæ est petitio tua, Esther, ut detur tibi; & quid vis fieri? etiamsi dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis.* Maior sine vlla comparatione hîc causa gratiarum actionis est. Nam ibi ancilla, hîc rex inatitem seruum inuitat; ibi alimenta terrena, hîc panis cœlestis ministratur: ibi ex conuiuio mors inimici, & temporalis salus, hîc peccatorum ac vitiorum destructio, & salus spiritualis emergit. Quis sine vllis meritis ad tam magnificum conuiuium admissus, non iam partem cordis sui, sed totum cor, & quidquid est, & habet, Deo illum inuitanti non offerat, & non obsequia amoris & laudis exhibeat?

I. Aluarez de vita rel.

H

Quid

Esther

7.7.

Magni
æstimauit
Assuerus
Esther
conuiu-
ium.

Quid fecit Dauid cum Miphiboseh, vt amorem erga Ionatham eius patrem ostenderet? Suam gratiam illi promisit; quæ erant Saul, ei restitui præcepit, & ad cibos mensæ regie ipsum inuitauit, illis verbis: *Et tu comedes panem in mensa mea semper.* Miphiboseh verò auditis his verbis quomodo se erga Dauidem habuit? Certè animū gratitudinis plenum induit; nam adorans eum, dixit: *Quis ego sum seruus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum similem mei?* Vide, quid fecit tibi Dominus; quia fecit tibi magna, qui potens est: quia bonam gratiam dedit tibi, diuitiarum omnium reconditorium contulit, carnem suam in cibum, & sanguinem suum in potum prærogauit. Quid ergo tu facies illi, an tantorum beneficiorum in vno sacramento contentorum immemor eris? An laudis, & gratiarum actionis obliuisceris? An ex hac mensa statim ad sæculares, aut humanas occupationes exibis?

Ingratitudinem
Christus
habet
exosam.

Lucæ 17.
17.

Perfectiorum est
hoc beneficium re-
cognoscere.

Dominus quidem de illis nouem leprosis conquestus est, quos à lepra sanauerat, quia ad reddendas debitas gratias non sunt extemplo reuersi. Nonne, dixit, *decem mundati sunt, & nouem ubi sunt?* Id autem meritò, quoniam nihil est ingrato animo damnabilius. Quam ex te querimoniam habebit, si non breuem, corporalem, & perituram salutem, sed ipsum salutis authorem in cordis tui domum excipiens, nullas aut repidas gratias referas, & tanto hospite solitario, & insalutato relicto, curas statim huius mundi suscipias.

Iustorum, ac virorum spiritualium est hoc eximium

mium beneficium recognoscere, & pro eo statim ac illud recipiunt, immensas gratias repensare. Quod vaticinatus est sanctus David, dicens: *Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ in conspectu eius cadent omnes, qui descendunt in terram.* Qui sunt hi pingues terræ? Nonne viri iusti, nonne sancti atque perfecti, qui in hoc sæculo veras diuitias possident, & cœlestibus consolationibus faginantur, ac purissimis voluptatibus spiritus perfruuntur? Qui sunt etiam qui descendunt in terram? Nonne humiles corde, qui præ contemptu sui in terram cadunt, & infra vniuersos mortales se demittunt? Hi primùm manducant, id est, corporis, & sanguinis Domini mysteria suscipiunt, & mox laudant Dominum, & pro tanto beneficio in gratiarum actionem adorant. Non decipior (vt credo) dum sic sacrum vatem intelligo; quia hunc sensum ex Basilio, & Theodoro collegi. Ille sic ait: [Qui namque comederunt, & saturati sunt, gratias de immortali cibo agentes, eum, qui hunc suppeditauit, tanquam Deum adorant.] Pingues verò vocat ope diuina nutritos. Hic verò sic scribit; non solum eundem sensum, verum & ferè eadem verba repetens: [Qui enim comederunt, & impleti sunt, de immortali cibo gratias agentes, eum, qui hæc suppeditauit, vt Deum adorabunt.] Tu ergo qui hos pingues terræ imitari gestis, & bonorum ipsorum futurus es particeps, hæc spiritu Dei iuncta nequaquam disiungas. Manduca, & adora. Accipe bonam gratiam, & pro ea exiles saltem tuas, & impares gratias referre non desinas. Dic Domino cum eodem Propheta: *In*

Psal. 21.

30.

Ibidem.

Ibidem.

Psal. 55.

12.

116 *De vita religiosè instituenda,*
me sunt, Deus, vota tua, quæ reddam, laudationes tibi,
 Vota tua, Deus meus, & desideria tua, vel
 ea, quæ ex tua hac creatura desideras, non
 longè sunt posita, non difficulter ea compara-
 bo; prona sunt mihi, & ea intra meipsum ha-
 beo, quæ sint laudationes, & gratiarum actio-
 nes, quæ pro hoc tanto beneficio rependo. At-
 que vt tuæ huic voluntati satisfaciam, volo
 meum spiritum, mentémque colligere, & me ad
 referendas gratias comparare.

Hac igitur cogitatione incitatus in locum
 quietum post Missæ celebrationem secede, & ibi
 per semihoram, aut saltem per horæ quadran-
 tem, in gratiarum actionem incumbere. Et nisi ali-
 quid melius habueris, aut ex illis sis, qui spiritu
 Dei acti, meditationum præuentione non indi-
 gent, his septem meditationibus vti poteris, quæ
 singulis hebdomadæ diebus assignatæ sunt.

Prima gratiarum actio.

Christus 1. Respice Christum saluatorem tuum in me-
ut salua- dio cordis tui, tanquam regem potentissimum;
tor inspi- tæque tanquam reum, & multorum peccatorum
ciendus. conscium apud illum astantem, & veniam ac mi-
 sericordiam cupientem.

1. Quia ad vocem tuam panem,
 & vinum in corpus, & sanguinem
 suum conuertit, & in sacramento
 præsens affuit, non vt tua peccata
 puniret, sed vt, quasi rex benignis-
 simus, tibi propitiussset.

2. Gratias immensas
 age illi: 2. Quia in manibus peccatoris
 vilissimi seipsum posuit.

3. Quia

3. Quia tanta benignitate orationes iniquitatibus sordentis audiuit.

4. Quia os tuum intrauit, & in lingua resedit.

5. Quia in domuncula imparatissima cordis tui habitare constituit.

3. Detestare coram illo vniuersa peccata tua; tum quæ in sæculo, tum quæ in religione patraſti: magnum eorum causa dolorem concipe, & indulgentiam humiliter pete.

4. Dilige eum ex toto corde tuo, ita videlicet, vt desiderio, ac firmo proposito tuo, nihil illi contrarium velis; nihil quod ad illum actu, vel virtute non tendat, diligas; & illum tibi, ac omnibus rebus præponas.

5. Tandem pete à Domino septem dona similia illis, quæ beatissima Virgo, authore Bonauentura, quotidie à Domino postulabat. Primò, auxilium efficax, vt præceptum amoris Dei compleas. Secundò, vt proximos tuos, & quidquid ipse diligit, constanter diligas. Tertiò, vt quidquid ipse odio habet, verissimè & tu odio habeas. Quartò, vt humilitate, castitate, obedientia, contemptu sæculi, & vniuersis virtutibus exorneris. Quintò, vt corpus tuum, ac mentem tuam dignum sui habitaculum faciat. Sextò, vt aliquando tandem post hanc mortalitatem B. Virginem, matrem eius, ipsiusque humanitatem sanctissimam, oculis carnis clarè videas, & oculis mentis ipsius diuinitatem aspicias, atque possideas. Septimò, vt in hoc templo, & in omnibus, quæ sunt in toto terrarum orbe, ab

Lib. meditationum, cap. 3.

Septem petenda qua B. Virgo quotidie postulabat.

118 *De vita religiosè instituenda,*
vniuersis sacerdotibus, & fidelibus dignam ve-
nerationem accipiat.

Secunda gratiarum actio.

Christus 1. Respice Christum saluatorem tuum in me-
Domi- dio cordis tui, tanquam dominum tuum, qui
nus. pretio sanguinis sui te redemit, teque ipsum,
velut seruum eius, qui per nouum feruorem ad
ipsum vis redire, atque illi in omnibus placere
concupiscis.

1. Quia sacramento præsens af-
fuit, vt, tanquam herus, cordis tui
habitaculum regat, & turbam affe-
ctionum tuarum mortificationis
dono componat.

2. Gratiarum immensas }
age illi: ob } 2. Quia manibus sordidissimi
mancipij se tangi permittit.

3. Quia tanta mansuetudine peti-
tiones serui fugientes exceptit.

4. Quia os tuum intrauit, & in
lingua resedit.

5. Quia rex regum, quem cæli non
capiunt, in angusto tugurio manci-
prij sui manere constituit.

3. Desidera, vt ad præsentiam eius, domini sci-
licet tui, domus cordis tui quieta & tranquilla
persistat. Statuèque apud ipsum te iudicium, vo-
luntatem, affectus, & sensus mortificaturum, &
quidquid illi displicet reiecturum.

4. Dilige eum ex tota anima tua. Quod facies,
si vitam tuam illi submittas, si solùm ad obse-
quendum ei illam velis, atque custodias; si cogi-
tationes, desideria, verba, & opera tua ad ipsius
bene

beneplacitum dirigas.

5. Postulabis septem illa, quæ supra dicta sunt.

Tertia gratiarum actio.

1. Respice Christum saluatorem tuum in medio cordis tui, tanquam magistrum tuum, qui te viam salutis docet, & gratiam, ad faciendum quod docet, impertit; teque quasi discipulum eius, qui ob magnam negligentiam tuam, nihil, aut parum ab eo didicisti.

*Christus
magister.*

1. Quia sacramento præsens affuit, ut tanquam doctor sapientissimus te viam perfectionis doceat, & in agendis, atque omittendis erudiat.

2. Quia manibus peruicacis discipuli se tractandum tradidit.

3. Quia tanta misericordia petitiones discipuli scientiam cœlestem postulantis audiuit.

4. Quia os tuum intrauit, & in lingua resedit.

5. Quia magister Angelorum, & hominum in infima classe imperfectissimi cordis tui ad te docendum manere constituit.

3. Erubescere coram illo, quia tam alienus es à doctrina eius, tam tyro in imitatione eius. Statue etiam te creata omnia intellectu, & affectu deserturum; & creaturarum amorem inordinatum à teipso penitus abscissurum.

4. Dilige eum ex tota mente tua. Quod facies,

cies, si spiritum tuum ab omni, quod ei displicet, mundare constituas; si virtutibus ornare proponas; si memoria, intellectu, & voluntate iugiter illi adhæreas; si ut ipse Christus in te habiter tranquillitatem mentis inquiras.

5. Pete septem illa, quæ suprâ dicta sunt.

Quarta gratiarum actio.

Christus 1. Respice Christum saluatorem tuum in medio cordis tui, tanquam amicum fidelissimum, qui te facturam suam, & mancipium suum ad suam amicitiam & familiaritatem extulit: teque tanquam amicum mensæ, aut potius mercenarium qui cum consolationes recipis, illum diligis; eum ad emendationem flagellaris, in dilectione torpescis.

1. Quia sacramento præsens affuit, ut te sibi factum per gratiam amicum visitaret, & tecum colloquia super mel, & fauim dulciora misceret.

2. Gratias *age illi:* Quia manibus amici parùm fidelis, & tepidissimè amantis se, & immensas sua bona commisit.

3. Quia tam gratis auribus petitiones amici persequerantiam in amicitia postulantis auscultauit.

4. Quia os tuum intrauit, & in lingua resedit.

5. Quia amicus ditissimus in conclauis amici pauperrimi semper per gratiam suam habitare constituit.

3. Pudorem, ac dolorem concipe de nuditate tua, qua virtutibus nudatus & spoliatus es, ac fordidis vitiorum pannis contactus. Desideria virtutum accende, earum præcipuè, quarum magis eges: eas instanter pete, & aliquam, prout tempus tulerit, actibus internis exerce.

4. Dilige Dominum Deum tuum ex omnibus viribus tuis. Id autem facies, si vires animæ tuæ, memoriam, intellectum, & voluntatem, nec non & sensus, ac organa corporis tui, in vniõne virium, & sensuum ipsius illi offeras, & eis semper in obsequium ipsius vti constituas.

5. Pete septem, quæ suprâ diximus.

Quinta gratiarum actio.

1. Respice Christum saluatorem tuum in medio cordis tui, vt fratrem tuum natu maiorem, ac primogenitum in multis fratribus, qui hostes patris æterni illi reconciliauit, & suos fratres effecit: tẽque vt fraterculum eius meritò minimum, aut potiùs tali nomine prorsus indignum, quia illi es vita, & moribus valde dissimilis.

*Christus
frater.*

1. Quia sacramento præsens affuit, vt te non inimicum diceret, sed fratrem agnosceret, ac tecum paternam hæreditatem divideret.

2. Quia manibus tuis, minimi scilicet fratris, se tangendum dedit, vt, dum ad eum accedis, super genua sua tibi blandiatur, & te prima virtutis elementa docere dignetur.

2. Gratias immentas age illi: 3. Quia tanta benignitate petitiones fratris moribus dissimilis, & conuersationis tepore ipsum tæ-

dio afficientis audiuit.

4. Quia os tuum intrauit, & in lingua refedit.

5. Quia filius primogenitus patris in cœlo iam regnans obscurum cubiculum fratris, in exilio manentis, non exhorruit, sed in eo habitare sustinuit.

3. Te à tam amabilissimo fratre elongatum aduerte, & de tua miseria conquerere, eius intimam familiaritatem per donum orationis ardentè exopta, & instanter postula; ac omnia, ad hoc donum consequendum necessaria, tibi præstanda esse propone.

4. Dilige eum ex omni virtute tua. Quod facies, si omni conatu te mala auersaturum, & bonam in præcepto posita, & consiliis euangelicis iniuncta, te perfecturum efficaciter proponas, & fideliter impleas.

5. Potes septem, quæ suprâ dicta sunt.

Sexta gratiarum actio.

*Christus
pater.*

1. Respice Christum saluatorem tuum in medio cordis tui, vt patrem piissimum, qui te in cruce non deliciis, sed doloribus genuit; teque vt filium prodigum ex longa peregrinatione reuertentem, postquam bona de manu Domini accepta in vitis dilapidasti, & beneficio eius, te bonis, & misericordia ipsius indigere cognouisti.

1. Quia sacramento præfens affuit, vt te filium insanum ex terra sterilissima, nempe ex teipso ad illum reuertentem, brachiis dilectionis astringeret.
2. Quia manibus filij inobedientissimi se tangendum, & tractandum tradidit.
2. Gratias immensas age illi: 3. Quia tanta pietate petitiones filij inobedientis ad eum redeuntis, ac veniam postulantis exaudiuit.
4. Quia os tuum intrauit, & in lingua reledit.
5. Quia pater infinito amore dignissimus, non solum filium nequam reuertentem in suam domum excepit, sed & in sterquilinio eius, nempe in pectore tuo, manere voluit.

3. Positus coram illo perfectionem, ac sanctitatem veram ardentem concupisce, & posce: vt scilicet à peccatis mundus, & omni virtute exornatus, illi intellectu, & affectu iugiter adhaereas, & per charitatem perfectam ab illo, & in illo, & per illum viuas.

4. Dilige eum ex omni fortitudine tua. Ita scilicet, vt propter illum vitam, (si opus fuerit) & salutem corporis, & diuitias, voluptates, ac honores despicias, & sine creaturis viuere asuescas.

5. Pete septem, vt suprâ.

Septima gratiarum actio.

Christus
sponsus.

1. Respice Christum saluatorem tuum in medio cordis tui, vt sponsum dulcissimum, qui animam tuam, non quia dignam adamauit, sed quia voluit, & sic suæ benignitati complacuit: animamque tuam, velut sponsam eius, ipsi vinculo status religiosi copulatam, & infinitis beneficiis, & donis ad amandum illectam.

1. Quia sacramento præsens affuit, vt te sibi spiritualiter iungeret, & amoris castissimo foueret amplexu.

2. Quia ille, qui manibus suis omnia portat, tuis manibus se tangendum, & ore amoris se osculandum

2. Gratias obtulit.

immensas < 3. Quia orationes infidæ sponsæ, illi age: eius aspectum, & amplexum postulantis audiuit.

4. Quia os tuum intrauit, & in lingua resedit.

5. Quia in sinu tuo, tanquam in lecto sibi desideratissimo, semper tecum pausare decreuit.

3. Afficere erga gloriam æternam, & coge te ipsum, vt illam feruenter cupias, & ab hoc sæculo misero emigrare desideres. Dicque illi, tanquam sponso tuo: *Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie.*

Cant. 1.
6.

4. Et quia incipiendo à feria secunda hæc est dies Dominica, omnes hodie affectus amoris collige. Diligeque Deum tuum, orationem aliquantulum protrahens, ex toto corde tuo, ex
tota

tota anima tua , ex tota mente tua , ex omnibus viribus tuis , ex omni virtute tua , & ex omni fortitudine tua.

5. Pete septem , vt suprâ dictum est.

Hæc formula alicui commoda visa est ad gratias post Missam agendas. Tu verò siue hoc, siue alio modo gratias agere non prætermittas. Est enim vitium ingratitude pessimū , etiam si exigua recepisses , sed post tam eximium beneficium susceptum , intolerandum , ac si fieri posset , peius pessimo esse conspicitur. Et ideo fortassis misericordias , quas exoptas , non recipis , quia huic tanto dono tam frequenter suscepto ingratus existis. Nam , vt sapienter scripsit Bernardus : [Multos quoque videmus vsque hodie satis importunè petentes , quod sibi deesse cognouerint : sed paucos admodum nouimus , qui dignas super acceptis beneficiis gratias agere videantur. Nec reprehensibile , quòd instanter petimus , sed sanè petitioni negat affectum , quòd inuenimur ingrati. Et fortè hoc etiam clementia esse videtur , ingratis negare , quod postulant : ne contingat nobis , vt tanto grauiùs de ingratitude iudicemus , quanto magis accumulatis beneficiis ingrati probabimur exitisse. Ergo misericordiarum res est in hac parte , subtrahere misericordiam ; quemadmodum iræ & indignationis misericordiam exhibere , eam sanè , de qua per Prophetam ipse pater misericordiarum loquitur , dicens : *Misereamur impio , & non discet facere iustitiam.*] Simus ergo huic beneficio grati , & nunquam illud sine sequenti laudum , & amorum exercitio , & gratiarum actione

Deus propter ingratitudinē nostris videtur præcipue obsurdescere.

Ser. contra vitium ingratitude.

Isaię 26. 10.

126 *De vita religiosè instituenda,*
actione sumamus, vt fructus tam accepti æter-
no patri sacrificij, & tam ditissimi sacramenti
nos simul cum eo percepisse lætemur.

CAPVT XI.

De auditione Missæ.

*Missæ quo-
tidie ad-
standum.*

HÆc omnia, quæ de Missæ sacrificio dicta
sunt, ad sacerdotes pertinent; sed religiosi
necdum sacris ordinibus initiati, aut necdum
ad dignitatem sacerdotalè prouecti, quotidie in-
uiolabiliter Missam audiunt, & sacris mysteriis
assistunt. Tu si nondum sis ad sacerdotium pro-
motus, singulis diebus ex more Missam audies,
& quidem cum ingenti emolumento, si hæc,
quæ subiiciemus, obserues.

*Munus
Missæ mi-
nistrandi
promptè
obeundū.*

Vocatus ad ministrandum sacrificio Missæ, ne
te excuses, sed libenter accede: imò salua sem-
per charitate erga proximum, qui prius ad hoc
officium accessit, & obedientia erga prælatum,
qui aliud iubet, te ipsum modestè ad huiusmodi
ministeriumingere. Cæteris enim paribus ma-
ius est ministrantis meritum, quàm solùm assi-
stentis. Nam minister specialius, quàm alij au-
dientes, cooperatur oblationi sacrificij, & eorum
nomine sacerdoti ministrat. Meritòque Bona-
uentura ad hoc ministeriū hortatur, dicens: [Ad
Missas libenter ministra, quia hoc est officium
Angelorum: ipsi enim Deo suo vbique mini-
strant deuotissimè. In hoc enim ministerio mul-
tiplex fructus est. Primò, boni operis exercitium
est. Secundò, opus charitatis est, & promouens
proxi

*De in-
format.
nouitio.
p. i. c. ii.*

proximum in bono. Tertio, opus deuotionis est, quia Deo appropinquat in oratione. Quarto, opus Angelicum est, cum quibus Deo ibi presenti ministras, sicut & illi. Et ex hoc non solum sacerdos, cui ministras, tunc orat pro se specialiter, sed & omnes circumstantes, quorum vices geris. Imò tota Ecclesia vbique terrarum, quia tu geris vices omnium fidelium, qui Deo suo de cælo venienti cum gratissima gratiarum actione deberent ministrare, si possent adesse.] Si tanta est huius ministerij utilitas, non est, cur ob negligentiam, aut in deuotionem, aut falsam existimationem ab eo te subtrahas.

Noui namque aliquos in literariis studiis non-nihil progressos, & susceptioni ordinum proximos, qui erubescabant superpellicium induere; & Missæ sacrificio ministrare, quorum miseram vicem, & lugendam immortificationem dolui.

Tam cæci enim sunt, vt alia minora ministeria, qualia sunt, legere, aut disputare suscipiant, & hoc beatorum spirituum ministerium detrectent: quasi indecentius esset seruo Dei sacerdoti, quàm magistro lectionem interroganti respondere, aut inhonorabiliùs librum Missale ex vna in aliam partem transferre, & vrceolos ministrare, quàm fratribus in triclinio seruire. Hi prorsus videntur indigni ordinibus, ad quos aspirant, & satis ostendunt se non tam scientiis, quàm superbix studuisse, & non sapientiam, quæ ædificat, sed loquacitatem, quæ inflat, comparasse.

Non legerunt fortè, quod de B. Thoma Aquinate scriptum est, qui iam sacerdos, iam doctör

*Turpius
aliqui
Missis de-
trectant
ministra-
re.*

*Surius in
Martio,
in vita
eius.
Missæ B.
Thomæ
quotidie
tam sa-
cerdos et
serui bat.*

eximius, iam hominibus in summo honore habitus quotidie post Missæ celebrationem aliam Missam auscultabat, cui etiam ut plurimum ipse seruebat. Tu istos insipientes non imiteris, sed libenter Angelis sacrificio assistentibus te associa, & illi oblata opportunitate ministra. Et, ut Bernardus ait: [Cum ad Missam ventum fuerit, suscipe inuitantem ad Missas priuatas, ac si panem Angelorum tibi delapsum de cælo videres. Si quem amouere volentem intueberis, fuge, ac si fame deficienti è fauce buccellam panis auferre conaretur.] Sic ille.

In quadam doctrina.

Reuerenter conuenit sacrificio interesse.

Sacrofancto sacrificio cū magna deuotione, cū magno seruore, cum magna reuerentia assiste. Aestas enim illi eidem sacrificio, quod Christus in ara crucis obtulit Patri. Aestas illi Domino, ad cuius præsentiam, imò & ad cuius nominis inuocationem cœlestia, terrestria, & infera genuflectunt. Aestas inter cœlestes spiritus, qui ad laudandum, & honorandum Dominum cum ingenti exultatione descendunt; quidni reuerenter te habeas, & omnia deuotionis & attentionis impedimenta reiicias? Per manus sacerdotis tu quoque Domino incruentum sacrificium offers, & multa à Deo petis tum temporalia, tum spiritualia subsidia. Vide, an deceat summo regi irreuerenter sacrificium offerre, & necessaria ad vitam præsentem, & futuram tepide postulare.

Deuotè, & modeste Missa auscultanda.

Ad hanc autem reuerentiam pertinet, ut eo tempore nihil alienum à Domino cogites, nihil omnino loquaris, non huc illucque circumspectas, sed oculos demissos, aut decenter in eo, quod

quod efficitur, fixos habeas, non immodestè tussias, aut expuas, non indecenter perstreparas, sed in omnibus quietè, & modestè te geras. Ad quod facit, quod Cæsarius Cisterciensis monachus scribit, B. scilicet Ambrosium plebem suam monere solitum, vt à tussi, & omni inquietudine temperarent, ne quoquo modo sacerdotem verba canonis recitantem, & sacrificium offerentem impedirent. Est etiam huius reuerentiæ pars, vt, quando genuflectendum est, genuflectas, quando standum est, rectus, & non inclinatus, nec sedens stes, & Ecclesiæ aut tui ordinis ceremonias sanctè institutas obserues.

Lib. 9. de miraculis, c. 30.

Ad fugiendam verò distractionem, & habendam mentis deuotionem, optio tibi datur, vt vnum ex his, quæ dicemus, eligas, vel nunc vnum, nunc aliud ad augmentum feruoris assumas. In primis enim poteris meditari, quæ partibus Missæ signantur, aut potiùs ex significatione eorum ad vtilissimos mentis affectus assurgere. Hanc partium Missæ significationem libris Ecclesiasticis, qui nusquam non habentur, addisces. Breuissimè tamen ex Bonauentura, aliqua hæc, quibus instruaris, attingam. In Confessione ergo, quæ dicitur ante altare, tuorum peccatorum maculas confiteberis, & eorum dolorem, ac detestationem concipies. In ingressu sacerdotis ad altare, & osculo eius, de pace omnibus gentibus per Christum annuntiata exultabis. In introitu cum antiquis Patribus aduentum Christi Domini ad cor tuum desiderabis. In voce Kyrie eleison

Ad distractionem propulsandam, aliqua meditando proponitur.

In exposit. Missæ

Partium Missæ significatione ex Bonauentura.

A. Alvarez de vita rel.

I uies

vies repetita à sancta Trinitate eundem aduentum postulabis. In hymno gloriæ, quasi hoc donum consequutus, de ipso impensè gaudebis.

Ad salutationem sacerdotis: Dominus vobiscum, ex affectu magno, vt etiam sit in eius corde, responde. In oratione, seu collecta, te ipsum interius collige, & cum eo petente, eadem tu quoque pete. In epistola te diuina præcepta impleturum statue. In graduale, proposito & desiderio per virtutum augmentum ad æterna gaudia intrare contende. In Euangelio, quæ dicuntur, firmiter crede. In symbolo Apostolorum eandem fidem confitere. In ea oratione, quæ Offertorium dicitur, pro perseverantia in fide orare non desinas.

In ipsa autem panis, & vini oblatione, tu etiam offeres, & cupies, vt panis in carnem Christi, & vinum in sanguinem post modicum conuertatur. In lotionem manuum cordis munditiam ad assistendum viuifico sacrificio desiderabis. In secretis orationibus, ne Dominus à te abscondatur, timebis. In præfatione Canonis cor tuum per obliuionem omnium creaturarum sursum attolles, & immensam Domini sanctitatem fateberis: & bis Hosanna audiens, eundem Dominum tuum animo, & corpore glorificare gesties. In ipso autem Canone pro Ecclesia, & pro statibus eius, ac pro aliquibus in particulari, orationem facies. In consecratione hostiæ, & calicis, & eleuatione cum sanctis Angelis præsentibus Dominum adorabis, illumque tanquam sacrificium immaculatum

culat
nem
pro n
tione
illa,
humi
Christ
vener
&c. p
metip
tim d
Si
tur,
tes d
qua d
stolic
recita
respo
de. In
que a
& qu
venie
coran
contr
temp
lud t
ria pe
ris eff
finem
tutum
suscip
spirit
Ta

culatum Patri offeres. Postea usque ad orationem Dominicam pro defunctis in generali, & pro nonnullis in particulari, preces fundes. Orationem Domini deuotissime proferes, & septem illa, quibus omnia conducibilia continentur, humiliter petes. In fractione hostiæ, triplicem Christi substantiam, deitatis, animæ & carnis, veneraberis: & in trina prolatione, Agnus Dei, &c. pacem Ecclesiæ, & proximis tuis, ac tibi metipsum cupies. Tandem ad modum, quem statim dicemus, spiritualiter communicabis.

Si verò hoc longum, ac prolixum tibi videatur, Missam consideratione tua in quatuor partes diuide. Primam usque ad oblationem, in qua confessio fit, & preces ac doctrina Apostolica, & Euangelica, & Symbolum alta voce recitatur, attentè audi, & si non ministras, ubi respondendum est sacerdoti, submissè responde. In secunda ab oblatione panis, & vini usque ad consecrationem, aduentum Angelorum, & quasi ingressum aulicorum cœlestium, qui venienti Domino sunt astaturi, meditare, & coram magnatibus cœlestibus pusillus ex terra contremisce. In tertiâ consecratione usque ad tempus proximum communioni, sacrificium illud tremendum Patri offer, tibi, & tuis necessaria pete, & cor tuum in conspectu tui conditoris effunde. In quarta à communionem usque ad finem, emundationem ab omni peccato, & virtutum ornatum pete, & desideria Christum suscipiendi, si tibi concessum esset, (quæ ad spirituales communem pertinent) accende.

Tandem poteris per has quatuor partes ali-

*Breuior
audiendi
sacri me-
thodus.*

132 *De vita religiosè instituenda,*

qua mysteria ex passione Domini meditari, & dum sacerdos secretò orat, vocalem aliquam orationem attentè recitare, vel alio modo, prout Dominus inspirauerit, tuam mentem exercere. Id solùm, quemcunque modum teneas, nitaris oportet, ne tibi aut irreuerenter distractus, aut tepidè indeuotus astes, ita vt nullum, aut modicum fructum ex Missæ auditione decerpas: & ex tam magnifico conuiuio tu solus famelicus, & sitibundus discedas.

*Quid post
Missam
faciendū.*

Peracta Missa, ne statim festinanter egrediaris, more sæcularium, qui diebus festis solùm Ecclesiæ præceptum implere, & statim ad alia exire festinant, sed genuflexus mane ibi tantillū temporis, & tunc Domino pro tanto beneficio, quo ad suam præsentiam admissus es, gratias ages, & pro defectibus irreuerentiæ, aut distractionis veniam posces. Tunc modestè, ac quietè exibis.

G A P V T XII.

De custodia cella.

AV D I T A Missa, cui vt plurimum post matutinam orationem assistimus, nisi necessitas, aut charitas aliud agendum suadeat, prope ad cellam tuam, in eaque, prout statim dicemus, bene occupatus mane, & amicam dulcissimam, ac sponsam charissimam nunquam sine causa derelinque. Mira sunt, quæ à sanctis Patribus de cella dicuntur, ego, vt te ad eius amorem

*Mira cel-
la enco-
mia.*

rem al-
rum in
[Cæli
lum,
cognat
do eni
tur: &
Quod
est hoc
pe in c
cella in
aut nun
dit; qu
destina
Tho
comme
tium cit
explica
Custos
tractio:
nitates
aut leg
scribit,
ni oper
Dei, so
cretoru
tionum
rum, ce
rum, p
scriptu
ritatis,
medita
Cogita
rem

rem alliciam, vnam aut alteram sententiam eorum in medium proferam. Bernardus sic ait: [Cœli, & cellæ habitatio cognata sunt: quia cœlum, & cella adinuicé videntur aliquam habere cognationem nominis, sic & pietatis. A celando enim cœlum, & cella nomen habere videntur: & quod celatur in cœlis, hoc & in cellis. Quod geritur in cœlis, hoc & in cellis. Quidnam est hoc? Vacare Deo, frui Deo. A cella enim sæpe in cœlum ascenditur. Vix autem vnquam à cella in infernū descenditur. Moriens enim vix, aut nunquam aliquis à cella in infernum descendit; quia vix vnquam aliquis, nisi in cœlo prædestinatus, in ea vsque ad mortem perstitit.]

Thomas à Campis multa variis locis in cellæ commendationem scripsit, ex quibus ynum tantum citabo: [Bona cellæ nequeunt sufficienter explicari, sicut nec detrimenta extra vagantium. Custos cellæ, custos est linguæ, non audit detractiones, non percipit rumores, non videt vanitates, non trahitur ad leuitates. Bonus cellita aut legit, aut orat, aut gemit, aut meditatur, aut scribit, aut corrigit libros, aut aliquid aliud boni operatur. Bonus cellita ciuis est cœli, amicus Dei, socius beatorum Angelorum, cognitor secretorum, inspector supernorum, victor temptationum, expulsor dæmonum, bellator vitiorum, contemptor mundanorum, neglector curarum, possessor quietis, obtentor pacis, amator scripturarum, speculator veritatis, gustator puritatis, continuator orationis, collector sanctæ meditationis, & destructor omnis euagationis. Cogita Deum, & te solum esse in mundo, &

Ad Fratres de monte Dei non longè à principio.

Lib. I. de de discipuli. claustra. c. 7. Cella vilitates eximia.



Lucæ 1. 28. habebis magnam requiem in corde tuo. Memento, quia Angelus inuenit Mariam in camera orantem, non foris cum hominibus loquentem. Nam qui appetit secreta cœlestia cognoscere, oportet eum ab hominibus clongari. Sic enim Moyses fecit, qui relictis hominum turbis *mansit solus cum Domino in monte*, vt legem Domini suscipere mereretur.] Hæc ille.

Sed si alios mittam, certè verba Ambrosij luculentissima non possum præterire. Hic S. Pater ad Sabinum scribens, sic ait: [Nunquam enim minus solus sum, quàm cum solus esse videor, nec minus ociosus, quàm cum ociosus. Certè pro arbitrio arcesso, quos volo, atque adiungo mihi, quos magis diligo, aut quos aptiores arbitror, nemo interpellat, nemo interpolat. Tunc ergo te magis teneo, & descripturis confero, & prolixiorem simul sermonem cudimus. Sola erat Maria, & loquebatur cum Angelo. Sola erat, quando superuenit in eam Spiritus sanctus, & virtus Altissimi obumbravit eam. Sola erat, & operata est mundi salutem, & concepit redemptionem vniuersorum. Solus erat Petrus, & totum per orbem conserandarum gentium cognouit mysteria. Solus erat Adam, & non est præuaticatus, quia mens eius adhærebat Deo. Postquam verò ei mulier adiuncta est, non potuit inharere mandatis cœlestibus, & ideo se abscondebat, quando Deus deambulabat in paradiso. Et nunc deambulat in paradiso Deus, quando diuinas Scripturas lego. Et quibusdam interpositis addit: Liquet igitur ex his, quia soli cum sumus, tunc

*Cello
ocium,
magnum
negotium
est.*

Lucæ 1.
28.

Actor.
10. 11.
Genes.
2. & 3.

hōs offerimus Deo, tunc mentem ei nostram aperimus; tunc amictum fraudis extimus. Solus erat Adam, quando in paradiso constitutus est, solus erat & quando ad imaginem Dei factus est, sed non erat solus, quando de paradiso eiectus est. Solus erat Dominus Iesus, quando mundum redemit. Non enim legatus, neque nuntius, sed ipse Dominus solus saluum fecit populum suum; et si nunquam solus est ille, in quo Pater est semper. Unde & nos soli sumus, ut Dominus nobiscum sit.] Hucusque Ambrosius.

Si tanta sunt bona cellæ, quæ à Patribus istis descripta sunt; si tanta secreti cubiculi emolumenta, insipientis hominis erit ad vitam spirituales vocati, illud posthabere, & pro atriis publicis, & pro discursibus non necessariis commutare. Hæc autem tu erga cellam observabis. Eam admitte, & in ea habita, quam tibi prælatus assignauerit, & de loco cœnobij, ubi posita sit, aut de amplitudine, aut claritate, aut alia quavis commoditate eius nequaquam solliciteris. Est enim quasi sepulchrum tuum, in quo sæculo mortuus es usque ad finem mortalis vitæ, & initium immortalis vitæ mansurus. Mortui autem de sepulchri qualitate, de eius amplitudine, aut angustia non curant. Et postquam in cella pulcherrima, & optimè ædificata per duos menses habitaueris, ita menti illa pulchritudo veterascit, & communis, ac despicibilis fit, ac si omnino non subsisteret. Ad ædificationem quoque fratrum, & ad spiritum paupertatis, & ad seruandam pacem spectat,

Genes.

I & 3.

v. 26.

Quæ est
ga cellam
observan-
da.

136 *De vita religiosè instituenda,*
cellam quamcumque acceptare, & commodis
eius non adhærere.

*Superflua à cella re-
leganda.*
Ad Fra-
tres de
monte
Dei, ad
med.
In cella tibi assignata non superflua, non pre-
tiosa, non curiosa habeas, ne ex illis sis, à Ber-
nardo suggillatis, qui cellas non tam eremiti-
cas, quàm aromaticas sibi construunt; sed ne-
cessaria, & vilia, & pauperi accommodata re-
condas. Sit in ea lectus pauper, sella humi-
lis, mensa ad libros componendos sufficiens,
nuda, & nullis tapetibus ornata, candelabrum
vile, libri necessarii, imagines Crucifixi, & B.
Virginis decentes, & quæ modicis impensis ha-
beantur. Vina vepò, dulciamina, aut aliæ res
comestibiles, horologia affabrè facta, icones
magni pretij, sedilium multitudo, & alia hu-
iusmodi; quæ superfluitatem aut curiositatem,
aut vanitatem redolent, à cellis seruorum Dei
penitus relegentur.

*Cella as-
suetudin-
dum.*
Lib. I. de
imit.
Christi,
cap. 20.
In hac cella sic, vt pauperem, & contem-
ptorem sæculi decet, ornata, manere assuesces.
Nam vt scitè quidam dixit: [Cella continuata
dulcescit, & malè custodita tædium generat.]
Si in principio conuersionistux eam custodie-
ris, erit postea tibi dilecta amica, & gratif-
simum solatium. Coge ergo teipsum, vt in ea
maneas, & sapienti quodam, ac sancto dolo
teipsum decipe. Ad quid nunc sine necessita-
te cellam deseram, quid extra illam nisi no-
uitates, & verba ociosa, & detractoria, vel
ad minus consumptionem temporis, & alia,
quæ me distrahant, inueniam. Nunc certè in
ea manebo, post vnâ, aut duas horas, nisi
priùs ab obedientia fuero vocatus, exhibo. Nunc
pro

profes
nidulo

Quant
exeo,
verbis,
uissimi
re. Si h
de, & in
mo Do
vt ex ea
cella ex
interro
lestum
dam pr
ctione
& med
vt ad ce
vtique

Erit
suauissi
ociosus
per vti
psalle,
libros
Ecclesi
teris str
ac præ
compa
be, &
fuerit)
pendiu
huiusm
necessi

profectò voluntati meæ, ac leuitati meæ *in hoc* Iob 29.
nidulo meo moriar, & sicut palma, multiplicabo dies. 18.

Quantum enim apud me maneo, & ad vana non exeo, tantum diebus meritorum adiicio. His verbis, & aliis similibus, tanquam vinculis suauissimis, poteris te intra cellæ ambitum continere. Si hæc non sufficerent, iam te ipsum reprehende, & inscitia tuæ timore constringe. Volue animo Dorothei sententiam, quam modò subiiciã, vt ex ea tuũ statum agnoscas, & quis affectus ex cella exturbet, peruideas. Alius item, cùm senem interrogasset, inquit, vnde fieret, quòd sibi molestum esset in cella sedere, accepit: Quia nondum prospexisti in futuram requiem, vel afflictionem. Si enim hæc animo diligenter inspicias, & mediteris, etiamsi cella tua vermes scaturiat, vt ad collum vsque immergaris in illis, sustineres vtique absque molestia, & vlla difficultate.

Erit autem tibi facillimum manere in cella, & suauissimum tecum commorari, si non deses, & ociosus, & dormituriens in ea resideas, sed semper vtiliter occuperis. Nunc ergo ora, nunc verò psalle, & preces tuas debite persolue. Nunc libros spirituales sanctorum gesta, & historias Ecclesiasticas lege. Nunc quibus incubuisti literis stude, & Theologiam, Scripturam sacram, ac præcipuè sanctos Patres euolue, vt scientiam comparatam serues, & prouchas. Nunc scribe, & scripta à te corrige: nunc (si opus tibi fuerit) scripta aliorum transcribe, aut in compendium redige. Has studiosas actiones, & alias huiusmodi statui religioso congruas, & tuæ necessitati accommodatas, prudenter assume,

Doctri-
na 12.

Ociositas
in cella
vitanda.

nunc intermitte, nunc ad illas redi, & has cum illis intermiscce. Ita vitæ pars in cella consumpta non solum utilis erit, sed plena iucunditatis, & suauitatis existet.

Charitate, aut obedientia vocante, cella sine sanctatione dimittenda.

Ezech. 1. 14.

Quia verò extrema fugienda sunt, & non ad cellæ quietem tantum, sed ad laborem, & obedientiæ opera vocatus es, ita cellam diligas, vt nimium eius tranquillitati non adhæreas, sed charitate, aut obedientia vocante, sine vlla mentis contradictione eam dimittas. Id enim faciens ingredieris, & egredieris, & tam in ingressu, quam in egressu pascua inuenies. Erisque similis animalibus illis, *quæ ibant, & reuertebantur*, & tam in profectioe, quam in reuersione splendebis, & ardebis *in similitudinem fulguris coruscantis*. Hæc namque quæ de amore cellæ dicta sunt, non eò dicuntur, vt ab utili occupatione, & debito labore te subtrahas, sed ne contempta religiosa vita, post huius mundi distractiones, & inanes curiositates abeas.

Illustrata cella elogiæ.

De laudibus ieremi.

In cellam sic custoditam, & in vsum sanctorum occupationum habitam, quadrant optimè illa illustrissima elogia à Basilio, & Laurentio Iustiniano descripta, quæ iucundum erit audire.

Basilius sic scribit: [O cella spiritale profus habitaculum! Namque de superbis facis humiles, de gulosis sobrios, de crudelibus pios, de iracundis mites, de odiosis reddis in diuina charitate feruentes. Tu odiosæ linguæ frænum, tu luxuriosis renibus castitatis adhibes cingulum. Tu facis, vt leues quique ad grauitatem redeant, vt iocosos scurrilitatibus parcant, vt vaniloqui,

&

& procaces se sub districta silentij censura castigant. Tu ieiuniorum, ac vigiliarum nutritrix, tu patientiæ, & pacis perfectissimæ custos, tu purissimæ simplicitatis magistra, ac omnino fraudulentæ duplicitatis ignaram. Tu facis, vt vagos quosque Christi catena coercet, vt indisciplinati moribus à sua se prauitate compescant. Tu nosti homines ad perfectionis culmen euehere, atque ad consummatæ sanctitatis fastigium sublimare.

Tu facis, vt homo sit integer, atque rotundus, ac nulla à semetipso morum inæqualitate diuersus. Tu etiam facis lapidem quadrum, construendam videlicet cœlestis Ierusalém mœnibus aptum, qui nimirum non ex morum leuitate se versatilem præbeat, sed fixus semper in sanctæ religionis grauitate consistat. Tu homines à semetipsis extraneos reddis, & prius vasa vitiorum reflorere virtutibus facis. Tu nigra, sed formosa, sicut tabernaculum Cedar, sicut pellés Salomonis. Tu lauacrum tonfarum. Tu sicut piscina in Hesebon. Oculi tui sicut columbæ super riuos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluenta plenissima. Tu namque es speculum animarum, cuius contemplatione se mens humana perspicaciter intuens, quod minus est, impleat; quod superfluum, reprimat, quod obliquum est, dirigat, quod deforme componat. Tu nuptialis es thalamus, in quo sancti Spiritus annualus tribuitur, & cœlesti sponso felix anima fœderatur. Recti diligunt te: & qui te fugiunt, veritatis luce priuati, quò gressus ponere debeant, non agnoscunt.] Hæc, quæ diximus, sunt

De vita
solitar.
cap. 12.

Laurentius verò Iustinianus sic ait : [Nemo ad plenū narrare sufficit cellæ præconia, quanta veniunt bona, quantaque per illam amoveantur incommoda. Est namque cella sponsi reclinatorium, virtutū custos, tranquillitatis portus, additamentum pacis, medela vitiorum, contemplationis locus, tabernaculum fœderis, nuptialis thalamus, hortus irriguus, paradus deliciarum, cœli ianua, schola scientiæ, conscientiæ cathedra, magistra silentij, & spiritualis schala, usque ad polorum alta pertingens. In ea, si quis absque torpore persistit, fugit lites, nescit odia, detractioni non vacat, temeraria iudicia minimè facit, abhorret ocium, nec veretur mortem.

Eia nunc Christi milites, qui vosmet Deo vovistis, & pro amore cœlestium eremi vastam solitudinem, atque deserti antra, (vel certè secreta cœnobiorum, aut domorum religiosarum) incolitis, ut solitaria, aut religiosæ vitæ perfectionem apprehendere valeatis, cellulæ habitationem diligite, illam tenete, illam amplectimini, de ea, nisi urgente necessitate rationabili, seu corporis impellente infirmitate, vel fraterna suadente charitate, exire nolite. In ea sint vestræ spirituales deliciae, atque interna solatia. Ad ipsam, si contingat vos egredi, reuertimini quanto citius, ne detrimentum aliquod patiamini, moram protelando ad publicum. Reuertimini, inquam, post iniunctum, completumque exterioris operis ministerium, siue captatam subleuationem fragilitatis humanæ. Etenim ex labore corpus attenuatum, si mens ex importunis fuerit tentationibus

fati

fati
bio
pac
S
bon
extr
quat
lem
cus
fitem
requ
atria
las,
quer
& co
spiri
ostex
tis, n
tus, d
cular
nem

IN
Isti
in ce
vt be
tra il
fius,
dorm

fatigata, tribulationibusque depressa, procul dubio in cellulae secreto congruentem reperietis pacem.] Sic Laurentius Iustinianus.

Si igitur cellam sine causa deseras, hæc omnia bona perdes. Aridus, vanus, & distractus eris, si extra illam vanis, & prophanis intendas. Nunquam (vt credo) vidisti aliquem virum spiritualem, & sanctitatis amatorem, qui non esset amicus cellæ, publici (in quantum poterat) declinator, silentij sectator. Si tu ultra id, quod status tuus requirit, & necessitas exigit, discursus amas, per atria domus, imò & per vicos, & plateas ambulas, quærens non quem diligit anima tua, sed quem cupit curiositas tua, & confabulationibus, & consalutationibus vanis occuparis, nec vir spiritualis efficiaris, nec te sanctitatis amatorem ostendes. Quia mentis puritas in officina puritatis, nempe in cella, comparatur, & spiritus pacatus, & quietus non in foris, neque in negotiis secularibus, sed in loco rebus spiritualibus apto, nempe in cella, conquiritur.

Magnorum extra cellam bonorum iactura fit.

C A P V T XIII.

De studio literarum.

IN cella otium vitandum omnino est, quia hostis est vniuersarum virtutum: nec mansionem in cella monemus, vt in ea desides, & segnes, sed vt bene occupati, & magis negotiosi, quam extra illam maneamus. [Non otio, inquit Ambrosius, non somno, merces paratur. Nullum opus dormientis est, nullus fructus otij, imò magis

Desidia in cella vitanda.

Lib. 10. epist. 62.

dispen

142 *De vita religiosè instituenda,*
dispendium. Otiosus Esau amisit primatus benedictionem, quia maluit cibum acquirere, quàm quærere. Laboriosus Iacob apud vtrumque parentem inuenit gratiam.] Si ergo cellam incolimus, vt mercedem promereamur, & fructus colligamus semper duraturos; in ea non otio vacandum est, sed honestis laboribus insistendum. Opera, quæ cellæ conueniunt, iam suprâ retulimus, ex quibus vnum, nempe literarum studium, ad hunc locum pertinet, quoniam post Missam summo manè celebratam, cui adolescentiores assistunt, statim, vt literis vacent, in cellam se recipiunt.

*Quatuor
studen-
tium
classes.*

Sed vt huic religioso operi vberius satisfaciamus, attendendum est, quatuor esse apud nos, & apud omnes religiosos ordines, hominum classes, qui literis student. Quidam enim religiosi studiis vacant ad discendum, vt sunt adolescentes congruo tempore ad sacros ordines promouendi. Alij ad docendum, vt publici alicuius facultatis professores. Alij ad concionandum, quales sunt illi, qui è suggestu populum instruunt, & verbum Euangelij proponunt. Alij demum ad confessiones audiendas, & conscientiarum difficultates enodandas. Hi omnes, nisi ad aliqua ministeria extra cellam vocentur, aut orationem proteclent, aut pensum horarum persoluant, literis vacant, vt munus suum, quod multam rerum cognitionem requirit, securè, & fideliter obeant. Sed nunc solos adolescentes studiis operam dantes alloquimur; alios verò, Deo dante, in opere de ministeriis ritè exequendis alloquimur.

*Solos ad-
olescentes
modo
vult Au-
tor in-
struere.*

Scien

*Scientia ex recta intentione discen-
da. §. I.*

Tu ergo ad literarum studia vocatus, & ab obedientia in addiscendis literis occupatus, rectam semper intentionem habe, & præstantissimum scopum, ad quem scientia dirigenda est, tuo labori præfige. Non discas, vt apud homines splendeas, non vt magister, & bene literatus nomineris, non vt magnus habearis, non vt præcipua pulpita, & insignes cathedras occupes, non vt ad dignitates tui ordinis, vel prælationes Ecclesiasticas proueharis, quia hoc ingens vanitas est. Non discas, vt appetitui sciendi satisfacias, & noua, & subtilia scias, vt pulcherrimarum rerum cognitione tuum tantum intellectum repleas, quia hoc inanis curiositas est. Sed discce, vt Deo placeas, vt eius beneplacito, & obedientiæ præscripto te accommodes, vt Deum magis cognoscendo, ardentius illum diligas, & feruentius illi seruias; vt idoneus minister Euangelij fias, & vt animas Christi sanguine redemptas, præcipue rudiores, & magis doctrinæ indigas, ad illum, per bonam vitam ire compellas.

Bernardus eam scientiam reiicit, atque con-
temnit, quæ in alium ab hoc finem dirigitur. In-
quirens namque quo fine discendum sit, ait: [Vt
non ad inanem gloriam, aut curiositatem, aut
aliquid simile, sed tantum ad ædificationem tuã,
vel proximi. Sunt namque qui scire volunt eo fi-
ne tantum, vt sciant: & turpis curiositas est. Et
sunt, qui scire volunt, vt sciantur ipsi: & turpis
vanitas est. Qui profectò non euadent sublan-
nantem

*Ad Dei
amorem,
& ani-
marum
profe-
ctum
omne de-
bet stu-
dium di-
rigi.*

*Serm.
36. in
Cant.
Vana est
scientia,
qua ad
vanum
collineat
finem.*

144 *De vita religiosè instituenda,*
nantem Satyricum, & ei, qui eiusmodi est, de-
cantantem.

Porcius
Satyrâ
1.

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.
Et sunt item, qui scire volunt, vt scientiam suam
vendant, verbi causa pro pecunia, pro honori-
bus: & turpis quæstus est. Sed sunt quoque, qui
scire volunt, vt ædificent, & charitas est. Et item,
qui scire volunt, vt ædificentur, & prudentia est.
Horum omnium soli vltimi duo non inueniuntur
in abusione scientiæ, quippe qui ad hoc vo-
lunt intelligere, vt benefaciant. Denique intelle-
ctus bonus omnibus facientibus eum. Reliqui
omnes audiant: Scienti bonum, & non facienti,
peccatum est ei. Ac si per similitudinem dicat:
Sumentis cibum, & non digerenti, perniciosum
est ei. Cibus siquidem indigestus, & qui bonam
non habet decoctionem, malos generat humo-
res, & corrumpit corpus, & non nutrit. Ita &
multa scientia ingesta stomacho, animæ, quæ est
memoria, si decocta igne charitatis non fuerit,
& sic per quosdam artus animæ, mores scilicet,
atque actus transfusa, atque digesta, quatenus
ipsa de bonis, quæ nouerit, vita attestante, &
moribus, bona efficiatur: nonne illa scientia re-
putabitur in peccatum, tanquam cibus conuer-
sus in prauos, noxiósque humores.] Hæc il-
le. Macula in omni panno fœda est, sed in
pretiosissimo serico, aut in mundissimo bysso
fœdior: sic præpostera intentio in omni huma-
no opere mala est, sed in studio literarum ne-
quior, & intolerabilior.

*Magno
se ad va-
nitatem
studens
exponit
periculo.*
Iob 20.
14.

Quantum sit periculum eius, qui ad vanita-
tem studet, docet S. Iob, dum ait: *Panis eius in*

utero

utero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus. Diuitias, quas deuorauit, euomet: & de ventre illius extrahet eas Deus. Scientia enim panis est, qua mentem nostram reficimus, quæ in fel aspidum conuertitur, cum ad vanitatem, aut ambitionem ordinatur. Eamque literatus euomit, cum ex inani, & arido corde depromens sine utilitate audientium effundit. Et de ventre illius extrahitur, cum hominis insipientis labor sine præmio relinquitur, quia minimè à suo conditore probatur. Hunc quidem sensum Gregorius indicat, & simul pericula literatorum suum honorem quærentium declarat, sic scribens: [Panis Scripturæ sacræ intelligentia non inconuenienter accipitur, quæ mentem reficit, eique boni operis vires præbet, & plerunque hypocrita etiam sacri eloquij erudiri mysteriis studet: non tamen, vt ex eisdem viuat, sed vt cæteris hominibus, quàm sit doctus appareat, panis eius in utero illius in fel aspidum intrinsecus vertetur. Quia dum de sacræ legis scientia gloriatur, vitæ potum conuertit sibi in veneni poculum, & reprobis moritur, vnde ad vitam erudiri videbatur. Neque hoc autè inconuenienter accipitur, quod nonnunquam hypocrita, dum doctrinæ verbo ad ostensionem studet, diuino iudicio cæcatus, hoc ipsum verbū prauè intelligit, quod malè quærit.

Studia verò literarum non iam ex vanitate, sed ex sola curiositate suscepta, Hugo Victorinus inutilia, & noxia vocat, & quis sit eorum fructus exponit in hæc verba: [Et vt apertius adhuc cognoscas, quàm infructuosa, imò quàm perniciosa sint studia hæc: animo non solum ad

15. Mor.
cap. 6.

Curiose
studia
profus
inutilia.
Lib. I de
vani are
mūdi ad
finem.

146 *De vita religiosè instituenda,*
cognoscendam veritatem non illuminant, sed,
ne veritatem agnoscere possint, prorsus exce-
cant. Rapiunt enim cor hominis, & quodam-
modo extra semetipsum abducunt, vt, dum ad
alia, quæ ad rem non pertinent, consideranda
trahitur, ad circumspectionem sui minimè con-
uertatur.] Si hæc ita sunt, vt Patres hi asserunt,
de quorum autoritate non licet dubitare, ab-
surdum erit, scientiam ad vanitatem, aut ad cu-
riositatem, aut ad alium finem viliorem dirigere,
& præstantissimum virtutis instrumentum, nem-
pe scientiam, in excidium virtutis assumere.
Scientia apud homines vanè lucere vis? Sed eo
ipso non lucebis, quia Deus se exaltantes deiicit,
& se ostentantes sub modio alicuius magnæ
humiliationis constituit. Curiositati, & nimio
sciendi desiderio vis satisfacere? Sed dum sci-
re ad solam scientiam aues, & conscientiam læ-
dis, & sapidæ scientiæ, illi nimirum, quæ affi-
cit, & mouet voluntatem, obsistis. In scientia
ergo nihil aliud, nisi Deum, quæras, & in ac-
quisitione, ac vsu eius non insipienti mundo, sed
Deo placere concupiscas.

Scientia cum virtute iungenda. §. 2.

*Et scien-
tia cum
virtute,
& virtus
cū scien-
tia con-
iungenda.*

Studia ex hac rectissima intentione suscepta
facile erit cum virtute coniungere, & has duas
sorores, scientiam, & virtutem simul, licet cu-
ra impari, quæritare. Simul tibi quærendæ sunt;
quia scientia sine virtute parum, aut nihil va-
let; virtus verò in te, qui aliis doctrina profu-
turus es, sine scientia manca erit. Sit itaque
scientia tua virtutis, & sanctitatis plena, vt
magis

magis exemplo, quàm verbo prædices; sit virtus tua scientia referta, vt in ostensione viæ virtutis non erres. Impari tamen cura tibi quærendæ sunt, quoniam virtutis maior ratio habenda est: quæ, cum finis sit scientiæ, debet in corde tuo, & in cura tua primum, ac præcipuum locum occupare. Quam ob rem nunquam propter studia literarum virtutis actiones omittes: nunquam orationis tempus, lectionis spiritualis horam, & aliarum rerum ad cultum Dei pertinentium spatia decurtabis. Virtutum opera te faciunt sanctum, scientiarum studia te faciunt literatum: & si melius, & optabilius est sanctitate, quàm scientia pollere, ne, dum sapientiæ studes, sis tam insipiens, vt minora maioribus præferas, & propter viam terminum viæ, nempe perfectionem, amittas. Si post multos studiorum annos doctissimus euasisti, & in virtute, ac humilitate non profecisti, ô quàm parum sapis, quàm nihil vales, quàm es reprehensione dignus, qui ætatem tuam cum meretricibus consumpsisti, & sponsam amore dignissimam repudiasti. Humanas enim scientias te à virtute auocantes, meretrices voco, & virtutem, sponsam appello. Infelix tu, qui hanc repulisti, propter quam *habituus eras claritatem ad turbas, & honorem apud seniores iuuenis*; & illas accersisti, quæ à virtute seiunctæ robur mentis tuæ comedent, & virium tuarum actiones vanitatis infirmitate consument. Infelix tu, qui *noluisti intelligere, vt bene ageres: iniquitatem meditatus es in cubili tuo, astitisti omni via non bonæ, malitiã autem non odisti*. Annon est iniquitatem meditari, Dei opera non ad veritatem, sed ad vanitatem addi-

Sapient.
8. 10.

Psal. 35.

Tract.¹
de dili-
gendo
Deo.

scere? Annon assistere viæ non bonæ, iter scientiæ alio, quàm ad Dei obsequium deflectere? Annon malitiam amplecti, ex scientia superbire, & ex eo, quod ad humilitatem datum est, in imperfectionibus obdurescere, & magis quotidie, ac magis inflari? [Liquet igitur, inquit Bernardus, & absque scientia dignitatem esse omnino inutilem, & scientiam absque virtute damnabilem. Ne ergo ex scientia damneris, aut minor, & pauperior efficiaris, cura eam cum virtute coniungere, & ad hoc illam acquirere, vt singulis diebus melior fias, & quo doctior efficeris, eò in maiorem animæ puritatem euadas.]

Vtilia solum addiscenda. §. 3.

Magni
habendi
magistri,
& ipsorum
omnimo-
dis am-
plexanda
doctrina.

In 1. ad
Thessa-
lo. 1. ad
cap. 2.

Ex hac rectissima intentione manabit, vt vtilia solum, & tuo statui consentanea discas, reliqua verò, vt inania, prætermittas. In rebus autem vtilibus, non teipsum in præceptorem suscipias, sed in primis magistros tuos in magna veneratione habe, illorum doctrinam intellige, & sequere, & nihil aliud, nisi quod ipsi docuerint, aut discendum esse præscripserint, curas discere. Ridiculum namque esset, si velis magister esse antequam sis discipulus, & tuo arbitratu literis studere, & ab iis sententiis, quæ tibi à magistro proponuntur, deuiare. Discipulus à discendo deriuatur. Si autem quæ audis, non discis, sed impugnas, sed deseris, sed eis contradicis, & aliam viam in inquisitione veritatis tibi proponis, quomodo discipulus nominaris. [Frustratus magistri, inquit Ambrosius, discipulus est obediens.] Qui verò magistro non paret, qui ab

eo, quod docetur, dissentit, non est fructus, sed contemptio magistri. Si magistri tui duo, aut plures sunt, quod in Theologicis semper euenit, & opinionibus ipsi dissentiant, tu vtramque opinionem reuerenter excipe, vtramque disce, & principia vtriusque opinionis intellige, ita vt possis, cum oportuerit, pro vtraque rationem reddere, & vtramque defensare. Scitoque ignorantia, aut minoris scientia esse in rebus, quae non demonstratione noscuntur, sed sub opinionem cadunt, tam constanter vni parti adherere, vt nihil saltem minoris assensus alteri relinquatur. Si enim ratio vnius sententiae probabilis tantum est, vt in huiusmodi rebus ambiguis contingit, nequaquam eius vim omnino calles, si, ac si esset demonstratio, conuinceris. Et quemadmodum, si infantulus funiculo infirmo ligetur, quem ad rumpendum facilem, ipse frangere non possit, non est id indicium ferreae catenae, sed imbecillitatis infantis: ita si probabili tantum ratione ligeris, ita vt nulla via te expedire valeas, id est, signum infirmae mentis, non euidentis rationis.

Opinionibus in-differen-ter adhaerendum.

Modeste ad scholas eundum, & quomodo in disputationibus procedendum. §. 4.

Ad scholas modestus, & tacens ibis, non huc & illuc circumspectando, nec cum condiscipulis fabulando. In schola modestè, & decenter sedens attentus eris ad verba magistri, & quod voce docuerit, aut scripto dictauerit, ita vt ne clabatur, excipies. Si post lectionem scrupulum, aut dubitationem habueris, non vt censor,

Qua or-ga lectio-nem ob-seruanda.

non vt doctrinæ impugnator, sed vt ignorans, propones, & quæstionis solutionem expectabis. Lectionem cum aliis condiscipulis diligenter repetes, cum illis de rebus à magistro auditis conferes, vt pleniùs intelligas; & si opus fuerit (& quidem conuenienti tempore vtilissimum est) argumentis hinc inde propositis veritatem expendes.

In disputatione religiosus intra modestia limites se cõtinent.

In disputationibus efficax, non audax, veritatis avidus explorator, non contentionis, & vociferationis amator existes. Verba inutilia, & ad id, de quo disputatio instituitur, non attinentia, & multo minus, quæ alterum pungant, aut contemnant, prorsus reiicies. Et breuiter, ita te geres, vt te disputatorem religiosum, veritatis inquisitorem, & coram Deo, & Angelis loquentem exhibeas. Si alter peccauerit, & verbis minùs modestis loquutus fuerit, illum patienter

Ep. 147.
ad Proculanũ.

feres. Vt enim Augustinus ait: [Noui fratrem meum, sed si quid disputando pro fide sua, & pro Ecclesiæ charitate dixit fortasse feruentius, quàm tua grauitas veller audire, non illa contumacia, sed fiducia nominanda est, collatorem, & disputatorem, non assertorem, & adulatorem se esse cupiebat. Nam hoc est oleum peccatoris, quo Propheta non vult impinguari caput. Ita enim dicit: *Emendabit me iustus in misericordia,*

Psal. 140. 5.

140. 5.

& arguet me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.] Breuiter; disputationem ad eruendam dumtaxat lucem veritatis admitte: &

Ad Titum 3. 9.

vt inquit Paulus: *Stultas quæstiones, & contentiones, & pugnas deuota; sunt enim inutiles & vana.* Scilicet igitur ostentante veritate, à disputatione omnimodis

mod
exer

H
insta
di, (
vsuq
tiaru
para
& in
stula
scrip
que à
ferua
hanc

C
pient
notat
dine
uerfi
lumin
nens
telles
dupli
teneb
Qui
guar
tiam
tellig
terpr

modis cessandum est, & alij vtiliori pro tunc
exercitationi vacandum.

De modo studendi. §. 5.

Hæc de disputationibus dicta sufficiant. Sed *Studium
præcedat
oratio.*
instante tempore addiscendi, & literis studen-
di, (quod totum illud esse debet ab obedientia,
vsûque præscriptum) à Domino, qui Deus scientiarum Dominus dicitur; cui, id est, à quo præparantur cogitationes nostræ, gratiam, lucem, & intelligentiam ad discendum humiliter postulabis. B. Thomas Aquinas ante lectionem, vel scriptionem semper orationi se dabat. Id quoque à viris spiritualibus modò perpetuo more seruetur. Tu eorum vestigiis inhærens studio hanc orationem præmitte.

Oratio ante studium.

Creator ineffabilis, qui de thesauris sapientiæ tuæ tres Angelorum Hierarchias annotasti, & eas supra cælum empyreum miro ordine collocasti, atque elegantissimè partes vniuersi distribuisti. Tu (inquam) qui verus fons luminis, & sapientiæ diceris, atque supereminens principium, infundere digneris super intellectus mei tenebras, tuæ radium claritatis, duplices, in quibus natus sum, à me remouens tenebras, peccatum scilicet, & ignorantiam. Qui linguas infantium facis esse disertas, linguam meam erudias, atque in labiis meis gratiam tuæ benedictionis infundas. Da mihi intelligendi acumen, retinendi capacitatem, interpretandi subtilitatem, loquendi gratiam co-

152 *De vita religiosè instituenda,*
piofam; ingressum instruas, progressum diri-
gas, egressum compleas. Per Christum Domi-
num nostrum. Amen.

Si hæc oratio longior tibi videatur, (quam
tamen nos ipso initio studiorum nostrorum in
ipsa adolescentia didicimus, & nunc vsque
ad senectam recitamus,) accipe aliam ex Lan-
spergio, qua poteris gratiam ad discendum po-
stulare.

Alia oratio ante studium.

Lansperg.
in phare-
tra. I E S V dulcissime, da mihi intellectum, & scru-
tabor legem tuam, & custodiam illã in toto cor-
de meo. Illumina cor meum, vt sciam, velim, &
faciam, quod acceptum coram te sit omni tem-
pore. Doce me facere voluntatem tuam, quia
Deus meus es. Da mihi, Domine, sedium tua-
rum assitricem sapientiam, quæ intellectum
meum illuminet, cor meum purificet, & affe-
ctum meum inflammet, ad cognoscendum, &
amandum te Dominum Deum meum in omni-
bus, & super omnia.

Qua in
quieto stu-
dio me-
thodus
adhiben-
da. Studium ex obedientia, & desiderio anima-
bus proficiendi susceptum, Deo gratissimum
puta; quare in ipsum diligenter incumbes. Quæ
à magistris acceperis, vel quæ per te didiceris,
optimè intelligere, & scire curato. Id cõsequeris,
si præcipua fundamēta assertæ veritatis capias; si
ad sua principia referas; si iterum atque iterum re-
petas, donec fixa in memoria hæreant; si quæ ver-
ritati opponuntur, aut opponi possunt, aduertas,
atque dissolvas; si multum mediteris, & parum scri-
bas.

bas. Tot enim ac tāta, & tā pulchra scripta, & typis mandata sunt, quæ passim habentur, & nusquam non inueniuntur, vt discipulis inutile sit aliqua scribere, & tempus in id, quod non erit vsui, consumere.

Ita veritatibus Theologicis, aut Philosophicis studeas, vt interdum hanc considerationem interrumpas, & corpore aliquam breuem orationem, aut per amoris, vel alicuius virtutis affectum ad Deum offeras. Ita literis vacandum esse, docet Vincentius Ferrariensis, cuius hæc sunt verba: [Sæpe dum homo actu studet, à libro debet ad horam oculos auertere, & oculis clausis se in Christi plagis abscondere, & iteratò se ad librum conuertere.] Id facillimum erit, si assuescas, si etiam mente quieta, & cum sancta quadam libertate literis addiscendis inhæreas. Nam si cum nimia adhæsione ad literas studeas, & cum immoderato desiderio aliquam materiam, vel tractatum consummandi, difficulter huius rei tam proficuæ recordaberis.

Alius modus studendi est, si lecta, & intellecta, & memoriæ mandata non solùm tecū ipse conferas, verum etiam (si tanta mentis sinceritate, & diuina familiaritate polleas, vt id reuerenter facias) ad Dominum, qui filiolos balbutientes libenter audit, eadem dicas, & eum, quasi te audientem, tibi que respondentem, consideres, & ab eo sententiam expectes. Hunc modum discendi, & studendi aliquos adolescentes pios, & puros ex nostris & tenuisse & tenere noui, eoque & in literis, & in virtute mirum in modum profecisse. Videbitur fortassis alicui duto, & imper-

*Brenibus
inter-
rumpen-
dum pre-
culis.*

*Lib. de
vita spi-
rituali,
cap. I.*

*Pius ali-
quorum
studendi
modus.*

fecto hæc ridenda simplicitas ; non tamen est, sed sapientissima ac veneratione dignissima cum Deo familiaritas. Docet eam manifestè Vincen-

Suprà. tius Ferrariensis, dum ait : [Nullus quantumcumque pollens ingenio debet amittere ea, possunt eum ad deuotionem excitare. Imò quæ legit, & studet, debet ad Christum reflectere, cum ipso loquendo, & ab ipso intelligentiam postulando.] Sic ille.

Quomodo Augustinus inquirenda veritati vacaret.

Ita etiam magnum illud Ecclesiæ lumen Augustinus sapiissime inquirendæ veritati vacabat. Ipse namque (vt ex eius scriptis elicitur) ita discibat, & scientia proficiebat, quasi cum Deo loquens, ipsum interrogans, & ab eo precibus questionum solutionem extorquens. Vnde quodam loco temporis naturam vestigans, sic ait: [Exarsit animus meus nosse istud implicatissimum ænigma. Noli claudere, Domine Deus meus, bone Pater per Christum obsecro, noli claudere desiderio meo ista, & vsitata, & abdita, quominus in ea penetret, & dilucescant, allucescente misericordia tua, Domine. Quem percontabor de his, & cui fructuosius confitebor imperitiam meam, nisi tibi, cui non sunt molesta studia mea, flammâtia vehementer in scripturas tuas? Da, quod amo: amo enim, & hoc tu dedisti. Da, Pater, qui verè nosti data bona dare filiis tuis. Da, quoniam suscepi cognoscere te, & labor est ante me, donec aperias. Per Christum obsecro, in nomine eius sancti sanctorum, nemo mihi obstrepat. Et ego credidi, propter quod & loquor. Hæc est spes mea, ad hanc inhio, vt contempler delectationes Domini. Ecce veteres

posui

posuisti dies meos, & transeunt, & quomodo, nescio. Et dicimus tempus, & tempus, tēpora, & tēpora. Quamdiu dixit hoc ille, quādiu fecit hoc ille, & quā longo tempore illud non vidi. Et duplū temporis habet hęc syllaba ad illam simplicam breuem. Dicimus hęc, & audimus hęc, & intelligimur, & intelligimus. Manifestissima, & vilitatissima sunt, & eadem rursus nimis latent, & noua est inuentio eorum.] Hęc, & multa alia ibi. Si ergo ad hunc modum discendi admissus fueris, illum non relinquant, & quasi magnum Dei donum non sine gratiarum actione suscipies.

Actandem, si ingenio, ac subtilitate intelligendi polleas, si commilitonibus emineas, si omnibus tam maioribus, quā minoribus ob tuam peritiam placitis moribus adiunctam placeas, tuæ propriæ vilitatis memineris, & viam humilitatis non deseras, à qua, si deuiaueris, & in superbiam elatus aliquid te esse putaueris, fortè, (quod non semel vidimus) in præceps rues. Si verò hebes fueris ingenio, ineptus eloquio, & omnibus, vel multis condiscipulorum, iudicio maiorum postpositus, caue ne tristitia abforbearis, nec magnum aliquid, & desiderabile tibi deesse existimes, sed mentis puritate, & morum probitate, & omnimoda resignatione in diuina voluntate aliis eminere curato. Quod si assequaris, nulla ratione, aut minor reliquis, aut inutilior reputaberis.

Ingenio
pollens
euret hu-
militate
pollere.

Hebes
morum
probitate,
& alacritate
resignatione.

CAPVT XIV.

De solitudine in ministeriis.

HÆc omnia dicta sunt occasione eorum, quibus manè occupamur in cellis; quia videlicet literis studemus, & quidem non solum ad discendum, sed ad docendum etiam, vel ad concionandum. Alij autem sunt inter nos, qui nec discunt in scholis, nec docent, neque prædicant. Horum verò quidam ministeriis spiritualibus animarum, quidam obsequiis temporalibus occupantur. Illi quidem tempus quærunt interdium, vt possint, quæ didicerunt, conseruare, & augere: si enim non essent viri docti, non haberentur idonei confessiones excipere, & nodis conscientiarum dissoluendis vacare. Isti verò forte Marthæ contenti nunquam aliquid didicerunt, nec curæ est illis, aliquid scire, (quod ad disciplinas scholæ proprias pertineat) sed solum sanctè viuere, & humilibus seruitiis intendere. Et quoniam ministeria tam istorum quàm illorum manè, & vesperi eos detinent, & ad opera, quæ semper fiunt, pertinere videntur, visum est ipsorum eruditionem, partim in sequentem tractationem, partim in opus de ministeriis ritè exequendis reiicere, ne eadem sæpius repetamus, & hîc solum ad debitam in iniunctis ministeriis diligentiam vniuersos exhortari.

*Religiosa
vita non
otiosa,
sed valde
negotiosa
est.*

Illud ergo tibi persuadeas, ô frater, quod tui muneris est, postquam orationis, & aliorum, quæ

quæ diximus, pensum exolueris, non in cella otiosus manere, sed ad ministeria iniuncta promptè, & libenter exire. Religiosa vita non est (vt aliqui sæculares toto cælo aberrantes putant) occupatio otiosorum, & negligentium hominum, qui post nonnulla deuotionis opera otio, & fœcordiæ se tradunt, sed est vita summè negotiosa, & vtilissimorū operum plena, ad eò vt nulla sit hora, nec semihora, nec quadrans, in quo, præter tempus refectiōni, & modicæ quieti, & somno destinatum, non habeamus satis, quo occupemur, & corpore, aut spiritu laboremus. Et, vt nunc de nostro instituto loquar, in eo nullus otiosus, & ab aliquo ministerio, vel obsequio liber esse permittitur. Apes in aluicari fucos nihil agentes non sustinent, sed occidunt: nos otiantes non occidimus, sed ad laborem vrgendo viuificamus.

Primum impedimentum religiosæ occupationis, Pusillanimitas. §. I.

Quatuor solèt ab honestis laboribus deterre-
re, pusillanimitas, infirmitas, vecordia, & prætex-
tus deuotionis. Si minùs te applicatū ad labores
experitis, attentè considera, vnde malū oriatur,
& ad radicem, seu causam eius conueniens me-
dicamentum adhibe. Pusillanimis es, qui putas te
talento carere, vt aliis profis? De eo, qui te vo-
cauit, & per obedientiam prælati in aliquo mi-
nisterio posuit, fiduciam habe. Non est ipse, vt
domini huius sæculi, qui iubent, & vires non præ-
bent, sed simul cum mandato talentum, & in-
dustriam ad illud exequendum impertit. Si au-

*Pusilla-
nimitas
dum
Deus ali-
quid per
prælatus
iudicat,
debet
propul-
sari.*

Serm.
18. in
Cant.

tem talentum hoc abscondis, aut otiosum tenes, vide, ne, vt alienæ substantiæ raptor, à Domino puniaris. [Rem proximi retines tibi, inquit Bernardus, si, verbi causa, plenus virtutibus cum sis, forsique nihilominus donis scientiæ, & eloquentiæ adornatus, metu fortè, aut segnitie, aut minus discreta humilitate, verbum bonum, quod posset prodesse multis, inutiles, imò & damnabili ligas silentio: certè maledictus, quòd frumenta abscondis in populis.] At ais, neque virtutes, neque scientia, neque eloquentia, neque alia bona ad fructum faciendum suppetunt. In hoc non tibi, sed ei, qui tibi præpositus est, credes, & quod sufficit, vt munus tibi iniunctum exequaris, si ipse sic dicat, pro certo habebis. De Iosaphat in libro Paralipomenon scriptum est:

1. Paral.
17. 6. *Cùmque sumpsisset coreius audaciam propter vias Domini, etiam excelsa & lucos de Iuda abstulit. Si sanctam quandam audaciam mente conciperes, & aduersus pusillanimitatem pugnares, de cordibus fidelium, vt alij tuæ vocationis faciunt, vitia, & iniquitates auferres.*

Epist.
201. ad
Balduinum.

Audi, quibus verbis Bernardus quendam Abbatem, partim pusillanimum, partim segnem admoneat: [Tu autem, inquit, cura inueniri fidelis seruus, & prudens, conseruis tuis cœleste triticum communicare absque inuidia, & absque desidia erogare: & noli frustrà assumere excusationem quasi de tui nouitate, aut de imperitia, quod putas fortè, vel simulas. Nam nec sterilis verecundia grata est, nec humilitas præter veritatem laudabilis. Officium ergo tuum attende. Pelle pudorem consideratione officij, age vt

raagi

magister. Nouus es, sed debitor. Et extunc te noueris debitorem, ex quo te alligasti. Numquid nouitas excusabit apud creditorem damna lucrorum? Numquid prima tempora vacua præterire patitur fœnerator? Sed non sum, inquires, ad ista sufficiens. Quasi verò deuotio tua accepta non sit ex eo, quod habes, non ex eo, quod non habes. De solo tibi credito talentor respondere para, securus de reliquo. Si multum accepisti, da multum. Quod si modicum est, & id tribue. Etenim qui in modico fidelis non est, nec in maximo. Totum da; quia totum repetendus es vsque ad nouissimum quadrantem: sed sanè quod habes, non quod non habes.] Itaque si modicum habueris, saltem modicum impertiri stude. Quia modicum talentum laboribus non eximit, neque facultatem ad otia concedit.

Secundum impedimentum, Infirmitas. §. 2.

Attuæ vacationis causa non est pusillanimitas, sed infirmitas; quia nimirum aliqua ægritudine opprimeris. Si eiusmodi ægritudo, quæ te faciat in lecto decumbere, omnis quæstio de medio sublata est. Tuæ salutis recuperandæ prælati, & alij curam habeant: tunc enim non instat tempus agendi, sed patiendi, & per molestiam, & sustinentiam febrium, aut dolorum merita cumulandi. Si verò non sit ægritudo grauis, quæ te afficit, sed remissa quædam inualetudo, qua potes è lecto surgere, sacrum facere, horas canonicas recitare, & huc illucque discurrere;

Remissa inualetudo laborem minuat, non prorsus subterfugiat.

hæc

hæc quidem causa sufficiens erit, vt aliquid de labore minuas, non tamen, vt omnibus diebus otiosus, & sine occupatione maneas. Nam ita ab omni actione feriari tristitiam generat, & inualetudinibus vires agglomerat, & disciplinæ religiosæ non minimum detrimentum importat. Alij quippe vel exemplo tuo, & minori occasione ad otium aspirabunt, vel vt te colloquiis inutilibus occupent, debitam silentij censuram non tenebunt.

*utilibus
sancti
adhuc
infirmi
studiis
incum-
bebant.
In vita
eius.
Lib. 5.
vitæ
sux, cap.
1.*

De multis viris sanctissimis legimus, quòd morbis oppressi, & quasi compediti, nunquam laborare cessabant, quos deberes imitari. De B. Gregorio scriptum est: [Admirabilia sunt, quæ dixit, fecit, scripsit, decreuit, præsertim infirma sæpe, & ægra valetudine.] B. Bernardus semper etiam ægrotus, & absque interruptione in rebus grauissimis, ac vtilissimis occupatus. Ac tandem corpus lectulo decubans variis exercebatur incommodis; animus tamen nihilominus liber, & potens, quæ Dei erant, exercebat non inuitus, non cessans in mediis quoque doloribus meditari, sacrum aliquid, aut dictare, orare affectuosius, fratres studiosius exhortari. B. Pater noster Ignatius magnis molestiis corporis prægrauatus ab assiduo labore non destitit: quin & morti proximus eadem animi æquanimitate, ac si incolumis esset, negotium incidens pro Dei gloria pertractauit. Si autem dicas, hæc non tam imitabilia esse, quàm admirabilia? Erras, quia multos propriis oculis vidimus, & fortè tu etiam vidisti, semper infirmos, & imbecillos, semper etiam piis operibus occupatos, & ab inutilitate otiositatis

fitatis exemptos.

Fuit apud nos presbyter quidam, nomine Pe-
 trus Rodericus, morbo articulari tam graui-
 affectus, vt non solum quidquam manibus age-
 re, aut pedibus ambulare non posset, verum &
 ad quiescendum, & lenimen dolorum aliquod
 accipiendum oporteret eum semper supinum in
 lecto iacere: qui & alienis cuiusdam fratris ma-
 nibus, qui ei ministrabat, cibum, & potum ac-
 cipiebat, & (quod miserabilius est) naturæ ne-
 cessaria non nisi eo iuuante, & tenente præsta-
 bat. Hunc aspeximus Dominicis & festis die-
 bus in lecto (vt dixi iacentem) habebat enim
 cellam in loco accommodato) multorum con-
 fessiones excipere, & non minus, quam si esset
 incolumis, nemini adeunti suam operam de-
 negare. Vinebat feruor spiritus, quo polle-
 bat, naturæ imbecillitatem, & dolorum mole-
 stiam: & eodem modo tu, si ferueres, posses
 tuas modicas inualetudines superare, & noxiam,
 qua opprimeris, otiositatem depellere. Sed fa-
 ctus es de illis infirmis, quos taxat Hugo Victo-
 rinus, qui esuriunt curiositatem, & sitiunt vo-
 luptatem: abominantur autem & fastidiunt ver-
 bum Dei, quod est robur animæ, & alimonia
 spiritualis, secundum illud: *Omniem escam abo-*
minata est anima eorum, & appropinquauerunt rese-
que ad portas mortis. Nec solum verbum Dei, ve-
 rum & bona opera vocationis tuæ cibi sunt ani-
 mæ tuæ, quos si abomineris, non esset minima,
 si ex otiositate ad teporem, & ex illo ad graues
 culpas appropinquare.

*Egregium
 veri san-
 cti exem-
 plum.*

3. De
 claustris
 animæ,
 cap. 10.

Psal. 106. 18.

I. Alvarez de vita rel. 106. 18. Tercium

Tertium impedimentum, Vecordia, §. 3.

Vecordia
in mini-
sterius pro-
cul able-
ganda.

4. Reg
7.8.9.

Iam si non pusillanimitas, neque infirmitas, sed spiritus acediae & vecordia te opprimit, tunc vehementius insistendum est, vt grauissimum onus excutias, & infestissimum hostem superare contendas. A saeculo ereptus es, & in terrestrem paradysum, scilicet in statum religiosum translatus, & occasionibus virtutum, & donorum spiritualium assequendorum auctus; an vt otiosus sederes? an vt tempus, quo nihil pretiosius, inutiliter tereres? non sanè, sed vt teipsum perficeres, & aliis opum spiritualium, & perfectionis iter ostenderes. Damnable erit, si nec tu ditescas, nec alios in locum diuitiarum, id est, in vitam sectatricem virtutum, inferas. Quatuor illi leprosi castra Afsyriorum ingressi, & cibo, ac potu refecti, nec non argento, & auro, & vestibus hostium cumulati, dixerunt adinuicem: *Non rectè facimus: hac enim dies boni nuntij est. Si tacuerimus, & noluerimus nuntiare vsque manè, sceleris arguemur.* Et statim venerunt, ac narrauerunt, quæ acciderant. At tu, non quidem castra Afsyriorum, sed castra Dei ingressus es: non in partem eorum, quæ impij reliquerant, sed in participationem magnorum, quæ iusti possident, bonorum admissus. Vide, ne taceas, ne otio torpeas, ne alios, quibus modis potueris vocare ad virtutem, cesses, quia, si tacueris, sceleris argueris.

Socordia
malorum
causava-
strix
honorum.

Otiosus Esau paternam benedictionem amisit, & pro viliissima esca fratri dare non timuit.

O si

O si cognosceres, quàm largam benedictionem perdis, dum nihil agis, cum possis, & tempus ad labores concessum inutiliter teris! Bona quidem perdis, & multa mala conquiris. Ac te ipsum testem aduoco, cum honestos, ac debitos labores auerfaris, quanta inutilia, imò & noxia, & fortè minus pudica cogitas, quanta vana desideras, in quàm multa verborum peccata laberis, in quàm miseram cordis distractionem, & turbationem incurris. Vidi nonnullos, qui bene cœperunt in ingentia peccata prolapsos, & ab statu religionis exclusos, quia otiosi, quàm aliquid boni operari maluerunt. [Potèstne labi vir habens donum gratiæ? inquit Macharius, & sibiipso respondet: Vtique labitur, si negligat. Nam hostes nunquam quiescunt, nec mouere bellum dubitant. Quanto minus cessare debes ab inquirendo Domino Deo. Damnum enim tibi non modicum imminet, si negligas.] Et Bernardus: [Sicut per rimam sentinæ aqua latenter intrat, & excrefcit, donec nauis per nauarum incuriam demergatur, ita ex otio, atque ignania cogitationes prauæ, & concupiscentiæ multiplicantur, donec nauis cordis eis succumbens in peccato periclitetur.

Scito tuum spiritum Deo subiectum, esse dominum, appetitum verò carnis, qui te ad otiositatem inducit, esse mancipium. Esto erga illum sicut monet Ecclesiasticus: *Seruo, inquit, maleuolo tortura, & compedes, mitte illum in operationem, ne vacet: multam enim malitiam docuit otiositas. In opera constitue eum, sic enim condecet illum.* Appetitus tuus est seruus maleuolus, qui

Homilia 15.

Ser. de S. Andrea.

Appetitus, ne in otio dissuatur, à spiritu cohibendus.
Eccli. 33. 28.

*Ipsum nõ
operari
peccatum
est.
Serm. 16.
ad Eph.*

aduersùs salutem animæ malum machinatur, ne permittas eum otiosum esse, & ab utili operatione vacare, ne in peccata teipsum illidat. Et quidem tamen ad nullum aliud peccatum impellereris, ipsummet otium peccatum est. Egrege enim dixit Chrysostomus: [Dicas enim velim, si famulum quempiam haberes, qui etsi nec furaretur, nec conuiciaretur, nec contradiceret, imò nec inebriaretur, nec reliquorum malorum quidquã designaret, sederet tamè perpetuò otiosus, nec aliquid eorum, quæ seruus hero suo præstare debet, faceret: non flagellares illum, non vt peruersum castigares, dic quæso? Atqui nihil dum mali operatus esset. Itaque hoc ipsum malum est. Ponamus verò & reliquæ vitæ rationem. Sit agricola quisquam, qui nulla in parte lædat nostra bona, nec illis insidietur, nec furtum intenter, dumtaxat ligatis domi manibus otiosus sedeat, nec seminans, nec sulcum proscindens, nec boues subiugans, nec vitem colens, nec alium quemquam eorum laborum faciens, qui ad terræ culturam pertinent. An huiusmodi non puniemus? Atqui nihil iniuriæ intulit, nec culpæ talem possumus. Verum hoc ipso, quòd otiosus fuit, iniuriam intulit. Iniuriam enim committit communi ratione, qui quam debet, vtilitatem suam non præstat. Quid enim, dic quæso, si quisque opificum, & artificum, cum qui alterius artis esset, imò qui & suæ, nihil quidem læderet, aut impediret; quiesceret verò & oticaretur dumtaxat: an non hoc pacto omnis vita nostra perderetur, & corrumperetur? Vis vt & ipsum corpus in hanc ratio

rati
ver
effo
li
min
non
retu
tiqu
man
offic
tura
mest
magi
facer
vriqu
pore
eius,
do au
tuæ,
patio
Ne
differ
quò m
patior
euade
Ad
Fer
Ten
Ver

rationem ducamus? Manus igitur nec caput verberet, neque linguam excidat, nec oculum effodiat, nec aliud quidquam eiusmodi mali committat: tantum verò otiosa maneat, & ministerium suum, quod debet, toti corpori non præstet; an digna non esset, quæ amputaretur potius, quàm circumferretur otiosa, totique corpori nociva? Quid si os nec manderet manum, nec morderet pectus, quæ verò sui sunt officij, omitteret omnia; an non melius, obturatum esset magis os tale? Itaque si & in domesticis, & in opificibus, & in toto corpore magna est iniuria, non solum mali quicquam facere, sed & bona omittere: multo magis istud vitique in corpore Christi erit.] At tu in corpore Christi es, nempe in Ecclesia, & in parte eius, quæ vbiq; toto conatu laborat, quomodo audes segnitiei te dare, & in damnum animæ tuæ, & scandalum aliorum, absque utili occupatione manere?

Ne autem, obsecro, in aliud tempus operari differas, quando minus difficultatis sentias, quia, quò magis distuleris, maiorem horrorem occupationis experieris, & ineptior ad laborandum euades. Scitè enim quidam dixit:

Adde, quòd ingenium longa rubigine lasum

Torpet, & est multo, quàm fuit ante, mirus.

Fertilis, assiduo si non reponetur aratro,

Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.

Tempore qui longo steterit, malè currit; & inter

Carceribus missos, ultimus ibit equus.

Vertitur in teneram cariam, rimisque dehiscit,

Si qua diu solitis cymba vacavit aquis.

*Procrastinatio-
ne labor
difficilior.*

*Quid. 5.
de Trist.
eleg. 12.*

Vt ergo difficultati difficultatem non addas, & vt quotidie ineptior ad operandum non fias, rumpe moras, exere manus, & hodie aliquid operari, & secundùm præscriptum prælati in aliquo occupari non sinas. [Nigrinus Philosophus, apud Lucianum, monebat eos, qui cum eo versabantur ne cunctarentur, aut in certos dies extraherent bene aliquid facere, id quod multi sole-
rent; præfinites sibi velut diem aliquam constitutam, aut festiuitates sacrorum, aut solemnnes conuentus, tanquam ab illis auspicari, mendacia vitare, & conuenientia facere. Volebat enim liberum, & ab omni cunctatione remotum esse illum ad honesta impulsus, ac mentis impetum.] Quod ille sine fide docuit, tu cum Dei gratia exequere, & *quodcumque potest facere manus tua, instanter operare*; quia citò tempus præteribit, & commoditas ad merita augenda non erit.

Lucian.
in Ni-
grino.
*Pulcrum
Nigrini
Philoso-
phi docu-
mentum.*

Ecclef.
9. 19.

*Quartum impedimentum, Deuotionis præ-
textus. §. 4.*

*Propria
quieti
proximo-
rum in-
uicem
præfere-
ndum.*

Sed tu ex illis es, qui otium non diligis, imò negotium negotiorum, nempe Deo vacare, & ad diuinam communicationē aspirare charissimum habes; propterea externas occupationes te aliquantulum inficientes, & reperficientes reiciis. Quo hæc causa fugiendi ministeria, quibus proximi iuuantur, est honestior, eo est certa quadam ratione curatu difficilior. Sed si verè deuotionē, & diuinę voluntatis exequutionē cupis, his, que nunc subiiciemus, hanc te subtrahendi occasiōnē cludes. Annon ad quærendam salutem animarum vocatus es? Quomodo ergo tibi persuades, volun

volu
gen
te po
ccel
vero
mor
li qu
ne ot
place
lis, &
meli
loco
nus v
es, e
tem i
cere p
quie
rum c
fuerit
tile ei
tam t
De
proxi
nutio
ra in
vt m
obscu
iores
dali f
crede
gator
ne bo
ges.

voluntatis Domini esse, vt toto die in cella le-
gens, & orans sed eas, & animas, quibus utilis es-
se posses, per vtilia ministeria non quæras? Deus
cælos creauit, vt perpetuò moueantur; terram
verò, vt herbas, & olera, & arborum fructus ad
mortalium alimenta progerminet. An vult, vt il-
li quiescant, & hæc absque fructuum productio-
ne otiosa maneant? Nullo modo. Neque ergo illi
placet, vt tu ad animas lucrandas vocatus, steri-
lis, & fructu vacuus in domo quiescas. Esto, quòd
melius esset, semper quiescere (quod tamen alio
loco non ita esse probauimus) si tu ad hoc ge-
nus vitæ, in quo debes animas quærere, vocatus
es, etiam si fugias, nunquam concupitam quie-
tem inuenies. Ad hoc enim propositum adduce-
re possumus illud Dorothei: [Si quis quoque
quiete dignus fuerit, & otio, certus fit, factu-
rum cum eo Deum misericordiam, prout opus
fuerit. Quòd si quiete indignus fuerit, vel inu-
tile ei quiescere, si nouum conderet cælum, no-
uam terram, requiem nunquam consequetur.]

Defectus metuis, qui ex conuersatione cum
proximis solent emergere, & aliquam immi-
nutionem feruoris, quam externa pietatis ope-
ra interdum afferunt. Sed animaduerte, quòd,
vt minores defectus alicuius distractionis, vel
obscuritatis mentis fugias, in alios multos ma-
iores non respondendi vocationi tuæ, & scan-
dali fratrum incurris. Hos maiores defectus,
crede mihi, non ita facilè, sed multo igne pur-
gatorio mundabis, illos verò ipsa exercitatio-
ne bonorum, quibus intendis, operum ter-
ges. Nam & Gregorius exponens illud Iob:

Tom. r.
de per-
fect. lib.
2 part. 5.
cap. 42.
& 43.

Doctri-
na 7.

Defectus
contracti
ipsa bo-
norū ope-
rum exer-
citate
purgatur.

19. Mor.
cap. 10.
Iob 29.
6.

Quando lauabam pedes meos butyro, id apertè testatur, sic dicens. Quos ergo pedes Domini, nisi sanctos prædicatores accipimus? De quibus dicit: *Et ambulabo in eis*. Butyro ergo pedes lauantur; quia prædicatores sancti bonorum operum pinguedine replentur. Etenim, vt supra iam diximus, vix ipsa prædicatio sine aliquo transitur admisso. Nam quilibet prædicans, aut ad quantulamcunque indignationem trahitur, si contemnitur: aut ad quantulamcunque gloriam, si ab audientibus veneratur. Vnde & Apostolis pedes loti sunt, vt à quamlibet paruo contagio in ipsa prædicatione contracto, quasi à quodam itinere collecto puluere mundarentur. Et B. Iacobus dicit: *Nolite plures magistrifri fieri, fratres mei*. Et paulo post: *In multis enim offendimus omnes*. Pedes ergo lauantur butyro; quia pinguedine boni operis infunditur atque mundatur collectus puluis de gloria prædicationis.] Si in vacatione ab honestis operibus, & in exequutione ipsorum defectus sunt, vide tu, quos potiùs velis fugere, an maiores quos proprium iudicium, & propria voluntas aduchit, an minores, quos nature humane infirmitas actionibus sanctis interferit? Omnia nostra sunt plena defectibus, adè vt nec in ipso secessu, & instantia orationis, & lectionis puri inueniamur. Intendamus igitur his, quæ nostra vocatio exigit, quæ Deus à nobis requirit, & ne prætexta fugiendarum minimarum culparum, vitam inertem eligamus.

*Non, quæ
suauiora,
meliora.*

Nec debes, ô frater, profectum tuum suauitate metiri.

metiri. Non semper dulciora meliora sunt. Imò quod in alimentis corporis euenit, vt minus suauia sint magis salubria, idem in bonis actionibus accidit, vt magis Deo placeant, & perfectius nos in omni virtute promoueant, quæ minus delectant. Lectio, oratio, contemplatio suauiores sunt, fateor: at postquam his sua temporis spatia concesseris, confessionum auditio, prædicatio, & animarum erectio sunt tibi, & illis vtiliores. Illis quidem, quoniam his ministeriis eas à cœno peccatorum educis: tibi verò, quia ex duobus talentis acceptis orandi, & laborandi nullum otiosum habes. Bernardus verba illa Canticorū: *Meliora sunt vbera tua vino.* Sodalibus etiā sponsæ tribuens, eas sic sponsam alloquentes inducit: [Iniustè murmurās aduersus sponsū; quia id plus valet, quod ille iam dedit, quàm quod tu petis. Quod enim postulas, te quidem delectat; sed vbera quibus paruulos alis, quos & paris, meliora, hoc est, necessaria sunt vino contemplationis. Aliud siquidem est, quod vnus lætificat cor hominis, & aliud, quod lætificat multos. Nam etsi Rachel formosior, sed Lia fecundior est. Noli ergo nimis insistere osculis contemplationis, quia meliora sunt vbera prædicationis.] Accipe, quod melius est, & tace: ne velis perfectioribus imperfectiora præferre. Perfectius est enim tempus diuidere, & orationi, ac animarum lucris vacare, quàm his neglectis solis amplexibus inhærere.

Tu maiorem perfectionem, & animæ profectum quæris, & bene facis. Sed hæc non in abiectioe sapientiarum occupationum cum fratribus,

Cant. 1.
I.
Serm. 9.
in Cant.

Munia
erga pro-
ximos
perfectioni non
obsunt,
sed profectus.

sed in admissione posita sunt. Flebat mater Tobiaë iunioris irremediabilibus lacrymis, quia cum in regionem longinquam amandauerat, atque dicebat: *Heu, heu, me, fili mi, ut quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vita nostræ, spem posteritatis nostræ? Omnia simul in te uno habentes, te non debuimus dimittere à nobis.* At postea vehementer gauisa est, quando eum sponsæ pulcherriam iunctum, & opibus cumulatam venire conspexit. Si, dum actionibus exterioribus insistis, spiritus deuotionis, filius utique charissimus abiit, & ob hanc causam mœrore consumeris, ne desperes, ne de te, aut de illo actum esse existimes, quia perfectioni copulatus, & virtutibus auctus redibit. Nam scriptum est: *Anima, qua benedicit, impinguabitur, & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentium.* Accepisti aliqua frumenta doctrinæ, ne ea abscondas, & pauperes fratres tuos fame perire sinas, imò potiùs diuide cum illis tempus tuum, ac profectum tuum, & aliorum quære, ut ab illo, qui dator est sanctitatis secundum tuum desiderium benedicaris. Ita horas diei vsque ad prandium dispone, ut nullam otiosam prætermittas, sed aut tecum, aut cum proximis bene occupatam infumas.

Tobiaë
10. 4.

Prou.
11. 25,

CAPVT XV.

De conscientia examine ante prandium.

APRIMO signo vsque ad secundum, quo ad consuetam refectionem pulsatur, quadrans horæ elabitur ex consuetudine, in quo, vt ex Bonauentura discimus, conscientia examini vacandum est. Huius verò examinis tum necessitatem, tum multiplices vtilitates, ac tandem illud faciendi rationem exponemus paulo post, cum de examine ante cubitum faciendum scribemus. Vtriusque enim eadem omnino ratio est, aut potius vnum atque idem examen est, bis in die ad maiorem conscientia puritatem acquirendam repetitum. Nam, sicut linteum eo mundius est, quo frequentius eluitur; sic conscientia, eo purior est, quo crebrius examinatione mundatur. Est tamen magnum linteae, conscientiaque discrimen: linteolum namque quo magis lauatur, magis deteritur; at conscientia, quo frequentius & melius aqua examinis, compunctionisque mundatur, eo recentior, & robustior efficitur. Merito ergo ait prædictus doctor: [Sæpissimè discute teipsum, & considera statum mentis, & corporis; quid desit, quid proficiat; quid impediatur profectum, & quomodo illi obuietur, declinando, vel resistendo, aut regendo, aut tolerando.]

Ne tamen alicui molesta videatur tam crebra examinum repetitio, addâ sententia huius sancti doctoris aliorum Patrum documenta, de hac eadem

In regul. nouior. cap. 5.

Lib. 12. à cap. 9. vsque ad 12.

Bona de informat. nouit. parte 2. cap. 13.

Crebra examinum repetitio à SS. Patribus commendatur.

eadem re ab ipsis prolata, vt hanc repetitionem
 examinum semel ex professo summè necessariã
 sciamus, & aures ad id, quod infrà sumus de exa-
 mine nocturno dicturi, vt cum que paremus. Do-
 rotheus rerù spiritualium magister peritissimus,
 sic ait : [Docuerunt enim sæpe nos maiores no-
 stri, quo pacto purgemus nos ipsos per singulos
 dies, vt scilicet ad vesperam perscrutemur no-
 biscum, quomodo transactam diem exegerimus,
 & rursus manè, quomodo noctem, & sic pœni-
 tentiam agamus apud Deum, vt par est, in quo
 peccasse nos deprehenderimus. Sanè cùm admo-
 dum delinquamus, peccemusque, obliuiscamur-
 que delicta & peccata nostra; opus esset nobis
 in horas cura diligenti, & examinatione, quo pa-
 cto scilicet ambulemus id momenti, & tempo-
 ris, & in quo deliquissemus. Deberetque vnus-
 quisque nostrum à seipso, tanquam iudex, ratio-
 nem cuiuslibet facti extorquere, & dicere: Vt
 quid loquutus sum infelix quæ fratrem meum
 morderent, & earperent? Vt quid fratrem ali-
 quid facientem iudicauit? Vt quid eum con-
 tempsi? Vt quid murmurauit, & obloquutus de
 ipso sum? Cur coquam increpauit? Cur pudore
 illum affeci? Cur ego imprudentissimus in me
 ipso obmurmurauit, quod cibaria non bene de-
 coxisset, artificiosè curasset? Dixit mihi cere-
 moniarum princeps, vel quiuis alius fratrum ver-
 bũ, nec ferre potui, at statim aduersus illum lo-
 quutus sum verbum. Sicque per singulos dies
 agendum nobis esset, discutiendum, & cogno-
 scendum, quo pacto ambulemus. Debet item quis
 à se exigere, vt noctem transierit, si videlicet &

Doctri-
 na 11.

cum

cum diligentia, & promptitudine ad vigilias surrexerit, si neglexit respondere excubitori, si contra ipsum in aliquo obmurmurauit.]

Et Dionysius Richelius monachum instruens, sic ait: [Manè inquirat, quemadmodum nocturnum tempus exegerit, qua alacritate diuina persoluerit: & item, qualiter instantem diem fructuose decurrat, sapienter instituat. Denique vesperere contuendum, quomodo dies ipse defluxit, quid agendorum omissum, quid etiam omissendorum commissum, quid profecerit, quantumcunque proficere potuerit, sed neglexit, atque aduenienti se nocti præparet. Hoc utique modo Arsenium dixisse agnouimus, & scimus, quia, si quis ita se instituens ordinet, ibit continuo de virtute in virtutem, videbitque insuper Deum deorum in Sion.]

Lib. de
vita so-
litar. ar-
ti. 24.

Bernardus tandem, si verba eius aptè considerentur, rem hanc vehementiùs exaggerat. Sic enim scribit: [Scrutemur (iuxta Prophetam) vias nostras, & studia nostra, & in eo se quisque iudicet profecisse, non cum inuenerit, quod reprehendat, sed cum, quòd non inuenerit, reprehendet. Tunc te non frustra scrutatus es, si rursus opus esse scrutinio aduertisti, & toties non te fessellit inquisitio tua, quoties iterandam putaueris.] Ita igitur & nos cum istis Patribus sentiamus, & conscientie examen manè, & vesperi non molestum, sed gratum, non superfluum, sed omnino necessarium putemus.

Serm.
58. in
Cant.
Thren.
3. 40.

At examinis meridiani (de quo nunc loquimur) acerrimus hostis est externa occupatio, quæ in illam horam, in qua seculares nos adeunt, solet

Superse-
dendum
occupati-
oni, quæ
in exami-
nis
tempus
inciderit.

174 *De vita religiosè instituenda,*
solet incidere. Tu ne vtilitate huius examinis
carcas, & præstantissimam exercitationem spi-
ritualem prætermittas, occupationem non ne-
cessariam, aut quæ in aliud tempus differri pos-
sit, tunc incidentem, constanter abscinde, neces-
sariam verò, & à qua declinare non possis, ita
fufcipito, vt apud te statuas examen illud non
omittere, sed proxima hora, aut cum primum
potueris, actitare. Nec solùm in hac hora exa-
mine generali contenti sumus, quo omnia no-
stratum interiora, tum exteriora discutimus, ve-
rùm & examen speciale facimus erga illud vi-
tium, aut defectum, aduersùs quem acriùs, vehe-
mentiùsque pugnamus. De quo (quia etiam ite-
rum ante cubitum fit) commodiùs in sequenti
tractatione dicemus.

C A P V T XVI.

De comestione, siue prandio.

*Hora re-
fectionis
periculo-
sa.*

REFECTIONIS hora (viros spirituales al-
loquor) non paucis, nec leuibus periculis
circumuallata est, in qua solemus cibi voluptate
trahi, minùs recta intentione delinquere, ven-
trem alimentis non necessariis onerare, & eo
ipso mentem obtundere. Quare hoc opus, si
quod aliud, magna circumspectione eget, ne,
dum corpus ad animæ salutem reficimus, animæ
decorem, & honestatem amittamus. Colligam
ergo breuiter, quæ de hac re viri spirituales tra-
dunt, vt tu ea sedulò, attentèque custodiens, ita
necessitati corporis satisfacias, vt simul animæ
virtu

virtutes, ac merita promoueas. Dato signo, statim nulla interiecta mora ab examine surgas, & decenter, ac sine festinatione ad triclinium commune procedas. Nunquam enim sanus existens, & absque manifesta necessitate solus, & extra commune refectorium tibi comedendum est: sed pars sanctæ congregationis effectus, non segregatus ab aliis, ac si tui iuris esses, sed simul cum illis tibi appositos cibos accipies. [Semper, inquit Thomas à Campis, ad commune refectorium vadas, quia ibi maior animæ fructus, & puriori inde conscientia cum gratiarum actione prandio facto resurges. Ibi cum debita mensura, cum maiori disciplina, necessitas sumitur naturæ, & superflua refecantur. Ibi susurria nullatenus audiuntur, sed verbum Dei sine murmure cum silentio pertractatur. Qui autem in priuato libenter comedunt, necessitate non cogente, aut disciplinam fugiunt, aut gula vincuntur.]

Dum igitur ad triclinium vadis, cogita, an sis consueta refectione dignus, an aptus cum sanctis ad mensam accumbere, qui tot defectus, & culpas in examine cognitias, admisisti, qui tam tepidè & negligenter vixisti, qui in tot rebus à perfectionis itinere deuiasti. Intentionem tuam ad Deum dirige, & constitue apud teipsum, quia non ad voluptatem, sed ad necessitatem, & ut voluntati diuinæ te subdas, qui voluit homines alimenti indigos facere, & pro eius amore, ac ut vires ad curandam perfectionem habeas, utque proximis seruire possis, debes panem, & alia apponenda manducare. Ac de hoc aliquam

Nunquam solus absque necessitate comedet religiosus.
Lib. 2. de discip. clauf. cap. 6.

Quid ante refectionem cogitandum.

176 *De vita religiosè instituenda,*
quam breuem precationem interiùs fundes,
qua à Domino gratiam postules, vt hac rectif-
sima, & sincerissima intentione manduces.
Hæc autem his verbis interiùs conceptis fieri
posset, quam in itinere ad commune refectorium
fundes.

Oratio ante refectionem.

Dulcissime Domine Iesu, ego nunc ad con-
suetam mei corporis refectionem accipiendam
vado, & alimenta à tua benigna largitate parata
sumpturus accedo. Non quidem, vt corpori in-
dulgeam, neque vt cibi, & potus delectationem
quæram, quam, si possem, omnino reiicerem, sed
vt tuæ voluntati obsecundem, naturali necessi-
tati satisfaciam, & vires ad te diligendum, tibi-
que seruiendum resumam. Hoc opus tibi offero
in vnione illius maximæ humilitatis, qua te, in
hac mortalitate positum, nostris necessitatibus
subdidisti. Da, Domine, vt nec per indiscretio-
nem necessaria carni subtraham, nec per gula
auiditatem in mensura cibi, aut potus excedam,
sed medium tenens virtutis in hoc opere tibi
placeam. Amen.

1. Cor.
10. 30.
Ad Psal.
146.
Sic orans, & faciens, illud Pauli mandatum
implebis: *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud
quid facitis; omnia in gloriam Dei facite.* Vnde
Augustinus. [Si quod manducas, & bibis, ad re-
fectionem corporis sumis, reparationemque
membrorum, gratias agens ei, qui tibi præbuit
mortali, & fragili ista supplementorum solatia, &
cibus tuus, & potus tuus laudat Deum.] Quod
si Deum laudat, manducatio tua in laudem, ac
gloriam

gloriam Dei manifestè recidit.

Postquam ad locum refectioni paratum veneris, sta in loco tuo, non indecenter inclinatus, non mensæ, aut parieti adhærens, non ingredientiens, aut venientes circumspiciens, sed demissis in terram luminibus consuetam benedictionem expectans. Attentè, deuotè, & clara voce, aut mensam benedices, si tibi incumbat, aut benedicenti respondebis, & nihil, quod à te sit dicendum, omittes. Hanc enim fuisse fidelium consuetudinem ab initio nascentis Ecclesiæ, (vt nunc tempora antiquiora taceam) vt mensa, & cibi edendî benedicerentur, constat ex illa sententia Philonis, vitam Christianorum describentis: [Priusquam discumbant, inquit, stantes vna serie decenti, sublatisque in cœlum manibus, atque oculis, his, quoniam didicerunt, cœlestia, illis, vtpote incorruptis à muneribus, & à quæstu illicito, precantur, vt placeat Deo id conuiuium.] Consuetudo autem tam antiqua, non solum omittenda non est, (quis enim eam omittat) sed magna deuotione, ac mentis feruore continuanda. Finita benedictione sede in loco tibi constituto, & inter comedendum, hæc, quæ subiiciemus, seruabis.

Antequam incipias, ea, quæ apponuntur, gratis, & veluti in elemosynam tibi dari cognosce; & breuiter pro benefactoribus, viuis, & defunctis, ac pro his, qui tibi ministrant, precare. Oculos modestè demissos habeas, & nullum neque etiam à latere stantem aspicias, nisi fortè, vt, an aliquid ei desit, aduertas. Chri-

I. Alvarez. de vita rel.

M stum

*Solemne
primis
Christianis fuit,
mensam
benedicere.
De vita
contép.*

stum præsentem habe, & coram illo comede, & ad sacram lectionem insonantem attende. Sic

*Lectioni
deuota
aures ad-
mouenda.*
Reg. 120.
ex ore
uitori-
bus.

namque ait Bernardus: [Cum comedis, non totus comedas, sed attendas lectioni, si fuerit, ubi legatur; si verò non legitur, ibidem cogita de Deo, vt vterque homo sit propria refectiõne refectus.] Et Basilius interrogat, cuiusmodi animi affectione, attentioneue ea debemus audire, quæ ad mensam accumbentibus nobis leguntur? & respondet: [Maiore multo cum delectatione, quàm cum quanta, aut edimus, aut bibimus: atque vt appareat, mentem nequaquam distrahi ad corporis voluptates, sed maiorem in modum se in verbis Domini oblectare. Quod ille faciebat, qui dicebat:

*Pfal. 18.
11.*

Dulciora super mel, & fauum.] Nihil ibi omnino loquaris, & si quid alteri petendum sit, (nam pro te nihil postulabis) non tam verbo, quàm signo patefacies.

*Esculen-
ta vilio-
ra, & in
commune
apposita
libentius
assumen-
da.*

*Regul.
nouit.
cap. 5.*

Ex pane, quem coram te appositum inuenies, fragmentum primum comedes, & donec illud absumpseris, integrum panem ne quidem attinges. Si duo panes coram te sint, nunquam, vt Bonauentura ait, eligas meliorem, si sanus fueris; sed duriori, aut deteriori te pascas, vt & in aliquo abneges te, & bono exemplo astantes non fraudes. Coge te ad manducandum ex his, quæ omnibus in commune apponuntur, licet minùs suauiã, aut minùs salubria tibi videantur; nec cibos singulares affectes, & multo minùs tibi dari postules. In omnibus, sed in his præcipuè, noxia est singularitas, quæ faciliè in exemplum trahitur,

&

& r
ener
grat
to m
tum
vilifi
ri, &
puta
quia
ris. C
idem
ribus
cis, p
Ne
come
enim
semis
quia
sanct
id, qu
sed m
bentu
non d
rum
non q
facul
Hi
rexer
qui te
refeci
que tu
cuius
mih,

& religiosa disciplina paulatim ab imperfectis eneruatur. Nihil tibi appositum spernas, sed grato animo suscipe: non indigneris, & multo minus conqueraris, si quidpiam malè paratum sit, aut si aliquid tibi desit. Puerorum, & vilissimorum hominum est, de cibis conqueri, & de eorum mala præparatione certare. Reputa te indignum beneficiis Dei, & sat scio, quia nunquam de minimis defectibus tristaberis. Cogita etiam, quòd multo meliores te, ut idem sanctus doctor ait, vilioribus, & paucioribus cibis sunt contenti, qui illud, quod a biicis, pro magnis delitiis reputarent.

Nunquam totum, quod tibi appositum est, comedas, sed aliquid Christo relinquant. Reges enim semper habeant, quòd comedant, & quòd seruis dimittant. Et tu, si Deo seruias, rex es, quia seruire Deo regnare est; quare debes hunc sanctum honorem habere, ut minus, quàm sit id, quod offertur, tibi sufficiat. Ne deteriora, sed meliora Christo relinquant, ne ab eo reprobentur, sicut munus Cain reiectum est, quia non de melioribus frugibus oblatum est. Ciborum suauitates, & esculentorum condimenta non quæras, apposita dissimulanter prætereas, & secularibus, ventrique indulgentibus relinquant.

His omnibus ritè seruatis, cum mensam surtaxeris, ex toto corde tuo gratias Deo age, qui te indignum tam abundanter, & benigne refecit. Pulchrè enim dixit Ambrosius: [Vti que tu Christiane, si es utilis, meminisse debes, cuius panem comedis, & ei laudem dicere. Dic mihi, num, si aliquid de tuo cuicumque largiris,

Bonau.
de infor.
mat. no.
uit. par.
1. cap. 8.

Aliquid
semper
Christo
relinquē.
aum.

Genes.
4. 5.

Gratia
reddenda
post refe-
ctionem.
Sermo-
ne 42.

expectas, vt tibi gratias agat, vt benedicat domum, de qua ei humanitas sit tributa? Qui si forte gratias non agit, quemadmodum à te denotatur ingratus? Ita ergo & à nobis expectat, qui nos pascit Deus, vt pro præstitis ab eo elcis illi gratias referamus, & saturati donis ipsius, laudes ei dicamus. Hæc enim beneficiorum est retributio diuinorum, vt, cum refecti fuerimus, bene nos confiteamur acceptos. Ceterum si accipientes diuina munera, taciti, & immemores fuerimus; tanquam ingrati, & indigni eorum subministracione fraudabimur: vt Deum, quem beneficiis non cognouimus, malis ingruentibus requiramus, & aduersis stimulemur ad rogandum, qui prosperis gratias non egimus ad fruendum.] Sic ille. Ac tandem ad omnia hæc meminisse iuuabit illius piæ consideracionis, quam Thomas à Campis in hunc modum scribit: [In mensa recordare Dominicæ coenæ, quid Christus Dominus egerit, & dixerit discipulis suis. Sit prælatus tuus in medio fratrum tuorum, tanquam verus vicarius Christi, reliqui fratres conuescentes, sicut veri Apostoli sancti. Ordo quippe tuæ professionis ex Apostolica vita sumpsit exordium.] Si hac consideracione occupati mensæ accubuerimus, facile erit, prædicta omnia seruare, & religiosorum more, non ad luxum, sed ad necessitatem, & ad diuinam voluntatem explendam, indigentia corporis prouidere.

*Optima
inter com-
menden-
dum me-
ditatio.
Lib. 2. de
discip.
claustr.
cap. 6.*

CAPVT XVII.

*De admittenda aliqua remissione post
prandium.*

OPVS CVLVM istud, non pro fratribus tantum nostri instituti cultoribus, sed pro omnibus religiosis scribimus, & ideo styllum, vt omnibus congruat, temperamus. Quod hoc loco dicendum est, vt res minima, in qua non nihil, licet non sine, tamen medio, ab aliis dissentimus, ita tractetur, vt tam SOCIETATIS nostræ viris, quam aliis Religiosis apta documenta tradantur. Post consuetam ergo corporis refectionem statim ad cellam, vel oratorium ire, vbi talis consuetudo viget, & vtilibus rebus intendere, laudabile est. Quis enim neget hoc bonum esse, vt resecto corpore religiosus silentium teneat, & ad commodum locum, vt sibi, & Deo vacet, se recipiat. Ad quod hortatur Thomas à Campis præstantissimus religiosorum magister in hunc modum: [Prandio facto, ori tuo frænum impone, quia tunc promptior est homo ad loquendum, & ridendum. Memor sis pauperis Lazari ab Angelis in sinum Abrahæ deportati, quia hîc in egestate magna, & doloribus vixit: diues autem diuitiis, & scurrilitatibus vacans, sepultus est in inferno, nunquam inde exiturus. Disce formam vitamque Iesu in omni humilitate, & simplicitate cordis imitari. Tolle quotidie crucem tuam, vincendo tuos defectus, ac tentationibus viriliter resistendo. Nam corpore resecto, caro plus

*Silentij
leges post
prandium
observan-
re, lauda-
bile.*

*Lib. 2. de
discipl.
claustr.
cap. 7.*

tentat, ideo laboribus, & studiis est refrænanda diurnis.

*Iure Religionum
fundatores
silentium post
refectionem
indixerunt.
Exod.
32.6.*

Ex his constat, quare sanctarum religionum fundatores post corporis refectionem silentium custodiendum esse censuerint, ne videlicet roborato corpore appetitus insolescat, & spiritus distractione attenuatus deficiat; ne etiam, dum linguam soluimus, vanis sermonibus effluamus. *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere:* non quidem ludum bonum, & tolerabilem, sed illum, quo & Deo iniuriam, & sibi excidium attulerunt. Ita multi, si post cibum, & potum linguam laxent, & animi remissionem excipiant, solent incautè non parum offendere, & distractionibus cordis immergi. Et optimè dixit Gregorius: [Pæne semper epulas loquacitas sequitur, cumque venter reficitur, lingua defrenatur. Post prandium ergo discedere, & aliorum declinare conspectum, & taciturnitatis fune constringi, bonum est.

Non vacat periculo, religiosos post refectionem in privatorum convivios.

At, quòd religiosi bini, vel terni, vel quaterni, post prandium in cellam alicuius, vel ad angulos domus, vel ad hortum abeant, & seorsum ab aliis colloquantur, & remissionem assumant, periculosum est; præsertim si adolescentiores sint, quibus pro ratione ætatis non admodum est fidendum. Hi namque ex cibo ad lætitiã laxati, & sine teste, quem reuereantur, sermocinationibus occupati, quid mirum, si excedant, & quod toto manè sanctis operibus lucrati sunt, per contentionem, aut detractionem, aut ineptam confabulationem amittant. Est etiam hæc secessio singularitatis indicium, dum, qui ita in vnum ad

fabel

fabellas coeunt, se amicitiam habere particularem ostendunt. Quam Basilius à cœtibus religionis, ut infestissimam pestem, his verbis excludit: [Ac charitatem quidem habere inter se mutuam fratres debent, non ita tamen, ut duo, tresve, seorsim à ceteris sodalitatē inter se coeant. Quādoquidē hoc non charitas est, sed seditio, & diuisio, & eorum, qui sic coeunt, improbitatis indicium. Si enim commune decus disciplinæ charum haberent, qui tales sunt, sine dubio communem, æqualemque aduersus omnes charitatem tenerent. Si verò ipsi à reliquis sua sponte abscessi, disunctique in cœtu cœtum efficiant, vitiosa huiusmodi amicitia conciliatio est, & diuersam quādam à communibus institutis re esse oportet, quæ hos inter ipsos conciliat: atque hoc profectò nihil est aliud, quàm contra veterem disciplinæ stabilitatē, constantiamque innouatio.] Nihil profectò aliud addēdū est, ut hos priuatos conuenticulos excludamus, cū sanctissimi huius doctoris sententia sint sufficienter reprobati.

Quia ergo difficile est, tantam religiosorum multitudinem continere, & post sumptum cibum ad cellas mittere, ad silentium adigere, & hos singulares conuentus paucorum ablegare, ideo B. Pater noster I G N A T I V S sapienter instituit, ut post consuetas corporū refectiones, omnes simul in locū publicum, à quo non sit absens Prælati, nos conferamus, & in eo sublati incommodis, quæ ex secessionibus aliquorum priuatis oriri solent, quietē aliquam, ac remissionē captemus. Tempus enim illud, quod sumptionem cibi subsequitur, ad serias occupationes est

Const.
mouast.
cap. 30.
Particu-
laris ami-
citia pe-
stis reli-
giosi coe-
tus.

Prudens
B. Ignatij
consilium
de capti-
da remis-
sione post
prædium.

ineptissimum. Quare meritò remissioni aliquantula (quam nullus negabit, in vita laboriosa esse necessariam) concedendum fuit, & ex eo simul non parum commodi ad promouendam spiritualem vitam eliciendum. Dum curas enim & labores parùm remittimus, alacriores, & robustiores ad eosdem labores, easdemque curas resumas euadimus. Augetur etiam hac mutua colloquutione fraterna charitas, & sanctus in Christo amor, qui sicut & mutuis beneficiis, ita & amicabili conuersatione prouehitur. Erigunt deinde sese ad res cœlestes desideria, quia, cum res spirituales illis colloquiis sæpe tractentur, non possunt non mentes nostras earundem rerum amore succendere.

Satis periculis, qua poterit emergere, consultum.

Nec timendum est, (meo iudicio) quòd post cibū, & potum surgamus ludere, qui non immoderatis computationibus, ac cōiuuiis institimus, sed sobriam fatis, ac religiosam refectionem vitæ necessariam corporibus nostris concessimus. Et si aliquis esset ita procax, vt aliquid minùs religiosum præsumeret, adest Moses, id est, prælatus, vel qui vicem eius gerit, qui immodestum arguat, eiusque inuerecundiam compefcet.

Illam ab Eremitarum antiquorum auctam exemplo.

Cum itaque ista remissionis hora prædictas vtilitates afferat, & incommoda ex priuatis secessionibus emergentia præscindat, meritò à sanctis illis patribus, eremi cultoribus, qui vitæ rationem asperrimam sectabantur, admissa est. Quod ex Hieronymo ita scribente perspicuum est: [Post hæc concilium soluitur, & vnaquæque decuria cum suo parente pergit ad mensam, quibus per singulas hebdomadas vicif

Epist. II. ad Eustoch.

vicissim ministrant. Nullus in cibo strepitus est, nemo comedens loquitur. Viuitur pane, leguminibus, & oleribus, quæ sale solo condiuntur. Vinum tantum senes accipiunt, quibus, & paruulis sæpe fit prandium, vt aliorum fessa sustentetur ætas, aliorum non frangatur incipiens. Dehinc confurgunt pariter, & hymno dicto, ad præsepia redeunt: ibi vsque ad vesperam, cum suis vnusquisque loquitur, & dicit: Vidistis illum, & illum? quanta in ipso sit gratia? quantum silentium? quàm moderatus incessus? Si infirmum viderint, consolantur; si in Dei amore feruentem, cohortantur ad studium.] Hæc ille.

Seruant & nunc ex parte Carthusienses hanc consuetudinem, dum in diebus festis ad cœnobicam vitam magis, quàm ad anachoriticam declinant, vt clarè indicat Dionysius Richelius illis verbis: [Diebus festiuis post sumptum in refectorio cibum, tenetur eis capitulum, & habent post nonam ad vespervas vsque colloquium.] Sed licèt nullus fuisset in Ecclesia huius rei vsus, nos longa experientia docti sumus, hanc remissionis horam multum commodi ad pacem, ad charitatem, & ad perferendos vitæ spiritualis labores habere, & magnas incommoditates ex priuatis colloquiis emergentes impedire.

Tu itaque frater, qui hoc nostram institutum sequeris, ne leges in hac remissione seruandas, à Patribus nostris custoditas, obliuiscaris. Facta post mensam debita gratiarum actione, manibusque sine vlla fractione silentij lotis, tacens, & te Domino offerens, ac rectam pro sequenti ope-

*Viges
apud
Carthu-
senses
ex parte
istâ con-
suetudo.
De lau-
de vitæ
solitar.
art. 2.*

*Vsque ad
recreatio-
nis locum
conticem-
dum.*

In regula
14.

*Quis mo-
dius in se-
dendo, lo-
quendo, do-
que.*

reintentionem concipiens ad locum destinatum
ibis. Atque in hoc sensu illam Pachomij iussio-
nem intelliges: [Si egressus fueris à cibo, ne lo-
quaris in redeundo, donec ad locum tuum per-
ueneris. Ibi modestè sedebis, non in astantes re-
clinatus, sed rectus, non parieti affixus scapulis,
sed tantillum separatus, ut aliquid mortificatio-
nis sentias, aut certè, si corporis imbecillitas
non ferat, decenter applicitus. Sedebis au-
tem non sociam quærens, quo cum liben-
tiùs loquaris, sed iuxta illum, siue senem, si-
ue iuuenem, siue literatum, aut laicum, quem
fors ingredientium, & priùs sedentium obtule-
rit. Si socius è latere stans senior sit, aut dignita-
te maior, aut cum loqui incipientem expecta,
aut tacentem, ut minor, interroga. Si æqualis sit,
aut minor, poteris tu sine immodestia nota col-
loquium inchoare.

*Religioso
indigna,
prorsus
reticen-
da.*

Memineris, quædam in hoc remissione esse o-
mnino reticenda, quædam verò dicenda. Reti-
cenda sunt, quæ statui religioso minimè con-
gruunt, nec Dei astantis præsentia conueniunt.
De nulla igitur re, aut persona detrahes, nemi-
nem verbo punges, de nulla re cum alio conten-
des, rumores, & nouitates ædificationem non
afferentes, nequaquam narrabis, non indecenter
ridebis, non vociferando verba facies, & deni-
que vniuersos linguæ defectus abscindes. De
quibus Bernardus hæc ait: [Multum loqui,
stultitia est, quoniam in multiloquio peccatum
deesse non potest. Lingua dicitur, quia lingit.
Lingit adulando, mordet detrahendo, occidit
mentiendo. Ligat, & ligari non potest: labilis
est,

De in-
ter. do-
mo, cap.
50.

est,
Lab
ami
min
inte
exh
dit l
nian
ling
mon
ligio
vani
relig
spect
fioni
D
dant
profi
tenda
non l
tracta
quibu
ritori
nobis

est, & teneri non potest, sed labitur, & fallitur. Labitur, ut angilla, penetrat, ut sagitta: tollit amicos, multiplicat inimicos: mouet rixas, seminat discordias. Vno ictu multos percutit, & interficit. Blanda est, & subdola, lata, & parata ad exhaurienda bona, & miscenda mala. Qui custodit linguam suam, custodit animam suam: quoniam mors, & vita in potestate linguæ est. Qui linguam suam, & ventrem custodire non potest, monachus non est.] Si ergo de statu, & vita religiosa in Domino gloriaris, ita linguam tuam à vanis & noxiis auoca, ut ipsa te excessibus tuis religiosum esse non neges, sed potius circumspeditione tua, vitam, & mores vestri, & professioni respondere confirmet.

Dicenda verò sunt, quæ minimè spiritum lædant, & aliquantulæ naturæ nostræ recreationi proficiant. Nimis ergo seria, & grauias tunc omitenda sunt, aut si aliquid serium se offerat, (quod non semel se offert) amicabiliter, iucundèque tractandum. Ut verò in promptu habeas, de quibus in hoc tempore cum aliis vtiliter, & meritorie colloqui possis, propositam omnibus nobis tabellam subiiciam.

Nimis seria non congruit, quod si incidant, iucundè tractanda.

1. De vita Christi, & Sanctorum, deque historiis Ecclesiasticis.
 2. De historiis Societatis tum rerum, tum personarum.
 3. De bonis cuiusque desiderijs, ad proficiendum in via perfectionis, deque fructu ex meditatione collecto.
 4. De bonis desiderijs iuuandi
- pro

proximos: præsertim inter hæreticos, & infideles.

5. De rebus, quas in sacris lectionibus, aut concionibus audierunt: vel inter prandendum, aut cœnandum.

6. De spiritu, & instituto Societatis: de constitutionibus, de regulis, & gratia vocationis: cum humilitate tamen, simplicitate, ac deuotione in Domino, ad perfectam eorum obseruationem.

7. De sua cuiusque vocatione.

8. De virtutibus; iis præsertim, quæ religiosi peculiare sunt, idque iuxta gratiam & proprietatem nostræ vocationis.

Loquantur religiosi tempore recreationis: 9. De vitiis contrariis; non tamen carnis.

10. De morte, iudicio, inferno, paradiso.

11. De iudiciis Dei occultis, ac manifestis.

12. De miseriis mundi, de que periculis eorum, qui in seculo degunt.

13. De securitate eorum qui in Societate viuunt: cum humilitate tamen, nihil eam aliis religiosorum Ordinibus præferendo: sed feruenti spiritu eius gratiam magnificando in Domino.

14. De bonis operibus, quæ conferuntur in proximum.

15. De virtutibus, ac religiosa cō-
uersatione Patrum, ac Fratrum: eo-
rum præsertim, qui vel procul ab-
sunt, vel requiescunt in Domino.

16. De hæreticis & infidelibus no-
stræ tempestatis: quod spectat ad
concipiendum animum, vt aduersus
illos pugnemus in gladio spiritus,
atque oremus, vt Dominus eos con-
uertat.

17. De his tandem rebus loquan-
tur, quæ possint simul & relaxare
animos, & ad spiritualé ædificatio-
nem facere. Eæ autem erunt, quæ
minimum habeant speculationis;
affectus verò habeant religiose ho-
nestos, ac suauiter religiosos.

Primò nec sint religiosi in recreatione singu-
lares, solitarij, aut tetrici. Secundò, ne leues in
actione. Tertio, ne immodesti. Quarto, ne verbo-
si. Quintò, ne iracundi. Sextò, ne contentiosi, aut
ironici. Septimò, ne in incessu incitati. Octauò,
ne molesti, aut acerbi. Nondò, ne voce vtantur
elatiore, aut cachinnis. Ita tamen hæc, & alia hu-
iusmodi, in hac hora conferantur, vt nec quasi
concio instituat, nec quasi disputatio texatur,
sed quidquid illud fuerit, quod in sermonem vo-
catum est, hilariter, & festiuè tractetur. Ita enim
natura nostra oratione, & assidua præsentia Dei,
& iugilectione, & ministeriorum pondere præ-
grauata, se exonerat, & vires ad resumendos la-
bores recuperat.

*Quia in
recreatione dede-
cent.*

Quanti

Magni
refert
utilibus
intendere
sermoci-
nationi-
bus.

Quanti autem referat, de his, & similibus in nostris colloquiis agere, non est facile explicare. Sanè sic illud temporis spatium optimè, & non sine multo merito collocamus, & Christum in medio nostri conuentus manentem, & nobis aridentem habemus. Ibi sæpe compungimur, & amore Dei inardescimus, & sanctis aliis affectibus saginamur, adèd vt accidat nos conuersatione non minus quàm oratione, aut spiritali lectione, sanctis inspirationibus, & bonis propositis præueniri. Tandem sic discimus, quomodo simus cum secularibus loquuturi; nam si inter nos vana profundimus, cum illis etiam vana loquemur, & ad eorum scurrilitates trahemur, nec ipsos verbis nostris ad virtutem permouebimus, imò prorsus nos ad ipsorum prauos mores imitandos excitabimur. Custodi ergo præceptum Ecclesiastici: *In sensu sit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in præceptis Altissimi.* Ita fiet, vt in ipso recreationis tempore non parum in virtute proficias. Fuge ea, quæ te possint aliis inuisum facere, ac propterea ne sis, vt diximus, in recreatione singularis, solitarius, aut tetricus; ne leuis in actione, ne immodestus, verbosus, aut iracundus: ne contentiosus aut ironicus; ne in incessu incitatus; ne molestus, aut acerbus; ne cachinnos admittas, aut voce vtaris elatiore, quæ animum arrogantem, aut distractum præferat, sed potiùs in rebus, & in modo loquendi à via spiritus, & ab amore deuotionis non deuias.

Signo dato
silentij,
sermo
statim
abrum-
pendus.

Dato signo sermonem etiam cœptum abscindes, & ori tuo silentij custodiam impones, & ta-
cens

cens simul cum aliis ad Dominum in Ecclesia sub speciebus sacramentalibus præsentem ibis. Hæc enim remissionis hora spirituales viros, qui toto die à non necessariis tacuerunt, & strenuè laborauerunt excipit. Si autem tu manè, & vesperi verba inutilia proferas, & cor tuum in noxiis, aut superfluis effundas, indignum profus remissione te facies. Ibis ergo ad Ecclesiam tacens, & Dominum, quanto potueris feruore, consalutabis; si aliquid, vel in sumendo cibo, vel in mutuo colloquio erratum fuerit, de eo dolebis, ac veniam humiliter posces, ac gratiam ad sanctè viuendum, & strenuè laborandum in sequenti parte diei, quæ ab hora ista incipit, postulabis.

*In Ecclesia
sua excessum
suum venia
postulanda.*

O R A T I O.

Domine Deus meus, qui fecisti diem, vt in ea honestè ambularemus, & ex ipso cursu Solis, quanta diligentia, & mentis alacritate tibi seruiendum esset, disceremus: dies, obsecro, nostros ita dispone, vt in eis non segniter nostram salutem operemur, & tuam semper gloriam queramus. Amen.

De



D E
OPERIBVS
 RELIGIOSIS
 A MERIDIE
 vsque ad noctem
 faciendis

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

De rebus post meridiem agendis.

*Vesper-
 tina opera
 eadem
 cum ma-
 tutinis.*



AB hac hora, quæ est prima post meridiem, incipit secunda dici pars, in qua eisdem occupationibus, quas ante meridiem exercuimus, non negligenter intendimus. Nam & horas canonicas, ad hoc tempus pertinentes recitamus, & literis studemus, & ministeria spiritualia, & temporalia pro qualitate personarum obimus, & multi iterum ad noctem mentaliter oramus, & moderatam cœnam, aut

refe

refe
 lam
 cubi
 ergo
 in o
 tant
 quan
 redd
 Heb
 tanto
 quan
 vt er
 sunt
 ter in
 sis co
 exeq
 ditio
 tem
 fieri
 cesse
 vigil
 nima
 cum
 fit, n
 dice
 noct
 gam

L

refectionem aliquam accipimus, & nonnullam quietem captamus, & omnes, antequam cubitum eamus, conscientiam discutimus. Hæc ergo omnia eodem modo, ac dictum est, sunt in opus post meridiem producenda, nisi quod tanto purius, & feruentius exequenda sunt, quanto magis mors appropinquat, ac tempus reddendæ rationis. Sic enim Paulus hortatur Hebræos, vt *opera charitatis non deserant*, imò *santo magis illis insistant, quanto viderint appropinquantem diem*. Ita ergo actiones istæ vesperi fiant, vt errata similibus actionum, quæ manè factæ sunt, suo feruore, & diligentia suppleant. Præter ista autem opera sunt alia omnibus religiosi communia, quæ nos ordinariè post meridiem exequimur, de quibus nunc ad legentium eruditionem sigillatim tractabimus. Dicuntur autem in titulo libri à meridie vsque ad noctem fieri, non quod statim in initio noctis ab opere cessemus, quinimò vsque ad multam noctem vigilamus, sed quia eò modo loquendi non minimam partem noctis includimus. Sicut enim cum dicimus, quod aliquid vsque ad Ecclesiam fit, non dicimus, quod in Ecclesia non fiat, ita dicentes hæc opera, quæ subiiciemus, vsque ad noctem facienda, in ipsa nocte fieri non negamus.

illis feruentius incumbendum.

Hebr. 10.25.

CAPVT II.

De lectione spirituali.

LECTIONI spirituali quotidie insistendum est, vt ea, tanquam instrumento præcipuo ad
l. Aluarez de vita rel. N perfe

Lectioni spirituali quotidie insistendum.

perfectionem obtinendam; noster spiritus pro-
uehatur. Spiritualem autem lectionem voca-
mus, qua mysticos libros, & spirituales tracta-
tus euoluimus, in quibus non solam rerum spi-
ritualium notitiam, sed multo magis earum gu-
stum, & affectum quærimus. Hæc nobis ex re-
gula, & ex perpetua, ac inuiolabili consuetudi-
ne iniuncta est, (cui quotidie, & communiter
post meridiem intendimus) & non solum nobis,
sed & omnibus religiosis, ex quibus nos eam
didicimus, commendata. Nam & Benedictus in
regula lectionem spiritualem præcipit in hæc
verba: [Omni tempore, siue ieiunij, siue pran-
dij, mox vt surrexerint à cæna, sedeant omnes
in vnum, & legat vnus collationes, vel vitas
Patrum, aut certè aliquid, quod ædificet au-
dientes. Et paucis interpositis: Mox accedant
ad lectionem collationum, & lectis quatuor,
aut quinque foliis, vel quantum hora permittit,
omnibus in vnum occurrentibus per hanc mo-
ram lectionis: si quis fortè in assignato sibi com-
misso fuerit occupatus occurrat.] Magnus quo-
que doctor Bonauentura eam commendat suis
fratribus, qui inter alia sic ait: [De quotidiana
lectione aliquid quotidie in ventre memoriæ di-
mittendum est, quod fidelius digeratur, & rur-
sum reuocatum crebrius ruminetur, quod pro-
posito conueniat, quod intentioni proficiat,
quod detineat animum, vt aliena cogitare non
libeat.] Nullus verò erit in cœtibus religiosis,
vt credo, qui hos Patres audiens, tempus ad li-
bros spirituales legendos de cætero non sibi
præscribat.

Regul.
B. Bene-
dicti.
cap. 42.

*Benedi-
ctinis mo-
nachis à
suo præ-
scripta
fundato-
re.*

*Eandem
Francis-
canis Bo-
nauentu-
ra com-
mendat.*

In sæ-
culo di-
scipline,
par. 2.
cap. 7.

*Lectionem spirituales omnibus esse
utilem. §. I.*

Nec existimandum est, hanc lectionem aut Nulli nō
solum imperitis, aut solis imperfectis iniungi, *ad hoc sa-
pienti, &
perfecto
assumen-
da.*
imò sciendum omnibus, sapientissimis quoque
& perfectissimis assumendam proponi. Lite-
rati in ea indigent, si non ut noua sciant, at ut
ad scita exequenda se moueant. Et multa sterili
cognitione scimus, quæ lecta voluntatem af-
ficiunt, & ex affectu ea non solum ad scientiam,
sed ad actionem cognoscimus. Perfecti etiam
lectione egent, quia nunquam adeò perfecti sunt
quin amplius perfici, & promoueri non possint.
Lectio verò maiora perfectionis amplioris desi-
deria ingerit, & gradus eius altiores ostendit. At-
que utriusque tam doctis, quam perfectis, Sa-
lomon lectionis usum monstrat, dicens: *Au-
diens sapiens sapientior erit, & intelligens guber-
nacula possidebit.* Quis sapiens, nisi scientia
peritus, & quis intelligens, qui possit guber-
nacula possidere, id est, gubernatoribus impe-
rare, nisi perfectus? Sed ille ex lectione maio-
rem sapientiam, & iste ad docendos alios am-
pliolem gustum sapientiae percipiet. Certè Tho-
mas Aquinas sapiens, & perfectus erat, imò &
sapientissimorum magister egregius, & mirabi-
lissimum perfectionis exemplar, de quo ta-
men hæc scripta sunt: Est autem hoc quoque
in sancto viro memorabile, quòd, cum ei esset
integrum, libenter solitus fuerit aliquid in
Patrum collationibus lectitare, ne ex rerum
subtilium speculatione affectus eius non nihil

PROV. I.

5.

*Magis
circa hoc
S. Thoma
exemplū.*

In vita
apud Sa-
uonum in
Martio.

teperserit, possétque se rursus faciliùs ad diuina contemplanda colligere & erigere. Sanctissimus autem vir nō sine exemplo lectioni spirituali vacabat; vnde ibidem subditur: [Et in hoc quidem S. Dominicum sectatus est, quem eius libri lectione constat magnopere fuisse delectatum, & ad magnam vitæ perfectionem incitatum, atque promotum.] Quis nunc prætextu scientiæ, aut adeptæ sanctitatis à lectione spirituali se eximat, quam tam sapiens, ac sanctus vir sapientibus, ac sanctis suo exemplo utilissimam esse commonstrat.

Utilitates illius pereximias.

Tu ergo quotidie, saltem per horam, vel semihoram, lectioni librorum mysticorum, & spiritualium intende. Illa enim, vt magistra, sensum sacrarum Scripturarum reuelat: illa, vt lucerna, aut sydus fulgentissimum, intellectum illuminat: illa, vt nutrix, spiritu infantulos loqui docet, & ad orationem, & meditationem allicit: illa, vt ignis castos diuini amoris affectus accendit: illa demum, vt pædagogus, cor nostrum colligit, & à distractionibus, & cogitationibus ineptis auertit. Proinde meritò Bonauentura te ad lectionem hortatur, dicens: [Lege Sanctorum vitam, & doctrinam, vt in comparatione eorum semper humiliaris, & instruaris, & accendaris ad deuotionem, & prouoceris ad studium, & informeris in intellectu Scripturarum, & illumineris ad fidem, & scias discernere verum à falso, bonum à malo, vitium à virtute, & remedia vitiorum ac tentationum.] Hæc ille.

Tract.
infor.
nouit.
cap. 14.

Ad lectionem autem vtiliter exercendam, id in primis seruandum est, ne singulis diebus liber mutetur, sed aliquo longo tempore vnus author idemque legatur. Fortuita namque lectio, vt Bonauentura ait, & quasi casu reperta, non ædificat, sed reddit instabilem animum. Et fastidientis stomachi est, non esurientis, multa degustare, quæ, vbi varia sunt, & diuersa, inquinant, & non alant. Librum autem ad legendum acceptum, à principio continenter leges, vt probè intelligas, & non ex curiositate per varia discurras.

Nō quosidie, non vnus liber in lectionem veniet. In Spec. parte 2. cap. 7.

Quomodo autem legendum sit, prius ex verbis Hieronymi, quàm ex meis addisce. Ille enim sic ait: [Ita Scripturas sacras lege, vt semper memineris, Dei illa verba esse, qui legem suam non solum sciri, sed etiam impleri iubet. Nihil enim prodest facienda didicisse, & non facere. Optimè vteris lectione diuina, si eam tibi adhibeas speculi vice, vt ibi, velut ad imaginem suam, anima respiciat, & vel scæda quæque corrigat, vel pulchra plus ornet. Lectionem frequenter interrumpat oratio, & animam iugiter adhaerentem Deo, grata vicissitudo sancti operis accendat. Nunc te igitur ordo instruat cœlestis historiæ, nunc sanctum David oblectet canticum: nunc Salomonis erudiat sapientia: nunc ad timorem Domini increpationes incitent Prophetarum: nunc Euangelica, & Apostolica perfectio te Christo in omni morum sanctitate coniun-

Modus legendi ex Hieronymo. Epist. 1. ad Demetriadem, tomo 9.

gat. Quæ paranda sunt, memoria penitus inferre, eaque iugi meditatione conserua: quæ maturanda sunt, frequenter reuolue, vt diuinum hoc studium, & cœlestis schola, & mores simul Virginis ornent, & sensum, tradantque tibi cum sapientia sanctitatem. Vnde Scriptura dicit: *Qui querunt Deum, inueniunt sapientiam cum iustitia.* Sit autem ipsa lectio temperata, cui finem consilium, non lassitudo imponat. Nam vt immoderata ieiunia, & ardor abstinentiæ, & enormes, inordinatæque vigiliæ, intemperantiæ coarguuntur, idque nimietate sui pariunt, vt hæc ipsa postea nec mediocriter quidem fieri possint; ita studium lectionis in reprehensionem intemperans cadit, quodque laudabile est in tempore suo, fit de nimietate culpabile. Generaliter quidem, sed breuiter, strictimque dicendum est: in bonis quoque rebus, quidquid modum excesserit, vitium est.]

Hæc vniuersa Hieronymus, quibus nihil addendum duximus, nisi, vt pro rudioribus eadem verbis crassioribus repetamus. Spirituallis ergo lectio quotidiana sit, ita, vt sicut quotidie oramus, & meditamur, ita quotidie aliquid pro excitando affectu legamus. Lectio enim meditationem docet, & multi, nisi lectione se præueniant, quid sint meditaturo, prorsus ignorant.

*Lectio
præcedat,
inerrum-
pat, &
finiat
oratio.
De pa-
rient.
tom 1.*

Lectio præcedat oratio breuis, qua gratiam ad intelligendum, & fructum decerpendum postulemus. Sanctus Ephrem sic ante lectionem orandum esse dicit: [Domine Iesu
Christe

frangit eius intentionem. Illos autem libros præcipuè debes legere, qui vel instruunt te de moribus, de extirpatione, & natura vitiorum, de exercitiis virtutum, & spirituali profectu, vel illos, qui in te augent deuotionem, & inflammant affectum ad Christum, & ad cœlestia.] Tempore igitur studij, aut scientiæ acquirendæ libros subtiles, & profundi sermonis leges; hoc verò tempore deuotioni destinato libros solùm affectum excitantes euolues.

Non discedi auidit a e, sed desiderio bene operandi legendum.
Ibid.

Lectio item à Dei timore, & amore incipiat, & non ad solam notitiam, sed ad opus, quod lectum fuerit, dirigatur: ita scilicet, vt sicut in oratione, ita & in hac lectione mentis tuæ reformationem, & puritatem inquiras. De quò idem author sic ait: [Igitur timore percussus, & compunctione depressus, affectu quoque, & desiderio ascendendi inflammatus, lectionem tibi arripe ad tuum profectum, ita videlicet, vt te semper ad ascendendum admoneat, ad proficiendum hortetur, vt, quidquid legis, ad ascensum puritatis, & charitatis tibi proficiat, vel viam ascensus per sancta opera, & exercitia ostendendo, vel affectum tuum ad ascendendum inflammando, timorem incutiendo, vel per spem subleuando. Itaque, vt quidam ait, Christiano Philosopho lectio admonitio debet esse, non occupatio. Hoc autem facile fiet, si secundum doctrinam Augustini, initium cum volueris legere, sit timor Domini, si videlicet timor intentionem, & affectum tuum regulet, vt non nisi profectam quæras spiritualem ad cordis puritatem, &

& sicut ille sanctus Antonius, de quo refert Gregorius, non quæras scientiam verborum, sed solum compunctionis inquiras, quatenus per hoc incitata mens tua inardescat, & ima deferens ad cœlestia bona tendat.] Et post multa: [Et certè principalis intentio tua, sicut in omnibus exercitiis, debet esse puritas cordis, non vanitas, non tantum ut scias, sed multo minus ut sciatis, sed ut tibi proficias, & aliis pro tuo modulo.] Sic ille. Finis ergo huius lectionis non est scire, sed agere, non loqui, sed operari, non intellectum pascere, sed affectum permouere.

Tempore huius lectionis non multa legantur, plura cogitentur, plura deliberentur, & quoniam pacto ea fieri oporteat, apud se quisque meditetur. Si ea, quæ legeris, fixa in memoria non hæserint, ne nimium solliceris, sola lectio animum reficit, & nescio quomodo sine fixa recordatione spiritum promouet: quod Dacrianus monachus aptissima similitudine docuit: [Non turberis, inquit, si bona, quæ legis, aut audis, vniuersa in memoria non retineas. Nam quemadmodum vas, quod sæpius aqua perfunditur, purum permanet, etiamsi aqua infusa statim effluat: ita si mentem beneuolam doctrina spiritualis crebrò pertransierit, quamuis ibi non persistat, ipsam tamen mentem nitidam, Deoque placentem reddit, & conseruat. Vtilitas tua singularis non in hoc sita est, ut doctrinæ verba memoriæ commendes, sed ut doctrinæ, verborumque effectus in te remaneat: id est, ut tu ex doctrina puritatem interiorem, paratam-

In 4.
Dialog.

Nō multa legenda, sed multum pauca ruminanda.

In spec. monach. habetur tom. 5. Bibliothecæ.

202 *De vita religiosè instituenda,*
que voluntatem adimplendi mandata diuina
consequare.] Si hac ratione, quam exposuimus,
spirituali lectioni per aliquod tempus quotidie
te dederis, mens tua, tanquam saluberrimis, &
suauissimis cibis refecta, & fortis ad operandum
bona, & ad resistendum malis euadet, & non se-
mel defectus orationis minùs feruidæ, & distra-
ctæ supplebit.

C A P V T III.

De psalterio B. Virginis.

*Post Dei
cultum
tota Ec-
clesia im-
maculata
Virginis
cultus
consecra-
ta.*

TO T A M Ecclesiam post cultum Dei, cultui
beatissimæ Mariæ virginis, & ipsius Dei
matris esse dicatam, aut esse cultui Dei in virgi-
ne consecratam & addictam, ille poterit igno-
rare, qui Ecclesiam ipsam ignorat. Hæc enim
templorum non tam ornata, quàm plena in me-
moriâ Deiparæ dicatorum, solennitatibus fre-
quentissimis eiusdem Virginis occupatæ, eius
imaginibus cincta, & precibus ad eandem fuis
intenta, de hoc cultu hyperdulæ (vt vocant) quo
beatam prosequitur Virginem, gloriatur, & se
ignorati Virginis cultricem, & amatricem mini-
mè patitur. Et id quidem meritò, quoniam Do-
minam nostram (sicut re vera est) Verbi Dei ma-
trem prædicat, & suam reginam potentissimam,
suam matrem piissimam, & suum fidelissimum
præsidium, ac tutamen agnoscit. Cui meritò di-
cit eius amator Bernardus: [Sileat misericor-
diam tuam, Virgo beata, si quis est, qui inuoca-
tam eam in necessitatibus suis, sibi meminerit
& defuit

Hom. 4.
sup Mis-
sit.

defuisse: nos quidem seruuli tui ceteris in virtutibus congaudemus tibi, sed in hac potius nobis ipsis. Laudamus virginitatem, humilitatem miramur, sed misericordia dulcius sapit, misericordiam amplectimur charius, recordamur sæpius, crebrius inuocamus. Hæc est enim quæ totius mundi reparationem obtinuit, salutem omnium impetrauit. Per te, ô genetrix beata, cælum repletum, infernus euacuatus est, instauratæ ruinæ cælestis Ierusalem, expectantibus miseris vita perdata data. Sic potentissima, & piissima charitas, & affectu compatiendi, & subueniendi abundat effectu, æquè locuples in vtroque.] Sic ille. Si tanta, & tam eximia bona de manu piissimæ, & sanctissimæ matris singulis momentis suscipimus, quid magnum, si omnes fideles eam ex totis præcordiis honoremus.

Quod sit psalterium B. Virginis, & quæ eius partes. §. I.

Inter alias autem preces, quæ pro Virginis, ac matris nostræ honore funduntur, illa precatio solennis est, & nescio an ab aliquo etiam perditissimo fidelium omissa, quæ Virginis rosarium, aut sertum, aut psalterium nuncupatur. Rosarium quidem, quoniam ex pluribus Angelicis salutationibus, tanquam ex suaueolentibus rosis, componitur; sertum, quia Virgini ex ardentissimo animarum erga eam amore, ab ipsis velut diadema regium offertur; psalterium tantem, quia sicut psalterium Davidis centum & quinquaginta Psalmis constat, ita & ista precatio ex eodem salutationum Angelicarum numero,

*De mul-
torum B.
Virginis
psalterij
nominum
ratione.*

in

in quindecim denarios per quindecim orationes Dominicas distincto concinnatur. Quoniam autem commune est apud omnes, hanc precationem memoriter recitare, vsus inter fideles inoleuit, globulos, siue orbiculos precatorios filo insertos gestandi, qui fragilitati memoriæ deseruiant. Quorum inuentor dignus sanè laude dicitur Petrus quidam Eremita, homo Gallus (sic enim scribit Polydorus Virgilius) ciuis Ambianensis, qui circiter annum millesimum nonagesimum virtute floruit, & cum Urbano II. Pontifice maximo egit, vt nostri suscepto bello Asiatico Ierosolymas recuperarent. A tempore autem Dominici, sanctissimi Ordinis prædicatorum parentis vsus rosariorum (sic enim orbiculi illi filo inclusi vocantur) in tantum inualuit, vt nemo pæne sit fidelium, aut sapiens, aut idiota, aut magnus, vel paruus, aut vir, aut mulier, qui rosarium secum non gestet, & congruo tempore hanc precationem non recitet.

Quis Rosarij inuentor.
Lib. 5. de inuentione rerum, cap. 10.

Deuotius religiosi psalterium percurrere tenentur.

Quòd si vniuersorum mos fidelium est B. Virginè hac pietatis, & dulcedinis referta precatione inuocare, quanto inuiolabilius, feruentius, & deuotius religiosi eam fundent, qui Mariam omnium religionum matrem sanctissimam esse fatentur, & eius venerationi addicti sunt. Sat ergo scio, o serue Dei, te quotidie hac precatione vti, teque innumeros pæne modos à sanctis viris adinuentos recitandi psalterium hoc non ignorare. Sed, vt ego desiderio meo non desim, sanctam Virginem honorandi, à qua sine vliò dubio vires ad scribendum accipio, & vt integritati huius opusculi satisfaciam, in quo de
quo

quotidianus operibus religiosis dissero, cõmunio-
riorem modum recitandi psalterium, quo sem-
per vtor, nonnulla ei adiciendo conscribam.

Psalterium istud in tres quinquagenas saluta-
tionum Angelicarum, quarum quælibet per
quinque denarios, quinque Dominicis oratio-
nibus distinctos distributa est. Et quia quotidie
vna tantum quinquagena ab occupatis recita-
tur, duobus psalteriis per hebdomadam à feria
secunda vsque ad sabbatum, (nam de die Do-
minica postea dicam) tota hæc precatio ritè
conficitur. Hæc autem (vt manifestum est)
quindecim denariis constat, qui in honorem
quindecim misteriorum vitæ, & passionis, & re-
surrectionis Iesu Christi saluatoris nostri dicen-
di, & eorum misteriorum meditationi adiun-
gendi sunt. Horum quinque ad gaudia Virginis
ineffabilia, quinque ad dolores eius acerbissi-
mos, & quinque ad gloriam ipsius incompre-
hensibilem pertinent. Ad ista mysteria in fine
cuiusque denarij meditanda illos exhortamur,
qui prolixius ad meditandum tempus destina-
tum non habent. Sed tibi, qui longa in contem-
platione diuinorum misteriorum insunis hora-
rum spatia, hoc onus non imponimus, sed tan-
tum ad faciendum in fine singulorum denario-
rum mysterij correspondentis memoriam, & ad
aliquem sanctum affectum concipiendum, ali-
quidque postulandum mouemus. Et iux-
ta hæc sic poteris psalterium Virginis reci-
tare.

Quomodo psalterium hoc recitan-
dum. §. 2.

*Psalterij
pralu-
dium.
Psal. 50.
17.*

Ab illo versu Psalmi quinquagesimi, quo Ec-
clesia horas canonicas incipit, tuum psalterium
inchoabis, dicēsque, *Domine labia mea aperies, &
os meum annuntiabit laudem tuam.* Labia namque
nostra ad proferendas Virginis laudes solus
Deus aperit, & ex ore nostro laudem suam,
quem, Virginem laudando, laudamus, ipse est,
qui perficit. Deinde huic versiculo alium pro
Ecclesiæ etiam more ex Psalmo sexagesimo no-

Psal. 69. 1.

*no: Deus in adiutorium meum intende; Domine ad
adiuandum me festina,* sumptum adiunges. Item
per alium versum ab Angelis decantatum: *Gloria
Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.* sanctam Tri-
nitatem glorificabis. Ac tandem per hymnum:
Memento salutis author, cum illis versiculis: *Di-
gnare me laudare te, Virgo sacrata; da mihi virtu-
tem contra hostes tuos: & per vocem Kyrie elei-
son, ter repetitam, hoc præambulum psalterij
concludes.*

Facto hoc præludio, orationem Dominicam
semel recitabis. Ab ea enim quæ ore Domini
pronuntiata est, & omnibus orationibus maior,
& præstantior est, debes rosarium ordiri. Post il-
lam verò decem salutationes Angelicas dices;
quibus finitis, versum illum: *Gloria Patri, & Fi-
lio, & Spiritui sancto,* iterum repetes: & eodem
ordine reliquos denarios, aut viuis quinquage-
næ, si solam illam recites, aut totius psalterij,
perficies.

*Quomodo
mysteria
vitæ Do-
mini cõ-
m-mo-
randa.*

Vt autem scias, quomodo mysteria vitæ Do-
mini

mini commemoranda sunt, prius ea percurramus. Quinque prima mysteria sunt lætitiæ, quæ quinque denariis primæ quinquagenæ coaptantur. Sunt autem annuntiatio incarnationis, atque ipsa incarnatio filij Dei: visitatio Elizabethæ, & sanctificatio Ioannis Baptistæ: natiuitas Saluatoris, adoratio magorum, & inuentio pueri Iesu duodenis in templo. Quinque media mysteria, sunt tristitiæ, quæ accommodantur quinque denariis secundæ quinquagenæ, sunt verò hæc: Christi oratio, & sudor sanguinis in horto, eius flagellatio, coronæ spineæ suscepio, crucis baiulatio, & patibulo crucis affixio. Quinque postrema mysteria, sunt gloriæ, quæ denariis quinque tertiæ quinquagenæ respondent. Sunt autem hæc: Christi Saluatoris resurrectio, eiusdem in cælum ascensio, Spiritus sancti ad discipulos missio, Virginis nostræ in æthereas sedes assumptio, ac tandem ipsi reginæ omnium Angelorum facta incorruptibilis, ac reginæ coronæ donatio.

Cum ergo orationes Dominicas recitaueris, Christum Iesum, seruatò prædicto ordine, mysteria ista patrantem oculis mentis aspicias. Vt in prima quinquagena eum carne velatum, Ioannis sanctificationem operantem, recens natum, à regibus adoratam, & in templo disputantem meditaberis. In secunda ipsum Dominum orantem, flagellis liuidum, & ad columnam ligatum, spinis coronatum, cruce oneratum, & eadem affixum contempleris. In tertiâ, resurgentem, in cælum ascendentem, spiritum suum mittentem, matrem in æternis sedibus excipientem,

*Christus
cordis
oculis se-
cundum
mysterio-
rum or-
dinem
describan-
dus.*

tem, eandemque coronantem intueberis. Domino itaque sic considerato verba Dominicæ orationis sic dices, vt affectus voci respondeat, & quod vox petit, cor quoque & desiderium exposcat. Similiter cùm salutationes Angelicas protuleris, Virginem eisdem mysteriis assistentem, aut eadem considerantem, aut ipsis cooperantem aspicias: verbaque illa non sine mentis affectu pronuntiabis. Imò primis illis verbis: *Aue Maria*, illam reuerenter, & deuotè salutabis; sequentibus: *Gratia plena, Dominus tecum*, ipsam ex toto corde laudabis; his verò quæ statim ponuntur: *Et benedictus fructus ventris tui Iesus*, te in tui saluatoris amorem accendes; postremis tandem: *Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis nostre, Amen*, suarum potentissimarum orationum suffragia, & felicem ex hac vita decessum petes.

Inspicienda, & B. virgo, mysteriis cooperas.

De prima quinquagena. §. 3.

Aliqua breuis precatio post denarium quodlibet corde, vel ore formanda.

Nunc ad finem cuiusque denarij redeamus, in quo aliqua breuis precatio mente saltem aut etiã ore formãda est, quæ affectũ aliquem gaudij, vel doloris, vel exultationis iuxta qualitatem mysterij contineat, quæ aliquid consonum mysterio petat, & quæ B. Virginem aliquo nomine ad laudem eius pertinente compellet. In primo igitur denario vocabis eam felicissimam; nam verè felix admodum fuit, quæ in matrem Dei electa fuit, vtque remissionem peccatorum impetret, qua filius Dei efficiaris, petes. In secundo vocabis eam benignissimam; nam verè bono-

tum feracissima fuit, quæ Ioannem peccato originali sordentem, vt Verbi instrumentum, emundauit, & domum illam Zachariæ innumeris bonis repleuit, & ab ea spiritum mortificationis, quo disponaris ad Dei visitationes suscipiendas, postulabis. In tertio vocabis eam purissimam; nam verè purior fuit Sole, quæ filium Dei sine vlllo integritatis suæ detrimento, & sine vlllo carnis, aut mentis inquinamento peperit: & tranquillitatem animæ tuæ, contemptumque fastus sæculi à Christo nato demonstratum exposces. In quarto vocabis eam altissimam; nam vero cælo fuit excellior, quæ, vt Dei thronus, Christum regem à gentibus adoratum brachijs sustinuit, & gratiam ad adorandum Dominum exterius, & interius in spiritu, & veritate efflagitabis. In quinto vocabis eam sollicitissimam; nam verè sollicitior fuit Martha, quæ puerum absentem tantis lacrymis, ac feruore quasiuit, donec illum inuenit, & donum feruoris tibi immitti rogabis.

Si hæc non tibi sufficiunt, ecce ipsas preculas, quibus, dum commodiores non suppetunt, vti poteris.

Post primum denarium sic dices.

Gaudeo, & congratulor tibi, ô Virgo Maria, domina, & mater mea felicissima, quia à Patre in sponsam electa, quia à filio in matrem assumpta, quia à Spiritu sancto in totius Deitatis habitaculum preparata, & ab Angelo salutata, & laudata es. Oro te, domina mea, & mater filij Dei per mysterium ineffabilis incarnationis eius, quo ex

B. Virgo in Christi conceptione vocanda, sanctissima.

I. Alvarez de vita rel.

O te

te carnem noſtram induit, & te ſuam matrem effecit, vt impetres mihi remiſſionem peccatorum meorum, vt per gratiam ipſius filius efficiat. Amen.

Post ſecundum denarium ſic precaberis.

*In viſitatione,
benigniſſima.*

Gaudeo, & congratulor tibi, ô Virgo Maria, domina mea, & mater mea benigniſſima, quia ſpiritu charitatis acta ad domum cognatæ properaſti, præcurſori ſanctitatem attuliſti, & domum illam cœleſtibus bonis repleſti. Oro te, domina mea, & mater filij Dei, per opus illud eximie charitatis, quo cognatam tuam viſitaſti, & Ioannem ad tantum bonum prouexiſti, vt impetres mihi à filio tuo mortificationis donum, quo conuenienter paratus, eius afflatus, & viſitationes excipiam. Amen.

Post tertium denarium ſic orabis.

*In partu,
purifiſſima.*

Gaudeo, & congratulor tibi, ô Virgo Maria, domina mea, & mater mea puriſſima, quia Verbum Patris carne tua tectum peperiſti, pannis inuoluſti, in præſepio reclinaſti, & poſt partum inuiolata permansiſti. Oro te, domina mea, & mater filij Dei per ſanctiſſimum myſterium natiuitatis eius, vt impetres mihi ab eodem filio tuo quietam mentem, & ſantum ſæculi aſpernantem, vt me paruulum factum ſuum ſectatorem agnoſcat. Amen.

*In regum
adoratione,
altiſſima.*

Post quartum denarium ſic petes.

Gaudeo, & congratulor tibi, ô Virgo Maria,

ria, domina mea, & mater mea altissima, quia fedes Saluatoris effecta eum sustentasti, vt à tribus regibus adoraretur, & munera, aurum, thus, & myrrham in signum suæ dignitatis, & deitatis, & mortalitatis acciperet. Oro te, domina mea, & mater filij Dei per mysterium manifestationis eius, quo mundo, & gentibus sui notitiam præbuit, vt impetres mihi ab eodem filio tuo spiritum rectè adorandi eum interiùs, & exteriùs, in spiritu, & veritate, quo ei me totum in holocaustum offeram. Amen.

Post quintum denarium sic postulabis.

Gaudeo, & congratulor tibi, ô Virgo Maria, In filij conquestione, sollicitissima. domina mea, & mater mea sollicitissima, quia filium tuum duodenem in templo remanentem sollicitè quæstisti, feliciter inuenisti, & de mysterio disputationis eius cum doctoribus, exultasti. Oro te, domina mea, & mater filij Dei, per gaudium inuentionis eius, & latissimam auditionem verborum eius, vt impetres mihi ab eodem filio tuo donum feruoris, & sollicitudinis, quo eum quotidie ampliùs, & ampliùs quæram. Amen.

De secunda quinquagena. §. 4.

In secunda quinquagena eodem modo procedes, nisi quòd, sicut mysteria distincta sunt, ita etiam & titulos Virginis, & virtutes postulandas mutabis. In primo igitur huius secundæ quinquagenæ denario, vocabis eam fidelissimam, quia verè fidelissima fuit erga Deum, quæ filium

212 *De vita religiosè instituenda,*

ab eo dono susceptum, Patri repetenti ad passionem obtulit, & æquanimiter tali, ac tanto filio orbata permansit: petesque ab ea spiritum resignationis, quo in omnibus tum prosperis, tum aduersis diuinæ voluntati subiiciaris. In secundo denario vocabis eam misericordissimam; nam verè misericors fuit erga homines, quæ vt homines à miseria peccati, & mortis liberatos videret, commerita ab ipsis flagella dorsum dilecti filij sui dilacerare sustinuit: petesque ab ea spiritum paupertatis, quo omnia sæculi huius bona contemnas. In tertio denario vocabis eam prudentissimam; nam vere prudentissima fuit, quæ in tantis afflictionibus filij sibi absque dubio notis, silere didicit, & vsque ad congruum tempus domi abscondita se continuit: postulabisque ab ea spiritum castitatis, quo mente, & corpore mundus existas. In quarto denario vocabis eam feruentissimam; nam verè feruentissima fuit, quæ præstituto à Deo tempore quietem deseruit, & filium ad crucem properantem comitatura quæsiuit; petesque ab ea spiritum obedientiæ, quo in omnibus non tuam, sed Dei voluntatem adimpleas. In quinto denario vocabis eam perseuerantissimam: verè enim perseuerantiæ plena fuit, quæ filium neque in passione, neque in ipsa morte reliquit: petesque vt impetret tibi spiritum humilitatis, quo te omni humanæ creaturæ submittas. Iam ipsas preculas excipe.

Post

Post primum huius secunda quinquagena denarium orabis sic.

Laudo, & condoleo tibi, ô Virgo Maria, In commemoratione gestorum in horto, fidelissima.
 domina mea, & mater mea fidelissima, ob maximum dolorem à te conceptum ex angustiis in horto, & sudore sanguineo vnigeniti filij tui. Oro te, domina mea, & mater filij Dei, ob summam afflictionem eius, & promptissimam voluntatem, qua se ad mortem pro nobis obtulit, vt impetres mihi spiritum resignationis, & verissimam cum diuina voluntate concordiam, vt in omnibus creatori meo subiiciar. Amen.

Post secundum denarium sic.

Laudo, & condoleo tibi, ô Virgo Maria, In flagellis, misericordissima.
 domina mea, & mater mea misericordissima, ob maximum dolorem à te conceptum in nuditate, & flagellis, & liuoribus, & plagis tibi compertis vnigeniti filij tui. Oro te, domina mea, & mater filij Dei, ob nuditatem eius, qua nudus, & ligatus ad columnam stetit, & pro vulneribus, quæ sustinuit, vt impetres mihi spiritum paupertatis, quo omnes mundi diuitias, vniuersaque commoda pro nihilo ducam. Amen.

Post tertium denarium sic.

Laudo, & condoleo tibi, ô Virgo Maria, In spinea corona impositione, presentissima.
 domina mea, & mater mea prudentissima, ob maximum dolorem à te conceptum, ex seruo illo spinarum acerbissimo, & ex alapis, & sputis, & aliis

214 *De vita religiosè instituenda,*

irrifionibus vnigeniti filij tui. Oro te, domina mea, & mater filij Dei, per opprobria, & ignominias ab ipso susceptas, vt impetres mihi spiritum castitatis, quo mundus corde, & corpore, ab ignominia corporis mei liberer. Amen.

Post quartum denarium sic.

*In crucis
basi-
latione fer-
uentis-
sima.*

Laudo, & condoleo tibi, ô Virgo Maria, domina mea, & mater mea feruentissima, ob dolorem à te conceptum in baiulatione crucis, & lassitudine, & sudoribus vnigeniti filij tui. Oro te, domina mea, & mater filij Dei, ob pondus crucis eius, & irrisam innocentiam eius, vt impetres mihi spiritum obedientiæ, quo crucem amabilem status mei libenter post ipsum portem. Amen.

Post quintum denarium sic.

*In cruci-
fixione,
perseue-
rantis-
sima.*

Laudo, & condoleo tibi, ô Virgo Maria, domina mea, & mater mea perseuerantissima, ob maximum dolorem à te conceptum in crucifixione, & tormento, & plagis manuum, & pedum, & lateris, & in septem verbis à te auditis vnigeniti filij tui. Oro te, domina mea, & mater filij Dei, ob tam eximium ab ipso datum in cruce humilitatis exemplum, vt impetres mihi spiritum humilitatis, quo ex corde me deiciens, eius discipulus fiam. Amen.

De tertia quinquagena. §. 5.

Similiter in tertia quinquagena procedendum est, nisi quòd mysteria vitæ Domini, & tituli Virginis mutandi sunt. In primo denario vocabis eam

eam lætissimam ; verè enim lætissima fuit , quæ
 in resurrectione filij supra omne , quod dici , aut
 cogitari potest , læta fuit : petèsque , vt impe-
 trando in mentè tua fidem adaugeat , quo fir-
 mius , & efficacius mysteria reuelata cognoscas .
 In secundo denario vocabis eam piissimam ; ve-
 rè namque pietate excelluit , quæ abscedente
 per ascensionem filio , in matrem Ecclesiæ , &
 omnium fidelium protectricem data est : postu-
 labis que ab ea virtutem spei , qua beatitudinem ,
 & omnia media ad eam consequendam , expe-
 ctes . In tertio denario vocabis eam ditissimam ;
 nam verè diuitiis abundauit , quæ in immensum
 supra omnes Apostolos , & discipulos gratiam , &
 Spiritus sancti dona suscepit : petèsque ab ea vir-
 tutem charitatis , & septem Spiritus sancti dona ,
 quibus pauper mundo , diues cælo , & cœlesti-
 bus fias . In quarto denario vocabis eam subli-
 missimam ; nam verè supra omnem cogitatio-
 nem nostram sublimis est , quæ super omnes Se-
 raphicos spiritus , & super omnem creaturam
 exaltata est ; postulabis que ab ea virtutem ora-
 tionis , qua intellectu , & affectu corruptibilia
 transcendens te cœlestibus ingeras . In quinto
 denario vocabis eam potentissimam ; ve-
 rè namque potentissima est , quæ diademate re-
 ginæ cœli , & terræ cumulata , quicquid cupit , aut
 vult , à Deo statim obtinet ; petèsque ab ea san-
 ctam , & felicem mortem , qua à mortalitatis vin-
 culis absolutus diuino conspectu perfruaris . Ex
 his facile poteris tuas preculas efformare , quas
 laboris leuandi gratia hoc loco subiicio .

*Post primum denarium huius tertia quinquagena orabis sic.**In filij resurrectione, latissima.*

Laudibus effero, & adgaudeo tibi, ô Virgo Maria, domina mea, & mater mea latissima, ob gloriosum gaudium à te susceptum in resurrectione, & impassibilitate, & claritate, & pulchritudine immensa, & omni gloria vnigeniti filij tui. Oro te, domina mea, & mater filij Dei, ob immortalitatem acceptam, & ob claritatem eiusdem Christi Domini, & Saluatoris mei, vt impetres mihi spiritum fidei, & perfectionem eius, vt intimius, & efficacius cœlestia cognoscam. Amen.

*Post secundum denarium sic.**In ascensione, piissima.*

Laudibus effero, & adgaudeo tibi, ô Virgo Maria, domina mea, & mater mea piissima, ob ineffabilem exultationem à te susceptam in admirabili ascensione, & solemni pompa, ac ineffabili maiestate vnigeniti filij tui. Oro te, domina mea, & mater filij Dei, ob gloriam eius, qua in cœlum ascendit dona hominibus daturus, vt impetres mihi spiritum sp̄s, & augmentum eius, quo felicitatem, & media ad eam consequendam sperare, & ad laborandum pro ea incitari valeam. Amen.

*Post tertium denarium sic.**In aduentu spiritus sancti, discretissima.*

Laudibus effero, & adgaudeo tibi, ô Virgo Maria, domina mea, & mater mea ditissima, ob incredibilem lætitiā à te susceptam in aduentu Spiritus sancti, quando in te, &

& Ap
mate
vt im
dona
sup
gam
nam.

La
Mari
ob m
sump
mnes
Fili
ter F
bitat
spirit
feran

La
Mari
ob in
quan
totiu
ter F
nostr
pêtre
hoc
ni c
H
tus f

& Apostolos effusus est. Oro te, domina mea, & mater Filij Dei, ob immensam charitatem eius, vt impetres mihi virtutem charitatis, & septem dona eiusdem Spiritus sancti, quibus & ipsum super omnia, & proximos, sicut me ipsum, diligam, & ab ipsius Dei mei ductu mouere me sinam. Amen.

Post quartum denarium sic.

Laudibus effero & adgaudeo tibi, ô Virgo Maria, domina mea, & mater mea sublimissima, ob maximum gaudium à te susceptum in assumptione tua cum corpore, & anima supra omnes cœlestes spiritus euecta, & ad dexteram Filij collocata. Oro te, domina mea, & mater Filij Dei, ob celsitudinem, & gloriam habitationis tuæ, vt impetres mihi à Filio tuo spiritum orationis, quo mente terrena deseram, & ad cœlestia conscendam. Amen.

In assumptione, sublimissima.

Post quintum denarium sic.

Laudibus effero, & adgaudeo tibi, ô Virgo Maria, domina mea, & mater mea potentissima, ob incomprehensibilem lætitiâ cordis tui, quando regina cœli coronata es, & aduocata totius Ecclesiæ facta. Oro te, domina mea, & mater Filij Dei, ob dignitatem tuam, qua miserias nostras scis, & eis subuenire vis, & potes, vt impetres mihi bonam, & sanctam mortem, qua ab hoc seculo nequam discedens conspectu Domini cum Sanctis omnibus perfruar. Amen.

In coronatione, potentissima.

Hoc modo, vel alio simili, quem vnctio Spiritus sancti per se, vel alios libellos spirituales docuerit,

Quanta in psalterij recitatione utilis, recitatione tenetur.

Lib. 7.
 mino.
 oper. in
 præfa-
 tio.

cuerit, poteris psalterium Virginis quotidie recitare, cuius quanta sit vtilitas, quàmque copiosus fructus, ex insigni reuelatione cuidam Patri ordinis Carthusiensis facta, perspicuè cognoscet: quam Ioannes Lanspergius, vir deuotus, & planè Deo deditus, his verbis enarrat: [Cùm Prior quidam Carthusiæ Treuerensis, multis annis hoc exercitium quotidie coluisset, suffragante illi gloriam Virgine, sæpius per diem, præsertim ad horas septem canonicas, in cælum reuera rapiebatur: vbi inter cetera clarissimè vidit, & audiuit cœlestes ciues Iesusa, & Mariam, super huiusmodi articulis ineffabili lætitia, & deuotione benedicentes, & dulcissimis nominibus Iesu, & Mariæ, reuerentiam modo supradicto exhibentes, nec non pro omnibus in eiusmodi exercitio sese ipsi cœli ciuibus conformantibus in terris, Deum obsecrantes: ad hæc pro singulis id genus sertis rosariis, singulas coronas mirabili fulgore coruscantes, & immarcescibiles illis in cœlestibus reponi. Plenam insuper peccatorum remissionem, singularem quoque gratiam, & benedictionem in præsentem, gloriamque in futura vita pro qualibet corona rosacea, vel rosario illis à Domino Iesu per preces beatissimæ matris eius diuina autoritate promitti, & conferri. Denique maiorem Dei gratiam, & salutis thesaurum in eodem latere exercitio, quam quispiam mortalium possit comprehendere, primæ veritatis testimonio illustratus cognouit, nobisque hæc post obitum suum in scriptis reliquit.] Hæc ille. Ex quibus constat, precationem istam Christo Domino, ac Virgini matri

esse

esse gra
 spiritua
 Cùm a
 sario pl
 ri, inter
 adsint,
 beatissi
 impetra

PSA
 Cunc
 dis bis
 (vt exp
 autem
 huius c
 rona re
 norem
 tionibu
 vitæ ei
 nem, qu
 ginta tr
 satio te
 septem
 stinctas
 tum sa
 precati
 diadem
 eius fa
 nostrum

esse gratissimam, quam proinde debemus viros spirituales imitantes, deuotè ac piè frequentare. Cum autem ait, pro quolibet psalterio, siue rosario plenam remissionem peccatorum conferri, intelligendum est, si vera contritio, & cetera adsint, quæ sacra Theologia docet, quæ tamen beatissima Virgo amatoribus, & cultoribus suis impetrare consuevit.

CAPVT IV.

De corona B. Virginis.

PSALTERIUM Virginis matris à feria secunda vsque ad sabbatum singulis hebdomadis bis recitatur, & qualibet ex prædictis diebus (vt explicatum est) tertia eius pars dicitur. Hinc autem constat, Dominicam diem parte psalterij huius esse vacuam, quam eiusdem Virginis corona replebit. Est autem corona, precatio in honorem eiusdem Virginis matris, ex tot salutationibus Angelicis compacta, quot fuerunt anni vitæ eius. At vita Deiparæ secundum opinionem, quam nunc verosimilem putamus, septuaginta tribus annis conclusa fuit: vnde & hæc precatio totidem salutationes Angelicas continet, septem orationibus Dominicis per denarios distinctas, excepta sectione vltima, quæ tribus tantum salutationibus continetur. Meritò verò precatio ista corona vocatur, quoniam regium diadema Virginis ex ineffabilibus meritis vitæ eius fabricatum est: quoniam obsequium hoc nostrum ab eius benignitate vice coronæ admillum

Quid corona, & quando recitanda.

De nomine vase.

missum est: quoniam, quicumque hanc coronam recitauit, si per ipsum non steterit, coronam in cœlis accipiet; nam sertum immortalitatis illi præparatum est.

*Ex mul-
ticiplici di-
gnitate
B. Virgi-
nis con-
cinnan-
da.*

Hanc verò coronam non iam ex mysteriis vitæ Saluatoris, (quod fieri posset) nec ex virtutibus Virginis, (quod vtilissimum esset) sed ex immensa, ac multiplici dignitate eius per coronam signata concinnare libet. Ac si iuxta septem denarios huius precationis integros, & vnum inceptum, septem coronas ad illos applicandas B. Virginis inueniremus, aliquod fortassis, vel exiguum obsequium illi à nobis esset oblatum. Sanctæ Deiparæ caput vna corona cinctum esse ex duodecim stellis compacta, nullus ambiget,

*Apoc.
12. 1.
B. Virgo
signum
magnū,
quod ap-
paruit in
cælo.*

*Aug. de
Symbo.
ad cate-
chum.
cap. 1.
Ber. ser.
in eun-
dem lo-
cū. Epi-
phan.
ser. de
laudi-
bus Ma-
riæ.*

qui Ioannem in Apocalypsi dicentem legerit: *Signum magnum apparuit in cælo: Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.* Quem locum non solum de Ecclesia, sed & de Maria, totius Ecclesiæ matre, accipiendum esse docent Augustinus, Bernardus, & Epiphanius, & plerique alij, quos non oportet recensere. Ipsa enim est signum magnum, quæ oriens mundo, vt aurora purissima aduentum magni Saluatoris, ac Solis iustitiæ mundo præmonstrauit. Ipsa in cælo apparuit, quoniam super omne terrenum se extulit, & vitam supra cœlestem, & Angelicis spiritibus admirabilem sectata est. Circumdata sole est, quoniam, vt Verbum conciperet, eam Deus vndeque protexit; Pater obumbravit, Filius clarificauit, Spiritus sanctus fecundam effecit. Lunam calcet, quia plusquam ecstati-

cama

eam vi-
sentien-
atque

Co-
decim
signifi-
illæ p-
descrip-
Mariæ
homin-
indican-
modul-
culoso
fortita-
rogati-
bus Ma-
uenire
tias ca-
narius
bemus
nostræ
singula
riæ gen-
tione;
tò, in
& in l-
cus, q-
corrup-
nida, q-
etiam
ruscant-
tatis,
cordis.

eam vitam faciens, & mutabilitates nostras non sentiens, omnes successus mundi huius proterit, atque contemnit.

Corona autem duodecim stellis, quasi duodecim gemmis, ornata eius regiam dignitatem significat, quam mirabilem faciunt duodecim illæ prærogatiuæ, quas Bernardus pulchrè descripsit. [Quis, inquit, stellas nominet, quibus Mariæ regium diadema compactum sit? Supra hominem est, coronæ huius rationem exponere, indicare compositionem.] Nos tamen pro modulo nostræ exiguitatis abstinentes à periculoso scrutinio secretorum, non incongruè forsitan duodecim stellas istas, duodecim prærogatiuas gratiarum intelligere videamur, quibus Maria singulariter adornatur. Siquidem inuenire est in Maria prærogatiuas cæli, prærogatiuas carnis, prærogatiuas cordis: & si fuerit ternarius iste per quaternarium multiplicatus, habemus fortè stellas duodecim, quibus reginæ nostræ diadema præfulgeat vniuersis. Mihi sanè singularis rutilat fulgor; primò quidem, in Mariæ generatione; secundò, in Angelica uisitatione; tertio, in Spiritus superuentione; quarto, in filij Dei inenarrabili conceptione. Sic & in his quoque sydereum planè irradiat decus, quod virginitatis primiceria, quod sine corruptione fœcunda, quod sine grauiamine grauida, quod sine dolore puerpera. Nihilominus etiam speciali quodam splendore in Maria coruscant mansuetudo pudoris, deuotio humilitatis, magnanimitas credulitatis, martyrium cordis.

Corona
duodecim
stellarum
eius præ-
rogatiuas
signat.
Supra.

Hoc

Hoc loco unam tantum Virginis coronam habemus, & si prerogatiuas numeramus, non septem, sed duodecim legimus: nos autem aut septem coronas, aut septem prerogatiuas inuenire gestimus. Forsitan ad eas inuestigandas aditum ipse liber Apocalypsis aperuit, si consideremus, quod rex, & regina simili consueverunt corona exornari, & eadem dignitate fulgere. De Christo, vero rege scriptum est: *Et incipite eius diademata multa.* Quod si aduersarius eius habuit diademata septem: nam alio loco Ioannes dicit: *Et visum est aliud signum in celo: & ecce draco magnus rufus habens capita septem, & cornua decem, & in capitibus eius diademata septem;* vide, an congrue illa diademata multa Christi septem dicenda sint. Omissis autem septem coronis draconis, quæ ad nos non pertinent, Christi regium caput septem diadematis, seu coronis cingitur, quia septem opulentissimis regnis imperitat. Primum est, regnum Angelorum clarissimum, cui semper suam faciem ostendit. Secundum, regnum Apostolorum, & Patriarcharum, & Prophetarum potentissimum, quo mundum sibi subiicit. Tertium, regnum Martyrum fortissimum, quo potestatibus aduersariis resistit. Quartum, regnum Pontificum diligentissimum, quo Ecclesiam suam regit. Quintum, regnum Doctorum sapientissimum, quo ignorantia tenebras pellit. Sextum, regnum Confessorum, monachorum, & anachoritarum obseruantissimum, quo campos virtutum adferendos vite æternæ fructus exercet. Septimum, regnum Virginum, viduarum, & aliarum sancta-

*Septiformi ad-
loc nobi-
litata co-
rona.*

*Apoc.
19. 12.*

*Apoc.
12. 3.*

rum m
institu

Si e
gna, q
quæ lu
regina
regis C
enim A
diadem
sui; qu
sua in
mnibu
exaltar
in hono
minico
supradi
perficio

D

In pri
ginem,
ma est,
sti in ha
secundo
rè poter
interim
plo Ecc
fortissim
sustinui
sto adue
licitissim
bernatio

do

rum

rum mundissimum, quo in terra vitam cœlestem instituit.

Si ergo Christus rex propter septem hæc regna, quibus præsidet, septem habet diademata, quæ sunt suæ regniæ dignitatis insignia, Maria regina eisdem coronis ornabitur, vt beneficio regis Christi omnibus regnis eius præficiatur. Si enim Assuerus rex, cum adamauit Esther, *posuit diadema regni in capite eius*, nempe totius regni sui; quanto magis Christus posuit diademata sua in capite Mariæ, matris suæ quam præ omnibus adamauit, & super omnes res creatas exaltare decreuit. Tu ergo coronam Virginis in honorem huius coronæ multiplicis die Dominico recitabis, & eodem modo, ac psalterium supradictum, eam inchoabis, prosequeris, atque perficies.

Septem, sicut filius regis præsidet.

De modo recitandi coronam. §. I.

In primo ergo denario coronæ vocabis B. Virginem, reginam clarissimam; quia verè clarissima est, quæ tantæ luci eminet, & pro vita cœlesti in hac mortalitate instituenda precaberis. In secundo vocabis eam, potentissimam; quia verè potentissima est, quæ hæreses, & infidelitates interimit: & postula ab ea, vt verbo, & exemplo Ecclesiæ proficias. In tertiâ vocabis eam, fortissimam, quia plusquam Martyres vniuersi sustinuit: orabisque eam, vt patienter pro Christo aduersa perferas. In quarto vocabis eam, sollicitissimam, quia cunctarum Ecclesiarum gubernationi intendit: petesque ab illa, vt sollicitè

Quo inuocanda titulo, & quid in singulis denariis postulandum.

in munus tibi demandatum incumbas. In quinto vocabis eam, sapientissimam; quoniam omnes Ecclesiæ Doctores erudiuit, & erudit: petésque, vt spiritui orationis, & contemplationis insiltas. In sexto vocabis eam, obseruantissimam; quia has lateas sedes incolens in omni se virtutum genere diligenter exercuit: poscésque ab ea, vt castigatione tui corporis fulgeas. In septimo vocabis eam, mundissimam, quia omnem virginum puritatem post se reliquit: orabisque, vt munditiam etiam desideriorum, & cogitationum obtineas. Ex his facile erit septem preces conficere in hunc modum.

Post primum denarium corona sic precaberis.

Saluto, laudo, & glorifico te, ô Virgo Maria, mater mea, & domina mea, regina Angelorum clarissima; congratulor tibi ex totis præcordiis meis ob diadema regium, quo spiritibus cœlestibus vniuersis præminēs, & regina Angelorum diceris. Oro te, domina mea, & mater Filij Dei, ob coronam reginæ Angelorum, qua ornata es, vt impetres mihi ab eodem filio tuo vitam puram, cœlestem, & à terrenis desiderijs alienam, vt illi in omnibus meis actibus placere possim. Amen.

Post secundum denarium sic.

Saluto, laudo, & glorifico te, ô Virgo Maria, mater mea, & domina mea, regina Apostolorum, Patriarcharum, & Prophetarum potentissima. Congratulor tibi ex totis præcordiis meis
ob

ob dia
Patriar
domin
ginæ A
ornata
gratiam
xemple
placere

Salu
ria, m
rum fo
cordiis
fis Ma
mea, &
tyrum
Filio t
pro ei
rens,
sim.

Salu
ria, m
tificur
totis
quo d
te, d
ronan
impet
licitu

ob diadema regium, quo omnibus Apostolis, Patriarchis, ac Prophetis præmines. Oro te, ô domina mea, & mater filij Dei, ob coronam reginæ Apostolorum, & patrum antiquorum, qua ornata es, vt impetres mihi ab eodem filio tuo gratiam abundantem, vt Ecclesiæ verbo, & exemplo proficiens, illi in omnibus meis actibus placere possim, Amen.

Post tertium denarium sic.

Saluto, laudo, & glorifico te, ô Virgo Maria, mater mea, & domina mea, regina Martyrum fortissima. Congratulor tibi ex totis præcordiis meis ob diadema regium, quo vniuersis Martyribus præmines. Oro te, domina mea, & mater Filij Dei, ob coronam reginæ Martyrum, qua ornata es, vt impetres mihi ab eodem Filio tuo donum patientiæ, & fortitudinis, vt pro eius amore magna faciens, & aduersa perferens, illi in omnibus meis actibus placere possim. Amen.

Post quartum denarium sic.

Saluto, laudo, & glorifico te, ô Virgo Maria, mater mea, & domina mea, regina Pontificum sollicitissima. Congratulor tibi ex totis præcordiis meis, ob diadema regium, quo omnibus Pontificibus superemines. Oro te, domina mea, & mater Filij Dei, ob coronam reginæ Pontificum, qua ornata es, vt impetres mihi ab eodem Filio tuo piam sollicitudinem in bonis operibus, vt diligenter in

226 *De vita religiosè instituenda,*
res mihi demandatas incumbens, illi in omnibus meis actibus placere possim. Amen.

Post quintum denarium sic.

Saluto, laudo, & glorifico te, ô Virgo Maria, mater mea, & domina mea, regina Doctorum sapientissima. Congratulor tibi ex totis præcordiis meis ob diadema regium, quo omnibus Doctoribus præmines. Oro te, domina mea, & mater Filij Dei, ob coronam reginæ Doctorum, qua ornata es, vt impetres mihi ab eodem Filio tuo orationis, & contemplationis donum, quo cœlestibus mysteriis semper intentus, illi in omnibus meis actibus placere possim. Amen.

Post sextum denarium sic.

Saluto, laudo & glorifico te, ô Virgo Maria, mater mea, & domina mea, regina Confessorum, monachorum, & anachoritarum obseruantissima. Congratulor tibi ex totis præcordiis meis ob diadema regium, quo omnibus, Confessoribus, monachis, & anachoritis præmines. Oro te, domina mea, & mater filij Dei ob diadema regium reginæ Confessorum, & aliorum sanctissimorum virorum, qua ornata es, vt impetres mihi ab eodem Filio tuo donum castigandi, & continendi corpus meum / vt illi in omnibus meis actibus placere possim. Amen.

Post septimum denarium sic.

Saluto, laudo, & glorifico te, ô Virgo Maria, domina mea, & mater mea, regina virginum, vi-
dua

duarum
Congru
diadem
& ali
domin
gina v
nata es
mundi
num, v
possim

Post tr
m

O V
gum, ac
origina
nuntiar
ex Spir
carne v
boli, q
mnum
neror, &
hemer
mater h
fis, nec
tui pufi
gnitati
solum
cias, o
desider

duarum, & omnium sanctarum mundissima. Congratulor tibi ex totis præcordiis meis ob diadema regium, quo cunctis virginibus, viduis, & aliis sanctis fœminis præmines. Oro te, domina mea, & mater Filij Dei, ob coronam reginæ virginum, & omnium sanctarum qua ornata es, vt impetres mihi ab eodem Filio tuo munditiam operum, desideriorum, & cogitationum, vt mundus existens illi in omnibus placere possim. Amen.

Post tres salutationes, quibus completur numerus annorum B. Virginis, sic poteris huic precatiori finem imponere.

O Virgo beatissima, mater Filij Dei, regis regum, ac domini dominantium, quæ sine peccato originali concepta es, & ad gaudium mundo annuntiandum nata, & ad salutem humani generis ex Spiritu sancto grauida effecta, vt verbum Dei carne velatum pareres, & libertatem à iugo diaboli, quo premebatur, nobis afferres. Te omnium creaturarum reginam confiteor, & veneror, & de tua sanctitate, & gloria ineffabili vehementer exulto. Offero ad honorem tuum, o mater benignissima, hoc diadema, si non ex rosis, nec ex gemmis pretiosis; at ex orationibus tui pusilli serui contextum, ad professionem dignitatis tuæ, qua omnibus creaturis præsidet, & solum Deum maiorem agnoscis. Ne despicias, obsecro, paruum munusculum ex magno desiderio profectum, & qui te affectibus nostris

frequenter coronamus in terris, tua intercessionem coronam consequamur in cœlis. Amen.

Sic poteris die Dominica coronam B. Virginis recitare, aut alio modo simili, quo vnctio te docebit: & pro certo scias, quia benignissima mater omnium fidelium nullo modo hoc vel exile donum contemnet, sed te pro eo magnis beneficiis, ac donis afficiet.

C A P V T V.

De speciali inuocatione B. Virginis.

Per mentale exercitium B. Virgo quotidie specialiter inuocanda.

Sancti in Deo precibus orantium cognoscunt.

s. de cōsiderat.

QUOTIDIE etiam non solum per orationem vocalem, sed etiam per aliquod exercitium orationis mentalis cum B. Virgine agendum est. Cui consueuimus certa aliqua diei hora nostras miseras patefacere, & necessitates aperire, vt per hanc orationem desideria nostra accendentes, & affectum mouentes, ad dona cœlestia promerenda disponamur B. Virginem, & omnes Angelos, & sanctos beatos nostras orationes etiam sola mente ad eos fusas audire, & nostra desideria ad eorum auxilium implorandum directa cognoscere, constans omnium Catholicorum sententia est, siue illa eadem visione, qua Deum intuentur, videant, quod verosimilius est, & dictis Patrum conformius: siue particularibus reuelationibus sibi à Deo factis cognoscant, quod multi censent, & ad hanc simplicem tractationem non pertinet. Certè Bernardus sic ait: [Et verè quid opus est scalis tenenti iam solium? Creatura cœli illa est, præstò habens

habens
Verbun
opus h
tiam
fit, ad i
melior
quodam
beatis
Deū co
ficiente
tum in
verbo
lud me
qua res
illi Pat
Ex S
oration
ligitur
calypsi
rament
eunder
dum al
thronu
bus sa
thronu
Angel
lium,
rent. A
do orat
Domin
pio ser
ex ipsa
namq

habens per quod potius ista intueatur. Videt Verbum, & in Verbo facta per Verbum: nec opus habet ex his, quæ facta sunt, factoris notitiam mendicare. Neque enim vt vel ipsa nouerit, ad ipsa descendit, quæ ibi illa videt, vbi longè meliora sunt, quàm in seipsis.] Et Gregorius quodam loco de Angelis, & alio loco de sanctis beatis ait: [Quia illic omnes communi claritate Deum conspiciunt, quid est, quod ibi nesciant, vbi scientem omnia sciunt? Et Augustinus: [Multum interest inter cognitionem rei cuiusque in verbo Dei, & cognitionem in natura eius, vt illud meritò ad diem pertineat, id est, ad notitiam, qua res in Deo videntur, hoc ad vesperam.] Hæc illi Patres:

Ex Scriptura etiam hæc Sanctorum notio, qua orationes nostras cognoscunt, non obscure colligitur. Sancti enim videntur à Ioanne in Apocalypsi habentes singuli phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. Et apud eundem data sunt cuidam Angelo (qui secundum aliquos erat vnus ex septem astantibus ante thronum Dei) incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum super altare aureum, quod est ante thronum Dei. Quomodo autem possent Sancti, & Angeli habere orationes sanctorum, id est, fidelium, & eas offerre, nisi earum notitiam haberent. Angelus quoque Raphael ait Tobie: *Quando orabas cum lacrymis, ego obtuli orationem tuam Domino.* Eam, inquam, obtulit, quam utique à pio sene fuscum manifestè cognouit. Sed & hoc ex ipsa natura status beatorum colligitur. Illis namque nihil deesse potest eorum, quæ ad feli-

2. mor.
cap. 2. &
4. dia-
log. cap.
33.

4. de
Genesi
ad lit. c.
23.

Docet id
Scriptura.
Apoc. 3.
8.

Apoc. 8.
3.

Tobie
12. 12.

cem ipsorum fortem necessarium à quoquam sapiente iudicabitur. Aliquid autem ipsis profectò deficeret, si iuxta regem positi preces ipsos orantium ignorarent, vota nescirent, & eisdem impetrando, & supplicando pro eis, nullum remedium afferrent.

Virgo igitur beata, (vt nunc de illa loquamur,) nostras preces audit, nostras lacrymas videt, nostra vota, & desideria cognoscit. Quis ergo non genuflectat ante illam, & quanta poterit reuerentia illam veneretur, ab eaque non tam verbis, quàm affectibus, & desideriis postulet suarum miseriarum remedia, suarum tentationum victoriam. Tu igitur, qui sanctæ Virginis amore teneris, & erga eam gratitudinis affectu tangeris, in aliqua hora vespere, aut noctis, intra in cubiculum mentis tuæ, & clauso ostio omnibus terrenis curis, & cogitationibus, ora matrem tuam, & ipsa, quæ videt in abscondito, reddet tibi.

Formula inuocationis. §. I.

*B. Virgo
magnificis
titulis
exaltan-
da.*

Sic autem eam inuocabis. Primò ipsam beatam Virginem (vt decet) magnificis titulis exalta. Voca eam Mariam sanctissimam, purissimam, prudentissimam. Voca eam reginam Angelorum, imperatricem hominum, dominam omnium creaturarum, matrem Dei verissimam, matrem peccatorum misericordissimam, & aliis similibus titulis eam inuocando, tuorum desideriorum exauditionem postulabis. Deinde tuas illi miseras, tuam paupertatem, nuditatem, infirmitatem, pusillanimitatem, vulnera, & plagas

aperies,
pense
nis gau-
trem
præfer-
gatiuis
tionib
exaltat
hæc su-
Pete-
Filio
Virgin-
trem
agnosce
Secu-
nem o-
testatio-
nitenti-
pro eis

Ter-
iudicij
num:
omnib
num à
tium.
Qua-
sectam
signati-
à Deo
Qui
ctitudi-
cum sp-
Sex
loup)

aperies, & vt hæc ad miserationem aspiciat, impensè deposces. Postea de ipsius Virginis bonis gaudebis: quòd scilicet fuerit in Dei matrem electa, ab omni peccato, etiam originali, præseruata, tot virtutibus, tot donis, & prærogatiuis, tot diuinis reuelationibus, & consolationibus affecta, & super choros Angelorum exaltata. Tandem ab hac misericordiæ matre hæc suo ordine petes.

Primo, inquam, vt impetret tibi à Filio suo affectum deuotionis erga eandem Virginem, vt eam in dominam, & matrem habeas, & ipsa te in seruum, & filium agnoscat. *Quid petendum.*

Secundò, vt impetret tibi plenam remissionem omnium peccatorum, verissimam detestationem eorum, & dignos in hac vita pœnitentiæ fructus, & vt possis plenè satisfacere pro eis.

Tertiò, magnum spiritum mortificationis iudicij, & voluntatis, sensuum, & passionum: elongationem intellectu, & affectu ab omnibus creaturis, & victoriam tentationum à mûndo, à diabolo, & à carne prouenientium.

Quartò, augmentum fidei, certam spem, perfectam charitatem, veram in Dei voluntate resignationem, mentis serenitatem, & pro receptis à Deo beneficiis gratitudinem.

Quintò, feruorem in diuinis obsequiis, reuerentiam intentionis, & in omnibus circumspeditionem.

Sextò, donum orationis, donum habendæ

semper præsentia diuinæ, obedientiam ad superiores, affabilitatem ad fratres.

Septimò, magnanimitatem, patientiam in aduersis, mansuetudinem in iniuriis, constantiam in bonis propositis, adimplendis.

Octauò, castitatem, paupertatem, humilitatem, atque eius comites inseparabiles, modestiam, & silentium.

Nondò, vt talentis tibi à Domino prærogatis (qualia sunt, litera, ingenium, iudicium, & cetera huiusmodi) domino famuleris, cedant semper in gloriam Dei, proximorumque salutem.

Decimò, vt reuerenter, deuotè, & fructuosè sacrum Missæ sacrificium celebres, vel ad sacra communionem accedas, vt eo ministerio occuparis, in quo Domino acceptior sis futurus, & vt auxilium efficax consequaris ad bene satisfaciendum huic muneri, in quo nunc occuparis.

Vndecimò, tandem petes perseverantiæ donum, felicem, & sanctam mortem, & auxilium in tremendo iudicio.

Ex his ergo punctis, aut ex aliis similibus, poteris formare orationem tuam ad Virginem, ita vt eoràm ea saltem per aliquam breuem morulam (nam hæc pro ratione affectus & protrahi, & contrahi possunt) cor tuum effundas, & dona ad sanctè viuendum necessaria tibi dari deposcas. Quia tamen hoc opusculum leget aliquis tam parum in mentali oratione exercitatus, vt has postulationes, hosque affectus per seipsum concipere nesciat; visum est in gratiam illius (quod

(quod alio loco fufius præstitimus) hanc orationem, prout mente folet effundi, verbis fcriptis exprimere. Qua fœmel, aut bis lecta, rogo illum, ne ad verba attendat, fed fimili, aut meliori modo, à feipfo, & non à libro concipiens, fuos affectus, poftulationesque depromat.

Lib 4. de
inquit.
paci,
par. 1. &
2. per
totas.

*Eadem inuocatio ad practicam reduci-
tur. §. 2.*

O Maria Virgo fanctiffima, & prudentiffima, cuius fanctitatis, & pietatis oleum nunquam defecit, fed nobis omnibus abundauit. O Virgo puriffima domicilium pulchritudinis, & tabernaculum omnis perfectæ virtutis. O regina cœli, domina terræ, ô imperatrix Angelorum, & hominum. O veriffima genitrix filij Dei, & mater misericordiffima, non tantum iuftorum, verum etiam & peccatorum. O gloria Ierufalem, ô lætitia Israël, ô honorificentia populi noftri, quæ fecifti viriliter, & confortatum eft cor tuum in adiutorium noftrum. O poft Deum refugium pauperum, fper lugentium, & remedium miferorum. En venio ad te ego peccator viliffimus, vnus tamen ex feruis tuis, vnus ex mancipiis tuis, vnus ex illis, qui ex ardentiffimo erga te amore fe in tuum obfequium dediderunt. Rogo te, domina, per omnes miferationes tuas, per benignitatem tuam, per dulcedinem fanctiffimi cordis tui, per immenfum amorem, quem habes ad filium tuum, ne repellas me, ne oculos auertas à puillitate, & miferia huius peccatoris ad te venientis. Permite me nunc ad te lo-

qui, audi postulationes meas, miserere gemituum meorum, & exaudi, ac, quod postulare intendo, benignè concede.

Respice, ô Virgo beata, in me, & miserere mei: multa in me videbis, quæ te ad misericordiam inclinent. Ecce sum abyssus quidam miseriarum. Magna est paupertas mea, ignominiosa nuditas mea, calamitosa infirmitas mea, despicibilis pusillanimitas animæ meæ, plenus sum vulnerum, & cicatricum, quæ peccata inflixerunt, plenus inquietudinis, & anxietatis, quam desideria mea inania, & affectus necdum domiti intulerunt; inquinatus vitiis, quæ acquisui operibus meis. Hæc vide, & cor tuum piissimum misericordia tactum, omnia ista mala à me impetrando depellat.

○ Tuum est, ô mater benedicta, mihi pauperi, & inopi subuenire, quæ aduocata nostra, & mediatrix nostra, à Deo es constituta. Adgaudeo tibi, & congratulor tibi vehementer de immensis opibus tuis. Tu fuisti, antequam mundus fieret, in dignissimam Dei matrem electa, tu præordinato à Deo tempore purior Luna, & formosior Sole sine vlla, vel minima labe, concepta, tu tot donis, & prærogatiuis prædita, tu tot cælestibus reuelationibus illustrata, tot aperibus inflammata, tot consolationibus affecta. Tu Verbum Dei tua purissima carne operuisti, cumque concepisti, ac filium habuisti: lacte tuo suauissimo nutriuisti, vberibus fouisti, manibus, & brachiis gestasti. Tu eius conuictu, & conuersatione gauisa es, eius

verbis

verbi
lestib
operi
loru
sionis
quæ
cund
quæ
ô bea
domi
Dom
exalte
ri, m
depel
ti sub
cessio
re cor

Co
vt sin
domi
cor fi
filij p
ciam.

Sec
siman
ante
nem
nem a
tritio
fructu
punct
& op
diam

verbis, & doctrina specialiter de mysteriis cœlestibus erudita, ipsius miraculis, & stupendis operibus confirmata. Tu passionis eius, & dolorum socia, resurrectionis, & gloriosæ ascensionis, testis, & immensæ eius gloriæ particeps, quæ sedes à dextris eius in vestitu deaurato circumdata varietate. Hæc omnia bona, & alia, quæ numerare non possum, tibi impensè volo, ô beata mater, regina potens, & omnium rerum domina; de illis à te habitis gaudeo, & exulto, & Dominum, qui te tam mirabilem fecit, laudo, exalto, & magnifico. Tuum est ergo mei miseri, mihi subuenire, à me multas meas miseras depellere, quæ nulli miseræ, nullique paupertati subiaces. Iam audias, obsecro, quæ per intercessionem tuam à dulcissimo filio tuo impetrare contendo.

Consequar per te primò, ô Virgo sanctissima, vt singularem deuotionem erga te habeam, vt te dominam, & piissimam matrem agnoscam, vt cor filij fidelissimi ad te induam, teque oculis filij puris, & amore illuminatis semper aspiciam.

Secundò, impetra mihi remissionem plenissimam omnium peccatorum meorum, siue quæ ante conuersionem, siue quæ post conuersionem meam, per commissionem, aut omissionem admisi. Detester ego ea per verissimam contritionem, & amarissimis lacrymis diluam, & fructus dignos pœnitentiæ faciam, & per compunctionem cordis, & castigationem corporis, & opera pietatis, me à debitis eorum expediam.

Tertiò,

Tertiò, impetra etiam mihi magnum mortificationis spiritum, quo iudicium meum maiorum sensui subiiciam, voluntatem abnegem, passiones comprimam, sensus cohibeam, intellectu, & affectu mundum deseram, & omnes tentationes, siue à mundo, siue à diabolo, siue à carne proueniant, fortiter vincam.

Quartò, & quia non sufficit, ô domina mea, fugisse malum, nisi etiam operemur bonum, oro te per ineffabilem benignitatem tuam, vt mihi à Domino virtutes ad benè operandum obtineas. Detur mihi per intercessionem tuam fidei augmentum, qua certissimè à Domino reuelatis, & ab Ecclesia propositis assentiam, & ad opera digna fide efficaciter mouear. Detur mihi spes certa, qua per Christi merita beatitudinem me assequuturum esse confidam: perfecta charitas, qua Deum super omnia, & proximos, sicut me ipsum, diligam: perfecta resignatio, vt in omnibus tum prosperis, tum aduersis diuinæ me voluntati conformem: mentis tranquillitas, vt mentem meam Domini habitaculum semper quietam, & imperturbatam habeam: & vt diuinis beneficiis in me collatis, & conferendis gratus existam.

Quintò, sim, ô Virgo, in diuinis obsequiis feruidus, intentione rectus, & in omnibus circumspectus.

Sextò, habeam per intercessionem tuam orationis donum, & assiduam considerationem diuinæ præsentia, vt, licet corpore degam in terra, mea autem conuersatio sit in cælo. Habeam & promptissimam obedientiam ad superiores,

petio

Sep

ficien

iurii

prop

Oët

di cor

& cor

infra

meis,

non d

No

quid i

multi

non in

gloria

trum

De

ria de

amor

nem D

bas, de

ristia

eoue r

filio t

Atque

exequ

pria p

Vn

tine m

gratia

tum e

nitare

periores, & affabilitatem ad fratres.

Septimò, sim in negotiis aggrediendis, & perficiendis magnanimus, in aduersis patiens, in iniuriis mansuetus, & constans in adimplendis propositis.

Octauò, sim etiam per paupertatem rerū mundi contemptor, per castitatem puritatis mentis, & corporis amator, per humilitatem meipsum infra omnes deiiciam, & modestiam in motibus meis, ac silentium in verbis comites humilitatis non deseram.

Nonò, impetra mihi, ô benigna mater, vt, si quid in me boni fuerit, si quod talentū, vnū aut multiplex, de manu Domini acceperim, illud non in ignauia sudario ligatum teneam, sed ad gloriam Dei dirigam, & eo ad vtilitatem fratrum aliquid lucrari enitar.

Decimò, impetra quoque, vt diuina mysteria deuotè, ac fructuosè celebrem, & per illum amorem, & deuotionem, quo tu post ascensionem Domini sacram communionem frequentabas, doce me eundem Dominum in sacra Eucharistia dignè suscipere. Occupet in eo munere, in eòve ministerio, in quo magis sum dilectissimo filio tuo placiturus, & eius virtutes imitaturus. Atque hoc, quod nunc mihi demandatum est, ita exequar, vt & proximorum ædificationi, & propriæ perfectioni assequendæ deseruiat.

Vndecimò, tandem, ô sanctissima Virgo, obtine mihi perseuerantiæ donum, non solum vt in gratia decedam, verum & ne per graue peccatum eam, quam nunc me habere de diuina bonitate confido, vnquam amitram. Adiuua me, & assiste

assiste mihi virtute tua in hora mortis meæ. Responde pro me in tremendo iudicio, & ita mea omnia dispone, vt æternam beatitudinem consequar, & te, ac filium tuum Dominum meum Iesum Christum cum omnibus Angelis, & Sanctis in æternum videam. Amen.

*Fructus
huius in-
uocatio-
nis exi-
mitus.*

Iob 28.

1.

Psal. 84.

12.

Isai. 45.

8.

In Psal.

75.

Gen. 2.

12.

Daniel.

1.33.

Hic est vsus huius affectus, quem poteris pro temporis opportunitate, & affluentia deuotionis magis protrahere, aut contrahere. Crede autem mihi, frater, in hoc exercitio magna est utilitas, & sub hac simplicitate verborum ingens latet fructus. Nam benigna mater nostra occasiones quærit dirandi nos, & ad magnam virtutem prouehendi. Est autem illi magna exercendæ liberalitatis occasio, si quotidie, vt pauperes, & egeni in conspectu eius appareamus, & miseras nostras aperientes dona fiducialiter postulemus. Qui venam auri reperit, non mirum, si aurum possideat, & subito diues fiat. *Auro* autem, inquit Iob, *locus est, in quo conflatur.* Locus, in quo conflatur aurum, terra est. Sed quæ terra? Illa profectò, de qua dictum est: *Veritas de terra orta est.* Et: *Aperiatur terra, & germen Saluatorem,* quæ non est alia, quàm beatissima Virgo Maria. [In hac terra, inquit Ricardus Victorinus, inuentus est lapis ille sine manibus excisus, qui creuit in montem magnum, & impleuit vniuersam superficiem terræ. Puto, quia *in hac terra,* secundum Moysis sententiam, *nascitur aurum: & aurum illius terra optimum.* *Ibi inuenitur bdellium, & lapis oniebinus.* Qualem, quæso, dicimus hanc terram, in qua facile inuenimus, si volumus, aurum optimum,

&

& lapidem pretiosum. Sed quid dicturi sumus de illius terræ auro: auro tam optimo, tam pretioso. Puto, quòd secundum hoc, quod in beato Iob legitur: quoniam & *huic auro locus est, in quo conflatur.* Sed quis, quæso, huius conflationis locus: an forte ipse est vterus virgineus? Quis huius operis conflator, aurique mundator, nisi Spiritus sanctus. Huius sanè operatione in ventre virginali conflatum est aurum, & decoctum ad purum, natura humana purgata, & ab omni labe mundata, Verbo vnita, & in vnam personam coniuncta. In hoc conflatorio, & ex huiusmodi auro formatus est annulus, lapis pretiosus, & in eo imposita est forma summi regis, & imago impressa, & plenè expressa. Aurum optimum, caro Christi, lapis pretiosus, anima Christi, figura & imago Patris, diuinitas Christi. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, nihilominus tamen humanitati nostræ est vnitus, vt ex duabus naturis, tribusque substantiis esset quasi in vnum annulum iunctus mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, & fieret dextere Excelsi ornatus. Si igitur in hoc loco, nimirum in Virgine, conflatur aurum Christi Domini, qui est fons omnium bonorum, & origo vniuersarum virtutum, quid mirum est, si ad hunc locum quotidie prò virtutibus accedens, non vacuus recedas, sed, quod cupis, & petis, obtineas?

CAPVT VI.

De inuocatione Angeli custodis, &
Sanctorum.

BEATA Virgo Maria mater nostra est; sic enim eam audacter appellamus, quia Dominum cruci affixum dicentem Ioanni: *Ecce mater tua*, & in eo omnibus nobis eadem verba proferentem audiuius. Angeli autem & Sancti, sunt aduocati nostri, quorum est apud Deum nostra negotia agere, & nostram defensionem, patrociniũque suscipere. Sed inter Angelos, custodis Angeli præcipuè est interuenire pro nobis, & instar pædagogum nos, nostraque curare. Qui ex dilectione, quam erga nos habet, de omnibus nos ipsos docet, à malo retrahit, ad bonum inducit, in prosperitate moderatè deprimat, ne superbiamus, in aduersitate iuuat, ne desperemus, viuentes comitatur, morientes tuetur, & ducem se ad Deũ properatibus præbet. Inter Sanctos verò illi præcipuè nobis opem afferunt, quorum dies festos celebramus, quorum auxilium specialiter imploramus, & quos ex peculiaribus obsequiis apud Dominum patrenos habemus.

Singulis ergo diebus Angelus custos, & Sancti, quorum eo die Ecclesia natalitia commemorat, & alij patroni à nobis electi, vel simul, vel separatim inuocandi, vt eorum patrociniis adiuti, felicius, & breuius ad perfectionem prope-

Ioan. 19.
27.

Angeli
erga nos
custodis
efficia.

Quotidie
inuocan-
dus, nec-
non alij
sancti.

propere
cœlesti
ad nos
uerfor
duis p
minica
feria s
Proph
acies,
ctores
tas, &
uocab
prome
tuorum
feres.

Ad
cans i
in cau
modum
derio
dit cre
trat cœ
tiosas
rum su
aut qu
lidum
sunt c
rant g
tate ne
nuatis
bus in
gna ad
aperier

I. 4

properemus. Et per hebdomadam tota curia
 cœlestis compellanda est, & quasi per gradus
 ad nostrum auxilium inuitanda, vt auxilio vni-
 uersorum beatorum indigi, eos omnes assi-
 duis precibus nobis propitios faciamus. Do-
 minica ergo die nouem Angelorum choros,
 feria secunda Apostolorum, Patriarcharum, &
 Prophetarum cœtus, feria tertia Martyrum
 acies, feria quarta Pontifices, feria quinta Do-
 ctiores, feria sexta Confessores, & Anachori-
 tas, Sabbato Virgines & Sanctas omnes in-
 uocabis, eisque ad auxilia suæ impetrationis
 promerenda, obsequium tuæ precatationis, &
 tuorum desideriorum manifestationem of-
 feres.

Tota cœ-
 lestis cu-
 ria per
 hebdoma-
 dam.

Ad hoc te hortatur Bernardus, qui expli-
 cans illud : *Columba mea in foraminibus petrae,
 in caverna maceria*, ita ait : [Cedit nempe in
 modum maceriae mollioris pia maceries desi-
 derio animæ, cedit puræ contemplationi, ce-
 dit crebræ orationi. Denique *oratio iusti pene-
 trat caelos*. Non utique aëris huius corporeis spa-
 tiosas altitudines, veluti quodam remigio ala-
 rum suarum, instar volucris volantis scinder,
 aut quasi gladius acutus ipsius firmamenti, so-
 lidum, celsumque verticem perforabit, sed
 sunt cœli sancti, viui, rationales, qui enar-
 rant gloriam Dei, qui fauorabili quadam pie-
 tate nostris se votis libenter inclinant, & si-
 nuatis ad tactum nostræ deuotionis affecti-
 bus in sua nos recipiunt viscera, quotiens di-
 gna ad eos intentione pulsamus. Pulsanti enim
 aperietur.

Pulchra
 ad id Ber-
 nardi ad-
 hortatio.
 Cant. 2.
 14.
 Serm.
 62. in
 Cant.
 Eccli. 35
 21.

I. Aluarez de vita vel.

Q Lice

Licebit itaque vniciue nostrum, etiam hoc tempore nostræ mortalitatis, cauare sibi, quacumque parte volet, cauernam supernæ maceriæ: nunc quidem Patriarchas reuifere, nunc verò salutare Prophetas, nunc senatui immisceri Apostolorum, nunc Martyrum inferi choris: sed & beatarum virtutum status, & mansiones à minimo Angelo, vsque ad Cherubim, & Seraphim tota mentis alacritate percurrere lustrare, prout quemque sua deuotio feret. Apud quos magis afficiatur, immittente sibi Spiritu, prout vult, si steterit, & pulsauerit, confestim aperietur ei: & facta quasi cauerna in montibus, vel potius mentibus sanctis, dum se vltro inflectunt ad pietatem, requiescet vel paululum apud illos.]

*Qua ex
hac in-
uocatione
utilitates
emergat.*

4. Fid.
cap. 16.

Dices, quænam est huius inuocationis utilitas? Maxima sanè, & in magno pretio habenda. Nam Sancti cognoscentes, orationes nostras, siue quas sola mente facimus, siue etiam quas ore proferimus, intercessione sua à nobis mala auferunt, bona conquirunt, & specialiter, quæ ab eis postulamus, si expediat, obtinere non desinunt. Vnde Damascenus ait: [Per ipsos Sanctos dæmones abiguntur, morbi effugantur, infirmi curantur, cæci vident, leprosi mundantur, & tentationes, mœrorésque soluuntur, omne donum bonum à Patre luminum per eos his, qui indubitata fide petunt, descendit. Quid non laboris suscipias, vt patronum quendam nanciscaris, qui te mortali regi offerat, ac
tuo

tuo no
hi ho
patro
suppli
candi
postul
Ha
luntat
datur.
nos cu
quam
Ipsi ve
sericon
tatis ar
bus ill
rum. B
cti do
merum
sibi, se
tredine
tatis,
nostræ
ricordi
obliuio
tant, n
non de
cœlesti
durat,
te? Fra
ctat: e
nes no
serenat
ne De

tuo nomine ad eum verba faciat? Annon igitur hi honorandi sunt, qui toties humani generis patronos se profitentur, ac Deo nostra causa supplicant?] Certè honorandi sunt, & inuocandi, qui tam magna bona nobis orando, & postulando obtinere efficaciter possunt.

Hæc autem eorum postulatio in Domini voluntate, & in ipsorum Sanctorum pietate fundatur. Dominus enim vt eos honore afficiat, & nos cum illis amore deuinciat, vult per eos, tanquam per interuentores, nobis bona donare. Ipsi verò per adeptionem sublimioris status misericordiæ viscera non exuerunt, quin imò pietatis augmentum compararunt. Verè de omnibus illis affirmare possumus, quod de vno illorum Bernardus dixit, & quidem huius sancti doctoris verbis, si tantum singularem numerum in pluralem mutemus. [Securi quidem sibi, sed nostri solliciti: Non enim cum putredine carnis simul se exuerunt visceribus pietatis, nec sibi sic induerunt stolam gloriæ, vt nostræ pariter miseriam, suæque ipsorum misericordiæ obliuionem induerent. Non est terra obliuionis, quam animæ Sanctorum inhabitant, non terra laboris, vt occupentur in ea, non denique terra, sed cælum est. Numquid cœlestis habitatio animas, quas admittit, indurat, aut memoria priuat, aut spoliat pietate? Fratres, latitudo cœli dilatat corda, non arctat: exhilarat mentes, non alienat: affectiones non contrahit, sed extendit: in lumine Dei serenatur memoria, non obscuratur: in lumine Dei discitur, quod nescitur;

Mira erga mortales Sanctorum misericordia.

Ser. 2. de S. Victor.

244 *De vita religiosè instituenda,*
tur, dediscitur. Superni spiritus, illi, qui ab
initio cœlos inhabitant, nunquid, quia incolunt
cœlos, despiciunt terras, & non magis eas
visitant, & frequentant? Numquid, quòd
semper vident faciè[m] Patris, ministerium eua-
cuat pietatis. Omnes nihilominus administra-
torij spiritus sunt, missi in ministerium pro-
pter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Quid
ergo? Discurrunt Angeli, & succurrunt ho-
minibus: & qui ex nobis sunt, nesciunt nos:
nec norunt iam compati, in quibus passi sunt
& ipsi? Qui dolores nesciunt, sentiunt ta-
men nostros: & qui venerunt de magna tri-
bulatione, non recognoscunt iam in quo fue-
runt? Hæc pietas pulsat in cordibus eorum,
vt nostri misereantur, & supplices pro nobis
facti Dominum vniuersorum exorent.

*De duobus modis inuocandi San-
ctos. §. I.*

*Cordè, &
ore san-
ctorum pie-
tas im-
ploran-
da.*

Si autem quæras, quomodo Angeli, & San-
cti inuocandi sunt? Breuiter dico, & oratio-
ne aliqua vocali ad hoc instituta, vt vox,
& corpus nostrum illis se subdat, & oratio-
ne mentali, vt eisdem spiritus noster se sub-
iiciat. Hæc autem oratio eadem erit, quam
paulo antè ad Virginem dirigendam esse pro-
tulimus; nisi quòd & Sanctorum titulos mu-
tabis, quos Dei amicos, cœlestis curiæ princi-
pes, Ecclesiæ columnas, fidelium patres, &
aliis similibus nominibus, poteris appellare,
quæ te ad reuerentiam, ad attentionem, &
ad

ad precandi feruorem alliciant. Postquam vero illos laudaueris, & illis pro sanctissima vita, & felici morte gratulatus fueris, suprâ explicatas virtutes, & dona posces, quæ ideo hîc summam præstricta iterum censeantur, quia non orationes, quæ ex libro legantur, componimus, (vt iam dictum est) sed aditum ad mente surgendum in Deum, & ad affectus excitandos aperimus.

Alio etiam modo poteris Sanctos inuocare, quem Ioannes Lanspergius assignat, orationem tuam, non ad ipsos, sed ad Dominum dirigendo, & pro donis in illos collatis vniuersorum conditorem laudando. Ages ergo Domino gratias, primò, quòd sanctum illum, cuius dies sacer est, vel quem honore profequi intendis, vt sanctum Petrum, vel Iacobum, ab æterno prædestinauit, vocauit, & iustificauit; quòd illi peccata, vel multa, vel pauca donauit; quòd gratiam, & virtutes infudit; quòd piorum operum multitudinem, & bene agendi occasiones cumulauit; quòd bonam voluntatem, & perseuerantiam dedit; quòd inter tentamenta, insidias, laqueos, & aduersitates vita huius protexit; quòd ad finem vsque direxit, in gloriam assumpsit, coronauit, & felicitate perpetua donauit, ac nobis in eo imitandi specimen reliquit. Postea per intercessionem eiusdem sancti, aut ea, quæ superius diximus, aut quodcumque volueris, postulabis.

Alius inuocandi modus.

Lansp. in phar. diuin. amor.

CAPVT VII.

De salutando frequenter Domino in sacramento Eucharistiæ.

QVI pro ratione status sui, quo ad sanctitatem properant, & ad consortium Sanctorum festinant, Sanctos quotidie inuocare assuescunt, quanto potiori ratione ipsum Dominum Sanctorum, non iam solùm in cælo manentem, sed in terris, & in domo eorum comorantem salutabunt? Certè mirabilis est dignatio Saluatoris, qua voluit sub Eucharistiæ sacramento in templis nostris habitare; & non aliter, quàm paterfamilias in præcipua cella domus, nempe in Ecclesia, (quæ quasi cella magna est, quia prælatus magnus, & summus rerum moderator in ea manet) ad nostrum tutamen, & regimen, & consolationem assistere. Fidelis est ille, qui opere complet, quæ dixit: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.* Est enim nobiscum protectione sua, cum nos à malis, & periculis defendit; est & præsentia sua, dum apud nos sub specie panis, & vini manet, & se huius vitæ comitem exhibet. Et, si ex eo, quòd Ioseph Patriarcham Dominus è carcere eripuit, dictum est: *Descenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit illum:* quanto mirabilius nobiscum in foueam descendit, qui non

Mirabilis
 erga nos
 Christi
 dignatio.

Matth.
 vlt. 20.

Sapient.
 10. 13.

non t
 & fec
 stris,
 nobisc
 Ha
 in cor
 fias,
 seruati
 las præ
 B. Dor
 rum P
 fiam h
 marum
 ibi le
 dabat.
 libus in
 alias c
 concla
 giunt,
 non p
 stunt.
 templi
 pleri.
 lies cen
 miscer
 stiant,
 Sec
 bi cor
 stiam a
 qua C
 se nor
 hoc, i

non tantum nos sua providentia protegit, sed & secundum corpus assumptum in foveis nostris, & in luteis templis à nobis exædificatis, nobiscum habitare constituit.

Hæc sanè meditatio tanti ponderis fuit in cordibus multorum Sanctorum, vt Ecclesias, in quibus Eucharistiæ sacramentum asseruatur, deuotissimè frequentarent, & eas cellas proprias ad iugiter manendum efficerent. B. Dominicus, sanctissimus Ordinis Prædicatorum Pater nullam ferè aliam cellam, nisi Ecclesiam habebat, qui postquam copiosis lucris animarum institerat, in Ecclesiam se recipiebat, & ibi lectioni, orationi, gemitibus, & suspiriis se dabat. Eum ex parte multi alij ex viris spirituales imitati sunt, qui, vt fideles serui, cum per alias occupationes licet, ad Ecclesiam, vt ad conclaue domini sui, tota deuotione confugiunt, & ei genuflexi, aut stantes, aut, si aliter non possint, in humili scabello sedentes assistunt. Putant namque (& non decipiuntur) in templis sanctæ Ecclesiæ illud etiam Danielis impleri. *Millia millium ministrabant ei, & decies milia centena millia assistebant ei.* Et ideo præsentia miscnt se Angelis, vt quorum vitam imitari gestiunt, etiam societate latentur.

Sed cur non frequentissimè, quantum sibi concessum fuerit, ad sanctam Eucharistiam adorandam, & inuisendam vadant, in qua Christum, omnium bonorum fontem, esse non ignorant. [Est namque sacramentum hoc, inquit Laurentius Iustinianus, tanquam

Quanto studio Sanctorum alij qui Ecclesias frequentarent. Lib. 3. vitæ, cap. 12.

Daniel. 7. 10.

Iure id ob egregias utilitates omnibus faciendū. De conuersat. monastica, cap. 19.

cellarium quoddam omnium aromatum in se continens pretiositatem, & virtutem. In ipsum qui ingrediuntur, refocillantur ab omni fatigatione, nec deficiunt, donec præsentis vite terminus finiatur. Est etiam mysterium hoc, quasi ingens arbor virentibus referta foliis, sub quam quicumque fugiunt, laborantes, & peregrinantes, proteguntur in ipsius umbraculo ab diei æstu, à turbine quoque, & à pluuia.] Hæc viri spirituales per experientiam norunt: ideo vadunt ad spiritale cellarium, ut se reficiant, & sedent sub frugifera arbore, ut noua, & vetera poma decerpant.

Ergo & tu, qui hoc beneficio præsentie Domini fruere, qui eum tuæ propriæ domus habitorem agnoscis, in signum gratitudinis aliqua tempora quotidie signata habeas, in quibus ad Ecclesiam te conferas, & ad eum salutandum accurras. Et, ut aliquid tibi speciale proponam, poteris B. Franciscum Borgiam imitari, prius ducem Gandansem, & Magnatem Hispaniæ, postea seruum Iesu Christi, & tertium nostræ SOCIETATIS Generalem, qui (ut nouitius audiui) septies quotidie se in Ecclesia Domino præsentabat, & pro septem donis Spiritus sancti, & pro septem virtutibus, hanc, quam subiungam, orationem fundebat.

B. Francisci Borgiæ deuotum exercitium.

Joan. C.

1017

1018

1019

1020

1021

1022

1023

1024

1025

¶ I. In honorem sanguinis effusi, in incircumcisione, & petebat donum sapientiæ, & virtutem castitatis.

Ade
igitur
Don
& n
bat
orati
Don
& f
tion
gelic
in
rem
effut
sang
Don
hoc
ne;

H
nem
has
& e
imp
tur.
sugg
coll

- Adorabat igitur ille Dominū, & recitabat semel orationem Dominicā, & salutationē Angelicam, in honorem septē effusionū sanguinis Domini, hoc ordine:
2. In honorem sanguinis effusi in horto, & petebat donum intellectus, & virtutem abstinentiæ.
 3. In honorem sanguinis effusi in columna, & petebat donum scientiæ, & virtutem charitatis.
 4. In honorem sanguinis effusi in coronatione spinarum, & petebat donum timoris, & virtutem humilitatis.
 5. In honorem sanguinis effusi in fixura manuum, & petebat donum consilij, & virtutem misericordiæ.
 6. In honorem sanguinis effusi in fixurā pedum, & petebat donum fortitudinis, & virtutem perseverantiæ.
 7. In honorem sanguinis effusi ex vulnere lateris, & petebat donum pietatis, & virtutem patientiæ.

His poteris etiam adiungere inuocationem Sanctorum, si nimirum hæc dona, & has virtutes petas per eorum intercessionem: & eos breuiter roges, vt eas à Domino tibi impetrent, & in hora mortis tibi auxilientur. Sanctos ergo quos volueris, & quos deuotio suggererit, in quauis salutatione inuocandos collocabis. Quos, si libuerit, ex illis septem beatorum

*Sanctis
etiam per
vices in-
uocandi.*

torū classibus, suprā non sine ordine assignatis, deliges. Exempli gratia, die Dominico, in quo inuocantur Angeli, in prima salutatione Domini petes donum, ac virtutē illi respondentem per intercessionem tui Angeli custodis. In secunda per intercessionem sanctorum Angelorum Michaëlis, Gabrielis, & Raphaëlis. In tertia per intercessionem Seraphinorum, & Cherubinorum. In quarta per interuentionem Thronorum & Dominationum. In quinta per interuentionem Potestatum, & Virtutum. In sexta per interuentionem Principatum, & Archangelorum. In septima denique per intercessionem Angelorum, & illius Angeli, qui huic religiosæ communitati custos deputatus est. Sic pro tua deuotione feria secunda aliquos ex Apostolis eliges, vel omnes cum Ioanne Baptista in septem has salutationes distribues. Feria tertia aliquos ex Martyribus, feria quarta aliquos ex Pontificibus, feria quinta nonnullos ex Doctoribus, feria sexta aliquos ex Cōfessoribus, & sabbato B. Mariam Magdalenam, & aliquas ex sanctis Virginibus, & viduis tibi inuocandas constitues. Sic adhibitis, & multiplicatis intercessoribus, quod petis, efficacius abtinebis.

*Quomodo septies
Christus
absque
clausura
fractione
quotidie
inuisen-
ditus.*

Non erit autem molestum, nec custodia cellæ contrarium, septies quotidie in Ecclesiam venire, si scias has Domini visitationes prudenter disponere, & in apta totius diei tempora distribuere. Nam manè, cum primū surgis è lecto, cum ad celebrandum, aut audiendum sacrum accedis, cum manè, & vesperi ad aliquod ministrarium,

riun
vel c
temp
sue
nun
curr
dito
gnus
rante
stula

N
quoc
tur, v
quæ
tia v
ligen
quoc
lucen
in ce
ris, q
trian
etian
aut r
que p
Ex
nullu

rium, vel negotium egrederis, cum è prandio, vel cœna ad cellam redis, facile est opportuna tempora ad visitandum Dominum reperire. Et siue hoc pium exercitium, siue aliud assumes, nunquam prætermittas ad tuum Salvatorem accedere, & te coram illo in sacramento abscondito præsentare. Rex namque est infinitè benignus, & miserationum dominus, qui se honorantes exaltat, quærentes admittit, & bona postulantes à se vacuos abire non sinit.

CAPVT VIII.

De exercitatione corporali.

NOSTRI iuvenes religiosi, dum studiis vacant, ex præscripto, sub vesperam ad aliquod opus externum per breue tempus vocantur, ut in eo propter interruptionem studiorum, quæ & saluti corporis, & ipsi acquisitioni scientiæ vtilissima est, & pro exercitio humilitatis, diligenter occupentur. Aliqui etiam illorum aliquod ministerium habent, ut ad initium noctis lucernas per domum accendere, seniori alicui in certis rebus ministrare, & alia huius generis, quæ ita sunt disposita, ut humilitatem nutriant, & studia literarum non impediant. In his etiam instruendi sunt, ut non solum corpore, aut manibus labori intendant, sed spiritu quoque proficiant.

Ex his ergo obsequiis tu, religiose adolescens, nullum petes, nisi illud fortè, in quo multum sit morti

*Aliquod
exter-
num opus
Societatis
scholasti-
ci singulis
exercens
diebus.*

*Nullum,
nisi vile.
& id ex
recta in-
tentione,
petendū.*

mortificationis, & quod imperfecti ob ipsius vilitatem (sic enim nunc loquamur, quamuis in statu religioso nihil sit vile, & abiectum) solent auersari, & cum repugnantia exercere. Petantur hæc obsequia à nonnullis ob distractionem, vel ob ambitionem, vel ob fauorem: tanta enim est eorum miseria, vt in his minimis seculum eos teneat, & sub prætextu humilitatis, amor in ipsis vanitatis introeat. Petunt quidem ob distractionem, quia in cella secum manere, & per plures horas legere, scribere, & literis studere non sustinent. Quia verò impunè non possunt domum circumcurrere, externas occupationes præterdunt, quorum prætextu huc illucque vagantur. Alij ob ambitionem; nam ministrare prælato, & munditiæ cellæ illius curam gerere, nescio, quomodo in aliqua æstimatione cœpit haberi; ad hoc enim muneris non nisi adolescens spiritalis, & industrius, & plusquam ordinariæ virtutis eligitur. Ideo qui hunc laborem libenter suscipiant in domo non desunt; qui tamen aliud ministerium multo minoris laboris cum nausea auersarentur. Alij ob fauorem, quia nimium utile putant vel grauioribus Patribus ministrare, à quibus prætextu charitatis in suis imperfectionibus foueantur. Si tuæ salutis curam habes, has puerilitates fugies, & ad prædicta ministeria nullo modo te ingeres, quod tamen ex his, vel aliis tibi demandatum fuerit, simpliciter, & promptè, non ex alia, quàm ex sincerissima Deo placendi, & obediendi intentione suscipies.

Quomodo ad illud accurrendum.

Ad commune ergo exercitium manuum, vel ad

ad a
sed
quia
gen
re, v
pa, &
lectu
alio
nes
cum
per
oper
quæ
tunc
& m
T
tur, v
naue
quan
rum
uori
velo
mag
tè, h
Fili
Est i
De c
Velo
tate
iam
nistr
Opt
sua f

ad aliquod particulare vocatus, ne moras trahas, sed vel litera incepta relicta statim accurras; quia post signum datum adhuc vel tantillum legere, vel dictionem, quam calamo exarabas, finire, vel inchoatam disputationem profequi, culpa, & imperfectione non vacat. Ibis intra te collectus, & cogitationibus de studio, aut de aliquo alio reiectis, Deo præsens. [Is namque, ait Ioannes Climacus, minister idoneus censetur, qui cum hominibus corpore assistat, mente tamen per orationem cœlos pulsat.] Toto tempore operis, siue laboris filebis, & nihil penitus loqueris, nisi aliud poscat manifesta necessitas; tunc enim tempus est non loquendi, sed tacendi, & manibus operandi.

Tuū autem opus his qualitatibus circūcingetur, vt gratum Deo, & hominibus fiat, quas Bonauentura his verbis declarauit: [Si tamen, quando contingat eis aliqua huiusmodi officiorum, vel ad horam committi, magna debent deuotione suscipere, & ad faciendum ea mansuete, velociter, acceptabiliter, integrè, circumspectè, magnam debent diligentiam adhibere. Mansuete, hoc est, sine murmure, & displicentiæ signo. *Fili*, ait Sapiens, *in mansuetudine opera tua perfice*. Est in opere bono necessaria strenua velocitas. De qua Sapiens dicit, *In operibus tuis esto velox*. Velocitas hæc maturitatis non remouet grauitatem, sed vitium tarditatis excludit. Est etiam acceptabiliter operandum, vt quibus ministratur, provt honestè fieri poterit, satisfiat. Optabat Apostolus, & orari rogabat, vt oblatio sua fieret acceptabilis in Ierusalem sanctis. Magnus

Gradu
4. longè
post me-
dium.

Quibus
debet
circum-
stantiis
ornari.
In spec.
discipl.
par. 3.
cap. 5.

Eccles.
3. 19.

gnus profectus est ei, cuius ministerio multi læti facti Deum laudant. Integritas in opere bono requiritur, vt non diminautè, non ad euasionem, vel quasi ad oculum, sed perfectè, vt res exigit, fiat. Circumspectio in obsequiis, prout officiorum requirit varietas, est habenda, quod per exemplum in vno officio meliùs patet.] Poni autem exemplum in eo, qui triclinium apparat, exponitque sigillatim, quanto nitore, & munditia, & diligentia debet omnia, ne alicui quicquam desit, præparare.

Indiscriminatim illa omnibus obseruanda.

Nec putes hæc solis fratribus, quibus cura temporalium commissa est, imò omnibus dicitur, etiam iuuenibus, & senibus, quotiescunque illis aliquod ex his ministerium iniungitur. Si enim ad obediendum ingressi sunt, & hæc opera ab obedientia iubentur, non est, cur minori cura, & sedulitate perficiantur, quàm ea quæ propter maiorem splendorem, & apud homines æstimationem, magnam sui nobis curam iniiciunt. In hoc autem idem sanctus & clarissimus doctor Bouauentura, vt alio loco retulimus, omnibus mirabili humilitate præluxit, qui profectò imitandus ab iis est, qui ad similem sanctitatem, & scientiam aspirant. Scientiæ enim adeptionem Deus puris corde, & seipsos abnegantibus, & humilibus præparauit.

Quid discriminis inter malorum, & bonorum scientiam sit.

Theod. lib. 1. de curat. Græcar. affect. ad finem.

Hanc sanè boni, & mali adquirunt, perfecti & imperfecti, non inficior. Sed discrimen scientiæ ab his, & ab illis ex Theodoro cognosce. [Ac veluti pluuiam, inquit, præcipuè quidem cultis subactisque agris, vt humano generi consulat, munificus ac liberalis Deus infundit, ex vbertate autem

auto
dine
miti
verò
mùl
fico:
quid
qui l
ficut
locis
quæ
toru
men
tura
atqu
Si ve
suau
hum
hum
quar
hari

Si
hum
tur, c
coctu
sed
Hi s
& c
cum

autem & copia liberalitatis, ipsas quoque solitudines, montesque irrigat, & arata quidem regionum fructus, nobisque congruentes, inarata vero sylvestres, immittioresque producit; videmusque per sepe, sepulchris, & parietibus caprificos innasci, ita & scientiæ donum præcipue quidem piis hominibus datum est, illis autem qui huius notæ non sunt, datur quidem scientia, sicut pluvia dari solet desertis, ac sylvestribus locis. Hinc & sæpenumero quædam producant, quæ pro esculentis habenda sunt, quæque cultorum agrorum fructibus sunt similia, cum tamen manifestè appareat ea prophetica agriculturæ esse expertia, asperitatè enim nescio quam atque amaritiem immixtam habent.] Sic illè. Si verò tu illius scientiæ es avidus, quæ bonis, & suauissimis fructibus comparetur, animam hac humilitatis agricolatione disponito, & opera humilia, & oculis insipientium abiecta nequaquam negligito, ut ad id, quod cupis, subueharis.

De ministeriis religiosorum laicorum. §. I.

Si autem hæc tam exacta cura obsequiorum humilium religiosorum, qui literis vacant, imponitur, quid de illis sentiendum est, qui ad hoc in cœtum religiosorum admissi sunt, non ut literis, sed ut ministeriis exterioribus occuparentur. Hi sanè non vesperi tantum, sed & manè, & omnibus diebus, exteriora ministeria, cum magno merito, & laude perficiunt, quos alio

*Religiosa
externa
ministeria ex-
actiori
laicis
cura sint.*

Lib. 1.
de vita
spirit.
par. 3.
cap. 26.

*Illorum
status &
securior
& ad
perfectio-
nem ap-
tior.*

alio loco satis instruximus. Sed obiter occasione ab his, quæ scholaribus diximus, accepta, pauca ipsis, sed admodum necessaria, dicamus.

Tu ergo ad sortem Marthæ vocatus es, vocationem tuam, tanquam à Deo profectam, tanquam securiorem, & fortè aptiorem ad perfectionem consequendam diligit. Non dubites, te ad hanc sortem ab ipso Deo fuisse vocatum, qui cum velit corpus religionis perfectum facere, quosdam ad hæc ministeria spiritualia, quosdam ad illa temporalia vocat, vt tanquam ex variis, & necessariis membris vnum integrum corpus constituat. Nec etiam dubites, te securissimam vitæ rationem sectari, quæ eo ipso, quòd humilior, eo securior est, minùs periculis cadendi subiecta, minùs inanis gloriæ ventis exposita. Nec tandem ambigas, quia vitam habes ad assequendam perfectionem aptissimam, cuius instrumenta cum magis sint affectus voluntatis, quàm intellectus actiones, ille magis ad perfectionem disponitur, qui liberiori & ardentiori voluntatis affectu in Deum ordinatur. Voluntas autem in religiosis laicis ex ratione status liberior est ad amandum, quam subtilitas intellectus non distrahit, & cura rerum magni momenti annexa Ecclesiasticis ministeriis, nec à iuge Christi meditatione, nec amore diuellit.

*Deuotè,
amicabili-
ter, &
diligen-
ter illis
operan-
dum.*

Obsequia igitur temporalia tibi demandata deuotè, amicabilem & diligenter exequere. Deuotè exequeris, si te in huiusmodi seruitiis ipsi Christo Saluatori tuo, cuius mem

mem
ne v
cistis
cistis
Chr
ipsi
Ami
tres
medi
tas,
tuo
seru
perlu
ditat
bilit
ligen
tum
famu
famu
land
fed
Dei
etas.
miur
& pr
do, &
pect
C
est, c
ut q
mini
dedi
num
I

membra viua foues, famulari consideres. Nonne vox eius est: *Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Si tu minimis, & humilibus propter Christum obsequeris, non dubium est, quin ipsi ad tuum magnum meritum obsequaris. Amicabiliter seruis, si religiosos esse fratres tuos, & summi Dei dilectissimos filios mediteris. Iucunda est corporalis fraternitas, sed spiritualis multo iucundior, quæ si tuo animo infederit, teque non aliorum seruum, sed fratrem, (sicut re vera es) esse persuaserit, facile tibi erit, ipsorum iucunditati consulere, & in omnibus irreprehensibiliter, & suauiter ministrare. Tandem diligenter famulaberis, si præmium tibi paratum aspicias. Nam principum huius mundi famuli eo maiori diligentia, & sollicitudine famulantur, quo maiori mercede sunt cumulandi. Tu verò non mercedem temporalem, sed æternam, non aurum, aut argentum, sed Dei ipsius conspectum, & possessionem expectas. Absurdum autem erit tam eximium præmium ob opera negligenter facta deposcere, & propter obsequia ex animo tristi, & iracundo, & querulo oblata Sanctorum mercedem expectare.

Christi munus, ô frater, tibi demandatum est, qui de se dixit: *Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Et filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.* Non debes autem dedignari seruire fratribus, quorum Dominum omnium se ministrum vocat, nec eius

I. Alvarez de vita rel.

R munus

Matth.

25.40

Luc. 21.

Matth.

20.28.

Pari cum

Christo

gaudent

ministratio.

rio.

manus negligenter obire. Huius meditationis virtute tactus S. Hermannus, alio nomine Ioseph dictus, tanta celeritate & voluntate fratribus seruebat, ac si rem honorificentissimam actione præstaret. De quo hæc scripta sunt: [Tanti ergo Domini, seruiens seruis suis, formam se gerere humilis frater noster, seruiens fratribus suis, semper in corde gerebat, vnde tanta se sensit alacritate affici, vt, quotiescumque tale fratribus ministerium exhiberet, non se ire, aut currere, sed potius volitare putaret, animi alacritate in corpus sese effundente.] Hæc auctor vitæ eius, qui & statim sic in fratres superbe, vel negligenter seruiens inuehitur: [Magna distantia beati fratris huius à plerisque fratribus, qui vel superbia tumidi, vel acedia pressi, nec spiritali eriguntur lætitia, nec humilitate inclinantur, vt Deo ministrent in fratribus, & fratribus propter Deum. Discant hoc exemplo, non solum sine murmure, verum etiam humiliter, & alacriter fratribus seruire, discant glorificare Deum, & Dominum Iesum, cuius ministratiis formam, corpore & animo representant.] Hæc igitur sit forma obsequij tui, Christus Iesus pro te, pro omnibusque ministrans, hoc exemplar laborum tuorum, vt quietus in tua vocatione viuas, vt perfectè munus tuum expleas, & vt ex labore ad requiem, ex obsequio ad regnum, & ex humilitate ad gloriam venias.

Sorius
in vita
eius,
tom. 7.

CAP.

De

I N h
cita
aut an
que ac
ditinu
tali in
nam,
cussio.
diligen
præ in
lem su
necess
facien
Est
quilita
verba,
bona à
exerce
secrat
fertissi
dies iu
operib
que vic
sophia
ni con
iudex,
minas

CAPVT IX.

De conscientia examine generali ante cubitum, & primò de eius necessitate.

IN his, aut aliis similibus diuini cultus exercitationibus, & in consuetis literarum studiis, aut animarum ministeriis, tempus à prandio vsque ad noctem insumendum est; ad noctem verò diuinum officium persoluendum, orationi mentali incumbendum, & post moderatissimam coenam, & pausationem aliquam, conscientiaë discussio, antequam ad somnum nos componamus, diligenter iteranda. Et quia hoc opus, (quod supra in hunc locum reiecimus) ad vitam spiritualem summi momenti est, ideo paulo latius eius necessitatem, multiplices vtilitates, & qualiter faciendum sit, explicabimus.

Est igitur examinatio conscientiaë, subtilis, exquisitaque discussio, qua cogitationes, desideria, verba, & actiones nostras expendimus, & mala ac bona à nobis gesta retractamus. Ad quam etiam exercendam septimum diem cultui Domini consecratum, nobis datum esse, Philo Iudæorum disertissimus censuit, de Mose sic scribens: [Post sex dies iussit festum agi septimo, ab aliis abstinendo operibus, quæcumque ad quæredum, parandumque victum attinent, interim vacando vni Philosophiaë studio, corrigendisque moribus, & examini conscientiaë: quod insitum in anima, tanquam iudex, obiurgare non veretur, aliis intentando minas vehementius, alios admonendo modestius:

*Quid conscientia
examen,
quæque
necessarium.*

eos quidem, qui sponte sua contumaces sunt, minis territans, eos verò qui peccant inuiti, per imprudentiam, ciuilitè admonens, ne posthac labantur similiter.] Sic ille. Hæc igitur discussio admodum necessaria est, vt Deo, cui placere cupimus, inuisi non simus. Ipse enim omnium hominum, sed præcipuè iustorum gesta, & cogitata considerat, eorum bona approbat, & mala condemnat. His tamen, malis scilicet, clementer ignoscit, si ea à nobis per examè cognita, & fletu ac compunctione lota esse deprehendit. *Quæst homo,* inquit sanctus Iob, *quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo, & subitò probas illum.* Quid, rogo, est, hominem à Deo magnificari ac visitari, nisi donis, ac muneribus impleri? Sed quid est, Deum erga hominem cor suum apponere, eumque probare, nisi an bene suis donis vtatur, animaduertere, & eius opera, morèsque discutere?

Iob 7.
17.

1. Mor.
cap. 16.

Vnde Gregorius hunc eundem sensum attingens sic ait: [Hominem Deus magnificat, quia largitate rationis ditat, infusione gratiæ visitat, honore collatæ virtutis exaltat. Cùmque per semetipsum nihil sit, esse tamen eum cognitionis suæ participem, benignitatis munere concedit. Sed erga eundem magnificatum hominem cor suum Dominus apponit; quia post dona iudicium exerit, merita subtiliter pensat, vitæ pondera vehementer examinat, & tanto ab eo post districtiùs pœnas exigit, quanto hunc impensò munere largiùs præuenit.] Hæc autem mala, quæ Dominus in nobis aduertit, cum ad iram prouocant, nisi per compunctionem, & emendationis

nis d
ceda

Tu

ea vi

conf

displ

ranti

com

deteq

delea

exam

mod

pund

& in

petu

men

ta sa

cont

dem

sub e

perat

bem

quàn

meso

vtiù

faga

H

non

que

linea

tur, e

at st

aut r

nis desiderium, atque propositum à nobis abcedant.

Tunc verò de malè factis compungimur, tunc ea vitare cupimus, atque proponimus, cum in conscientiaè discussione ipsa mala esse, & Deo displicuisse deprehendimus. Nam quæ per ignorantiam, aut infirmitatem, aut etiam malitiam, commisimus, hæc discussio, hocve examen detegit, & ante oculos mentis, vt lugeantur, & deleantur, statuit. Hunc autem esse fructum examinis Ricardus Victorinus in hunc ferè modum exponit: [Multa enim tempore compunctionis, & orationis mens hominis mala, & iniusta esse inuenit, quæ prius ex animi impetu, & quasi præcipitanter definiuit, quæ tamen iniusta esse tunc temporis aduertit, & multa sæpe ex eodem spiritus sui impetu homo contra conscientiam suam dicat, & tamen eandem animi sui præcipitationem postmodum sub orationis, & deuotionis suæ tempore temperat, & ad saniozem sententiam reformat. Debemus itaque ea, quæ præcipitanter magis, quàm prudenter statuimus, & mala esse pertimescimus, postmodum diligenter discutere, & vtrum iusta, an iniusta, vtilia, an inutilia sint, sagaci retractatione perquirere.]

Hinc autem manifestè colligitur, quòd, qui non se frequenter examinant, vitam rectam atque perfectam habere vix possunt. Sicut enim linea nequaquam à rectitudine exorbitare creditur, quando absque adminiculo regulæ videtur, at statim eius obliquitas detegitur, si norma, aut regula dirigatur; ita & operum nostrorum

*Fructus
exami-
nis erro-
rum
cognitio
est.*

*Lib. I.
de eru-
ditio.
inter
homin.*

*Discus-
sionis de
fectus vi-
ta prauita-
tem
inducit.*

defectus cognitionem nostram prætereunt, quandiu examinis regula ipsa opera non expendunt. Nam & hæc conscientia propria disculsiō regula est, quæ profectò actiones nostras dirigit, & quid in eis flexuosum, quid rectum, quid Deo iniustum, quid gratum, ostendit. Si ergo artificibus regula necessaria est, vt opera sua iuxta præscriptum artis faciant: & viris spiritualibus examinatio operum, & cogitationum necessaria est, vt rectè viuant, & iuxta virtutis præscriptum suam vitam instituant.

*Conscien-
tia sordes
in cumu-
lulis con-
gerendæ,
vt faci-
lius ei-
ciantur.*

Simil.

Certè cum cellam nostram mundare disponimus, prius sordes, & immunditias in vnum cumulum congerimus, vt postea extra cellam eiiciamus. Sic & conscientia cubiculum mundandum est: & sicut pœnitentia delicta foras eiicit, ita & examinatio in vnum locum congerit. At si per hoc exercitium delicta, & defectus nostros non videamus, & in memoria receptaculum ad compunctionem, ad lacrymas, & ad confessionem non congregemus, quomodo foras reiciemus? Aptè profectò quidam conscientia examen humorum commotioni comparauit: vt quemadmodum medicina ars prius beneficio alicuius pharmaci humores commouet, & postea per sequentem potionem pellit; ita & ars sancti, spiritualitèrque viuendi primò per examen peccata mouet, & quasi à sua sede extrahit, & postmodum per contritionem, & confessionem foras eiicit. Huncque esse fructum examinis Ieremias expressisse videtur, cum ait: *Scrutemur vias nostras, & quaramus; & re-*

Thren.
3. 40.

reuer

uertamur ad Dominum. Quid enim aliud est, vias nostras scrutari, nisi mores, affectus, opera, verba, & cogitationes discutere? Quid est hæc quæ- rere, nisi eadem, qualia sint, an bona, an mala: an perfecta, an imperfecta: an Deo grata, an in- uisa, per examen inquirere? Inde autem quid se- quitur? Certè, vt reuertamur ad Dominum, vt scilicet per veram pœnitentiam eius indignatio- nem pellamus, ipsiusque amicitiam, & gratiam impetremus.

Discussio ergo conscientie ad hoc valet, vt peccata nostra detestemur, & malè admisa lu- geamus. Sicque sanctus Dauid se ad delictorum suorum destructionem incitabat: *Laboravi, in-* Psal. 6. 7.
quit, in gemitu meo, lauabo per singulas noctes le-
ctum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo. Verf. 4.
 Dixerat priùs: *Conuertere Domine, & eripe animam*
meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.
 Quibus verbis Dominum deprecatur, vt sibi pristinas iniquitates ignoscat. Vt autem veniam consequar, ait, gemitibus, & suspiriis fatigabo meipsum, in loco quietis meæ delicta mea re- cogitabo, & præcordia mea dolore, & desola- tione complebo. Hæc namque via est, ô Domi- ne, vt tuam misericordiam flectam, & ad par- cendum, & miserendum tuum benignum pectus alliciam.

Prima necessitas examinis est ad peccatorum cognitionem. §. I.

Iam ergo breuiter huius frequentis discussio- nis necessitates colligamus. Prima est, quòd pec- cata

Discussio
conscien-
tia peccã-
ta deta-
gis.

cata detegit, & lucem ad ea cognoscenda, ac sapientiam impertit. Dum enim nos ipsos inspicere, & mala à bonis separare assuescimus, à Domino, qui fidelis est, de malis vitandis, & bonis agendis erudimur. In cuius signum *Gedeon, cum excuteret, atque purgaret frumenta in torculari, ut fugeret Madian, apparuit ei angelus Domini, qui eum Domini voluntatem docuit, & ducem ad Madianitas vincendos, & profligandos constituit.* Tunc quidem, ô iuste, ad fugiendum, Madian frumenta purgas, cum ad vitandos diaboli laqueos solerti consideratione vitam tuam, & mores examinas. Huic autem operi intentus nuntium Domini aspicias, & ab eo dux aduersus hostes constitueris, cum lucem cœlitus immisissam ad mala tua cognoscenda sentis, & ex inspectione eorum ad fletum, & ad compunctionem, quibus peccata destruantur, incitatis. [Quid est frumentum virga cedere, inquit Gregorius, nisi rectitudine iudicij, à vitiorum paleis, virtutum grana separare.] Qui ergo iudicio, & examine bona sua opera à pravis, vel operibus, vel affectibus, vel adiacentibus separant, se ad diuinæ lucis irradiationem præparant.

*Extremū
Dei iudicij
cum præcedet.*

1. Cor. 4. 5. Nō est tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique à Deo. Tenebrarum, id est, peccatorum, dete

det
lau
ner
ant
ne
nus
Ex
& f
ma
pus
mit
tra
tab
nor
deb
ocu
tua
ant
iud
ore
cie
vel
mu
na
arg
cor
Et
tri
cor
par
spi
no

detectio, & consiliorum cordis manifestatio, laudem à Deo decernendam, vel vituperationem præcedit, quia ipsa natura dictante, nullus ante cognitam à iudice causam iudicandus est, nec bonus, aut malus proclamandus. Et Dominus per os Davidis ita peccatorem alloquitur: *Existimasti inique, quòd ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam.* Multa, inquam, mala, & flagitiosa perpetrasti, & ego ad tempus tacui, & dissimulaui, & te impunitum dimisi: at non in perpetuum tacebo, sed me contra id, quod tu existimabas, tui dissimilem ostentabo, cum flagitia tua puniens, me peccatis tuis non oblectari, sed indignari patefaciam. Ut verò debitis te pœnis afficiam, priùs peccata tua tuis oculis consideranda proponam, priùs vitam tuam sordidissimam penicillo sapientiæ meæ ante te depingam, ut te ipsum intelligas, & me iudicem iuste punientem agnoscas. Idem igitur ordo, si errare nolamus, in iudicio à nobis faciendo tenendus est, ut scilicet antequam nos velut reos ligemus, vel ut innocentes absolua- mus, gesta, & cogitata nostra solerti examinatione iudicemus.

Psal. 49
21.

Optimè profectò Ricardus ait: [Diuinitus arguitur, qui diuina inspiratione tactus animus, conscientia propriæ accusatione confunditur. Et quasi contra faciem propriam præuaricatrix anima statuitur, quando in sceditatis suæ consideratione contra semetipsam per increpationem scuire videtur. Assuetudo itaque inspiciendi nos ipsos, & quasi in obscuro cordis nostri manendi, causa est, ut occulta patefiant, &

De for-
nio Na-
bicho-
don. cap.
22.

quæ priùs abscondebantur, appareant. Colligat ergo se intra seipsum perfectionis amator, enitatur seipsum agnoscere, & suarum cogitationum, & actionum intentionem, & qualitates deprehendere, & sibi lucem affuturam ad hanc utilissimam sui cognitionem, de diuina bonitate confidat. Cuius ope se esse, quod re vera est, iudicabit, & quantumuis perfectus verissima humilitate despiciet, quia nunquam in humano cordo deerit, dum hic viuimus, quod nos ad humilitatem, & sanctam compunctionem prouocet, nisi fortè vita nostra se sub velo proprii amoris occultet.

Secunda necessitas examinis est ad veram compunctionem. §. 2.

Vera erratorum detestatio sine discussione non stabit.

Secunda necessitas discussionis est, quòd sine illa nemo (vt par est) suorum erratorum detestationem concipit. Nam quis, rogo, suam paupertatem, quam non nouit, vnquam auersatus est? Quis vnquam ob plagam, quam non sentit, aut ob infamiam, quam penitus nescit, est dolore commotus? Similis autem huic est, qui penitus suos defectus, & miserias ignorat, qui profectò nunquam eas lugebit, nec censura emendationis abiiciet. Quomodo autem non ignorabit defectus suos, qui sua interiora non respicit, qui se non examinat, se non discutit, & qui nunquam, quod in corde, & in manibus gestat, aduertit. Discussio ergo conscientiae initium salutaris doloris est, & sanctae compunctionis exordium, qua, cum casus nostros aspiciamus, ad tristitiam, & detestationem peccatorum incitatur.

Post

Postquam enim conuertisti me, ait Propheta, egi
 pœnitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussi
 femur meum. Nam, licet nos Deus ad bonam fru-
 gem conuertat, & opus hoc conuersionis no-
 itra ei ascribendum sit, tanquam bonorum vni-
 uersorum authori, tamen cum huius operis
 cooperatores nos esse velit, ipse incipiens no-
 stra opera non excludit. Quo autem ordine con-
 uertamur, indicat, dicens: Postquam ostendisti mihi,
 percussi femur; quia prius est, culpas nostras atten-
 ta discussione deprehendere, & posterius, debita
 pœna castigare. Denique confusus sum, & erubui,
 quoniam sustinui opprobrium adolescentia mea. Ac si
 diceret: Ostendisti mihi, Domine, peccata
 mea, dum scrutabar illa, & ipsorum cognitione
 tactus, puduit me talia patrasse, & probrosis
 adolescentiæ meæ affectibus seruiuisse. Vide,
 quomodo peccatorum cognitio, quæ discussio-
 ne obtinetur, cor nostrum ad compunctionem,
 & dolorem impellat.

Non videbat se patiens Iob, & ideo non eru-
 bescebat, imò quasi penitus innocens de sua se
 innocentia iactabat, & de tantis miseriis sibi
 à Domino illatis conquerebatur. At post-
 quam seipsum noua quadam, & magis intima
 reuelatione conspexit, & suam vilitatem ag-
 nouit, querimonias ponit, & vultum pœnitentis
 assumit: *Auditu*, inquit, *auris* audini te,
 & quasi à longè cognoui, nunc autem oculum
 meum videt te, id est, tuam sapientiam, & cau-
 sas meæ persecutionis, & plagarum percepi.
 Idcirco ipse me reprehendo, quòd tam audacter
 me innocentem dixi; me sine causa pati pronun-

Jerem.
 31. 19.
 Conuer-
 sionis ini-
 tium illa
 est.

Ibid.

Iob, dum
 attente se
 discutit,
 cum Deo
 flagellum
 agnoscit.

Iob 42.
 5.

riauit;

35 Mor. cap 5. *35 Mor. cap 5.* tiai; & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere. Eodem quidem modo, cum propriam conscientiam non videmus; nos iustos, & aliis meliores dicimus; cum verò eam per examen discutimus, tunc miseros, & peccatores iudicamus. [Et quanto quisque se minus videt, inquit Gregorius, tanto sibi minus displicet; & quanto maioris gratiæ lumen percepit, tanto amplius reprehensibilem se esse cognoscit; cum enim intrinsecus subleuatur per omne, quod est, ad eam, quam super se respicit regulam, congruere nititur: & quia adhuc humana infirmitas præpedit, cernit, quia ei ex minima parte dissentit, totumque se illi onerosum est, quod internæ regulæ conueniens non est.] Sic ille.

Assolet Hanc etiam esse consuetudinem Dei, vt nos per cognitionem peccatorum ad compunctionem; & pœnitentiam trahat, regius Propheta non tacuit. *Commouisti, inquit, terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia commota est.* Interrogat eo loco Augustinus: Quomodo conturbata est terra? Respondet autem sibiipsi: Conscientiâ peccatorum. Sapiens quidem, & vera responsio; cum enim homo in corde suo delicta, & peccata inuenit, quæ antea ignorabat, tunc dolore compungitur, tristitia commouetur, timore turbatur, vt à Domino gratia sanetur. Ipse enim pungit, vt mulceat, mouet, vt quietet, turbat, vt turbatum præ compunctione animum, à malis, quorum causa turbatur, eripiat. Denique *ostendisti populo tuo dura; potastis nos vino compunctionis. Dedisti mesuentibus*

Psal. 59. 3.6.

te significationem, ut fugiant à facie arcus. Quia dum nobis, Domine, duritiam nostram, & proteruitatem ostendis, vino compunctionis reple: & dum compunctione commoues, indicium tribuis, quòd nos à facie arcus, idest, à peccatis, quibus sumus digni, liberabis. Si autem nos non discuteremus, nec peccata nostra videremus, nec contritione commoueremur, sine qua nunquam erratorum veniam impetrabimus.

Spiritus, ait Ezechiel, *leuauit me, & assumpsit me, & abijit amarum in indignatione spiritus mei.* In quémnam locum Spiritus Dei iustum effert? Puto, quia in locum quietis, & pacis, vbi & Dei bonitatem, & suam imbecillitatem multiplicésque defectus agnoscat. Et vndenam eum assumit? Existimo, quia à curis terrenis, & à seculi sollicitudinibus, vt vna sit illi cura, vna sollicitudo, seipsum noscere, seipsum à malis purgare. Ibi amaritudine repletur, dum se minùs purgatum, minùs feruidum inuenit, ibi aduersùs semetipsum indignatur, & ex cognitione sui ad indignationem iustam aduersùs se transit, & ex dolore, & indignatione ad spem diuinæ miserationis, ad tranquillitatem mentis, & ad percipiendam cœlestem consolationem ascendit. Nam & statim Propheta subdit: *Et manus Domini erat mecum confortans me.* Eos enim manus Domini recreat, & reficit, quos ex cognitione quotidiano rû defectuum compunctos, & desolatos reperit.

Maneat igitur, conscientiaë discussionem esse compunctionis originem, & sancti mœroris matrem, quo ad consolationem paramur, & veniam erratorum promeremur. Certè Chryso-

Ezech.

3. 14.

*Fructus
exami-
nis, &
compun-
ctio, &
lacryma.*

mus

In Pſal.
50. hom.
2. tom.
7.

Pſal. 9. 5.

mus hunc putat eſſe fructum examinis, lacrymas & compunctionem afferre, vnde ſic ait. [Ecce habes codicem, vbi ſcribas quotidianum expenſum. Habeto codicem conſcientiam tuam, & ſcribe quotidiana peccata. Quando accubueris ſuper ſtratum tuum, & neminem infeſtum pateris, antequam veniat tibi ſomnus, profer in medium codicem conſcientiam tuam, & reminſcere peccata tua, ſi quid in verbo, ſeu in facto, vel in cogitatione peccaſti. Hoc enim dicit Propheta, *Iraſcimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini.* Per diem non habuiſti tempus, ſed obſeruiſti iudici tuo, & iniunctum negotium, & confabulatio amicorum, & domeſtica neceſſitas, & filiorum cura, & vxoris ſolicitudo, & militia timor, & ceterarum te mille rerum circumderunt cauſæ.

Quando in lectulum tuum veneris, vt ſopori membra concedas, ad tranquillum portum nemo tibi moleſtus eſt, nemo pulſat, dicito in corde tuo, & in anima tua: Expendimus diem, ô anima! quid boni fecimus, aut quid mali operati ſumus? Et ſi quid boni feciſti, gratias age Deo, ſi quid mali, de cetero ne facias. Et reminſcens peccatorum tuorum, effundè lacrymas, & poteris in lectulo tuo poſitus ea dolere. Roga Deum tuum, & ſic perſitte animam tuam ſoporari. Confelſus peccata tua, facito tibi metipſi rationem, & ora miſericordiam Dei, & inuenies requiem. Quid graue, aut quid moleſtum eſt, poſitum in lecto quotidiana deſlere peccata? Cùm reputare tibi cœperis, tanquam in eculeo ſuſpen

ſuſpen
Dei
ſupe
lore
leuic
tuor
perfe
tur,
pund
ante
tem,

Tert.

Hi
ſitas
ſtratu
mur.
mo p
ſequi
cram
mem
à Deo
grau
teſtat
ſtamu
mus:
noſtr
mus.
tem a
ſuas i
petra
uum:

suspende cogitationes tuas, & vngula timoris Dei radito eas. Propone tibi timorem gehennæ, superducito ei secturæ ictum non habentem dolorem. Iudicium facito tibi metipſi terribile, leuiorem præpara confessionem cogitatum tuorum, vt non in futuro die ignauior ſis ad perſcrutanda peccata.]Haectenus ille. Vide igitur, quomodo examinatio conſcientiæ compunctionem excitat, vt animus compunctus antea culparum ſtimulis perturbatus, ſerenitatem, & lætitiã inueniat.

Tertia neceſſitas ad obtinendam peccatorum remiſſionem. §. 3.

Hinc autem oritur tertia diſcuſſionis neceſſitas, quòd ſine illa communiter culparum noſtrarum remiſſionem nequaquam conſequimur. Dixi *communiter*, quoniam aliquando homo peccati cuiuſdam oblitus, illius veniam aſſequitur, dum de aliis dolet, & pœnitentiæ ſacramento ſe ſubiicit, & ſi illius peccati oblitus meminifſet, etiam illud deteſtaretur. At ſi legem à Deo latam inſpiciamus, illud peccatum, ſiue graue, ſiue leue, nobis remittitur, quod vera deteſtatione, & odio proſequimur: illud verò deteſtamur, quod à nobis patratum eſſe cognoſcimus: & illud cognoſcimus, quod in reſſu mētis noſtræ attenta mentis diſcuſſione deprehendimus. Maria Magdalena priùs ſui cordis ſceditatem aſpexit, deinde ad pedes Domini fleuit, & ſuas iniquitates doluit, & tandem veniam impetrauit: & verba illa dulciora ſuper mel, & fauun: *Dimittuntur tibi peccata tua*, ex ore Domini miſeren

*Ad pecca-
torum re-
miſſionē
neceſſariò
præmit-
tendum.*

Luc. 7.
37.

Hom. miserentis audiuit. De qua Gregorius ait: [Quia
33. in turpitudinis suæ maculas aspexit, lauanda ad
Euang. fontem misericordiæ cucurrit.] Si autem macu-
las suas non aspexisset, absque dubio ad bal-
neum miserationum Domini, quo mundata est,
non venisset. Si ergo, ô iuste, à quotidianis de-
fectibus mundari cupis, eos per compunctio-
nem detestare: si detestari vis, ea prius per
examen agnosce, quia, sicut nemo bonum,
quod nescit, diligit, ita nec malum, quod ignorat,
odio habet.

Exod. 4. *Moses misit manum in sinum, & protulit eam le-*
6. *prosam: sic, dum manum in sinum mittimus, &*
Crebrò conscientiam propriam discutimus, lepram no-
opera strarum culparum in lucem proferimus. Retra-
discu- sionda, xit iterum in sinum, & protulit, & iam non le-
ut pecca- corum le- pra mun-
demur.
Lib. 2. de *le enim (inquit Humbertus) quem de mari*
erud. re- *mundi Dominus ad religionem assumpsit, ma-*
ligios. *num in sinum mittit, quando in corde opera-*
par. 2. *tionem suas discutit, in quibus in principio le-*
cap. 3. *pram peccati deprehendit, sed inspectionem*
istam frequentando, tandem ad puritatem ope-
rum peruenit.] Meritò ergo conscientia discus-
tionem balneo similem esse dixerim, qua,
cùm maculas nostras cognoscimus, & plangi-
mus, Domini miseratione mundamur. Iam ne-
mo non videt conscientia examen ad mentis
puritatem necessarium esse, quod & peccata
nostra pandit, & ea iam cognita plangit, & dum
fletu purgata sunt, Dominus, qui emendatio-
nem

nem nostram impensè vult, benignè remissionem impendit.

CAPVT X.

De examinis multiplici vtilitate.

QUÆ ad vitam sunt admodum necessaria, esse etiam solent multiplici vtilitate referata, vt hæc multiplex vtilitas ad illorum assiduam vsum impellat. Vnde cum hæc conscientia examinatior, atque discussio tam necessaria sit ad vitam spiritualem prouehendam, non potest non plurimis fructibus abundare, quos ex ea spirituales viri, tanquam ex bona arbore, quotidie decerpunt. Dum autem hanc rem meditabar, videbatur quidem mihi huius discussionis necessitas magna, & vtilitas manifesta. Necessitas eius eximia est, siquidem, si ad peccata graua referatur, initium est remissionis eorum. Nam & peccatores hortamur, vt peccata sua serio recogitent, & conscientias suas diligenter examinent, quò possint iniquitatum suarum grauitate perspecta, verè illas detestari, & sacerdoti, vt ab eo remittantur, per confessionem exponere. Si autem ad peccata leuia, & defectus applicetur, etiam est remissionis eorum exordium, & præsentissimum ad emendationem remedium. Quia non detestamur, nec à nobis repellere curamus, nisi quæ mala, & perfectioni, quam cupimus, aduersantia esse deprehendimus.

Vtilitas verò manifestissima est, quam non solum viri sancti, non solum Christiani homi-

*Ex eius
necessitate,
magna
item resplendet
vtilitas.*

*Maxima
ad huc
Ethnicis
hominibus
cura
fuit.*

I. Alvarez de vita rel.

S nes,

274 *De vita religiosè instituenda,*
nes, sed & gentiles Philosophi, ductu ipso
naturæ instructi, præuiderunt. Et ut nunc
Senecam, & Plutarchum omittam, certè Py-
thagoras carminibus elegantissimis hanc dis-
cussionem conscientiæ descripsit. Quorum
sensus est, quemque priusquam ad somnum
se componat, debere diurnas actiones discute-
re, & in eis tria, nimirum in quo transgressus sit,
quid fecerit, & quid minus perfectum relique-
rit, obseruare. Sed ingratum non erit hos versus
à Poëta Latino Latinè redditos & legere, & ad-
mirari. Ille sic ait:

*Non prius in dulcem declinat lumina somnum,
Omnia quàm longi reputauerit acta diei:*

*Quà prætergressus, quid gestū in tēpore? Quid non?
Cur isti factō decus absuit, aut ratio illi?*

*Quid mihi præteritum? Cur hac sententia sedit,
Quam melius mutare fuit? miseratus egentem:*

Cur aliquem fracta per sensu mente dolorem?

Quid volui, quod nolle bonum foret: utili honestum

*Cur malus antetuli? num dicto, aut denique vultu
Perstrictus quisquam? Cur me natura magis, quàm*

Disciplina trahit? Sic dicta, & facta per omnia

Ingrediens, oriūque à vespere cuncta reuoluens

Offensus, prauis dat palmam, & premia rectis.

Quis iam neget utilitatem discussionis huius
esse manifestissimam, quam vel cæci viderunt,
id est, quam Ethnici solâ ratione naturali deco-
rati, tam subtiliter explicarunt. Præter ea igitur
quæ dicta sunt, alias huius exercitij utilitates, &
alios suauissimos fructus aperiamus.

Prima

Prima utilitas, vitiorum destructio. §. I.

Vtilis est conscientia quotidiana discussio ad vitia destruenda; quia, dum mens inspiciendo se ipsam, sibi vitia inesse cognoscit, dum ea luget, & detestatur, se ad pugnam accendit, & pugnando eadem, quibus subdebatur, vitia prostermit. Nescio, an hunc discussionis fructum aptè ex regio Vate collegerim: *Disciplina tua*, inquit, *correxit me in finem: & disciplina tua ipsa me docebit.* Quænam est disciplina, atque eruditio Dei? Nonne illa, qua docet animam, se ipsam agnoscere, & bona sua, ac mala discernere? Hæc, inquam, docet me, Domine, quomodo in omnibus me gerere debeam, quomodo potero rectè conuersari inter homines, & me vsque ad finem vitæ impollutum custodire. Hæc autem disciplina eruditus feruenter ad metam perfectionis progredior, quia dilatasti, latosque fecisti gressus meos subter me, & non sunt infirmata vestigia mea. Quomodo enim infirmi, aut imbecilles erunt pedes mei, quos tu ad currendas vias tuas auxilio tuo roboras, & necessitatis currendi notione confortas. Sic ergo notione vitiorum, ac hostium meorum, quibus subdor, indignatus, & auxilio tuo roboratus, *persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar, donec desiciant. Confringam illos, nec poterunt stare; cadent subter pedes meos.* Si autem priùs eos per disciplinam non cognouissem, vtique neque aduersus illos pugnauissem, neque vsque ad disfectionem ipsorum eos fuisset persequutus.

Psalm.
17. 36.
Quomodo
examinat
vicia de-
struat
pulchrè
regius
Vates in-
sinuat.

37.

38.

39.

Solum il-
lius ini-
tium pra-
uos mo-
tus infr-
mat.

Iosue 3.
24.

Nec mirum, quòd nostrorum actuum, cogitationumque discussio ad euertenda vitia valeat, siquidem vel solum initium eius appetitus inordinatos comprimit, & vitia ipsa infirma reddit, & imbecilla. Quod Ricardus Victorinus signatum putat in illa mirabili auersione Iordanis, vt filij Israël eius alueum sicco vestigio transirent. *Ingressis namque sacerdotibus Iordanem, & pedibus eorum in parte aqua tinctis, steterunt aqua descendentes in locum vnum, & ad instar montis intumescens apparebant.* Quid est, sacerdotes Iordanem ingredi, nisi inuestigationes nostras cordis nostri profundum intrare? Quid est, pedes aquis tingi, nisi ex præcedenti cognitione, seu inuestigatione affici? Et quid erit, aquas regredi, & alueum siccum relinquere, nisi prauas consuetudines nostras fugere, & robur, quo nos infestabant, amittere? Sed iam ipsum doctorem venerabilem audiamus.

Lib. de
exter-
minat.
mali.
par. 2.
cap. 4.
*Id opti-
ma Ri-
cardus
exponit
allego-
ria.*

[Debemus, inquit, cordis intima perscrutando eò vsque saltem in aquas descendere, donec possimus inuestigationis nostræ pedes plenè intingere, & animum nostrum super erroris nostri considerationem in admirationem, & stuporem conuertere. Nam hoc ipsum, quod comprehendere possumus de stultitiis, & de erroribus nostris, puto posse sufficere nobis in tantum, vt Iordanis cursus sui impetum vltro cohibeat, & nutu spontaneo in posteriora recurrat, pristinae consuetudinis deuia damnans, atque detestans, morum suorum lapsum sponte coërcens, & in contraria dirigens. Puto, quia tunc temporis Propheta super aquas Iordanis intelligentia suæ

suæ ar-
tantur
tiam p
uens.
rent, e
quo dil
debat.
mare
bono,
in aqu
cem ex
quid v
dum i
tioner
superi
vt dica
Dei, &
mystic
valeat
dum n
tem tr
bantur

Vt
virtut
artis
emen
gnam
nit: sic
die e
hanc

sua arcam leuauerat, cum generalem, nec de suo tantum, sed de quolibet corde humano sententiam proferebat: *Vniuersa vanitas omnis homo uiuens.* Videbat quorsum Iordanis fluuenta current, cum per increpationem exclamaret: *Vsquequo diligitis vanitatem, & queritis mendacium.* Videbat, ubi cursum suum terminaret, & quod in mare deficeret, cum diceret: *In imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur.* Profundè pedes in aqua tinxerat, cum in hanc admirationis vocem erumperet: *Quid enim mihi est in cælo, & à te quid volui super terram?* Puto, quia ad hanc pedum intinctionem, considerationisque admirationem Iordanis ima desideriorum deserens in superiora redeat, fontemque repetat, in tantum ut dicat: *Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum.*] Hactenus Ricardus. His mysticis similitudinibus intelligimus, quantum valeat diligens sui, & attentà discussio, quæ dum nostra mala detegit, ad odium eorum mentem transfert, & vitia ipsa, quæ nostri dominantur, vincit, atque prosternit.

Secunda utilitas, virtutum acquisitione. §. 2.

Vtilis est etiam hæc conscientie discussio ad virtutes inferendas. Nã, sicut studiosus alicuius artis frequenti inspectione operis sui seipsum emendat, & ex principiis satis exilibus, ad magnam tandem perfectionem illius artis peruenit: sic, dum virtutis cultor actiones suas quotidie examinat, & hanc, ut prauam, despiciit, hanc, ut minùs perfectam, expolit, hanc, ut

Psal. 38. 6.

Psal. 4. 3.

Psal. 38. 7.

Psal. 72. 25.

Psal. 76. 4.

*Magnis conatus
acquirendis
virtutibus.*

non conuenienti tempore præſtitam, in aliud tempus reicit, non multis menſibus in magna ſe virtutum perfectione conſtituit. Iſtud autè eſſe præſtantiſſimum medium acquirendarum virtutum, Bonauentura manifeſtè docet, cuius hæc ſunt verba:

In Spec.
par. 2.
cap. 1.

[Scientiam, quæ ad inſtitutionem rectè, & honeſtè viuendi pertinet, multis modis hominem colligere, & comparare ſibi oportet; partim ratione, partim doctrina, partim exemplo, partim meditatione ſanctarum Scripturarum, partim aſidua inſpectione operum, & morum ſuorum. Hoc nouiſſimum maxime fortassis præ ceteris neceſſarium, vt ſic ſcilicet homo in omnibus operibus ſuis ſit circumſpectus, & prouidus, & quotidiana diſcuſſione cogitationes, loquutiones pariter, & facta ſua apud ſemetipſum examinet. Sapientes quippe ſemper agendo diſcunt, & per exercitium bonorum operum, quotidianis profeſſibus in maiorem virtutis agnitionem exerceſcunt. Per experientiam namque eorum, quæ faciunt, ad ea, quæ poſtea agenda fuerint, cauiores fiunt.] Ad hoc ergo à Domino ad quotidianam diſcuſſionem monemur, vt virtutes in nobis prouehi ſentiamus.

Cant. 6.
Yo.
Cort. no-
ſtra hor-
tus me-
cum quo-
modo ſit.

Vox ſponſi eſt; *Descendi in hortum nucum, et viderem poma conuallium, & inſpicerem, ſi floruiſſet vinea, & germinuiſſent mala punica.* Descendit ille, cum nos deſcendere facit; deſcendimus autem in hortum nucum, cum intimum noſtri cordis ingredimur, in quo ad ſimilitudinem nucum, virtutum fructus dolore, & abnegatione,

ne, tanquam cortice protectos, possidemus. Ibi poma, & botros vuarum, & omnium arborum fructus inspiciamus, ut arbores excolentes, in ipsorum fructuum perfectione crescamus. Virtus ergo nostri cordis inspectione, & discussione crescit, & dum superflua putamus, & abscindimus, mens nostra omnem conatum in bonis promouendis impendit.

Tertia utilitas, quietis animi comparatio. §. 3.

Utilis est deinde conscientiae discussio ad quietem animi comparandam, quia ille dum mala luget, & nihil, quod mordeat, aut perstrepat, in conscientia sua relinquat, necessario pacem, & tranquillitatem inducit. Iob pacem cordis sui habere arbitrabatur, quando dicebat: *Iustificacionem meam, quam coepi tenere, non deseram: neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.* Quia, inquam, à corde meo non reprehendor, quod diligenter excussi, & emendavi; ideo iustitiam, & sanctitatem, & ex ea provenientem animi tranquillitatem, nunquam deseram, nec mentem pacatam dimittam.

In hoc eodem sensu interpretatur Gregorius illud eiusdem Iob: *Et defessus securus dormies,* quia, qui cor suum discussione effodiunt, ut illicita à se per detestationem abiciant, pacatum somnum, id est, securitatem acquirunt. Verba sancti Doctoris sunt: [Vnde sancti viri animorum suorum latebras perscrutari non desunt, seseque subtiliter indagantes,

Animi tranquillitas discussione obtinetur.

Iob 17.

6.

Dulcis

anima somnus post cordis effusionem.

Iob 11.

18.

Lib. 10.

moral.

cap. 11.

terrenarum rerum curas abiciunt, & effosis planè cogitationibus, cum nullo se reatu criminis morderi deprehendunt, velut in strato cordis apud se securi requiescunt. Latere quoque ab huius mundi actibus appetunt, semper sua considerant, & cum loro regiminis minimè constringuntur, iudicare, quæ aliena sunt, recusant. Defossi ergo securi dormiunt; quia, dum sua intima vigilanter penetrant, à laboriosis se huius mundi oneribus sub quietis otio occultant.

Profectò hi, qui se diligenter discutiunt, & sua interiora inuestigant, securi quiescunt, quoniam nihil, quod securitatem tollat, intus in corde manere permittunt. Sicut enim qui domum suam ante somnum scrutati sunt, & nec furem, nec hostem absconditum inuenerunt, aut si inuenerunt, in malam rem abire fecerunt, quieti dormiunt: ita qui, antequam membra sua ad quietem componant, latebras sui cordis scrutantur, & quidquid in eis vitiosum, aut imperfectum inueniunt, lacrymis, & compunctione expellere curant, tranquillam noctem, imò & quietam vitam, sibi acquirunt. At e contra non sinitur homo quiescere ingruente bello; quia, dum hostes non vincimus, & repellimus, necessariò eorum impugnatione turbamur.

Eccles.
2.8.

Crebra
inuesti-
gatione
rectius
vivendi
modus
conclia-
tur.

Quarta utilitas prudentiæ adquisitio. §. 4.

Præterea utilis est conscientie discussio ad prudentiam acquirendam. Nam qui seipsum inuestigat, & suorum operum, tum initia, tum fines, tum circumstantias, scrutatur, sic discit
quo

quon-
da si-
piens
dicit
cipit
audit
piens
rem p
requi-
nem
nomi-

La-
asseq
[Re-
quise-
pis a-
ra vn-
tum
bus
affe-
tatio
impu-
men-
hom-
verit-
N-
deta-
prud-
& re-
ne r-
exan-
mus
augu-

quomodo sibi deinceps viuendum sit, quæ agenda sint, & quæ vitanda. *Via stulti*, inquit Sa-
 piens, *recta in oculis eius, qui autem sapiens est, au-* Prou.
12.15.
dit consilia. Quare stultus? quia consilia non sus-
 cipit, quia suæ conscientiæ monitiones non
 audit, sola externa virtutis facie contentus. Sa-
 piens autem non tantum consiliis amicorum au-
 rem præbet, sed etiam à seipso quasi consilium
 requirit, dum à propria conscientia approbatio-
 nem suarum actionum exposcit, & ideo sapiens
 nominatur.

Laurentius sanè Iustinianus hanc esse viam
 assequendæ prudentiæ, his verbis exposuit:
 [Redi igitur per considerationem ad cor tuum,
 quisquis es, qui sapientiam, & prudentiam cu-
 pis adipisci. Discute assidue teipsum, conside-
 ra vnde venis, quò vadis, quomodo viuis, quan-
 tum quotidie proficis, quantum deficis, qui-
 bus cogitationibus magis incurfaris, qualibus
 affectibus frequentius tangeris, vel quibus ten-
 tationum machinis à maligno spiritu acrius
 impugnaris. Quia eo certius, & citius ad cul-
 men sapientiæ proficies, quo statum interioris
 hominis considerando plenius cognosces.] Hæc
 verissima sunt.

Nam prudentia in agendis agendorum consi-
 deratione, & disquisitione gignitur, vnde &
 prudentia in rebus spiritualibus spiritus nostri,
 & rerum spiritualium inspectione, & discussio-
 ne retinetur. Hanc autem præstat conscientiæ
 examen, quo mentem nostram assidue reuoluim-
 us, quid in ea lateat, inspicimus, quæ profectus
 augmenta fecerimus, vel quæ detrimenta susti-

*Assequen-
da pru-
dencia
via.*

*In ligno
vitæ, tit.
de pru-
den. c. 6.*

282. De vita religioſè inſtituenda,
nuerimus, aduertimus. His prudentiæ ſpiritus
creſcit, & quiſque ſeipſum, & alios dirigere, &
gubernare diſcit.

Habemus ex his, conſcientiæ diſcuſſionem
eſſe omnium peccatorum, & imperfectionum
hoſtem, & omnium virtutum, & bonorum ſpi-
ritualium originem; quare, qui in animo habet
ad culmen perfectionis aſcendere, aſſiduè debet
ſeipſum hac ſpirituali exercitatione purgare.

CAPVT XI.

Quæ ſunt adducenda ad examen.

EXPOSITA diſcuſſionis conſcientiæ tum
neceſſitate, tum vtilitate, ſequitur, vt eius
materiam, circa quam verſetur, exponamus;
quæ ſcilicet diſcutienda, ac examinanda ſunt, &
censura huius ſpiritualis iudicij corrigenda. Id
autem vt notum fiat, viſum eſt, hoc conſcien-
tiæ examen ſagenæ miſſæ in mare ex omni ge-
nere piſcium congreganti comparare. Mare ſit
vita noſtra, & conuerſatio noſtra: mare ama-
rum doloribus, angoribus, triſtitiis, peccatis:
mare profundum, & inſcrutabile iuentionum,
& affectionum obſcuritate, aded vt dicat Iere-
mias: *Præuum eſt cor hominis, & inſcrutabile*: ma-
re tandem inquietum cogitationum, & cura-
rum multitudine. Piſces huius maris magni, &
ſpacioſi, ſunt actiones noſtræ, tum quæ inte-
riùs cogitando, & deſiderando elicimus, tum
quæ exteriùs loquendo, vel faciendò aliquid
opera

*Examen
ſagenæ
miſſa in
mare cõ-
paratur.*

Ierem.
17.9.

operamur. Pisces boni, quos eligimus, actiones bonæ, pisces mali, quos foras mittimus, actiones malæ. Sagena autem (vt cœpimus dicere) examen, siue discussio conscientiæ est, qua actiones nostras colligimus, & quasi liberè per mare vagantes, in nostram potestatem, vt seruemus, vel proiciamus, adducimus. Examine ergo nostro omnia nostra subiicienda sunt, bona & mala: bona vt approbentur, mala vt emendentur, & corrigantur.

Est enim examen velut spirituale capitulum, quo anima, vel ratio eius omnes habitatores domus suæ, id est, omnes actiones suas conuocat, vt perperam admissa corrigat. Sicut autem in materiali capitulo omnes religiosi, non solum adolescentiores, & imperfectiores, sed etiam senes, & grandæui, & perfecti conueniunt: ita ad hoc spirituale capitulum omnes actiones nostræ, tum imperfectæ, tum perfectæ adueniant necesse est, vt vel increpationem, vel maiorem saltem perfectionem accipiant. Hanc similitudinem, & quomodo mala, & bona in examen vocanda sint, Hugo de S. Victore eleganter prosequitur: [Sicut fratrum multitudo, inquit, vt errata corrigat, statutis horis ad capitulum confluit: sic mentis ratio cogitationes diuersas ad secretum cordis quandoque conuocat, vt incorrigibiles eiiciat, corripit inquietas, negligentes emendet, erudiat simpliciores, mitiget iracundas, voluptuosas restringat, pigras excitet, consoletur pusillanimes, doceat indiscretas.]

In hoc spiritali capitulo, Abbaris locum ratio

Spirituale item capitulum est.

3. De claustro animæ, cap. 6.

Quomodo in illo iudicium exercetur.

ratio possidet: conscientia culpas accusat, peruerfitas excusat: superbia reatum defendit, innocentia confitetur: humilitas seipsam iudicat, arrogantia verò alienos. More peruerforum fratrum vitia præceptis contradicunt; more verò simplicium virtutes obediunt: seipsas tamen quandoque virtutes inuicem accusant. Accusat enim misericordia iustitiam, iustitia misericordiam: honestas humilitatem, humilitas honestatem. Accusat misericordia iustitiam, quòd manus vsque ad crudelitatem ostenderit, quòd iracundiæ verba protulerit, quòd mansuetudinis vultum mutauerit. Iustitia verò misericordiã accusat, quòd seueritatis vultum non induerit, quòd peccatum impunitum dimiserit, quòd delinquentem saltem verbis non increpauerit. Accusat humilitas honestatem, quòd excedat mediocritatem, quòd sequatur superfluitatem, quòd non tantum vtatur honestis, sed etiam voluptuosis. Honestas verò accusat humilitatem, quòd nimiam diligat paupertatem, quòd non impendat corpori necessitatem, sed amet nuditatem, pannoſitatem, & egestatem. Agit enim quandoque misericordia remissiùs, iustitia crudeliùs: humilitas parciùs, honestas abundantius. Nec tamen desinunt esse virtutes, licet imperfectæ sint. Dum enim accusant, quasi ad suscipiendam disciplinam denudantur. Sed quomodo denudantur? Quando per confessionem vitiorum occulta declarantur.

Discutienda sunt bona. §. I.

Multa autem sunt, quæ bonarum actionum examini

examen exposcunt; sæpe enim proprio amore id faciente decipimur, &, quod malum est, bonum cogitamus. Accedat ergo iudicium examinis, ut nos à deceptione vindicet, & an opus nostrum bonum fuerit, an verò malum, vel imperfectum, declaret. Qui negligens est in discutiendis bonis suis operibus, ac cogitationibus, manifestè periculo casus, & peccati expositus est, dum pro utili cogitatione inutilem, & pro bono opere malum admittit. *Occisus* est ab hostibus *Ishoseth*, quia non ostiarium, id est, virum fortem, & strenuum, sed *ostiarium*, nempe faminam negligentem, & dormituriensem, *sua custodia deputavit*. Ex quo intelligimus, secundum Gregorium, menti adhibendum esse custodem sollicitum, scilicet magnam sollicitudinem, quæ introeuntia circumspiciat, & ne decipiamur, & periclitemur vitæ, inter bona, & mala discernat. Meritoque ille, qui in custodia ostiariæ confidit, *Ishoseth*, id est, vir confusionis, dictus est, quia, ut idem sanctus Doctor ait: Vitæ confusionis est, qui fortis mentis custodia munitus non est: quia, dum virtutes se agere æstimat, subintrantia vitia nescientem necant. Custodiat ergo mentem nostram, non tantum frequens, sed & diligens, sollicitaque discussio, quæ opera virtutis colore tecta examinet, &, an talia sint, qualia apparent, aut existimantur, sapienter diiudicet.

Actiones etiam bonæ à Domino iudicandæ, & examinandæ sunt: expedit ergo ut prius homo illas examinet, & corrigat, ne oblationes suas bonas putatas æquus iudex, ut indignas suo conspectu despiciat. *Cum accepero tempus*, inquit,

Discussi-
onis ne-
gligens
magno se
exponit
periculo.
2. Reg.
4. 5.

1. Mor.
cap. 19.

Bona o-
pera sta-
tera divi-
ni iudicij
ponde-
randæ.
Ps. 74. 3.

inquit Dauid, *ego iustitias iudicabo.* Quem locum exponens Bernardus, iustitiarum nomine non iustos ipsos, qui à Domino iudicandi sunt, sed

Epist. 1. ad Rob. actiones iustas ipsorum intelligit: [Quid faciet, inquit, Deus de iniustis iudiciis, qui ipsas quoque iustitias iudicabit.] Et in eodem sensu potest

Psal. 9. 5. accipi illud eiusdem Prophetæ: *Sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam.* Si iustitiam ipsam bonorum operum iudicaturus est Dominus, quis erit tam audax, qui prius opera sua, etiam iusta

Simile.

non iudicet? Artis pictoriæ discipulus opus à se factum non semel, sed multoties inspicit, & emendat, ut quantum potuerit, expolitur & emendatum, magistro emendandum offerat. Et nos audebimus opera bona à Deo examinanda non emendare, & minùs inspecta, & limata committere? O quàm multi discussionis extremæ tempore illud Isaia sunt audituri? *Argentum*

Isai. 1.

22.

tuum versum est in scoriam: vinum tuum mistum est aqua. Argentum eloquia casta significat, nam

Psal. 11.

7.

Cant.

8. 2.

eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum: vinum verò virtutes signat. *Dabo enim tibi poculum ex vino condito,* ait sponsa ad sponsum, charitatis scilicet potum, omnium virtutum condimentis edulcatum. Dicitur ergo illis, verba vestra, quibus res cœlestes annuntiabatis, scoria sunt, quoniam ex non recta intentione prolata sunt. Virtutes vestræ imperfectæ, & adulteratæ sunt, quoniam innumeris culpis, & defectibus earum actiones mixtæ sunt.

Imperfectiones bonis operibus admixta discussione purganda,

Et hæc est alia causa, ob quam ad bona opera nostra discutienda constringimur; quòd si sæpe ea imperfectionibus sordida elicimus, æquum est,

est,
mus
mun
uerfa
iusto
sanil
alios
riis f
re so
oper
gniti
tiffin
cont
occu
sic de
chra
H
Iob,
mca,
inqu
mala
pas b
omn
dum
etian
hæc
ra fa
dicit
cti vi
cere
fa sul
meat
fidia

est, ut sæpe conscientia examinatione poliamus. Verè enim, ut ait Isaias, *facti sumus, ut immundus omnes nos, & quasi pannus menstruata uniuersa iustitia nostra.* Non quidem, quia omnia iustorum opera peccata sint, quis hoc, nisi insanissimi hæretici blaterent, qui ex semetipsis alios metientes, cum semper iniustitia, & delictis foeteant, omnes peccatis in quocunque opere sordere existimant: sed quoniam sæpe bona opera nostra, aut minus recta intentione, aut segnitie, aut aliis circumstantiis inficimus. Sapientissimum ergo erit ea assidue inspicere, ut per continuam discussionem nunc hanc actionem, quæ occurrit, & postea similem aliam expolientes, & sic de aliis, tandem aliquam mundam, & pulchram ex omni latere præstatè discamus.

Hoc Sanctorum studium est, ut apparet in Iob, cuius hæc est vox: *Verebar omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti.* Quia, inquam, scio, Domine, non solum te opera mala castigare, sed & imperfectiones, ac culpas bonis actionibus adhærentes punire; ideo omnia opera mea, etiam bona, discutio, ut dum imperfectiones in eis fugio, punitionem etiam euadam. In hunc sensum Gregorius hæc scribit: [Quid ergo est, quòd mira opera faciens, hæc ipsa etiam veretur pauens, cum dicit: *Verebar omnia opera mea, nisi quod in sancti viti actibus, verbisque colligimus, ut si placere Deo veraciter cupimus, postquam peruersa subigimus, ipsa in nobis etiam bene gesta timeamus.*] Et postquam exposuit, quomodo defidia, & fraus se operibus studiosis immisceant,

subdit:

Isai. 64.
6.

Sanctorum
studium.
Iob 9.
18.

9. Mor.
cap. 17

subdit: [Ipsa igitur bona nostra, quia insidiantis culpæ euadere gladium nequeunt, nisi sollicito quotidie timore muniantur, per sanctum virum nunc certè dicitur: *Verebar omnia opera mea*, ac si humili confessione diceretur: *Quæ apertè egerim, video, sed quid in his latenter pertulerim, ignoro. Sæpe enim bona nostra latrocinanti fraude pereunt, quia rectis se nostris actibus concupiscentiæ terrenæ subiungunt. Sæpe desidia interueniente deficiunt, quia à feruore, quo cœpta sunt, frigescente amore tabescunt. Quia ergo culpæ surreptio, vel in ipso virtutis actu vix vincitur, quid ad securitatem superest, nisi vt studiosè semper, & in virtute timeatur.*

Sic rectæ actiones dignæ sunt, quæ Deo mereantur præsentari.

Thymiamata signatum. Exod. 30. 36.

Opera autem bona sic examinata, atque discussa merentur pro nostra possibilitate ante oculos Domini apparere, & eius conspectui præsentari. Quia postquam ab eis per fletum, ac compunctionem, ac emendationis propositum maculas negligentiarum abstersimus, quid superest, nisi vt illi ea, cuius gratia facta sunt, offeramus. Id profectò signatum existimat idem sanctus Pater Gregorius in compositione thymiamatis, de quo in Exodo legimus: *Cumque in tenuissimum puluerem vniuersa contuderis, (ex quibus nempe conficitur) pones ex eo coram tabernaculo testimonij, in quo loco apparebo tibi.* Hunc namque locum exponens sic ait: [Curandum itaque est, ne bona nostra pauca sint; curandum, ne indiscussa, ne aut pauca agentes, inueniamur steriles, aut indiscussa relinquentes, vecordes. Nec enim vnaquæque

verè

verè
Et
mata
quasi
mus,
etiam
virtu
litate
dum
eo cor
bona
cent,
terit,
ne gr
ne li
minu
Cum
rum
quot
opera
enim
facer
crari
sed p
hanc
malu
perfe

S
poti
nis
cuffi

verè virtus est, si mixta aliis virtutibus non est.]

Et post pauca: [In tenuissimum puluerem aromata vniuersa conterimus, cum bona nostra, quasi in pilo cordis occulta, discussione tundimus, & si veraciter bona sint, subtiliter retractamus. Aromata ergo in puluerem redigere, est virtutes recogitando terere, & vsque ad subtilitatem occulti examinis reuocare. Et notandum, quod de eodem puluere dicitur: *Pones ex eo coram testimonij tabernaculo*; quia tunc nimirum bona nostra veraciter in conspectu iudicis placent, cum hæc mens subtiliùs recogitando conterit, & quasi de aromatibus puluerem reddit, ne grossum, durumque sit bonum, quod agitur, ne si hoc arcta retractationis manus, non comminuat, odorem de se subtiliùs non aspergat.] Cum ergo tantæ utilitates ex discussione bonarum actionum emergant, profectò discutere eas quotidie, & examinare debemus, ne oleum, & operam in earum exercitatione perdamus. Quis enim dabitet, se magnam bonorum iacturam facere, si bona opera, quibus multa præmia lucrati debuerat, ita proferat, vt non præmium, sed pœnam sibi conquirat. Certum est autem in hanc incurrere, qui ex eo, quòd se non discutit, malum sæpe pro bono, aut imperfectum pro perfecto sumit.

Discutienda sunt mala. §. 2.

Si autem bona opera discutienda sunt, multo potiori ratione mala sunt omnino limæ examinationis subiicienda; vt nimirum per conscientie discussionem non solum culpas, & defectus nostros

Mala, vt detestentur, lima examinis subiicienda.

stros videamus, sed etiam qualitatem, & magnitudinem mali, quod commisimus, spectemus. Illud enim probè cognitum ad compunctionem (vt diximus) mouet, & vera cordis contritio ex auxilio gratiæ procedens diuinam misericordiam flectit, & remissionem adducit. Dominus dixit ad Brigittam: [Nullum peccatum celsa, nullum dimitte indiscussum, nullum peccatum puta leue, nullum negligendum.] Verè ita fieri debet, vt plenam misericordiam consequamur, & in omnibus nos emendemus.

Brig.
lib. i. eue
I. c. 36.

Isai. 38.
15.
Ezechias
exalta
discussio
ne diuinã
sibi mis-
cordiam
promouit.

Sanctus Ezechias, vt Dominum propitium haberet, quid dicit: *Recognabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Per omnes annos vitæ meæ, inquit, rememorabor mala mea, & peccata quæ feci: & hanc memoriam tristitia magna, & in ætate condiam, & quia tuam maiestatem offendi, me dolore, & afflictione conficiam. Dicam sanè: Domine, si sic uiuitur, si sic vitam insumpturus eram, si in talibus, tam fædis, tam homine indignis perditurus eram vitam spiritus, & animæ meæ, vt quid me oportuit uiuere? Et dum hæc dico, & me dolore conficio, & tuam in corde meo reprehensionem sentio, ad vitam ex tua misericordia mihi prærogatam adducor. Video profectò, quia in illa pace simulata, & noxia, quam cum meis vitiis, & peccatis habui, erat abscondita amaritudo mea amarissima. Dum verò hoc video, & pro admissis doleo, tu, Domine qui non vis mortem peccatoris, sed vt conuertatur ad te, eripuisti animam meam

meam
perire
pecca
H
torum
dem c
stiria,
recog
esse, v
nare, t
temet
etiam
Sede
accusa
fidelit
temet
indici
tioner
ctione
vacab
ex Be
rum e
fragil
vt vn
scienn
miser
nis ex
tur,
cont

meam ab statu illo miserrimo peccati, vt non periret, & proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Hos omnes fructus ex recogitatione peccatorum suorum collegit Ezechias, & nos eodem colligimus, quotiescumque cum vera tristitia, & dolore nostra peccata discutimus, & recogitamus. [Discito igitur, o frater, tibi præesse, vt iam Bernardus te doceat, & vitam ordinare, mores componere, temetipsum iudicare, & temetipsum apud temetipsum accusare, sæpe etiam condemnare, nec impunitum dimittere. Sedeat iudicans iustitia, stet rea, & temetipsum accusans conscientia, nemo te plus diligit, nemo fidelius iudicabit. Manè præteritæ noctis fac à temetipso exactionem, & venturæ diei tu tibi indicito canonem. Vesperæ præteriti diei rationem exige, & superuenientis noctis fac indictionem: sic districto nunquam aliunde lasciuire vacabit.] Sic ille. Cùm ergo omnia, quæ agimus, ex Bernardi sententia discutienda sint, & illorum ex misericordia Dei multa sint bona, & ex fragilitate nostra non pauca sint mala, sequitur, vt vniuersa, tam bona, quàm mala, coram conscientia apparere debeant, vt nimirum bona ex misericordia Dei facta, ab eo, quodd imperfectionis ex miseria humana contraxerunt, purgentur, & mala ex fragilitate nostra patrata, per contritionem, & debitam pœnam deleantur.

Idem nobis faciendum.

Ad fratres de monte Dei.

CAPVT XII.

Quánam ratione fieri debeat examen.

Psal.

105.3.

Quid iudicium, & iustitia sint.

Ibid.

Psal. 93.

15.

BEAT I, inquit sanctus David, *qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore.* Quo loco Augustinus iudicij nomine aliud quidquam iustitiæ voce intelligi permittit. Ait enim: [Si iudicium, & iustitia propriè dicantur, aliquid interesse non dubito, vt iudicium custodire dicatur, qui rectè indicat: iustitiam verò facere, qui rectè agit.] Nec absurdè exittimo intelligi, secundùm illud; *Quoadvsque iustitia conuertatur in iudicium.* Iustitia ergo significet virtutis opera, quibus rectè viuimus, & iudicium operum nostrorum discussionem, qua gesta nostra iudicamus. Quare beati erunt illi, qui non solum iustitiam, & sancta opera curant facere, sed etiam, dum seiplos discutiunt, & Deo bona, sibi que ipsis mala tribuunt, iudicium nituntur custodire. Beata ciuitas illa, vbi iudex non sequitur munera, nec diligit retributionem, sed iustè indicat: & beata anima illa, in qua ratio à Deo illuminata vniuersa gesta examinat, & nihil malum, aut imperfectum impunitum dissimulat.

Forma iudicij in examine seruanda.

Si autem examen est quoddam spirituale iudicium, forma iudicij in eo seruanda est, vt rectè, & vtiliter à nobis fiat. In iudicio verò, in quo quis non tantùm alicuius criminis, verum etiam & ingratitude accusatur erga eum, quem crimine suo læsit, primo loco fit commemoratio beneficij, deinde inquisitio, & probatio criminis

crimini
reum da
neris vi
nos no
& ingrat
mus, & c
nigrum
paret; it
posita: c
hunc aut
Dominu
feci tibi,
vt comm
cognitio
rum trah
cat. [No
uelata fa
verè hab
peccauer
Deum, &
tudine ar
cata nost
sed illum
Cùm h
ad exam
ante cubi
bore cessa
Dominu
Ricardus
sunt supra
di, quæ s
bent. Tem
lia diuina

criminis, & postremo sententia iudicis, quæ reum damnat, & debita pœna castigat. Huius generis videtur nobis conscientiæ examen, in quo nos non solum culparum ac defectuum, verum & ingratitude erga Dominum accusare debemus, & condigna afflictione punire. Sicut enim nigrum iuxta album magis lucet, & tetrius apparet; ita culpæ nostræ iuxta diuina beneficia positæ clariùs se & euidentiùs ostendunt. Ad hunc autem discussionis modum prouocat nos Dominus per Michæam, dicens: *Popule meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? Responde mihi:* 6. 3. vt commemoratis beneficiis populum suum ad cognitionem ingratitude, & criminum suorum trahat, & ad desideria conuersionis inducat. [Nos, inquit Hieronymus, qui cupimus reuelata facie gloriam Domini contemplari, & verè habemus patrem Abraham, audiamus, cum peccauerimus, aduersum nos disputantem Deum, & nos in beneficiorum suorum magnitudine arguentem. Id quidem, vt scientes peccata nostra non velimus cum ipso contendere, sed illum precibus exorare.]

Cum hæc ita sint, tempus accommodatum ad examen accipiendum est, & illud quadrans ante cubitum est aptissimum, quando iam à labore cessamus, & nos ad paulandum propter Dominum, & quiescendum componimus. Vnde Ricardus: [Aliud est tempus inuestigandi, quæ sunt supra se, atque aliud est tempus discutiendi, quæ sunt intra se: omnia enim tempus habent. Tempus itaque est contemplandi magnalia diuina, & est tempus considerandi infirmitas nostra.]

Quadrans
ante cu-
bitum e-
xamini
aptissi-
mum.

De eru-
dit. in-
ter. ho-
minis,
cap. 35.

nostra. Istud est tempus flendi, illud est tempus ridendi. Nam & ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Cur non sit tempus ridendi in matutino diuinæ reuelationis, in contemplatione æterni luminis? Cur non sit tempus flendi in vespertino horrendæ visionis, in considerandis humanæ conscientie tenebris?]

*Quinque
hoc tem-
pore fa-
cienda.*

In hoc igitur tempore flendi, & considerandi tenebras nostras, quinque facienda sunt, quæ concurrunt ad formam, siue modum examinis. Primò, commemoratio beneficiorum Dei, & humilis, ac feruida gratiarum actio. Secundò, postulatio gratiæ, vt valeamus culpas nostras, defectusque cognoscere, ac inuestigare. Tertio, inquisitio, & discussio conscientie, qua defectus, & culpas omissionis, aut commissionis agnoscamus. Quarto, dolor, & detestatio peccatorum admissorum, ac emendationis propositum. Quintò, debita pœnæ, & castigationis assumptio.

*Prima pars examinis, gratiarum
actio. §. I.*

*Ab actio-
ne gratia-
rum inci-
piendum.*

Primò ergo examen incipies ab actione gratiarum pro immensis beneficiis à liberalitate diuina susceptis. Hæc enim grata beneficiorum commemoratio, & humilis peccatorum confessio, & accusatio coram Domino facta, vehementius ad dolorem, & compunctionem impellet, & facilius misericordiam impetrabit. Basilius quidem omnem orationem nostram à gratiarum actione inchoandam esse manifestè ait. Eius verba sunt:

*Id adhuc
in omni-
bus operi-
bus.*

[Qua

[Quapropter quancumque instituis orare, coniugem, liberos, teque adeo ipsum relinquito, à terraque procul abscedito, cœlumque superato, & naturas omnes, tam quæ cerni, quam quæ cerni non possunt, relinquito, & ab eius glorificatione exorditor, qui omnia condidit. Et post pauca: [Dic, Gratias ago tibi, Domine, propter incredibilem clementiam, & inferendis hominum culpis facilitatem tuam, qui peccantem me quotidie patientia tua sustines, & ad resipiscendum omnibus nobis potestatem facis. Propter hoc enim taces, & nos sustines, Domine, ut tibi gratias agamus, qui salutem generis nostri modo terrendo, modo leniter exhortando moderaris, qui per Prophetas primo, postremo etiam per aduentum Christi tui nos visitaueris. Tu enim finxisti nos, non autem ipsi nos. Tu es Deus noster.

Si autem omnis oratio à gratiarum actione debet incipere, maximè ista, in qua volumus, & lucem ad nostri cognitionem petere, & erratorum veniam, ac remissionem impetrare. Gratiarum autem actio generalis, & sub vno nomine omnia beneficia diuina completens, non est multum utilis; specialis verò, quæ omnia beneficia sigillatim resentiatur, est impossibilis. Quis enim vniuersa Dei beneficia, quæ nullo numero comprehenduntur, numerando recenseat. Media ergo via tenenda est, & beneficia generalia, & aliqua illius diei particularia, in gratiarum actionem aduocanda, cuius recordatio nos ad cõpunctionem habendam disponat; & quia breuis est hæc gratiarum

Constit.
mona-
stic. cap.
2.

Nec omnia in cõmuni, nec singula, specialiter beneficia recensenda. Media tenenda via.

296 *De vita religiosè instituenda,*
tiarum actio, tempus ad examen destinatum ne-
quaquam præripit. Dices ergo sic:

Pro qui-
bus gra-
tiæ Deo
agenda.

1. Quia ex æternitate vidisti, & dilexisti me, & (vt de tua infinita misericordia spero) me ad gloriam tuam efficaciter elegisti, & per convenientiã media ad eam prædestinasti.

2. Quia per creationem me ex nihilo condidisti, ad tuam imaginem, & similitudinem fecisti, & innumeris donis in anima, & corpore dotasti.

3. Quia me, & omnia propter me tam longa duratione cõseruas, sine cuius actuali concursu statim in nihilum issemus, nec possemus vno momento subsistere.

4. Quia me, & omnia propter me gubernas, & regis, & quæ ad me pertinent, efficacissima, & suavissima prouidentia disponis.

5. Quia me pretioso vulnerum tuorum sanguine redemisti, & per merita, & passiones tuas à seruitute diaboli liberasti.

6. Quia te mihi in doctorem, in medicum, in patrem, ac in exemplum sanctæ vitæ dedisti.

7. Quia me cum paucis respectu multorum ad Ecclesiam tuam, & ad veræ legis Euangelicæ profes-

Domine
Deus me-

sionem, & ad tui cognitionem, & obse

us immē-
sas gratias
ago tibi:

obsequium vocasti.

8. Quia cum paucissimis ad statum religiosum, & ad hunc amabilissimum, quem profiteor, misericorditer adduxisti.

9. Quia sacramentis, inspirationibus, Sanctorum exemplis, spiritualibus libris, & aliis plurimis mediis, ad bonam vitam adiuuisti, & adiuuare non cessas.

10. Quia ex misero statu inimici, (vt de tua benignitate confido) ad dignitatem amici prouexisti, & per gratiam gratum facientem iustificasti.

11. Quia me ab innumerabilibus periculis perdendi gratiam liberauisti, & liberare non desinis.

12. Quia plurimis donis, tum internis, tum externis, tum naturæ, tum gratiæ ditasti.

13. Quia mihi (vt spero) ab æterno certum secundum tuam prædestinationem gradum gloriæ efficaciter præparasti.

14. Quia me hodie ad orationem, & tui alloquium admisisti, cibo & potu corporis, & sanguinis tui cibasti, & in tuo obsequio continuisti.

15. Quia me aliis infinitis beneficiis es prosequutus, & afficere non cessas: & per totam vitam, ac

| postea per totam æternitatem afflicies.

*Secunda pars examinis, ad nos cognoscendos
postulatio. §. 2.*

*Pro cognitione propria breuiter orrãdum.
Ierem. 17. 9.*

Sic facta beneficiorum commemoratione, & gratiarum actione, auxilium gratiæ ad te cognoscendum, inspiciendum, & discutiendum petes. *Prauum enim est cor hominis, & inscrutabile. Quis cognoscet illud?* Et cum huic interrogationi respondeatur: *Ego Dominus scrutans cor, & probans renes;* ab eo utique, qui potest, petendum est, ut cor nostrum apud nos statuatur, dolos eius, & simulationes pandat, & venam nostræ propriæ cognitionis aperiat. Hæc autem petitio breuis quoque sit, ut aliis punctis examinis tempus non desit. Sic ergo etiam mente, & affectu dices: Et tu, ô Domine liberalissime, his omnibus beneficiis nunc (quæso) aliud adiunge, ut lucem è tua sede ad me mittas, ac abundantem gratiam tribuas, qua possim mea peccata cognoscere, & eorum, quæ aduersum tuam maiestatem commisi, ad fletum, & debitam pœnitentiam recordari.

*Tertia pars examinis, culparum
discussio. §. 3.*

Cogitationes, affectus, verba, & opera discutienda.

Post hæc duo, quæ sunt velut præludia, ad ipsum conscientiæ examen veniendū est, & examinanda, atque inuestiganda sunt omnia nostra, quæ claritatis gratia distribuenda sunt in cogitationes, affectus, sermones, & opera. Quid in tribus istorum, nimirum in affectibus, cogita

gitationibus, & operibus discutiendum sit, Hugo Victorinus in hunc modum edocuit: [In affectibus considerandum est, ut sint recti, sinceri, hoc est, ad id, ad quod debent esse, & quomodo debent esse. Diligere enim, quod non oportet, malum est. Itaque bonus affectus est, quando est ad id, ad quod debet, & quod debet. *Amnon sororem dilexit*, & erat affectus ad quod debuit; sed quia malè dilexit, non quomodo debuit. Igitur affectus esse potest ad id, quod debet, & non quomodo debet. Nunquam autem esse potest, quomodo debet, nisi ad id, ad quod debet. In eo, ad quod debet, rectus, & quomodo debet, sincerus.

In cogitationibus considerandum, ut sint mundæ, & ordinatæ. Mundæ sunt, quando neque de malis affectionibus generantur, neque malas generant affectiones. Ordinatæ sunt, quando rationabiliter, hoc est, tempore suo, adveniunt. Tempore enim non suo etiam bona cogitare, sine vitio non est, ut in lectione de oratione, & in oratione de lectione.

In operibus considerandū est primò, ut bona intentione fiant. Bona intentio est, quæ simplex est, & recta. Simplex sine malitia; recta sine ignorantia. Quæ enim sine malitia est, zelum non habet. Sed quæ cum ignorantia est secundum scientiã, zelum non habet. Itaque intentionem oportet esse & rectam per discretionem, & simplicem per benignitatem. Secundò in operibus considerandum est, ut ex recta intentione inchoata cum perseveranti fervore ad finem perducatur, ut nec perseveranti torpeat, nec amor tepescat.]

Lib. de.
meditat.
ante me.
dium.
Quid in
affectibus
discutien.
dum.
2. Reg.
13. 2.

Quid in
cogitationibus.

Quid in
operibus.

*Quid in
verbis.*

De verbis nihil dixit, sed in eis considerandum est vt vera sint, vt nemini noxia, vt ad aliquid necessaria, vt conuenienti tempore, & loco prolata, vt debito modo dicta. Si in aliquo istorum erratum sit circa cogitationes, quia minùs munda fuerint, vel minùs ordinata; circa affectus, quia minùs recti, vel minùs synceri; circa sermones, quia minùs veri, vel minùs necessarij; circa opera, quia minùs bona, vel non recta intentione facta, memoria notandum est, vt circa illud dolorem concipiamus, & emendationis propositum procuremus.

*Qua opera
religiosa
secundum
ordinem
statuti
occupatos
detinent,
præcipuè
examinanda.
Lib. 2. de
discip.
claustr.
cap. 10.*

Operum verò illa præcipuè examinanda sunt, & discutienda, quæ secundum status religiosi ordinem quotidie occupatos nos tenent, in quibus innumerabiles solemus imperfectiones admittere. Quas pulchrè quidem Thomas à Campis quodam loco detexit, ita vt non sit necessarium, nisi eius verba his nostris scriptis inferere. Sic ait, examinis formam præscribens. [Ad cauendum ergo detestabilem negligentiam in examinatione propriæ conscientia, de omni verbo, & opere iudicium tibi hora congruenti statne, & rationem villicationis tuæ à teipso exige strictè. Serue male & piger, dic, qualiter hunc diem expendisti: ecce notaui, quòd hodie suscitatus non alacriter surrexisti, pigritasti in lecto, vix ad vltimum signum te erexisti, & post alios tardior venisti. Non cantasti fortiter, nec attendisti diligenter, vana retractasti, & præinopia deuotionis etiam dormitasti. Accelerasti ad finem, & ad lectum, & hoc mihi valde

valde est suspectum, quia, sicut impræparatus
chorum intrasti, sic indeuotus existi. Verba
multa prompsisti, paruum fructum retulisti,
tardè etiam ad opus accessisti, acediosè labo-
rasti. Locutus es inutilia, interrogasti curiosè,
iudicasti suspiciosè, restitisti sæpe dissolutè, de-
traxisti, commotus fuisti, corde, & oculis eu-
gatus es in choro, in mensa, & modicum ad le-
cta attendisti.

Secularia incautè auscultasti, verba Christi,
& Sanctorum dicta malè recitasti. De cibo, &
potu cogitasti, & auidè comedisti. Gauisus
es de melioribus ferculis, desiderasti ampliùs,
de vilioribus murmurasti. Non fuisti patiens
in modico defectu, nec continens à meliori,
sed magis tibi, quàm fratri tibi affidenti id
optasti. Quæsiuisti te in paruis, & maiora,
scilicet charitatem, & fidelitatem amisisti.
Negligenter horas legisti sine deuotione, sine
debita attentione, & sine distincta prolatio-
ne verborum. Vide, vbi corruisti, & desine
superbire, & gloriari de bonis à Deo per-
ceptis.

Semper deplora interioris hominis statum,
multis passionibus implicatum. Scrutare abs-
condita cordis tui, si ira, si inuidia, si con-
cupiscentia, si auaritia, si impatientia, aut
tristitia te mouit, aut superauit. Nec solùm de
malis peractis inuestigandum est, sed etiam de
bonis neglectis perquirendum. Si beneficia Dei
cum gratiarum actione accepisti, si pro amicis,
& aduersariis orasti, si reuerentiam prælato,
& minoribus fratribus dulcedinem charitatis
exhi

exhibuisti. Si infirmis, & tentatis compassus fuisti. Si petentibus auxilium, si mœrentibus solatium impendisti.

Si denique honorem Dei simpliciter, & purè quæsiuisti, si humanam laudem strenuè vitasti: si propriam voluntatem promptè abnegasti, si te nulli prætulisti, si sapienter correctiones accepisti, si pœnitentiam iniunctam humiliter implesti, si nemini molestus fuisti: si læsus clementer indulxisti, si ab iniuriato veniam postulasti, si deuotè celebrasti, si attentè cantasti, si pertinax non fuisti, si ad humilia opera festinasti, si contemptus non contradixisti, si malum pro malo reddere non cogitasti, sed in bono malū vincere studuisti.] Haftenus ille. Quibus sanè verbis conuersationem nostram ante oculos mentis ita constituit, vt ex ea satis nobis erubescendum sit, qui bona opera, quibus indies sanctiores essemus futuri, ita fœdemus, & ex eis non tam merita, quàm imperfectiones, non tam causam lætitiæ, quàm mœroris conquiramus.

*Quarta pars examinis,
dolor. § 4.*

*Culpa
iuxta be-
neficia
Dei collo-
canda, vt
dolorem
excitent.*

Ex his fasciculum quotidianarum imperfectionum, & culparum tuarum, & aceruum mœrorum, & tristitiarum tibi colliges. Has culpas tuas iuxta Dei beneficia suprâ commemorata statue. Vide, quomodo Deo tibi benefacienti respondeas, quomodo eius dona compenses, quàm vilis, & ingratus sis, qui pro bene

beneficiis offensas, pro donis culpas, pro amore obliuionem, negligentiamque retribuas. Luge fratres, & lacrymas funde, satis enim magnam habes causam lugendi, quia nunquam ad examen venis, in quo non culpas, & ingratitude-nes, & obliuionem tui nominis, & creatoris inuenias.

Has offensas, licet oculis carnis exiguae videantur, quanto potueris feruore propter Dei amorem detestare, & odio habe, quia fidelis anima Dei bonitatem erga se, & suam ingrati- tudinem videns, nihil exiguum putat, (si lu- cem coelestem habeat) quod tantam maiesta- tem offendat. Ex hac autem collatione benefi- ciorum Dei, & tuarum imperfectionum, ita dolorem, & detestationem peccatorum pro- crees, vt imminutioni fiducia nullum penitus locum relinquant. Imò ex eo ipso, quòd tot im- perfectionibus tuam animam sordere conspicias, & benignissimum Dominum per tot annos te- cum dissimulasse, & tibi plusquam septuagies septies, quin & plusquam millies ignouisse co- gnoscis, in spem erigere, quòd nunquam te abiiciet, sed, quotiescumque ad eum veneris, & veniam postulaueris, non aliter, quàm pater amantissimus, te benignè recipiet.

Dilige illum, quem tam suauem, tam dul- cem, tam propitium experiris. Gaude, quòd in tanta patientia, & tam longanimi sustinen- tia, qua tuam emendationem expectat, suam infinitam bonitatem testatam faciat, & natu- ralem mansuetudinem, ac lenitatem omnibus creaturis ostendat.

*Quantū-
nis mini-
ma deple-
randa.*

*Fiducia,
aliquē
affectus
exercēdi.*

Hi

Firmo e-
mendatio
nis propo-
suo debet
inferuire.

Hi autem omnes affectus proposito firmo emendationis deseruiant. Hic enim est fructus examinis, non solum ut peccata detestemur, sed & nos ipsos emedemus, & nunc vnã imperfectionem, nunc aliam, procul à nobis abiiciamus. Quod manifestè docet Gregorius exponens illud Iob: *Vestini me sicut vestimento, & diademate iudicio meo.* [Iustorum iudicia, inquit, rectè diademati comparantur; quia per magni operis gloriam ad retributionis ducuntur coronam. Quæ nimirum iudicia secum quotidie introrsus agunt; quid Deo, quid proximo debeant, solerter aspiciunt, atque ad agenda bona se diligenter accendunt, & de perpetratis malis districtè redarguunt. Vnde bene quoque per Salomonem dicitur: *Cogitationes iustorum iudicia.* Iusti quippe ab omni strepitu seculari ad corda sua redeunt, ibique ascendunt tribunal mentis, atque ante oculos se, & proximum statuunt, deducunt ad medium regulam testamenti, qua dicitur: *Quæ vultis, ut faciant vobis homines, & vos eadem facite illis.* Transferunt in se personam proximi, & sollicitè attendunt, quid sibi, si ita essent, fieri, vel non fieri iustè voluissent: sicque districto iure, atque iudicio causam suam, & proximi iuxta tabulas diuinæ legis in foro cordis examinant. Bene ergo dicitur: *Cogitationes iustorum iudicia;* quia ipse eorum intimus motus cordis quasi quædam libra est iudiciæ potestatis. Quibus peractis, quia retributionem inferiùs non requirunt, rectè illorum iudicia diademati comparantur. Diade-

Iob 29.
14.

Sancto-
rum iudi-
cia diade-
matis
comparã-
tur.

Prou. 12.
5.

Matth.
7. 12.

ma quippe in superiore parte capitis ponitur. Iustorum ergo iudicium diadema dicitur, qui per hoc non in terrenis, & infimis, sed sursum remunerari concupiscunt.

*Quinta pars examinis, peccatorum puni-
tio. §. 5.*

Tandem pro quotidianis defectibus aliquam tibi, quam statim exolvas, pœnitentiam iniunges, vt, si aliquem tibi dolorem infligeres, aut aliquam præculam recitares. Quando autem culpa, aut defectus grauior fuit, non sufficet eum communi pœna mulctare, sed necesse erit extraordinaria reprehensione, & condigna castigatione punire. Hæc est formulâ in conscientia disculsiōe seruanda, quam si tenueris, non lentis passibus in mentis profectum festinabis.

*Quoti-
dianos
defectus
quoti-
diana
pœnitentia
subsequitur.*

CAPVT XIII.

De examine particulari.

IN superioribus de examine generali dictum est, nunc de particulari dicendum, quod etiam ante cubitum ex præscripto fieri debet. Hæc autem voces, generale, & particulare, non actionem nostram designant, quæ semper, cum nos discutimus, specialia minutatim aduertit, sed rem, erga quam examen versatur. Nam aliquando totum diem, & omnia, ac singula, quæ fecimus, & omisimus, diligenter expendimus, &

I. Aluarez de vita rel.

V

hanc

hanc discussionem examen generale dicimus: aliquando actum aliquem specialem discutimus, qui nobis magis curæ est, & hanc discussionem examen particulare vocamus. De huius verò particularis examinis tum authoritate, tum necessitate, tum vtilitate, ac de eius partibus, & modo multa fusè à nobis scripta sunt in libris *de exterminatione mali, & promotione boni*. Hoc autem loco pro his, qui vel illos libros non habent, vel tam multa legere non possunt, rationem huius operis summatim perstringemus.

Lib. 3.
par. 3. a
cap. 5.
vsque
ad 13.

*Quid
particu-
lare exa-
men sit.*

Examen particulare est illa cura, sine industria, qua contra aliquod vitium, aliquémve defectum specialem pugnamus, ipsúmque debilitare, destruere, ac excindere nitimur, ac si nullius alterius operis ad profectum animæ nostræ necessarij curam haberemus. Ratio huius particularis curæ ea est, quia vires habemus naturæ, & gratiæ limitatas atque finitas, quæ simul aduersùs omnia vitia efficaciter pugnare non possunt. Ideo aliquod particulare vitium aggredimur, quo superato aliud prosternendum suscipimus, & sic de reliquis, vt sic tandem ad concupitam mètis libertatem, & puritatem veniamus. Nec tamen hæc cura aliorum vitiorum expugnandorum, aut imperfectionum vitandarum obliuionem infert, imò ratione quadam mirabili mentem ad studium omnis puritatis accendit. Quia enim vitium illud speciale ob suam fœditatem, & ob Dei amorem fugimus, quidquid fœdum est, & Deo inuisum, similiter perhorrescimus. Vnde quo diligentius examen illud particulare

lare
min
tum
tes
fugi
alio
pera
R
ficie
spiri
lum
sim
inq
lia,
túr,
cert
ergi
fige
ger
susp
adu
nès
ora
pug
ac
qu
ren
pr
ne
ne
fo
fe
m

dicimus: in discutione & hanc vocamus. In his tum utilitatem ultra fusè examinatione loco pro tam multus operis sine indolentiamque denur, ac finimam notio huius emus nacquæ simul mare non am aggre dum susci d concu eniamus. am expu andarum n mirabi accendit. am fœdi quid fœ horresci d particu lare

lare perficimus, omnium aliorum vitiorum imminutionem, & omnium virtutum augmentum sentimus. Occiso Goliath à Davide, *videntes Philistinum, quod mortuus esset fortissimus eorum, fugiunt.* Ita dum fortissimum vitium, & quasi aliorum ducem vincimus, omnia etiam alia superamus.

Remedium hoc examinis particularis ad proficiendum nouerunt Patres antiqui, qui de rebus spiritualibus scripserunt. Nos hoc loco verba solum Ioannis Cassiani repetemus, qui luculentissime hanc pugnandi rationem declarauit. [Ita, inquit, nobis aduersus vitia arripienda sunt prælia, ut vnusquisque vitium, quo maxime infestatur, explorans, aduersus illud arripiat principale certamen, omnem curam mentis, ac sollicitudinem erga illius impugnationem, obseruationemque defigens, aduersus illud quotidiana ieiuniorum dirigens spicula, contra illud cunctis momentis cordis suspiria, crebraque gemituum tela contorquens, aduersus illud vigiliarum labores, ac meditationes sui cordis impendens, indefuentes quoque orationum fletus ad Dominum fundens, & impugnationis suæ extinctionem ab illo specialiter, ac iugiter poscens. Impossibile namque est de qualibet passione triumphum quempiam promereri, priusquam intellexerit, industria, vel labore proprio victoriam certaminis semet obtinere non posse, cum tamen, ut valeat emundari, necesse sit, enim die noctuque in omni cura, & sollicitudine permanere. Cumque se ab ea senserit absolutum, rursus latebras sui cordis simili intentione perlustret, & excipiat sibi, quam

1. Reg.
17. 51.

A Pa-
tribus
egregie
commen-
datum.
Collat.
5. cap.
14.

quam inter reliquas perſpexerit dirioſam, atque aduerſus eam ſpecialiùs omnia ſpiritus arma commoueat, & ita ſemper validioribus ſuperatis celerem de reſiduis habebit, facilèſque victoriam, quia & mens triumphorum proceſſu reddetur fortior, & infirmior pugna ſuccedens promptiorem ei prouentum facie præliorum, vt fieri ſolet ab his, qui coram regibus mundi huius omnigenis congregari beſtiis præmiorum contemplatione conſueuerunt, quod ſpectaculi genus vulgo *παυράτιον* nuncupatur, Hi, inquam, ſeras, quaſcumque fortiores robore, vel feritatis rabie conſpexerint dirioſas, aduerſus eas primæ congreſſionis certamen arripiunt, quibus extinctis, reliquas, quæ minùs terribiles, minùſque vehementes ſunt, exitu faciliore proſternunt. Ita & vitiiſ ſemper robuſtioribus ſuperatis, atque infirmioribus ſuccedentibus, parabitur nobis abſque vllò discrimine perfecta victoria.] Hæc ille.

Hom.
82. in
Ioan.

Scalæ Iacob aſceſſum per virtutes deſignauit.

Chryſoſtomus etiam non ſemel huius examinis particularis meminit. Nam quodam loco ſic ait: [Discamus igitur & vitia noſtra reſcendentes, ea tempore corrigamus, & hoc menſe vnum, alio aliud, & ita ſubſequenter meliores efficiamur: & ſic tanquam per gradus quorſdam aſcendentes per ſcalam Iacob ad cælum perueniemus. Etenim ſcalæ illæ mihi per illam viſionem paulatim per virtutes aſceſſum ſignificare videntur, per quam à terra in cælum aſcendere nobis licet, non gradibus ſenſibilibus, ſed morum incremento, & correptione.] Cùm autem per ſingulos menſes pugnam aduerſus quodli

quodlibet vitium arripiendam esse dicit, non ita accipiendum est, ac si his tantum diebus cuiusque vitij siue defectus pugna concludatur; nam sæpe oportet aduersus vnum vitium per multos menses, imò & per annum pugnare. Sed certum tempus pro indeterminato posuit, vt doceret nos eo feruore aduersus singula vitia pugnaturus, vt cuiusque victoria breui tempore obtingat.

Alio verò loco sic scribit: [Quemque vestrum rogo, & si non antea, deinceps saltem, quem se plus aliis vexare defectum nouerit, hunc ex anima præcidere studeat, & pia quadam cogitatione, quasi spirituali vtens gladio, semetipsum à vitio liberet. Idoneum enim nobis Dominus contulit sensum, & si parum velimus respicere, valentem quodque nascens in nobis vitium superare. Propterea Sanctorum quoque nobis omnium vitam, & conuersationem per diuinam contextam Scripturas spiritus gratia reliquit, vt discentes, qualiter eandem nobiscum fortiti naturam omnia virtutis obierunt officia, circa eius executionem minimè torpeamus.]

Vitia autem aut defectus particulari examine eliminanda latissimè patent. Quædam enim sunt vitia incipientium maiora, alia proficientium leuissima, & aliæ subtilissimæ imperfectiones virorum perfectorum, quas solent hoc examine superare. Illi primi necdum bene domitam lasciuiam, iram, inuidiam, gulam, & alia similia monstra, conantur excindere. Illi secundum negligentiam in bonis operibus, affectum lau-

Idem
homil.
73. ad
pop.

Triparti-
ta ea,
qua hoc
examine
eliminã-
da sunt.

dis, & honoris, impatientiam, iudicia temeraria aliorum, & his cognata, viruntur destruere. Isti postremi, quod in vita perfecta imperfectum est, vt singula opera non semper actualiter in Deum referre, aliquo euentu perturbari, diuinæ presentie aliquantulum obliuisci, & quedam alia delicatissima, quæ imperfectiones reputantur, curant superare.

Nunquam
vitiiorum
certamen
omittendum.

Serm.
58. in
Cant.

Ad Rō.
7.18.

19.

20.

Item quia vitia extincta repullulant, operæpretium est ad illa redire, & rursus cum illis quasi certamen incipere. Vnde Bernardus ait: [Credite mihi, & putata repullulant, & effugata redeunt, & redaccenduntur extincta, & sopita denud excitantur. Parum est ergo semel putasse, sæpe putandum est, imò (si fieri possit) semper, quia semper, quod putari oporteat, (si non dissimulas) inuenis. Quantumlibet in hoc corpore manens profeceris, erras, si vitia putas emortua, & non magis suppressa. Velis, nolis intra fines tuos habitat Iebusæus: subiugari potest, sed non exterminari. Scio, inquit, quia non habitat in me bonum. Parum est, nisi & malum inesse fateatur. Ait, non quod volo bonum hoc ago, sed quod odium malum, illud facio. Si autem quod odi, illud facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me, peccatum. Aut te ergo, si audes, præfer Apostolo, (nempe ipsius ista vox est) aut fatere cum illò te quoque vitiis non carere. Medium denique vitiiorum virtus tenet, ac proinde sedula eget non solum putatione, sed & circumcissione. Alioquin verendum, ne circumquaque à lambentibus, vel potiùs à rodentibus vitiis, illa dum nescis, paulatim elangueat, aut, si supercreuerint,

rint, suffocetur. Vnum in tanto discrimine consilium est, obseruare diligenter, & mox, vt renascentium capita apparebunt, prompta seueritate succidere.] Hinc autem elucet, examen hoc vsque ad vltimum spiritum esse penitus retinendum, tum vt renascentia iterum resercentur, tum vt minimæ imperfectiones à perfectorum cordibus amoueantur.

Modus faciendi hoc examen. §. vnic.

Accipe nunc breuiter, ô vir Dei, modum, ac rationem faciendi particularis examinis. Primò, cum è lecto manè surgis, postquam Domino gratias egeris, propterea quòd noctem illam à multis periculis animæ, & corporis liberauerit, & nouam lucem ad bene operandum concesserit, firmiter propones tui custodiam circa vitium illud, aut peccatum, aut imperfectionem, à qua te cupis emendare. Hoc propositum sit firmum, & stabile, ita vt verè, & feruenter emendationem, & acrem pugnam aduersùs illam imperfectionem statuas. Similis esto Dauidi, sic dicenti: *Iurani, & statui custodire iudicia iustitia tua.* Et quamuis non debes iurare, nec vouere, debes tamen apud te ipsum firmiter statuere. [Qui enim statuit, inquit Ambrosius, non mouetur, non metuit, ne cadat, quia plus est statuere, quàm stare. Stat igitur Dauid mentis statione fundatus, nec timet, ne in his mundi tenebris possit errare.] Ita igitur tu sta ad similitudinem huius regis in bono proposito, & ne ab eo te occasio emergens amoueat. Sit & propositum

Firmum propositum erga defectus emendationem manè faciendum.

Psalm.
118.
106.

Ibid. ser.
14. ver.
2.

fidele, & non in tuis viribus, sed in auxilio Dei, quod præstò erit, tuam spem, fiduciamque constituas. Inde orabis cum eodem Propheta: *Humiliatus sum vsquequaque Domine, uiuifica me secundum verbum tuum.* Nam si in se fiduciam habuisset, nec se afflictum prodidisset; nec pro vigore proclamasset. Sit & longanime, vt, licèt statim non vincas, tamen per diuturnum tempus à pugna non discedas. Scito, quoniam

Psal. pheta: *Humiliatus sum vsquequaque Domine, uiuifica me secundum verbum tuum.* Nam si in se fiduciam habuisset, nec se afflictum prodidisset; nec pro vigore proclamasset. Sit & longanime, vt, licèt statim non vincas, tamen per diuturnum tempus à pugna non discedas. Scito, quoniam

Philip. *qui cepit in te opus bonum, ipse perficiet vsque in diem Christi Iesu,* id est, vsque ad eius imitationem proueharis.

Quid per diem.

Secundò, per totum diem huius tui propositi recordaberis, illudque implere, & defectum, aut vitium, quod impugnas, declinare satages. Hæc autem memoria, aut cura diligens vitij fugiendi nullo modo rerum, quæ ad te attinent, obliuionem inducet, nec discretæ curæ earum impedimentum apponet. Nam sicut tu attendis ad hoc, vt bene loquaris, aut modestè ambules, aut ad lapidem non offendas, & simul etiam attendis ad ea, quæ tibi sunt iussa, aut ad tuum munus attinentia, ita poteris cauere, ne in hoc vitium incidas, & simul aliis rebus, quæ tui sunt status, aut muneris, non deesse. Eris ita-

Apoc. 4. *que sicut illa animalia, plena oculis antè, & retrò, & oculos circumspectionis habebis, quibus vndequaque videas, ne aliquid contra tuum propositum facias. Si quando deliqueris, statim interiùs dole, & à Domino humiliter veniam pete, & manu pectori admota, (quod etiam in conspectu aliorum fieri potest) vel alio signo te admone, vt lapsuum postea faciliùs recor*

Quid in lapsu.

recorderis. Sic mysticè implēs illud : *Si quid voluisti Deo, ne moreris reddere.* Quia quod animo statuisti, post lapsum è vestigio quodammodo reddis, dum de defectu statim dolore compungeris.

Tertiò, bis te circa hunc defectum, vel vitium discuties, semel ante prandium, & semel ante cubitum. In hac autem discussione, quæ est ipsa substantia examinis, ita procedes. A Domino lucem postulabis, vt defectus, aut culpas admissas agnoscas. Quod faciendum esse pulcherrimè docet Ricardus Victorinus exponens illud Psalmi : *Iudica me, Domine, quoniam ego in innocētia mea ingressus sum.* Vellem, inquit, scire, qualis ipse sum, sed vix de meipso vera discernere possum. Amor namque priuatus, quem erga meipsum habeo, aufert mihi verum iudicium de meipso. Iudica me ergo, Domine, qui veraciter nosti me. Tu mihi dicis de te, quia ego sum veritas : & ego scio, quia omnis homo mendax. Parum itaque mihi de meipso credo, vtpote homini mendaci, timens, ne, si meipsum iudico, mentiatur iniquitas sibi. Tu rectiùs hoc facis, qui verax es. Tu meliùs hoc potes, qui veritas es. Intret ergo veritas in cor meum; verum contra me perhibeat testimonium, verum de me proferat iudicium. Iudica me ergo, Domine, indica mihi obsecro, qualis sim, Domine. Tu veram de me profer sententiam, ego ipse de meipso exerceo vindictam. Vel, si fortè in me per pœnitentiam deleta est culpa, ostende mihi, quid adhuc desit de perfecta iustitia. Vtiliter enim me coram meipso iudicas,

Bis, ex-
atq. quã-
do, &
quomodo
discuti-
dum.

Psal. 25.

1.

Ad eun-
dem Ps.

314 *De vita religiosè instituenda,*
dicas, si qualis apud te sim, mihi manifestè indicas.] Deinde petita gratia, & luce ad te discutiendum, per horas partis diei breuiter discurre, & numerum lapsuum in illud vitium, contra quod pugnas, & grauitatem cuiusque deprehendes. Tandem de illis dolebis, & firmiter in futurum emendationem propones.

*Lapsus
scripto
notandi,
& collatio
temporū
faciendū.*

Homil.
II. in
Genes.

Quartò, lapsus tuos, vt consuetum est, per numeros, aut literas scripto notabis, & diem cum die, & hebdomadam hanc cum præcedente conferes, & mensem cum mense. Id sanè, vt, an proficias, an potius deficias, manifestè deprehendas, & vt, si defeceris, erubescas, tēque ipsum increpes; si verò profeceris, Deo gratias agas, & robur ad pugnandum concipias. Meminit huius collationis præter alios, quos alibi adduximus, Chrysostomus: [Ne ita, inquit, simpliciter ieiuniorum hebdomadæ prætereant, scrutemur suam quisque conscientiam, & rationem examinemus, & consideremus, quidnam in hac hebdomada probè actum sit, quid in alia, & quale augmentum fecerimus ad sequentem, quas in nobis affectiones correxerimus.] Sic ille. Hæc igitur est tota ratio huius examinis, quæ ad proficiendum efficacissima est, si non specie tenus, sed verè, & ex animo eam exequamur. Quodlibet enim medicamentum, etiam optimum, nihil ad salutem valet, si ab ægrotò, non vt oportet, suscipitur, & à medico in tempore congruo non applicatur.

CAPVT XIV.

Summa doctrina examinis.

QVINQVIES (si bene memini) in his, quæ ^{Quin-}hactenus scripta sunt, examinis mentio- ^{quies ex-}nem feci. Nam dixi orationem ipsam mentalem ^{aminis} speciali discussione examinandam esse: & hanc ^{facta} curam particularem, quam modò exposuimus, ^{mentio.} eradicandi aliquod vitium, vel aliquam virtutem inferendi, bis quotidie esse in examen vocandam: & totam vitam, ac conuersationem nostram bis etiam singulis diebus ante prandium, & ante cubitum esse similiter discutiendam. At modestum admodum videtur viros spirituales ad tam crebras suæ conscientiaë discussiones adigere, quibus necesse erit præstantiores virtutis actiones impediri.

Sed in primis, frequens conscientiaë propria mundatio, ac purificatio nemini onerosa esse debet, cum sciat, quo frequentius, & exquisitiùs suam animam mundauerit, se in conspectu Domini puriorem appariturum, maioremque gratiam promeriturum. Cum sciat etiam perfectos viros in hoc exercitationis genere fuisse nimios, (si ita dici possit) & non quinques, aut sexies, sed multo frequentius se ipsos diebus singulis inspexisse, & examinatione mundasse. Certè S. Benedictus in sua regula ait, debere monachum actus vitæ suæ omni hora custodire. Quæ verba si de examinatione conscientiaë intelligenda sint, ut quidem volunt, ^{Nemini frequens illius versus onerosus debet esse.} ^{In reg. cap. 4.} aper

apertum est, eum ad horariam conscientiæ discussionem (quod B. P. N. I G N A T I V S faciebat) religiosum excitare.

Quomodo molestia penitus sit sublata.

Si tamen, quæ hæctenus dicta sunt, intelligantur, videbimus, hanc molestiam penitus esse sublata, cum duo tantum tempora examini, ante prandium, & ante cubitum, sint assignata; nam illud orationis examen post vitæ spiritualis tyrocinium, diximus in horam meridiani examinis posse reiici, aut ita breuiter debere fieri, vt nullum ferè tempus vsurpet. Duo verò curæ particularis examina in tempora aliorum duorum, quæ fiunt ante communem refectio- nem, & ante dormitionem, similiter reiicienda sunt. Postquam enim cogitationes, affectus, verba, & actiones inspexeris, mentis oculos ad illud vitium, quod impugnas, vel ad illam virtutem, quam particulariter exerces, conuer- tes, & in quo defecisti, aut bene processisti, diligenter inspicias. Atque adè sine vlla molestia bis in die in hanc exercitationem tam utilem discutiendi teipsum, incumbes. Atque vt hanc rem iam finiam, ex hac conscientiæ discussionem duos colliges fructus. Alterum, vt teipsum ab erratis tuis per veram compunctionem purges, & ad desiderium emendationis prouoces. Alterum, vt teipsum intus, & in cute cognoscas. Nam si non tantum ramos, sed radicem scruteris, id est, si non tantum imperfectiones tuas, sed origines earum inspicias, apertè videbis, te multis vitiis sordere, multisque casere virtutibus, & teipsum non magni reputabis, sed potius ex corde despicias.

Duos tandem ex discussione fructus colligendi.

CAPVT XV.

De dormitione, ac nocturna quiete.

HORA quiescendi, quæ conscientiæ dis-
 cussionem subsequitur, te ad somnum ho-
 nestum, quietum, & religiosum parabis. Ita vt
 possis dicere cum Propheta: *In pace in idipsum*, Psal. 4.
 id est, cum illis ipsis, qui a fructu spiritualis 9.
 frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt,
dormiam, & requiescam? In hoc igitur opere, vt Quid, ut
 studiosè, & meritoricè fiat, hæc obseruanda sunt. merito
 Pura, ac simplici intentione, ad somnum ibis, datur, ex-
 vt scilicet Deo ita statuenti, & ipso ordini re- ga dormi-
 ligiosæ disciplinæ mandanti placeas, & vt vires tione ob-
 ad ei seruendum, & pro gloria eius laboran- seruan-
 dum resumas. Specialibus orationibus Domi- dum.
 num nostrum Iesum Christum, beatissimam
 Virginem Mariam, custodem Angelum, & San-
 ctum, illius mensis patronum (de quo postea) Infrâ
 inuocabis, vt te ab omnibus periculis tum ani- lib. 4.
 mæ, tum corporis liberent, & illibatum, at- cap. 2.
 que ab omni dæmonis illusionem parum custo-
 dian, vt sequenti die absque villo impedimento
 celebrare, aut communicare valeas, aut in spi-
 ritualibus obsequiis tempus impendere. Dum
 alias orationes non inuenis aptiores, his vri
 poteris.

*Ad Christum Dominum pro munditia
 mentis, & corporis in somno, oratio.*

Domine Iesu Christe, Rex magne, sacerdos
 imma

immaculate, qui summa benignitate me respiciens, & dulcissima charitate complectens, ad gradum sacerdotij promouisti, & vt tremenda mysteria celebrarem, & te quotidie susciperem, elegisti (vel ad statum religiosum adduxisti,) & vt te vnicum bonum meum frequenter susciperem, elegisti; conserua hac nocte ab omni dæmonis illusione vires mentis meæ, & ab omni impuritate corpus meum. Fac, vt templum hoc tuum, quod ex animo, & corpore meo compactum est, mundum, & incontaminatum conquiescat, vt te venientem deuotè aspicere, & accedentem reuerenter suscipere, & introeuntem valeam charitatis affectibus amplexari. Amen.

Ad B. Virginem pro eodem, oratio.

O desiderabilissima Virgo Maria, Dei mater dignissima, dignare me, quæso, iam diu in seruuulum tuum admissum, & in filium adoptatum, ad tui amorem castissimum, & venerationem deuotissimam tuis intercessionibus efficaciter aduocare. Fac de me eorum numero, quos pectori tuo virgineo inscriptos, tibi familiarissimè designasti. Per amorem quoque Filij tui, & Domini mei Iesu Christi, & per diuitias omnium donorum, gratiarum, priuilegiorum, charismatum, & gaudiorum tuorum, rogo te, ô amabilissima domina, vt impetres mihi ab eodem Filio tuo in præsentî nocte, munditiem cordis, & corporis puritatem, vt nihil in me sit, quod oculis omnipotentis, & cuncta cernentis displiceat; & orta luce tremendum, ac
viui

uiuificum sacrificium celebrare, vel sacrosanctum mysterium recipere, aut ei assistere valeam. Amen.

*Ad custodem Angelum pro eodem,
oratio.*

O custos sanctissime, princeps gloriose, qui licet tam magnus sis, me abiectum non despicias, & quamuis semper Deo adhæreas, & faciem Patris videas, mihi tamen fidelissimum in fluctibus huius vitæ te comitem præbes: laudo, & benedico te, & eximias grates refero ob curam, & vigilantiam, quia me hodie custodisti, in peccandi occasionibus, ne caderem, monuisti, & ad bona opera, ac diuinum cultum inuitasti. Te suppliciter oro, ô spiritus amabilissime, vt hac nocte tuum patrocinium experiar. Repelle à me omnem minùs mundam cogitationem, omnem corporis impuritatem, omnem somni, & noxiæ quietis excessum. Libera me ab omni periculo, & dæmonis incurso, vt manè possim surgere, & suauissimo Domino meo famulari, ac meam spiritualem salutem operari. Amen.

De sancto Patrono mensis, oratio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus intercedente B. N. Apostolo, aut Martyre, aut Pontifice, quem hoc mense patronum veneror, vt hac nocte ab omnibus aduersitatibus, & periculis eripiar in corpore, & à prauis cogitationibus munder in mente. Per Dominum nostrum, &c.

Hæc

Hæc te vestibus exuens, aut in ipso lecto sedens, mente solùm, aut etiam voce (quod temporì congruentius videtur) reuerenter dices.

Prius verò, quàm te exuas, & hæc dicere incipias, quid manè meditandum sit, aut leges, nisi probè memoriter teneas, aut saltem attenta recordatione præuenies. More solito omnium Christianorum, frontem, os, & pectus, cruce deuotè signabis, & te in lecto ad quiescendum

*Modestia
in lecto
tenenda.
In reg-
nuitio.
cap.7.*

*Lib. 1. de
discip.
claustr.
cap. 11.*

*Somnus
mentem
bene oc-
cupatam
inueniat.*

*Ad fra-
tres de
monte
Dei.*

honestè compones. Hanc autem honestatem Bonauentura sic explicat: [Honestè & compositè iaceas in dextro, vel sinistro latere, nunquam tamen supinus, vel aliter inhonestus. Nunquam dormias cum manibus in sinu positis, nec cruribus eleuatis, vel discoopertis, sed semper teneas tunicam, vel indusium, inter crura, vt nullus te inueniat inhonestè iacentem.] Addit Thomas à Campis. [Nec crebrò te veritas, sed quietè, & pacificè iaceas, memò Christi in cruce pendentis, qui in patibulo, non in molli lecto, moriens obdormiuit.]

Postquam in lecto cubaueris, psalmos, vel orationem aliquam recita, vel quid sanctum meditare, & quanti momenti sit, gratia, & amicitia Dei tecum ipse considera, quousque somno occupatus quiesceas. Sic te aptum, & robustum ad depellendas tentationes inuenies, & in ipso somno diabolo tentanti resistes, & ex ipsa consuetudine bene agendi ad orationem, & sancta desideria incitari te senties. De hoc sic scribit Bernardus: [Iturus ergo ad somnum defer tecum in memoria, vel cogitatione, in quo placidè obdormias, quòd nonnunquam etiam somnariè

iuuet,

iuuet, quoddam etiam inuigilantem te excipiens in statum hesternæ intentionis restituat. Sic tibi nox, sicut dies, illuminabitur, & nox illuminatio tua erit in deliciis. Placide obdormies, in pace quiesces, facile euigilabis, & surgens facilis, & agilis eris ad redeundum in id, unde non totus discessisti.

At si aliqua tentatio, priusquam dormias, aduersus tuam puritatem insurgat, eo remedio, quo pius, & deuotus Pater Thomas à Campis offert, tentationi te oppones: [Si caro titillat, inquit, si terra imago incidit, si quæuis alia passio mouet, nec quiescere te finit, ad orationem conuertere, signum crucis tibi imprime, flagellum, coronam spineam, lanceam, ac totam armaturam Crucifixi appone, ante cuius virtutem non potest hostis stare malignus, nec tentationis illusio perdurare. Adhibe quoque ignem æternum, supplicia sanctorum Martyrû, Confessorum constantiam, & virginû fortia trophæa. Attende lapides Stephani, craticulam Laurentij, fustes Marcelli, ungulas Vincentij, vepres, & vrticas Benedicti, flammam S. Agnetis, rotam Catharinæ, acutissimas testulas Agathæ, bullientes aquas Cecilie, lacrymas, amorem, contritionem, & penitentiam Mariæ Magdalenæ, dentes bestiarum, horridos carceres, nec non dura vincula pedum Sanctorum. Sic, Deo iuuante, & ista te cogitante, ignem igne superabis, diabolum confundes, Sanctos honorabis, in pace Christi dormies, & requiesces.

Si hanc fidelitatem erga Dominum seruans obdormieris, non solum in vigilia, sed in somno

I. Alvarez de vita rel.

X

quo

Tentationi ante somnum insurgenti, quomodo obfistendum.

Vbi supra.

Præfata seruans etiam in somno tentatori resistit.

quoque tentatori resistes. Quod experiebatur Augustinus, cuius hæc sunt verba: [Domine, memores mandatorum tuorum in somnis resistimus. Ad idque exhortatur Paulus, dicens:

1. Thef. *Sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum illo viuamus.* Cum Domino enim in dormitione viuere, est etiam, cum per somnum nostri compotes non sumus, ex præcedenti habitu in vigilia acquisito honestè formari, & ei fideles existere.

S. Honoratus inter dormiendum orationi vacabat. Nec solùm tentationibus resistes, sed & dormiens orabis, & in studiosas actiones te incumbere cogitabis, vt de S. Honorato Episcopo scribit Hilarius Arelatensis. Sic enim ad ipsum loquens ait: [Tuis in tantum medullis Christus infederat, vt interdum, quod expertus loquor,

membris tuis placido sopore deuinctis, illum etiam in somnis officio solito tua lingua resonaret. Sæpe dormiens sanissimæ exhortationis, sæpe orationis affectu officiosissimo, verba fudisti. Agebatur quippe in lectulo corporis requies, mentis in Christo. Et quidem, prout quique affuimus, experti sumus: tu verò vnica semper omnium requies, quàm alacer sæpe referebas somnia, non aliquid præfagientia, neque aliqua in futurum anxietate sollicita, sed in quietis animæ desiderijs excitata, Martyrum scilicet, quos semper meditatione gestabas, credo, interdum alludente, & prouocante cupiditatem tuam Domino, tanquam excitata in fidem tuam persecutione peragebas.] Hæc ille. Enitere ergo, vt talis sit somnus tuus, somnus planè iustorum, ex quo facilè possis ad orationem allurgere, & ad

vita

vita
vt so
strad
vigil
ne p
nam
ftus.

D
quic
sanct
huius
fructu
gid
Am

vitæ spiritualis exercitia repedere. Ita dormias,
 vt somnus tuus sit conseruatio corporis, non di-
 stractio mentis. Ita demum dormias, vt sequens
 vigilia te in omni bono desiderio, & bona actio-
 ne promoueat, & ad capessendam gloriæ coro-
 nam disponat. Quam det omnibus Iesus Chri-
 stus. Amen.

O R A T I O.

Domine Deus meus, qui fecisti noctem, vt
 corpus nostrum in ea ad necessitatem
 quiesceret, & mens nostra ad te amplectendum
 sanctis affectibus vigilaret; fac, rogo, ita noctes
 huius vitæ pertranseant, quòd in eis corpus no-
 strum ita dormiat, vt anima te sitiens, nihil fri-
 gidum, nihil obscurum, aut tetrum admittat.
 Amen.





D E
O P E R I B V S
 R E L I G I O S I S
 S I N G V L I S
 Hebdomadis faciendis
L I B E R T E R T I V S .

C A P V T I .

*De actionibus propriis cuiusque
 hebdomade.*

*Religiosa
 opera fa-
 cile, iu-
 cundèque
 à viro
 spirituali
 præstan-
 tur.*



MNIA, quæ hactenus in duobus li-
 bris superioribus dicta sunt, ad reli-
 giosam disciplinam pertinet vnus,
 eiusdemque diei; quæ, quàm facile,
 & iucundè, & absque vlla angustia
 à viro spirituali præstantur, illi experti sunt,
 qui in cœnobio bene instituto, & iuxta regulam
 gubernato, vitam spiritualem colunt. Sicut enim
 natura tam mirabili ordine interiora hominis,
 vt cor, iecur, lienem, viscera, intestina, & alia ad
 hoc genus spectantia, disposuit, vt exiguo spa-
 cio comprehendantur, ex quo tamen edueta,
 testi

testimonio medicorum, vix duplo loco continentur: ita gratia tot, ac tam varia opera, ac multo plura sic in vno die religiosè impensò ordinat, vt, sine vlla pressura, aut afflictione cordis, spiritualis animus illis intendat. Certè negotiatorum industria in non admodum ampla officina, aut in nauì onerata tantam mercium varietatem, & multitudinem congerit, vt vix credi possit, quàm ratione tam angustus locus ea capiat. At gratia ex Ambrosij testimonio, super omnem artem est; quare ergo in vno die multas virtutum functiones aptè disponere, & congregare non possit?

Dies iustorum pleni vocati sunt à Dauide, *ideo, inquit, conuertetur populus meus hic: & dies pleni inuenientur in eis.* Non solùm profectò, quia pleni interdum aduersitatum, quæ faciunt illos hesitare, (quem sensum præfert sacer textus,) sed quia satis referti bonorum operum, quibus tanquam non lentis gressibus in cœlestem patriam progrediuntur, quemlibet istorum dierum considerans iustus ait: *Quia melior est dies vna, Domine, in atriis tuis super millia.* Vnus enim dies in atriis Domini, scilicet in religiosis cœtibus, bene, & diligenter occupatus præstat meritis mille diebus, quos in vita seculari transegimus. Nã in his perpetuo labore nos ipsos, ac nostra commoda quærebamus: in illo verò die, non vno, sed multis modis Dei beneplacitum quærimus. Vnde quamuis non multis annis in vita religiosa viuamus, morimur pleni dierum; quoniam pauci ex his diebus in tam sanctis laboribus occupati valent nos abundè ditare. [Vacuus quippe dierum est,

8. Epi-
stola-
rum,
epist.

63.
Psal. 72.

10.
*Quarta
istorum
dies ple-
ni vo-
centur.*

Psal. 83.
11.

35. Mo-
ral. cap.
15.

inquit Gregorius, qui & quantumlibet multum vixerit, ætatis ſuæ tempora in vanitate conſumpſit. At contrà plenus dierum dicitur, cui nequam dies ſui pereundo tranſeunt; ſed & quotidiana mercede boni operis apud iuſtum iudicē, & poſtquam tranſacti fuerint, reſeruantur.] Spirituales ergo viri Deo in hoc ſtatu conſecrati, ſi qui alij, ſunt pleni dierum, quoniam dies plenos bonorum operum habent, neque aliquam horam ſanctæ occupationis vacuam eſſe ſuſtinent.

*Dua cau-
ſa, propter
quas oneroſa ope-
ra reli-
gioſa non
ſunt.*

Duæ autem ſunt cauſæ, quare tot opera cui-
libet diei assignata nos non affligunt, nec moleſtia afficiunt. Prima, quia nullo modo in otio viuimus, ſed cui-
libet horæ ſuum opus quaſi explendum committimus: & ideo cum magna ſua-
uitate ad horam noctis, qua quieſcimus, omnia exequutioni mandauimus. Secunda, quia horum operum quædam, maxi-
mè quæ ad proximòs ordinantur, imò & nonnulla, quæ noſtrum proſectum reſpiciunt, non ſunt præcepti, ſed ſupererogationis, quæ ex libertate ſpiritus poſſumus aut ex toto omittere, aut partem earum decurtare. Cenſemus namque vtile nobis eſſe documentum Dacriani Abbatis, qui in hunc modum ſcripſit: [In priuatis tuis exercitiis vide vt ſis ordinatus. Præſcribe tibi quid quaque hora agere, & in quo te occupare velis: ita tamen, vt ſi quando vel ex obediētia, vel ex alia cauſa rationabili, ſeu ex quouis caſu emergente quodlibet exercitium abbreviaueris, aut etiam in totum omiſeris, nō inordinatè angaris. Nam ad hoc præcipuè tibi adnitendum eſt, vt in libertate, æqualitate, & puritate cordis omni pro

In ſpecul. mo-
nachor.

proprietate reiecta pacificus, imperturbatusque coram Deo iugiter perseueres.] Suauiter igitur hæc omnia, quæ diximus, & multa alia quotidie agimus, cum non impedimur, & liberè, ac quietè aliquid relinquimus, cum non stat pro nobis, sed ad aliud ab abedientia, aut necessitate, aut charitate vocamur. Atque hæctenus de operibus cuique diei deputatis diximus.

Alia verò actiones sunt, quæ non quotidie fiunt, sed ordinariè in quamlibet hebdomadam incidunt. Hæ autem iuxta numerum dierum hebdomadis septem numerantur. Sunt verò I. Sacramentalis confessio. II. Eucharistiæ susceptio. III. Corporis castigatio. IV. Signorum propriæ despicientiæ exercitatio. V. Ad vitam spiritualement exhortatio. VI. Verbi Dei auditio. VII. Spiritualis collatio. De his autem est in hac tractatione suo ordine differendum.

*Septem
qua in
quamli-
bet inci-
dunt
hebdom-
adam.*

C A P V T II.

*De confessione, ac primò de duobus ordinibus
confitentium.*

RELIGIOSI, qui sacerdotes nõ sunt, apud nos octauo quoque die ex regula inuiolabiliter confitètur, vt die Dominico dignius ad Eucharistiæ Sacramentũ accedant, nisi intra hebdomadã aliquis dies festus ex celebrioribus incidat, quæ sunt festa Domini, & B. Virginis, & Apostolorum, in quibus ratione cõmunionis ex consuetudine, ac deuotione suscipiendæ præter confessionem sabbati, etiam idem Sacramentum pœnitentiæ frequentant. Hæc autem confessio cum tam

*Octauo
quoque
die So-
cietatis
alumni
ex pra-
scripto
confiten-
tur.*

frequens sit, non est existimandū de peccatis lethalibus fieri. Quis enim credat, viros religiosos in tanta obseruantia viuentes, & orationi, ac diuinæ communicationi deditos, & tot mediis, & institutis ad sanctè viuendum circumuallatos, graues lapsus habere, quos octauo, vel tertio quoque die cōfiteātur. Præsertim cū multi eorum per gratiam Dei à die conuersionis suæ, & susceptione habitus religiosi vsque ad extremum halitū nullū graue peccatum admittant. Si quis ergo secularis non Deo, sed seculo deditus hæc legerit, sciat has tam frequentes confessiones ordinariè peccatorum venialium esse, & non semel leuissimorum, quæ ipse ob defectum luminis non agnoscit, vir autem spiritualis, tanquam Deo, fonti luminis proximus, facilè deprehēdit.

*Venialium
confessio
in usu
apud spiri-
rituales
est, &
fuit.*

*Quid
emolumentum
menti id
afferat.*

Confessio autem venialium peccatorū in usu est, & fuit semper apud spirituales viros, nō quasi ex præcepto diuino, (Deus namque sola mortalia cōfiteri præcepit,) sed quasi ex cōsilio, aut ex iussione regulæ, ad quam se per religiosā professionem obligarunt. Ex gestis Sāctorum constat manifestè eos venialia peccata cōfiteri solitos, quorum omnes iusti in hoc se imitatores exhibēt ad humilitatem, & ad meritum, & ad remedium. Ad humilitatem quidem, quoniam hæc leuia sæpius retractātes, & ea sacerdoti, Patri scilicet spirituali aperiētes, & seiplos accusantes, modestā de se existimationem, ac sui ipsorū despicientiā adquirent. Ad meritum verò quia hæc actio tā humilis multum valet apud Deū, & virtute Sacramēti gratia sanctificans in exercentibus eā, magis, ac magis semper augetur. Ad remedium tandē quia

sacra

sacramentum Pœnitentiæ specialia auxilia confert ad ea peccata vitanda, quæ verè & cum dolore, & proposito emendationis illi subiicimus. Et sanè id nobis sufficeret ad ea peccata sæpe confitenda, quòd Christus ipse ad eorum etiam remissionem sacramentum confessionis instituit. Qui enim dixit: *Quorum remisieritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt*, non de criminalibus tantùm, sed de omnibus loquutus est. Quis autem medicamentum ad sua vulnera curanda à tali medico præscriptum, ac oblatum sine stultitiæ nota prætermittat.

Nec deest nobis in veteri lege huius confessionis typus, quatenus ad manifestationem quoque peccatorum venialium extenditur. Innocens enim Iob primam gratiam semper seruauit, & nunquam criminale peccatum admisit. Quod ex illis eius verbis non obscurè colligitur: *Iustificationem meam, quam capi tenere, non deseram; neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.* At iste tam sanctus vir non erubescerat leuiore lapsus, à quibus absque dubio non fuit immunis, aliis hominibus aperire. Vnde alio loco ait: *Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celauit in sinu meo iniquitatem meam:*

Ioan.
20.23.

Exemplo
sanctus
Iob præ-
bit.

Iob 27.
6.

Iob 31.

33.

12. Mor.
cap. 10.

tamen quæ eum committere contigit, hominibus non abscondit: quatenus ei & iustitiæ sit gloria declinasse peccatum, & iustitiæ custodia, quod non potuit declinare, prodidisse.] Ille ante institutionem huius sacramenti ad humilitatem solum culpas leues aperiebat; quid nos sumus facturi, qui eandem manifestationem sacramenti partem, & eorundem peccatorum curatricem habemus?

Confitentium alij ex arida consuetudine, ex amore Dei alij.

Prius ergo quàm modum in hoc opere confessionis seruandum explicemus, iustis, qui illud subinde suscipiunt, duas ante oculos sortes confitentium proponimus. Alteram eorum, non dico iam qui fictè confitentur, (nam quîs hoc de hominibus Deo dicatis credat) sed qui ex arida quadam consuetudine ad confessionem minus parati veniunt. Alteram eorum, qui ex amore Dei, ex vero dolore peccatorum, & ex feruenti desiderio emendationis huic sacramento

Quid de primis dicendum. Psal. 88. 45.

se subiiciunt. Quorum tam ingens est discrimen, ut non possit facilè verbis explicari. Prioribus illis dicemus, quod de populo Iudæorum in Psalmis scriptum est: *Destruxisti eum ab emundatione, & sedem eius in terra collisisti.* Sicut enim illi ceremoniis illis, quibus mundari debuerant, ex culpa sua non mundabantur: ita & hi lauacro illo purissimo sanguinis Christi, quo erant eluendi, atque mundandi, propter malum, aut ineptum usum eius magis fœdantur; & vnde quies animæ nosci solet, quia non, ut oportet, peccata sua pandunt, inde inquietudinis tribulos, & spinas nanciscuntur. [Confessionis sacramentum, inquit Laurentius Iustinianus, velut sinus pacatissimus est,

De discipl. monast. cap. 16.

est,

est, in quo hominum conscientia religantur, ne à procellis absorbeantur delictorum. Deiecta eriguntur, amissa reparantur, & quidquid immunditiae inundantibus tentationum tempestatibus, aut operante malitia in nauim conscientiae perfusum est, reieicitur, & purgatur.]Hæc ille. Miserum autem est, ob solam incuriam hæc omnia bona perdere, & in eisdem imperfectionum sordibus semper hære. Ad balneum ire, & peccati immunditiam non relinquere. Quod profecto non remittitur ex virtute sacramenti, tametsi leue sit, nisi quis illud cum debita dispositione confiteatur.

Posterioribus vero competit, quod in alio Psalmo dicitur: *Adiuuit (nimirum Dominus) pauperem de inopia, & posuit sicut oves familias.* Nam, quis pauper est, nisi peccator? & quæ eius inopia, nisi delictum? Dum autem hanc inopiam animo humili, & compuncto confiteretur, mirum in modum, ut ditescat meritis, adiuuatur. Sed quæ sunt hæc merita? Illa sanè, quæ ex multarum virtutum exercitatione, quarum actus rectè confitens habet. Nam ille fide credit, quod per sacramentum Pœnitentiæ remittuntur peccata. Spe confidit, quia, dum ipse aperit sua delicta, Deus ea delet, & indulgentiam concedit. Charitate diligit Deum, cuius gratia de peccatis conteritur, & ea toto corde detestatur. Humilitate alteri homini suos defectus aperit: obedientia iussis eius se subiicit: iustitia per satisfactionem, quod potest, reddit: fortitudine, si quid in aperiendis peccatis confusionis emergat, id totum calcat, & vincit. De inopia ergo sua pauper peccator adiuutus est, ut virtutum, & meritorum diues

QUANTI-
tum pro-
ficient
posterioribus.
Psa. 106.
41.

332 *De vita religiosè instituenda,*
diues fiat. Huius etiam pauperis familias Do-
minus vt greges ouium ponit, quia omnia in-
teriora eius, siue vires animæ, siue sensus, &
affectus spectes, gratia in sacramento data, à
peccatis munit, atque defendit. Non dubito,
ô vir Dei, quin velis ad consortium illorum
non pertinere, & istis, qui confessione dite-
scunt, annumerari. Vt autem hoc consequaris,
quæ in sequentibus dicemus, diligenter exe-
queris.

CAPVT III.

*De prauia discussione conscientie ad
confessionem.*

*Nihil
speciale
à religio-
sis exigi-
tur, quod
non ab
omnibus
fidelibus
exigatur.*

IAM ad examen conscientie iterum vide-
mur redire, sed hinc nihil speciale petimus,
quod non ab omnibus fidelibus exigamus.
Omnes enim tenentur ante confessionem con-
scientiam suam examinare, vt peccata, quæ ma-
nifestaturi sunt, deprehendant. Idem & tu fa-
cies, licet ita viuas, vt sola peccata venialia ha-
beas, & ea tantum ad confessionem adducas.
Cum enim hæc confessio non debeat fieri in ge-
nerali tantum, sed in speciali eorum, quæ ad-
missimus, operæpretium est ea præuidere, &
disquirere, vt ad iudicium afferantur. Die ergo,
& hora consueta, cum primum ad hoc opus da-
ti signum audieris, relictis omnibus ad Eccle-
siam, vel sacellum, vel ad cellam te conferes, &
ibi genuflexus, & quietus huic discussioni tuo-
rum errorum satisfacies.

In ea modum quotidiani examinis seruare poteris. Nam dicta vocaliter generali Ecclesie confessione, pro beneficiis acceptis Domino gratias ages. Deinde lucem ad te inspiciendum, & tua peccata ex leuioribus notabilia cognoscenda postulabis. Quanti autem sit momenti hæc lux à Domino data, quam humilis postulatio impetrat, hoc simili Bonauenturæ intelliges: [In domo, inquit, quam subintrat radius Solis, eam illuminat, quantumque licet fuerit præmundata, atomi nihilominus diligenter intuenti apparent. Sic & cor radiis gratiæ illustratum etiam minima videt, & vitiorum laqueos subtili examinatione discernit. Quanto quis fuerit mente purgator, tanto se sordidiorem videbit, & maiores causas humilitatis videbit.] Hæc ille. Ex absentia huius lucis oritur, vt quis post octo, vel post tres dies nihil in se adducendum ad confessionem inueniat, & solum quædam generalia dicat: si autem lucem haberet, absque vlllo dubio non pauca satis digna confessione, & dolore deprehenderet. Pro hac ergo luce enixè ora, & ad radium eius te inspicere, & licet non segniter viuas, abyssum tuarum miseriarum admiraberis.

Postea ad examinationem procedes incipiendo à die vltimæ confessionis, & in ea non solum tua mala, sed etiam tua bona discuties. Mala quidem, quia mala sunt; bona verò, quia eis multas imperfectiones admiscuisti, quas bonum est vt fatearis. Cùm discutis mala, vt ea deseras, tunc declinas à malo. Cùm discutis bona, vt ab imperfectionibus expurges, tunc facis bonum. In discussione malorum implet illud: *Non sedi*

Quotidiani examinis forma seruanda.

Quanti intersit diuina lucis radius.

In specul. par. 2. cap. 3.

Quid illius pariat absentia.

Mala, & bona examini subiicienda.

Pf. 25 4.

cum

cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo. Nam si iam iniquitas non est in te, quæ ad iniustitiam pertinet, nec malignitas, quæ odium proximi olet, nec notabilis erga Deum irreuerentia, quæ impietatem sapit, at adhuc manet vanitas, quam vera pœnitentia expurgare contendit. Audi Ricardum Victorinum: [Cûram corporis nimiam habere, carnem in desiderijs carnis fouere, cibo, vel somno nimis indulgere, ornatum in vestitu quærere, totum hoc vanitas est, quia totum hoc vanum est.] Ab hac vanitate, cûm peccata leuia inquiris, declinare intendis.

Ad eûd.
Psal.

Discutiès
bona ad
altiorum
gradum
promoue-
tur.
Pl. eod.
s.

In discussione verò bonorum ad altiorum gradum promoueris: imple namque quod sequitur: *Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum, Domine.* Lauare manus, est bona opera ab imperfectionibus mundare. Quam ob rem ipse doctor post multa subdit: [Gemina manus geminum est opus iustitiæ, & misericordiæ. Exercebo ergo me in hoc gemino opere, vt habeam quas possim manus, ad te per bonam intentionem leuare. Et si fortè his manibus inter agendum aliqua (vt assollet) macula inhæserit, & eas vel cœnum superbiæ, vel puluis nauodolias fœdauerit, lauabo vtique inter innocentes manus meas, & satagam, in quantum potero, mundare eas. Quoties enim pro sordibus operum in conspectu tuo desleo, manuum mearum maculas lacrymarum vnda lauare contendo.] Sic ille. Constat ergo omnia esse discutienda; mala, vt deleantur, & bona

bona, vt à malis multiplicium negligentiarum purgentur, & pro nostra possibilitate digna fiant diuino conspectu.

Ante iudicium igitur, ô frater confessionis (nam confessio quoddam iudicium est) *interroga te metipsum, & in conspectu Dei inuenies propitiationem.* Hanc autem interrogationem, siue

examinationem in malis facies per cogitationes, ad quas reducimus desideria, & per verba, & opera. Illa autem præcipuè ad confessionem ex venialibus collige, quæ aliquomodo tuam conscientiam inquietant, aut pudorem ingenerant. Leuissima enim tantum confiteri, quæ sanctus quisque de se dicere potest, & maiora reticere, insignis stultitia est. Si ita facias, non ad confessionem, & ad medelam, sed ad laudem, & ad umbram quandam humilitatis confessione vteris. Eueniet etiam aliquando, vt id, quod taces, non sit tam leue, ac tu amore proprio cæcus existimas, imò vt pro veniali celes mortale, & in sacrilègium incidas. Si leue est, cur dicere erubescis? Si autem graue est, cur tuam conscientiam lædis, & graue peccatum in confessione tacendo, nouum aliud graue peccatum admittis? Si tandem dubium, cur non animaduertis in dubio, an aliquid sit mortale, aut veniale, à quo dubio te extricare non potes, ad eius confessionem te obligari? Dorotheus ex sententia sapientium ait: [Admonuere autem crebrò maiores nostri, non debere pari, monachum remorderi se se aliquando à conscientia sua, ne vna quidem re minima.] Tu autem bene nosti hoc

Eccli.
18.20.

Ex venialibus illa, qua conscientiam remordent, præcipuè confitenda.

Doctrina 3. ad finem.

opus,

opus, cuius manifestationem formidas, non esse minimum, sed aliquid extraordinarium, & saltem inter leuia notabilius. Non ergo tuæ conscientiæ curam habes, siquidem illud ob superbam erubescens confessione non tergis.

Venialia peccata cogitationis. §. I.

Quæ circa cogitationes discutienda.

Sed nunc obiiciamus legentium oculis ægritudines animarum suarum, quas debent discussione cognoscere, vt, si in aliquam illarum incurrerint, eam ad confessionem adducant. Hæ autem in cogitatione sunt.

1. Cogitationes minùs pudicæ, & honestæ, si statim non repellantur, & non aliter, quàm pruna in vestem iniecta, absque vlla mora excutiantur.

2. Cogitationes præsumptionis, quibus in rebus agendis homo plus, quàm debet, de seipso confidit.

3. Cogitationes pusillanimitatis, & vani timoris, quibus in eisdem rebus in Deo suam spem non collocat, neque in eo confidit.

4. Cogitationes æstimationis propriæ, dum quis supra meritum suum magna de se sentit, & ad hæc, vel illa se aptum cenet.

5. Cogitationes despicientiæ aliorum, dum quis alios, vt discolos, imperfectos, inidoneos ad negotia, vel ministeria, fatuos, seu insipientes cogitat, neque has cogitationes citò reiicit.

6. Iudicia temeraria, etiam in rebus leuioribus, maximè superiorum, dum quis eorum dicta,

dicta, aut facta, aut intentionem damnat, & absque sufficienti fundamento in malam partem iudicat.

7. Iræ interiores, & indignationes animo conceptæ aduersus aliquem, & desideria parvæ vindictæ.

8. Inuidiæ de bonis fratris, & quia nobis præponitur animo concepta tristitia.

9. Cogitationes propriæ commoditatis in cibo, potu, somno, utensilibus, recreationibus, quæ ad superfluitatem, aut non actu, vel habitu Dei gratia quæruntur.

10. Cogitationes ociosæ rerum inanium, & ad nos non attinentium, quibus cor pascimus, & inutiliter occupamus.

Hæ cogitationes, & aliæ similes, sunt peccata venialia, nisi debita repulsa, ac resistentia eas statim reiiciamus à nobis, & sunt sufficiens materia confessionis.

Venialia peccata loquela. §. 2.

In verbis etiam multis modis, imò innumerabilibus delinquimus, sed peccata venialia verborum magis communia sunt huiusmodi.

Quibus modis circa verba venialiter delinquatur.

1. Mendacia iocosa, quæ ioci, & risus gratia: officiosa, quæ alicuius utilitatis propriæ, vel alienæ prætextu: & leuiter noxia, quæ ad paruum aliorum detrimentum proferuntur. In his etiam continentur æquiuocationes, & ambiguitates verborum vt indebito modo celeretur veritas.

2. Verba detractionis, & murmurationis in rebus parui momenti, quæ leue detrimentum

338 *De vita religiosè instituenda,*
inferunt; maximè si dicantur de prælatis, aut
superioribus.

3. Verba, quæ aliquam leuem contumeliam,
aut iniuriam inferant, non ex animo lædendi,
aut grauius lædendi prolata.

4. Verba iræ, & rixæ, quibus ex aliqua causa,
vt argumenti cuiusdam, vel rei alicuius geren-
dæ quis cum fratre rixatur.

5. Seminatio leuis discordiæ inter duos fra-
tres, quæ tamen facile, & sine notabili damno
fopitur.

6. Verba adulationis, cùm alius ad aliquem
finem abiectum indebito modo, aut sine neces-
sitate, & vtilitate laudatur.

7. Verba scurrilia, & iocosa à grauitate viro-
rum spiritualium aliena.

8. Verba prophana, & secularia de rebus, &
negotiis mundanorum ad nos non attinētibus.

9. Curiositates, & nouitates, & desiderium
eas sciendi, & audiendi.

10. Verba ociosa, quæ scilicet earent iusta ne-
cessitate, & pia vtilitate, & sine vilo fructu di-
cuntur.

Hæc verba, & alia huius generis, similiter sunt
peccata venialia, si limitationes breuiter in-
nuatas non excedât. Nam quis dubitet, esse pec-
catum mortale de aliquo leue peccatum per de-
tractionem dicere, si persona tantæ grauitatis
sit, vt ex illo notabilem infamiam incurrat: vt si
de prælato magnæ perfectionis diceret, quòd ex
professo mentitur, vel aliquid simile. Quis
etiam ambigat, susurrone peccare mortaliter,
qui non leues seminant discordias inter fratres.

Peccata

In
ven
mun
1.
glige
pecca
tanti
non p
2.
quis
præc
3.
aut c
4.
gent
mon
5.
nia, &
6.
vt si
neas
das.
7.
alio
dest
8.
cris
9.
rata
10.
tas.

Peccata venialia operis. §. 3.

In operibus similiter contingit multipliciter veniale peccatum inter viros religiosos. Communiora sunt.

Quibus
circa o-
pera.

Vide D.

Thom.

22. qua.

186. art.

9. ad 1.

1. Regulas, & ordinationes praelatorum negligenter transgredi. Licet enim illæ ad nullum peccatum obligent, tamen negligentia, & oscitantia in eis frangendis à leui peccato excusari non potest.

2. Ab aliqua obedientia se subtrahere, dum quis se abscondit, aut non comparet, ne quid sibi præcipiatur.

3. Cum repugnãtia, & tristitia non peruietis, aut cum negligentia imperata exequi.

4. In ministerio, aut officio iniuncto indiligenter se habere, aut cum iusta aliorum querimonia in illud incumbere.

5. Causa particularium exercitiorum communia, & pro omnibus statuta decurtare.

6. Sine legitima causa à communitate abesse, vt si, cum alij surgunt, tu negligenter in lecto maneat, cum alij ex regula orant, tu aliis intendas.

7. Si in communitate, vt in triclinio, vel alio simili loco, vbi omnes conueniunt, immodeste te geras.

8. Si in Ecclesia, vel choro, aut aliis locis sacris minus reuerenter assistas.

9. Si singularitate aliqua, vel signis immoderata familiaritatis cum aliquo alios offendas.

10. Si inconstans sis, & aliqua agenda omitas.

Hæc, & alia his cognata, sunt peccata operis venialia, quæ debemus vitare, & si in ea inciderimus, confiteri.

Venialia peccata bonis operibus admixta. §. 4.

Quibus bonis operibus peccata venialia sunt admixta.

Bonis operibus peccata venialia multa se admiscunt. Atque aded examinanda est. I. Oratio, II. Missæ celebratio, aut auditio. III. Horarû canonicarum, vel aliarum orationum vocalium recitatio. IV. Ipsa consciëntiæ quotidiana examinatio. V. Ministerij, quo spiritualia, vel temporalia tractamus, exequutio. VI. Quomodo nos habeamus erga Deum. VII. Quomodo erga proximum. VIII. Quomodo erga nos ipsos. In his omnibus potest interuenire peccatum minus puræ intentionis, negligentia, irreuerentia, distractionis, non seruata circumspectionis.

Quam subtiliter se sancti discutiunt, mirè prosequitur Ricard. In Cantica, c. 9.

Vt autem intelligas, quàm subtiliter Sancti sua opera bona discutiant, vt ab eis imperfectio- nes separent, & per confessionem eluant, subiiciam tibi notanda verba Ricardi Victorini, quæ licet longiora, rem hanc mirificè declarant; [Deinde, inquit, singula discutienda sunt opera, eleemosynæ, vigilia, orationes, & alij corporis labores, si pure fiant propter Deum, si aliud sit in causa principaliter, vel secundariè, si fiant discretè, & cum debito moderamine, si finis sit perfectus, & perseverantia, si possibilitas proficiendi. Si tempus, quando id fieri expediat, si modus, quo, & quantum, & quàm frequenter, & c. Item, quando aliquid sit intermittendum, & quando vehementius insistendum. Item, si cum

scan

scandalo aliorum fiat, vel damno, si ad hoc impellat leuitas, inconstantia, curiositas. Si laus appetatur, vel latentur subrepat, si humana delectatio, si terrenum commodum est discutiendum. Denique si virtutes sunt puræ, si perfectæ, si Deus super omnia diligatur, si aliquid amoris eius æquetur, vel præponatur, si dilectio proximi habeatur, si sincerè propter Deum exhibeatur, si diligatur in Deo amicus, si dilectio hæc spiritualiter, & non carnaliter impendatur, si non accipitur persona, si consideretur causa. Mouetur enim interdum aliquis dilectione, sed carnali, vel priuata ducitur, vt non purè in Deo exhibeatur, vel aliquis diligat magis, quod minùs est diligendum, vel è contrario.

Item videndum, si humilitas sit vera, aut ficta, vel imperfecta, si sic sibi homo intus vilescat, vt foris irrogatam iniuriam, vel contemptum non superbe, vel impatienter ferat: si sic foris se deprimat, & humiliat, vt intus de hoc non superbiat: si humile apud se de se iudicium teneat, & qualem se foris ostendit, talem se intus veraciter sentiat. Item si humilis ibi sit, vbi humilitas honoratur; & ibi humilitatem refugiat, vbi contemptui habetur. Item, si humilitatem exercet, cum liberè deberet iniustitiæ se opponere, & patientiam tener, cum potius impatiens malorum deberet succendi igne diuini zeli, & deficere, ferè non valens contemni iustitiam, & præualere peruersitatem. Non enim sustinere debemus, si quis deuorat, si quis extollitur, si quis in faciem nos cædit.

dit. Si extollitur, & insolenscit contra iustitiam, vel qui in faciem nos cædit conuitio: ita quòd causa simus in nostra culpa, vel vitio. Si peccantes, & colaphizati sufferimus, mercedem nõ habemus: si verò non peccantes, hæc est grata Deo patientia.

Item considerandum, si sic patientiam foris quis exhibeat, vt intus non doleat, nec malum rependere cogitet, & item, si in ipsa hora acceptæ iniuriæ verba impatientiæ, vel conuitij respondeat: vel post horam cor inuidiæ, vel rancoris seruet. Item diiudicare debet homo, si obedientiam seruat, propter aliquod commodum suum, vel lucrum, vel pure propter Deum, & propter præceptum. Si in aduersis obediat, si promptè, si deuotè. Item attendere debet, si corripiat modestè, si corrigat temperatè, & si in seruanda disciplina seruet mansuetudinem, deuiter vehemenciam, iram, amaritudinem, indiscretionem, & si forte pronior sit ad rigorem, quàm ad compassionem, & si remissionem exhibeat, vbi sit rigor exercendus. In his sæpe fallitur animus, & quod carnaliter, & vitiôsè agit, virtutis opus esse credit. Zelus etiam falsus est, si nostram potius, quàm diuinam iniuriam vindicemus, & si erga eos, qui nobis ingrati sunt, vel minùs chari, ampliùs accendamus. Item, eleemosynæ largitio minùs accepta est, si tardè vel auarè aliquis tribuat: maculata verò, si cum superbia, vel conuitio fiat.

Item fallitur aliquis, si sub occasione sustentandi corporis, delectationi seruiat: vel su-

stenta

stenta
fraud
te cal
tatis
liarita
quod
est et
negot
ad ho
gat:&
expec
gis ap
ratur
bet li
liarita
Vigil
exerc
debe
dam
quæ
conf
Deo
per p
prom
& ta
exter
bus
grati
duce
for
nim
corr
pter

tentationem necessariam sibi subtrahat. Item
 fraudatur continentia, si corpore, & men-
 se castus sit aliquis; tamen sub specie utili-
 tatis, vel consulendi suggeritur ei, ut fami-
 liaritatem aliquarum mulierum habeat, ad
 quod etiam pia intentione ducitur, prompta
 est etiam & facile acquiescit natura: in quo
 negotio occultè se iungit vitium, quo & vsu
 ad hoc perducit, ut homo seipsum non intelli-
 gat: & magis hoc agat quod delectat, quàm quòd
 expediat. Sic contingit, ut aliquando carnali ma-
 gis appetitu, quàm spiritali ad hoc aliquis fe-
 ratur, à cuius tentationis periculo tantum quili-
 bet liber erit, quàm se abstrahere ab hac fami-
 liaritate libera mente, & non tristata potuerit.
 Vigiliæ, & orationes sunt tibi inutiles, si sic ista
 exerceas, ut eo tempore dormias, & torpeas, quo
 debes orare, & vigilare. Si singularitatem quan-
 dam in his teneas, per quam communia, & ad
 quæ magis teneris, omittas: moneri proximum,
 consolari dolentem, & cetera charitatis opera,
 Deo placent. Et tamen contingit, ut non sem-
 per purè in Deo fiant; nam interdum ad ista
 promptus est aliquis, quia acidia laboratur,
 & tædio afficitur: & delectabile illi est, cum
 exterius implicatur, vel personis placet, qui-
 bus loquitur, vel in his sibi placeat, & in tali
 gratia gloriatur. Quia quietam etiam vitam
 ducentibus aliquando subripit torpor, vel er-
 for, ut vel per torporem inutiles fiant, vel per
 nimiam discussionem spiritalium in errorem
 corruat. Et item in hac vita delinquitur, si pro-
 pter quietè exterior proximi cura penitus relin-

quatur. Omnia enim hæc virtutum opera subtiliter discutere, & si veraciter bona sint, retractare, est vniuersa pigmenta in puluerem conterere.]Hæc omnia optimè, & sapienter Ricardus.

Quæ à nobis allata sunt non quidem, vt scrupulosus fias, sed vt teipsum non tantùm in cute (vt aiunt) sed intus quoque inspicias, vtque quantæ sint maculæ cordis tui euidentius cognoscas, & non alta, ac magna de te sentias. Per hæc ergo poteris te ad confessionem examinare, & si aliqua ex his, aut ex similibus habueris particularia, hæc breuiter ad dicendum colliges, reliqua verò sub quadam generalitate comprehendens, dicens: Accuso me de verbis ociosis, de negligentis, & irreuerentis in rebus diuini cultus, & ceteris. Sic autem facilè, & breuiter, & sine molestia Patris spiritualis (vt statim dicemus) huic operi satisfactum erit.

C A P V T I V.

De prauia contritione, aut dolore ad confessionem.

*Contritio
perfectis
facilis, nõ
ita tepidis.*

PO S T E A quàm te examinaueris, detestationem, & dolorem eorundem peccatorum, quæ inuenisti, excitare contendes. Hæc autem detestatio quibusdam est facilis, aliis verò difficilis. Facilis est illis, qui Dei amore feruent. Nam feruidus Dei amor, quo quidam suauissimè, & efficacissimè præueniuntur, nullam nec minimam amati offensam patienter sustinet.

Quare

Quare si aliquam in homine deprehendat ex his, quæ non ex infirmitate, aut subreptione, sed ex oscitantia, aut cum aduertentia nascuntur, eam seuerissimè reprehendit. Quare & hæ animæ ita præuentæ non in tempus confessionis similibus peccatorum detestationem reiiciunt, sed statim delicata, & pura earum conscientia se colligit, & in Ecclesia, aut in sacello, aut in cella, aut, si id non possit, in quocumque loco se coram dilecto suo sistit, & humillimè errati veniam petit, & hanc nubeculam intimæ Domini familiaritati oppositam compunctione, & lacrymis diluit. Difficilis est autem ista contritio tepidis, aut non ita feruentibus, quoniam eum hæc peccata leuia esse sciunt, & sub hac consideratione leuium apprehendant, non multam eorum rationem habent, nec de illis admodum esse dolendum putant.

Sancti viri, vs peccata plangant, confessionis tempus non expectant.

Sed cum ex qualitate doloris, & proposito, quo hæc peccata Ecclesiæ clauibus subiiciuntur, maior vel minor fructus confessionis, & emendationis nostræ vitæ dependeat, tu conaberis in his eminere, & viros perfectos, qui nunc sunt, ac sanctos, qui præcesserunt, imitari. Sanctus quidem Iob, ille inquam, de quo supra dixi, quod primam gratiam, & innocentiam seruauit, peccata sua leuia, & satis leuia alicuius immoderati mœroris, & liberioris querimoniam in tantis calamitatibus, magna compunctione deleuit. Idcirco, inquit, me reprehendo, & ago penitentiam in fauilla, & cinere. Quia scilicet minus cautè loquutus sum, ideo dolore compungor, me ipsum valde despicio, & quasi cinerem, &

Leuia peccata viri sancti magna compunctione delebant.

Iob 42. 6.

Epistol.
27. ad
Eustochium.

Sur. in
Junio,
cap. 6.

Sur. in
Sep. eb.
cap. 31.
E. b. 2. de
summo
bono,
cap. 18.
Ex venia
libus. que
aduertere
tur sunt,
præcipuè
decestant.
da.

fauillam reputo, & quasi in nihilum redigo. De Paula Romana narrat Hieronymus, cam leuia peccata ita planxisset, vt grauissimorum criminum crederet seam. **Quin** & dicebat: [Quod inter seculi homines vel leue putatur, vel nihil, hoc in monasteriis grauissimum delictum esse.] De Augustino nõ est, quod dicamus, cum ex suis confessionibus constet, quàm amarè non solum peccata grauia, sed & leuia defleuerit. De Maria OEgniacensi sic scribit Ioannes de Vitriaco, Episcopus, & Cardinalis doctissimus: [Testem Deum inuoco, me nunquam in tota eius vita, vel conuersatione, vel vnum potuisse mortiferum peccatum deprehendere, si quod tamè fortassis exiguum veniale sibi admisisse videretur, cum tacito cordis dolore, tanta cum verecundia, & rubore, cum tanta contritione se ostendebat sacerdoti, vt plerumque præ nimio cordis angore instar parturientis exclamare cogeretur: tametsi etiam ab exiguis, & venialibus culpis adeò sibi caueret, vt crebrò ad dies quindecim neque vnã inordinatam cogitationem in suo posset pectore reperire.] De Elzeario Comite, & viro sanctissimo narrabãt eius Confessarij, illum cum magna cordis contritione etiam minima peccata confiteri solitum. Et Isidorus ait: [Quid peccatores de magnis sceleribus agere debent, quando perfecti leuia quoque delicta quasi grauissima lugent.] Hos etiam nunc imitantur, qui perfectionis viam non segniter ingrediuntur, quos etiam tu sequi curabis. Cum autem duo sint genera delictorum venialium, quæ supra tetigimus: alterum eorum,

eorum, quæ ex infirmitate, & per quandam subreptionem: alterum eorum, quæ quasi ex malitia, & aduertenter admittuntur, aliter & aliter poteris te in dolore eorum habere. Illa quidem priora odio habebis, & in conspectu Domini tuam imbecillitatem planges, & corde tenero illorum indulgentiam, & robur ad te emendandum petes. Hæc verò quæ indicia sunt cordis tepidi, & non admodum Deum amantis, vehementius detestaberis, & cum magno rubore, & confusione misericordiam postulabis, & te ipsum verbis cõtumeliæ, & opprobrij reprehendes. Vt autem ad hoc genus doloris te adiuuem, vnum aliquod ex his punctis, quæ sequuntur, poteris meditari: & alia multa ad hoc propositum in libris *de exterminatione mali* reperies.

Lib. 1.
par. 1.
cap. 10.
11. 12.

Meditatio ad contritionem venialium. §. I.

1. Considera, peccatum veniale maximum esse omnium malorum, si vnum excipias; nempe peccatum mortale. Itaque nec paupertas, nec infamia, nec morbus, nec mors, nec dolor & cruciatus adhuc ipsius gehennæ cum eo possunt cõferri. Hæc enim mala pœnæ sunt, illud culpæ: illa à Deo propter bonum nostrum, aut suæ iustitiæ ostensionem immissa; hoc illi inuisum, & nulla ex parte acceptum, aut gratum: illa cum merito possunt esse volita, vt si quis ad punitiorem suorum criminum ad ipsam sensibilem pœnam inferni se resignaret, modò à diuina gratia non excideret, hoc nec pro salute totius mundi potest licitè admitti. Si ergo natura

Peccatum
veniale
malorum
maximè,
vno dem-
to mortali,
tua

tua ita dolet de malis pœnæ, & ita auersatur ea, quomodo deberet anima tua gratia præuenta auersari hoc maius malum, quod in tantum aceruum etiam omnium illorum malorum excedit, vt pro euersione ab illis admittendum non sit.

Deo displicet, & ideo uetuit. Peccatum veniale Deo displicet, & post peccatum mortale nihil illi magis displicet, imò nihil aliud, præter hæc duo peccata, illi inuisum, & inimicum est. Qui & non solum peccata grauia, verùm & peccata leuia uetuit. Nam verbum eius est: *De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationē in die iudicij. Et qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo vacā, id est, voce indignationis perculerit, reus erit consilio.* Et: *Ego autem dico vobis nō iurare omnino.* Quin & hæc peccata grauissimâ purgatorij vlione punit. Vide nunc tu, qui de Dei amore gloriaris, qui iustus existimaris, qui obseruator eius legis diceris, qui statum habes, quo in cœlum tendis, an bonum sit tibi, sciens, & volens huic benignissimo Patri displicere, eius sanctissimam legem, vel in re leui transgredi, & in cœli itinere non progredi, sed gradum sistere. Quòd si tristitia afficeris ex eo, quòd amicum in aliquo offendisti, & vultum eius tristorem, & à te auersum vidisti: quare non doles, siquidem benignissimum Patrem tuum, à quo diligeris, & in cuius gratia custodiris, ad iram prouocasti, & posuisti nubem tibi, ne transeant ad te miserationes eius.

Matth. 12. 36. *Matth. 5. 22.*

Matth. 5. 34.

Christo contrarium, cuius sanguine expiatur.

3. Christo fonti puritatis nihil tam contrarium, tamque abominabile, quàm peccatum etiam

etiam veniale, quod non alio, quam eius sanguine delendum est. Mortuus enim est, & sacrum suum cruorem effudit, non tantum vt peccata grauia, sed etiam vt leuia expiaret. Nam de eo ait Ioannes Apostolus: *Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* A peccatis, inquam, omnibus, tum minoribus, tum maioribus. Quod ex illa voce, *dilexit*, manifestè colligitur. Dilexit enim & lauit, seu ex dilectione lauit. Vt sicut mater vnicum filium infantem tenerimè diligens eam non solum à maioribus sordibus, verum & à minoribus lauat, & omnino, quantum potest mundat: ita & redemptor noster dilectione sua magna, & mirabili, erga nos incitatus est, vt omnem maculam grauiorem, ac leuiorem sui sanguinis balneo detergeret. Et Paulus ait: *Viri diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo vite, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi.* Si itaque Dominus tuus tantum dolorem sustinuit, & tam copiosum sanguinem fudit, vt te ab iis peccatis, quæ tam facile, & per risum & iocum admittis, expiaret, quàm dignum est, vt de illis dolorem concipias, & lacrymis ac dolore detergas?

4. Multa sunt mala, in quæ per ista peccata incurris, quorum causa si non compunctione tangaris, insensibilis videris. Illa enim, I. Animam sordidam reddunt. II. Feruorem charitatis imminuunt. III. Vires animæ debilitant, non aliter quàm onus ambulanti. IV. Pœnam merentur

Apocal.
1.5.

Ephes. 5.
27.

Multa
secum
aduehit
mala.

rentur in hac vita, vel in purgatorio luendam. V. Minuunt merita, & retardant ab ingressu gloriæ. VI. Disponunt ad peccata grauiora. VII. Impediunt deuotionem, & diuinam consolationem. VIII. Placent diabolo tanquam Deo inuisa, & rectæ rationi repugnantia. An hæc omnia mala tam facile in conscientia domum introduces? an sine resipiscentia, & pœnitentia præteries? annon conaberis dolore abiicere, & condigna pœna multare?

Parue fidelitatis ind. viii.
Lucæ 16. 10.
Apocal. 1. 5. & 3. 14.
Matth. 5. 16.
Matth. 5. 19.

5. Tandem peccata venialia, præsertim ex industria commissa, signa sunt minoris erga Deum fidelitatis. Scriptum est enim: *Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est.* Christus certè vocatur fidelis, & quia testimonium verissimum de Patre reddit, & quia vsque ad minimum, eiusdem Patris voluntatem impleuit. Vnde dixit: *Non veni soluere legem, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cœlum & terra, iota unum, aut vnius apex non præteribit, donec omnia fiant.* Si ergo tu non solum apicem, sed & iotam præteris, id est, si non tantum per fragilitatem, verùm & de industria cadis, quânam ratione fidelis existimaberis. Certè qui soluerit unum de mandatis istis minimis, quæ solum ad veniale obligant, minimus vocabitur, in regno cœlorum. Quare, & tu, qui mandata ista tam audacter soluis, nunquam, nisi te emendaueris, ad magnam perfectionem, & ad nomen magni, & sancti viri peruenies.

Alii
confi
excite
affectu
Domi
tus ad
illis ta
displic
ditate
tuam i
III. E
affecti
iisti, er
cta cor
in purg
tionem
quos f
uocast
cisti. L
interce
tiam ad
Pro
hoc pr
torum
rint so
tues ap
adhibe
tum p
& cum
absolu
sumptu

De proposito emendationis. §. 2.

Aliquid istorum, vel aliorum similiū poteris considerare, vt te ad dolorem horum peccatorū excites, & præsertim conaberis cum diuina gratia affectum contritionis elicere. Loquendō ergo cū Domino ex magna humilitate, & quasi prostratus ad pedes eius, I. Detestaberis hæc peccata, quia illis tam benigno Domino, & dilectissimo Patri displicuisti. II. Dolebis de tua paupertate, & nuditate, præsertim cū tanta auxilia ad vincendā tuam ignauiam, & ad proficiendum acceperis. III. Erubesces, quòd tam infidelis fuisti, & sine affectione erga Christum, cuius mādāta præteristi, erga Sanctos, quos gaudio, quod de tua sancta conuersatione haberent, priuasti: erga animas in purgatorio detentas, quibus per tui abnegationem opem non detulisti: & erga proximos, quos fortè malo exemplo à via perfectionis reuocasti, & te minùs aptum ad eorum iuamē fecisti. IV. Veniam tuorum errorum petes, & per intercessionem B. Virginis, & Sanctorum gratiam ad te emendandum postulabis.

Quibus
de causis
coram
Deo do-
restanda
peccata.

Propones etiam de cetero te emendare, sed hoc propositum secundum exigentiam peccatorum venialium facies. Nam si peccata tua fuerint solūm ex infirmitate, & subreptione, statues apud te in generali omnem diligentiam adhibere ab ea euitanda, aut minuenda, quantum potueris. Et hoc sufficit, vt ea rectè, & cum fructu confitearis; & propositum magis absolutum cauendi ab omnibus illis esset præsumptuosum, quia collectionem omnium horū pecca

Venialia
ex sur-
reptione
generale
tantum
emenda
proposi-
tum exi-
gunt.

*Qua ex indu-
stria, par-
ticulari
& abso-
lutum.*

Isai. 1.

17.

Ezech.

38. 31.

Hom.

24. in

Euange-

lia.

peccatorum longo tempore euitare sine specia-
li priuilegio, non est possibile. Si autem peccata
hæc ex plena deliberatione, & quasi ex industria
committantur, vt si sciens, & volens mendacium
officiosum dicas, aut in re leui de fratre detra-
has, tunc absolutum propositum in particulari
habebis iterum non admittendi tale peccatum,
quia ad hoc secundum legem ordinariam gratia
tibi dabitur petenti, & ad eam te per oratio-
nem, & alia media præparanti. Sic implet illud
in his quoque minutis peccatis: *Quiescite agere
peruersè, discite benefacere.* Et illud: *Proiicite à
vobis prauaricationes vestras, & facite vobis cor
nouum, & spiritum nouum.* Et veram eorum pœ-
nitentiam agis, quæ secundum Gregorium con-
sistit in hoc, vt perpetrata mala plangas, & plan-
genda deinde non perpetrare constituas.

C A P V T V.

De ipso actu confitendi.

*Quid im-
mediatè
ante con-
fessionis
actum
facien-
dum.*

POST QUAM huic parti pœnitentiæ fatif-
feceris, ad cellam spiritualis Patris, vel ad lo-
cum, vbi confessiones excepturus est, ibis. Si alij
fratres licet miores aut ætate, aut studiis, aut
religionis annis te præuenerint, & prius accesser-
int, donec illi confiteantur, expectabis. Hoc au-
tem tempore stans, aut humiliter sedens in li-
bello spiritualiter leges, vel aliquam precationem
recitabis, vel mentaliter orabis, vel (quod
melius videtur) te amplius ad confessionem præ-
parabis, & doloris affectu compunges.

Data

Data tibi opportunitate ingrediendi, ad latus spiritualis Patris genuflectes, & non ad ipsum, ^{Quid in ipso actu.} sed ad imaginem Domini parieti affixam respicies, & inclinato aliquantulum capite, per, *Tube Domine benedicere*, facultatem inchoandi confessionem accipies. Statim generalem confessionem facies ab Ecclesia receptam vsque ad illa verba: *Quia peccavi nimis cogitatione, verbo, & opere*: & tunc peccata tua tum interiora, tum exteriora breuiter; sed clarè, distinctè, sine ambagibus, sine obscuritatibus, sine excusationibus, vt ea cognoscis apud illum dices: & tandem per verba sequentia: *mea culpa*, &c. confessionem concludes. Admonitionem, aut increpationem iudicis tui humiliter audies, nõ aliter ac si Christum Filium Dei te monentem, aut increpantem audires. Illi enim peccata tua pandis, illi te subiicis, ab illo monita salutis excipis, siquidem sacerdos vicem eius gerit, & ab eo remittendi peccata potestatem accepit. Satisfactionem demum tibi impositam libenter admittes, & si commodè valueris, statim exolues, & quanta potueris mentis deuotione complebis. Sed de his statim latius proximo capite.

Hæc confessio ritè facta remissionem peccatorum accipit, & pro admissis delictis Deo à nobis offenso satisfacit. Scitè enim dixit Thomas à Campis: [Debitor es omnium, & ad soluenda debita peccatorum vix habes vnum integrum nummum. Quis est iste nummus? Confessio oris ex vera contritione cordis.]

Hæc est illa confessio, quam Laurentius Iustinianus pulchrè describens, mirabiles effectus habere,

I. Aluarez de vita rel.

Z

bere,

2. de
doctr.
claustr.
cap. 9.
Pulchra
vera con-
fessionis
descriptio.

De gra-
dibus
cap. 3.

bere, & magna, ac preciosa dona nobis tri-
buere dicit. Ille quidem sic ait: [Verus quip-
pe pœnitens ex cognitione, atque peccati odio
conteritur in se, erubescit pro scelere, se co-
ram Deo humiliando accusat, sacerdotis geni-
bus se prosternit, facinora perpetrata promit,
modum exprimit, cordis intentionem detegit,
tempus consummati delicti, & numerum confi-
tetur, atque peccatorum suorum turpitudinem
non abscondit. Quum enim non homini, sed
Deo, cuius personam gerit sacerdos, stare se cre-
dit, nihil valet occultare, quod fecit, sciens pro
certo, quòd nullatenus dignus est venia, si non
reiecto pudore, palam, & prout deliquit, peccata
sua euomuerit. Clamat profectò intus ratio,
conscientia vrget, impellit compunctio, per cu-
stodem Angelum hortatur gratia, vt purè, sim-
pliciter, integrè, apertè, & distinctè confiteatur,
vt non superuacue labore, currat inaniter, &
absque delictorum remissione tristis abscedat.
Nam quemadmodum ficta, & scienter celato
scelere imperfecta oris confessio parit in corde
mœstítiam, aufert indulgentiæ spem, & confu-
sionem immitit: ita è contrario humilis, inte-
gra, verecunda, & compunctione referta, ani-
mum replet gaudio, agilitate quadam lætificat
confitentem, de Dei bonitate fiduciam præber,
vltérius non peccandi desiderium gignit, orandi
accendit affectum, gratiarum ad Deum ingemi-
nat actiones, satisfaciendi subministrat vires, &
ad Eucharistiæ sacræ sumptionem acuit gu-
stum.

Hæc tandem est illa confessio, quam qui fecit,
dum

dum
diui
sion
exer
ctu
ctus
num

C
vt al
pecc
ræ in
in vi
satis
(vt d
Ne,
facti
quas
bis d
cati
docu
nuta
defi
clau
des
iuni
vigi
ostit

dum verba sacerdotis confitentis audit, arham diuinæ misericordiæ, id est, firmam spem remissionis peccatorum, suscipit. Hanc tu, frater, ita exercere cura, vt ob negligentiam tuam eius fructu non careas, & quotidie magis circumspectus, & mundus eam frequentando apud Dominum te sanguine suo lauante existas.

CAPVT VI.

De satisfactione pro his peccatis.

CVM tres sint partes sacramenti Pœnitentię, contritio, confessio, & satisfactio, superest; vt aliquid de hac tertia dicamus. Et quidem cum peccata leuia ad confessionem adducta, ex naturæ imbecillitate processerint, & talia fuerint, vt in viros suæ salutis cupidos cadere soleant, leui satisfactione purgantur, quam sine cunctatione, (vt diximus) & cum magna deuotione exequeris. Ne, cum hæc confessio sit frequēs, alicuius satisfactionis obliuiscaris, aut multas agglomeres, quas postea sine molestia implere nõ possis; curabis etiã per bona opera te ab his minutulis peccatis, & à debita illis pœna exonerare. Hoc enim docuit Augustinus, dicēs: [Quibus operibus minuta peccata redimãtur, plenius vobis insinuare desidero. Quoties infirmos visitamus, in carcere clausos, & in vinculis positos requirim⁹, discordes ad cõcordiã reuocamus, indicto Ecclesię ieiunio ieiunamus, pedes hospitibus abluimus, ad vigiles frequēter cõuenimus, eleemosynam ante ostiũ prætereuntibus pauperibus damus, inimicis

Bonis
operibus
leuia pec-
cata pur-
gantur.
Serm.
41. de
sanctis.

nostris, quoties petierint, veniam indulgemus, Istis enim operibus, & his similibus minuta peccata remittuntur quotidie.] Hæc ille. Ista ergo opera, & alia quæcumque bona, ac pia, ad quamcumque virtutem pertineant, apta sunt, vt pro his peccatis plenè debita soluant.

Leuia ex industria specialius castiganda.

Si autem peccata leuia alterius generis fuerint, quæ nimirum ex industria sint facta, & venialium sint grauiora, & animum planè tepidum indicantia, & maiorum quasi prænuntia, tunc, ô frater, efficaciori medicamento opus est, nisi fortè velis in fœtida salebra imperfectionum semper hære, & periculo maiorum malorum

Ser. de lapsis.

exponi. [Quàm magna deliquimus, inquit Cyprianus, tam granditer defleamus. Alto vulnere diligens, & longa medicina non desit.] Si peccatum tuum maius est, si prælatos contristauit, si fratres scandalizauit, si te in tenebras mentis, & in quandam ariditatem, ne dicam, insensibilitatem, cõiecit, cur vis illud vnus Psalmi recitatione, aut altera breui oratione curare? In his quoque delictis locum habet illud Ioannis Baptistæ: *Facite fructum dignum pœnitentiæ.* Si autem ad punitionem maioris peccati leuissima pœna imposta est, fructus dignus pœnitentiæ non est.

Mat:h 3.8.

*Monita spiritua-
lis Patris
humiliter
auscul-
tanda.*

Sic itaque pro his notabilioribus, & inuerecundioribus peccatis satisfacies. Patrem spiritualem te increpante humiliter audies, & quod ille præscripserit ad præcautionem futurorum lapsuum, diligenter exequeris. In quo ipse, si expertus est, tibi, & tibi non parcat, sed efficacia remedia ad vitandum malum iniunget. Non

omnia

omnia inter religiosos, & viros spirituales sunt
tuta, neque bona intentione, aut fatua simpli-
citate excusantur, & nisi principiis obstemus, &
capita serpentis amputemus, postea serò, & for-
tassis sine fructu, medicinam parabimus. Aduer-
sarius circuit claustra iustorum, circuit quærens,
quem deuoret, & peccatores, quasi cibos insua-
ues, exhorrens, alimenta suauiora bonarum ani-
marum conquirat, & *habet fiduciam, quòd influat*
Jordanis in os eius; nos verò qui aliis medemur,
non vigilabimus, & omnia imprudenter excusa-
bimus, & maiora mala non timebimus? Ei igitur,
qui non leuiter in latitudine leuium cecide-
rit, præsertim si frequens in his lapsibus, & in-
uerecundus extiterit, oculi aperiendi sunt, & do-
cendus erit, saltem in generali, si adhuc inscius
sit, quorum illi lapsus sui malorum sint initia, &
in quam inquietudinem, & in quæ peccata potest
labi, si sibi non caueat, nec nimias familiarita-
tes, aut immoderatum amoris affectum, nec aliæ
similia præcidat.

Tu verò Patrem spirituale ne iudices, nec sa-
lutares eius monitiones scrupulos voces, quia
non tibi cedit in bonum. Imò his, quæ dixerit,
credas: quæ iniunxerit, facias: quæ vetuerit, vt
ab ipso Deo vetita, modèstè suscipias. *Non te præ-
tereant narratio seniorum; ipsi enim didicerunt à Pa-
tribus suis: quoniam ab ipsis disces intellectum, &
in tempore necessitatis dare responsum.* Roboam de-
reliquit consilium senum, quod dederant ei; ideo re-
gnum maiori ex parte perdidit, & in tantam ca-
lamitatem incidit. Si consilia Patris spiritualis
negligas, non ab scrupulis, sed à multa experien-

Job 40.
18.

Illius cõ-
silia non
scrupuli
iudican-
da.

Ecclesi. 8.
12.

2. Reg.
14. 8.

tia prodeuntia, non multum, si à leuioribus ad grauiam transeas, & gratiæ regnum amittas. Tunc demum in luctu, & mœrore positus incipies cognoscere, illius consilium fuisse salutare, quod post scdatam conscientiam, & iram Domini prouocatam, tibi non erit vtile. [Triste enim, ac miserum est, inquit Nazianzenus, cum nundinæ effluerint, tunc demum negotiationem quærere. Miserum est, cum manna præterierit, tunc cibum appetere. Miserum est, serò consilium sapere, ac tunc damni sensu affici, cum nulla iam ratione acceptum incommodum sarciri potest.]

Orat. in
Sanctū
baptis-
ma.

*Magna
in hoc
utilitas.*

Orat.
21. de
felicit.

Vt autē scias, quàm salutare sit consilium spiritalis Patris in rebus animæ capere, audi Basilium de hac re optimè disputantē: [Magna autē, inquit, est vtilitas consultoris prudētis, ac familiaris præsentia: supplet etenim id, quod deest prudentiæ eorū, qui de rebus ambigentes consultant. Quanta verò vtilitas ex consilio alterius percipiatur, vel maximè patet in Mose, qui quantumuis omni Ægyptiorum sapientiā instructus esset, & licet cum Deo de facie in facie, vti amicus cum amico, sermonē, & consilia conferret, tamen soceri sui Iother consiliū est sequutus, in cōstituendis decurionibus, centurionibus, ac tribunis, qui præessent, & iudicarent populum. Sic etiam Dauid consilio Chusis vsus, hostilis animi cōsilia Achitophel euertit, dispulitque. Profectò diuina quædā res est consilium, est namque animi coniunctio, charitatis fructus, mentis demissi demonstratio. Superbia etenim magna habetur, existimare nullius se egere auxilio, ac sibi ipsi penitus acquiescere, quasi vel solus sapiat, vel quam optima

optima in medium consulere valeat. Quare nequaquam cunctemur iis nos submittere, qui nobis ea, quæ decora sunt, consulunt, nec unquam turpe esse ducamus, confiteri, alios quoad vitam instituendam nobis longè esse prudentiores. Qui enim consultorem expectat, suisque cogitationibus tempus dat, is longiori tempore, cum examinatione, ac attentione quadam id, quod decet, inquit, atque inuestigat. Magnam (me hercule) affert hominibus utilitatè consiliū, eò quòd nemo sibi sufficiat ad electionem rerū vtiliū, honestarūve, sed pluribus sanè sociis, & iis quidem solertibus, opus habet. Vnde haud absurdè homo consilij expertus similis cēsetur nauigio, rectore carente, quòdque ventorum impetu, huc & illuc impellitur. Si itaque cum de rebus flocci, ac nihili consultamus, consultores tamen nonnunquam adhibemus, cur, amabò, hos non inquirimus maiori cum delectu, quando de anima, re omnium præstantissima deliberamus? Qui verò habens consilium bonum, suam potius prauam sequitur sententiam, similis profectò est illi regi Roboam, qui spreto salutari consilio senum, adolescentulorum, qui secum aliti, & educati erant, opinionem sequutus, decem tribus Israël ab imperio suo abscidit.] Sic ille. Addendum est tantum, quòd consilium confessoris admittere, etiam si leuia tantum confitearis, interdum non tantum est utilitas, sed necessitas. Quia si peccata venialia te in periculum maiora patrandi coniiciant, quis dubitet, te iam strictiori obligatione ad ea vitanda tueri, debereque Patris iussis obedire.

Confessoris consilium aliquid quando non utilitatis, verum et necessitatis est.

Satisfactio imposita libenter admit-
tenda.

Pœnitentiam (vt vocant) à Patre Spirituali impositam libenter acceptabis, imò & aliquando petes, ad maiorem humilitatem, & satisfactionem tibi seueriorem, imponi. Nam, licèt peccata sint leuia, nunquam tam grauis erit pœna, quæ debitas pœnas in purgatorio exoluendas exæquet. Qua etiam cautior, & timidior euades, ne iterum simile peccatum admittas. Si non debitor es decem millium talentorum, (quibus peccata grauia signantur) at debitum tuum post tot accepta beneficia, & post gustatam Domini suaui-
tatem, & inuerecundia tua maior fuit, quàm tu existimas, æquum est, vt non communi, sed maiori castigatione plectaris. Dic apud teipsum: *Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei, donec causam meam iudicet, & faciat iudicium meum.* Si enim eam portauero, educet me in lucem priorem, videbo iustitiam eius. Nec cesses te reprehendere, & punire, donec ad priorem mentis tranquillitatem reuertaris.

Michææ
7.9.

Redden-
da Deo
grates ob
beneficia
in hoc
Sacra-
mento
contenta,
& qua
illa.

Psal-
102. 2.

3.

Facta confessione, & satisfactione (si commode fieri possit) statim completa, genuflexus apud Dominum ob multa beneficia in eo Sacramento tibi exhibita, in gratiarum actionem prorumpes. Ea autem, si bene inspicias, sunt à Dauide numerata, cum non solum pro se, sed & pro filiis Ecclesiæ in hunc modum cecinit: *Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: ecce acceptam remissionem peccatorum. Qui sanat omnes infirmitates tuas: ecce moderationem affectuum.*

Qui

Qui redimit de interitu vitam tuam: ecce euasione 4.
nam instantium periculorum. Qui coronat te in
miseriordia, & miserationibus: ecce auxilia ad vi-
ctoriam tentationum. Qui replet in bonis deside- 5.
rium tuum: ecce augmentum gratiæ, & virtu-
tum. Renouabitur ut aquila iuuentus tua: ecce do-
num noui feruoris. Verè faciens misericordias 6.
Dominus: & cum nunc has omnes receperis, pro
illis ex toto corde gratias ages, & in posterum
eorum, quæ confessus es, emendationem pro-
pones.

CAPVT VII.

De sumptione Eucharistiæ, ac primò de duo-
bus ordinibus communicantium.

SACRAMENTALIS confessio ad Eucha-
 ristia sumptionem omnes fideles parat,
 quam religiosi assiduè suscipiunt, ad eamque ex
 præscripto octauo quoque die, & bis in hebdo-
 mada, si aliquod festum ex celebrioribus inci-
 dat, vt Domini, aut B. Mariæ, aut alicuius Apo-
 stolorum, ex consuetudine nostri fratres acce-
 dunt. Huius sanctissimi sacramenti vsus, (in
 quo Christus, redemptor noster verè præsens
 adest) tanti momenti est, vt qui ipsum non ex ari-
 da consuetudine, sed ex amore, & ex deuotio-
 ne recipit, maximum habeat vniuersæ virtutis,
 & perfectionis adiumentum. Sol enim iustitiæ
 in corde susceptus quid faciet, nisi illuminare?
 Fons amoris in mente admissus quid faciet, nisi
 illam ascendere? Vita vera in præcordiis ab-

*Eucharistiæ sum-
 ptio ma-
 ximum
 virtutis
 adiumentum.*

Simile.

condita quid efficiet, nisi vitam animæ augere, & ad omnem eam perfectionem adducere? Homo negotiando, & mercimoniis insistendo multum lucratur, sed, si vt hospitem in domo sua regem excipiat, & eius oculis placeat, sine vlla comparatione ditior efficitur. Potest namque illum subito ex abiecta occupatione educere, & inter equites, aut etiam inter magnates collocare. Sic prorsus iustus non parùm iustitiam auget, dum diuersarum virtutum studiis inhæret: at si feruentissimo amore se Christo regi regum in hospitium exhibeat, ita potest placere ei, vt repente ad quandam magnam sanctitatem euehat, & intimæ familiaritatis sœ eum participem faciat. Hinc animæ sanctæ, licet in oratione indicibilibus muneribus decorentur, maioribus tamen in Eucharistiæ sumptione donantur, quia in oratione, quasi ex riuulo, in Eucharistiæ vero ex fonte bibunt.

*Quam
grauiter
peccet hoc
abutus
sacra-
mento.
1. Cor.
11. 29.
Formula
honest.
vitæ.*

Magni tamen refert hoc sacramento sanctissimo rectè uti; nam qui eo malè utitur, & graui peccato scedatus accedit, iudicium, vt inquit Paulus, sibi manducat, & bibit. Audi, quid de hac audaci temeritate Bernardus scribat: [Sunt & qui propter humanam confusionem, sine respectu diuini timoris pleni sordibus audacter se ingerunt tantis mysteriis. Audiant autem quod scriptum est: *Homo videt in facie, Deus autem in corde. Sed illi plus metuent homines, quam Deum.* O cæca temeritas, ô Dei mira patientia! Numquid enim tantum peccauerunt, vel quos ignis consumpsit, vel quos terra absorbit? Numquid tale scelus filiorum

Aaron.

Aaron, alienum ignem offerentium, quale est istorum, qui tam terribilia sacramenta sumunt sibi ad mortem? Etenim sic viuendum est, vt panem illum supersubstantialem semper accipere valeamus; quia vae ei qui se alienum fecerit ab eo. Et multum vae illi, qui spurcus, & imundus accesserit. Vtrobique grande periculum. Ideo magna necessitas instat, ne indigni inueniamur.] Sed nunc miserrimum in peccato mortali accedentem omittamus. Qui verò licet in gratia, tamen sacramento tepidè vtitur, & vt seruiat consuetudini, modicum quid fructus capit: at qui ex magna deuotione hoc sacramentum accipit, mirabiles in se effectus, & manifestâ in melius suæ vitæ mutationē aduertit. Sed quia nostri instituti tantum est, modum debitæ communionis aperire, plurima, quæ hoc loco dici poterant, præterimus, & id tantum, quod huius muneris est, exponere aggredimur.

Duo ergo sunt in viris iustis, & religiosis circa communionem extrema vitanda. Alterum illorum, qui nollent tam frequenter ad Eucharistiam accedere: accedunt tamen, ne canonem prætereant, ne ab aliis fratribus notentur, & ne à prælatis puniantur. Alterum eorum, qui velent solito frequentius communicare, & bis, imò & ter in omni hebdomada, & quotidie, si possent, sacramentum accipere.

Horum primi aut ignauia, aut ignorantia laborant, quia aut se debitè ad frequentem vsus Eucharistiæ non præparant, aut bene paratos ex seruilis quodam timore se minùs dignos existimant, si huius modici appetitus ignauia,

Qui, licet in gratia, tepidè tamen accedit, parum fructus, sicut plurimum, qui ex deuotione, consequitur.

Duo vitanda circa hoc sacramentum extrema.

Qui frequentare delectat debent considerationibus deuotiorum excitare.

&

Lib. 1.
par. 2. c.
13. & 14.

& tepiditas causa est, rebus quæ feruorem accendant, de quibus libris *de exterminatione mali, & promotione boni*, multa dicta sunt, & considerationibus magnitudinis mysterij huius, & fructuum eius, de quibus statim, est à tepido, & ignauo curanda. Quis bonus filius ad benignissimum patrem venire nolit? Quis frater ad primogenitum fratrem, ex quo totus pendet, refugiat accedere? Quæ sponsa non libenter sponsi sui pulcherrimi suscipiat amplexus? Sed quare iustus iustificatorem fugiat, & sanctitatis auctorem, & remissionis peccatorum, & vniuersarum datorem virtutum hospitari renuat?

Quæ dulcedo, qui fructus in hoc conuiuio.
Lib. 1.
de Cain,
cap. 5.

In hoc conuiuio omnis dulcedo animæ, omnis virtutis fructus est, vt quisque ad illud venire non metuat: cuius suauitatem, & utilitatem sola Ambrosij verba nobis exponant: [Nec verearis, inquit, ne in conuiuio Ecclesiæ aut grati odores tibi, aut dulces cibi, aut diuersi potus, aut conuiuæ nobiles defint; aut decentes ministri. Quid Christo nobilius, qui in conuiuio Ecclesiæ & ministrat & ministratur ei? Istius conuiuæ recumbentis annecte te lateri, ac te Deo coniunge. Nec fastidias mensam, quam Christus elegit, dicens: *Introitui in hortum meum, soror mea sponsa, vindemiaui myrrham cum aromatibus meis, manducaui panem meum cum melle meo, & bibi vinum cum lacte meo.* In horto, hoc est, in paradiso, est conuiuium Ecclesiæ, vbi erat prius Adam, quàm peccatum committeret: Ibi recumbebat Eua prius, quàm culpam crearet, & pareret. Ibi vindemiauis myrrham, hoc est, Christi sepulturam, vt conspuitus cum illo

Cant. 5.
1.

per baptismum in mortem, quemadmodum ille surrexit ex mortuis, & tu surgas. Ibi manducabis panem, qui confirmat cor hominis, mel gustabis, quo tuarum dulcescat meatus faucium. Vinum bibes cum lacte, hoc est, cum decore, & sinceritate, siue quòd meri pura simplicitas sit, siue quòd immaculata gratia, quæ in remissionem sumitur peccatorum, siue quòd paruulos consolationis suæ lactet vberibus, vt ablati in deliciis in plenitudinem perfectæ ætatis adolescant.

Succede ergo in hoc conuiuium. An metuis, ne angustior domus, & breuis conuiuij locus te comprimat? O Israël, quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius! Magnus est, & non habet finem, altus & immensus. Ibi fuerunt Gigantes illi, qui ab initio fuerunt, statura magna, scientes prælium. Non hos elegit Deus: & merito non elegit, quia prælium, non pacem sciebant; & ideo tu pacem discere, vt eligaris à Deo. Sed ne fortè incomptam domus magnitudinem putares, & diuersoria te columnata delectent: Sapientia adificauit sibi domum, & sculpsit columnas septem. Ipse etiam Dominus Iesus multas mansiones apud Patrem suum esse commemorat. In hac ergo domo epulaberis animæ cibo, potuque mentis, vt postea non esurias, neque sitias vnamquam. Qui enim manducat, manducat vsque ad satietatem: & qui bibit, vsque ad satietatem bibit. Sec hæc ebrietas pudicitie custos est.

His verbis sanctissimus Doctor non minus eleganter, quàm euidenter tractat, quanta sit huius mensæ tum dignitas, tum utilitas, tum suauis

Psal. 103. 15.

De amplitudine domus, in qua offertur.

Bauiuch 3. 24. 25. 26. 27.

Prou. 9.

Ioan. 14. 2.

Quanta dignitas, utilitas, suauitas mensæ Euchari- sticæ.

suauitas, vt nemo ad eam cum tristitia, aut molestia, aut nausea recumbat. Quanta dignitas mensæ, quæ non in aula regis terreni, sed in domo regis cœlestis instruitur, cui Angeli assistunt, Sancti assident, in qua Christus Dei filius ministrat, corpus eius manducatur, & sanguis bibitur. Quanta vtilitas, in qua peccata mundantur, vitia extinguuntur, passiones modum, virtutes augmentum, & dona cœlestia perfectionem accipiunt. Quanta suauitas mensæ illius, in qua est aqua refrigerans, vinum inebrians, lac reficiens, mel vitam nostram edulcans, & cibus ille cœlestis, corpus ipsum confortans, (vt multi experimento comperiunt) animamque sustentans. Hunc cibum, ô frater, qui quotidie necessarius est, & ideo quotidianus vocatur, octauo quoque die tibi oblatum non molestè, non coactè, sed libenter accipias. Ita accipe, vt, licèt realis eius susceptio quotidiana non sit, eius tamen desiderium perpetuum sit. Si famem non sentis, æger spiritus, cura vt conualescas, quo cum tibi hic panis conceditur, vt famelicus comedas.

*Seculares aliquot hæc tempestate frequenter communi-
cant.*

Sed & aliud te potest ad desiderium frequentioris communionis accendere; quòd scilicet multi seculares, & coniugati in hac ætate, octauo quoque die, & bis in hebdomada ad sacram Eucharistiam accedunt. Quid dico bis in hebdomada? Non pauci sunt, (vt audio) qui quotidie cõmunionem accipiunt, & habent patronos viros non vulgaris sanctitatis, & scientiæ, qui hoc probent, & suadeant, quibus tamen nec ob meum modicam feruorem adhæreo, neque

que ob reuerentiam contradico. Mirabile autem esset, quod secularis huius seculi ex necessitate curis addictus ad communicandum quotidie se præparet, & virtutem sufficientem habeat, tu verò religiosus, & Deo consecratus, & à curis mundi segregatus, talem virtutem non habeas, & bis, aut ter in hebdomada ad communicandum te parare non valeas. Id sanè aut ignauia est, aut pusillanimitas. Si ignauia, eam pelle à te, qui statum veri amatoris Dei habes: si pusillanimitas, pugna aduersus eam, & exemplo saltem bonorum secularium te ad desiderium huius sacræ sumpcionis accende. Panis est, non venenum, qui te absque dubio roborabit. Pater est, quem suscipis, non implacabilis herus, qui, licet imperfectus sis, te benignè sustinebit, Conuiuium hoc stolam habens gratiæ, licet modicæ, suscipit, & neminem humiliter accedentem reiecit.

Illi verò secundi, qui cupiunt frequentius, quàm alij hoc cibo Angelorum refici, causam huius desiderij vestigent. Si causa est æmulationis, quia alij frequentius communicant, & nolunt minùs deuoti, & spirituales apparere; se ipsos irrideant, & tanquam superbos contemnant, qui sacramentum prædicans charitatem, & humilitatem volunt ad inuidiæ, & superbiæ fomentum assumere. Si verò causa est sensibilis deuotio, quæ ex corporis Domini manducatione percipitur; se ipsos mortificent, & sciant obedientiam, & vitæ regularis amorem sensibili deuotioni præferre: neque in hoc cibo sensibilis deuotio, vt finis quærenda est,

Potiori
iure id
facien-
dum re-
ligiosis.

Frequen-
tius ul-
tra con-
suetudi-
nem asse-
ctantes,
causas
inuesti-
gent, &
qua illa-
rum su-
specta.

368 *De vita religiosè instituenda,*
est, sed animæ puritas affectanda. At si causa sit
quædam impatiens sponſi cupiditas, & violentus
quidam amor in alio, quàm in Domino
quiescere nesciens, neque huic est omnino cre-
dendum, maximè si eam sancta, & perfecta vi-
ta non approbat, si intima cum Deo familiari-
tas non inflamat, si resignatio non ordinat, &
obedientia, qua promptè superiori subsit, non
gubernat.

*Quando
possit fre-
quentior
vſus in-
dulgeri.*

Sed, si vitæ puritas, si orationis donum, si
apertus ex communione profectus, si fratrum
ædificatio, & nullum ingeneratum scandalum
suaderent, hæc desideria à Domino promanare,
bene posset illi, qui huiusmodi est, frequentior
vſus huius sacramenti, etiam in communitate,
concedi: tantùm vt ille sic viuat, quòd omni-
bus, quantum in se fuerit, virtute præluceat, &
manibus, id est, operibus sanctis, maius sibi da-
tum fuisse ad sanctè viuendum iuuamen osten-
dat. Siue autem sacramentum hoc præstantis-
simum tempore à regula præstituto, siue fre-
quentiùs ex facultate prælati à religioso susci-
piatur, illud Chrysoſtomi præ oculis haben-
dum est, vt optata ex hoc cibo proueniat utili-
tas: [Quos, inquit ille, magis acceptabimus?
Eòsne, qui semel, an eos, qui sæpius, an illos,
qui rarò accipiunt? Neque illos qui semel, ne-
que qui sæpius, neque qui rarò, sed eos, qui
cum munda conscientia, qui cum mundo cor-
de, cum vita irreprehensibili.

Hom.
17. ad
Hebr.

*Quid
laudabile
circa su-
mentes.*

Neque ergo eos laudo, qui semel in mense,
aut octauo quoque die, prout sua regula præ-
scribit, sumunt, neque eos, qui obtenta à prælato
facul

facultate frequentius accipiunt, sed eos probo, & veneror, qui ita parati, & dispositi ad mensam Dei sedent, ut ex ea maius emolumentum percipiant.

Cassianus certè octavo quoque die religiosos communicare debere ait. Eius verba sunt: [Nec tamen ex eo debemus nos à Dominica communione suspendere, quia nos agnoscimus peccatores, sed ad eam magis, ac magis est propter animæ medicinam, & purificationem spiritus auidè festinandum: verumtamen ea humilitate ac fide, ut indignos nos perceptione tantæ gratiæ iudicantes remedia potius nostris vuneribus expetamus. Alioquin ne anniuersaria quidem dignè est præsumenda communio, ut quidam faciunt, qui in monasteriis consistentes, ita sacramentorum cœlestium dignitatem, & sanctificationem, ac meritum metiuntur, ut æstiment, ea non nisi sanctos, atque immaculatos debere præsumere, & non potius ut sanctos, mundosque nos sua participatione perficiant. Qui profectò maiorem arrogantiæ præsumptionem, quam declinare sibi videntur, incurrunt, quia vel tunc, cum ea percipiunt, dignos se eius perceptione iudicant. Multo enim iustius est, ut cum hac cordis humilitate, qua credimus, & fatemur, illa sacrosancta mysteria nunquam pro merito nos posse contingere, singulis ea Dominicis ob remedium nostrarum ægritudinum præsumamus, quàm vana persuasione cordis elati, vel post annum dignos eorum participio nos esse credamus.] Sic ille. Ita ergo quisque se temperet, ut cum illi datur facultas ad accedendum,

Coll. 23.

cap. 21.

Oit. suo

quoque

die com-

municã-

dum do-

cuis Cas-

sianu.

370 *De vita religiosè instituenda,*
alacriter accedat, & cum pro bono communi-
tatis denegatur, æquanimiter perferat; & cum
neceffe est, humiliter, reuerenter, & deuotè sa-
cra mysteria sumat.

CAPVT VIII.

De preparatione ad Eucharistiam.

SEPIAM de apparatu ad fructuosè commu-
nicandum meam pauertatem interrogas? Du-
plex igitur est ad sumendam Eucharistiam ad-
hibenda dispositio. Altera quasi à longè præ-
parat, & illa non est alia, quàm sancta, & spi-
ritualis vita vitis, & distractionibus libera,
& ab omni eo, quod te inquinari possit, aliena.
Huius dispositionis meminit Laurentius Iu-
stinianus, dicens: [Optimum susceptionis re-
medium mentis humilitatem fore non dubi-
tes. Eo namque ad Eucharistiam suscipien-
dam eris dignior, quo corde humilior, me-
te purior, dilectione feruentior, virtutibus
solicitor, & vita inuentus fueris sanctior.]
Mundamini; inquit *Isaïas, qui fertis vasa Do-*
mini. Quænam sunt vasa Domini secundum
Chrysostomum, nisi corpora nostra, in quibus
sanctus sanctorum sub panis, & vini signis in-
habitat. Purifica itaque teipsum: recede à ne-
gotiis secularibus; egredere ab omni desidia, &
ignauia, polluta; id est, opera Deo iniusta, ne-
tangas, & sic ad debitam sumptionem Eucha-
ristiæ mundaberis. *Si quis enim emundauerit se*
ab istis, erit vasa in honorem sanctificatum; est vasa
italis *et sic vasa in honorem sanctificatum; est vasa*
italis *et sic vasa in honorem sanctificatum; est vasa*

Remota
prepara-
tio, vita
puritas.

De trifi-
phali
Christi
agone,
cap. 4. ad
mediū.

Isaïæ
51. 11.

2. Tim.
2. 21.

et sic vasa in honorem sanctificatum; est vasa

Domino ad omne opus bonum paratum : sanctificabitur , inquam , & deputabitur huic honori , vt Dominum suum dignè suscipiat , & tanquam dominum suum in corde circumferens , ad omne opus bonum præstandum parabitur. Quid enim boni non possit is , qui authorem boni dignè suscepit , & auxilium gratiæ eius præstò habet.

Si autem sic à longè per vitæ sanctitatem non te præparaueris , nec imperfectionibus obstiteris , fructum orationis huius viuifici sacramenti minimè consequeris. Euenietque tibi , quod repletionem humorum laborantibus , quibus salutare etiam cibi nihil proficiunt. Ad quod propositum adducit , & exponit Gregorius illud Annæ , matris Samuelis : *Repleti prius pro panibus se locauerunt , & famelici saturati sum.* [Hæc verba , inquit , contra negligentes sacri altaris ministros , atque audaces Dominici corporis susceptores dici non inconuenienter possunt. Repleti verò prius sunt , vitiorumque cibo saturati , qui pro pane se locant : quia corpus ad susceptionem Eucharistiæ præparant. Qui nimirum comedunt , & saturari non possunt : quia , etsi sacramentum ore percipiunt , virtute sacramenti nequaquam replentur. A virtute ergo illa sacramenti ideo ieiunant , quia prius repleti fuerant. Salutis quippe fructum non percipiunt in comestione salutaris hostiæ , quæ ea , quibus se repleuerant , flagitia portant in mente. Non saturantur ergo nisi famelici ; quia à vitis perfectè ieiunantes , didima

Illacationis, fructu huius frustitur sacramenti. Simile.

1. Reg. 2. 15.
Lib. 2 in 1. Regu.

sacramenta percipiunt in plenitudine virtutis. Et quia sine peccato electi etiam viri esse non possunt, quid restat, nisi vt à peccatis, quibus eos humana fragilitas maculare non desinit, euacuari quotidie conentur. Nam qui quotidie non exhaurit, quod delinquit, etsi minima sunt peccata, quæ congerit, paulatim anima repletur, atque ei meritò auferunt fructum internæ saturitatis. Hac repletionem nos euacuare Paulus insinuans ait: *Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.* Quid enim est hoc loco se probare, nisi euacuata peccatorum nequitia se probatum ad Dominicam mensam, & purum exhibere? De repletis etiam subdit: *Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit.* Qui ergo quotidie delinquimus, quotidie ad pœnitentiæ lamenta curramus; quia ipsa sola virtus est, quæ euacuat, quod in ventre animæ culpa coadunat. Et tunc verè famelici saturantur; quia quo studiosius mundamur lamento pœnitentiæ, eo vberiorum diuinæ gratiæ fructum recipimus in spiritali refectione.] Sic ille. Euacuabis ergo te ab imperfectionibus tuis, & ab omni immortificatione mundabis, vt pane vitæ ad vitam, & perfectionem proficias.

*Proxima
prepara-
tio qua,
& quan-
do, incho-
anda.*

Proximè autem sic te ad sacram communio- nem parabis. Tribus diebus ante diem suscipiendæ Eucharistiæ sollicitius te in bonis actibus consuetis exercebis, specialem aliquam orationem facies, non tam longam, quàm affectus plenam, qua gratiam, & deuotionem ad debitè accedendum postules, & ad idem aliquam corpo-

ris a
scri
pro
du
sex
mun
les o
tum
meli
tum
perfo
cogi
aliqu
cruc
oster
cens
in cru
na pe
tem n
& po
die n
neces
Bonu
& vs
lectio
Ipl
è lect
bis, &
amor
infun
quar
perfic
pienc

ris afflictionem subibis. De hac dispositione sic
 scripsit Bonauentura: [Quod si in die Dominico In regul.
 proponis communicare, studeas te ante per tri- nouit.
 duum ad feruorem spiritus ordinare, vt sis in cap. 4.
 sexta feria præcedenti ab omni cogitatione im-
 munda abstractus. Semper autem habeas menta-
 les oculos ad Iesum crucifixum, spinis corona-
 tum, aceto, & felle potatum, sputis, & contu-
 meliis saturatum, à peccatoribus blasphema-
 tum, acerbissima morte consumptum, lancea
 perforatum, à mortalibus iam sepultum. Hæc
 cogita illa die, siue comedas, siue bibas, siue
 aliquid aliud facias, vt cogitando creatorem
 crucifixum, dolorem in corde habeas, tota die
 ostendas tristitiam in corde, & in corpore, di-
 cens cum Apostolo: *Mihi autem absit gloriari, nisi Galat. 6.
 in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Sabbato propheta 14.
 na penitus fratrum consortia declinato, & quie-
 tem mentis eligito: dies enim requietionis est,
 & pone strictum ori tuo silentium, vt saltem illo
 die non solum ociosa verba succidas, sed ipsa
 necessaria vix loquaris. Nam, teste Ieremia:
Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei nostri, Thren. 3. 16.
 & vsque ad completorium exerceas te aut in
 lectione, aut in bona meditatione.]

Ipso die communionis diligentius surges *Quid ip-
 è lecto, feruentius actus diuini cultus exerce- so faciem-
 bis, & tempus meditationis in his, quæ te ad dum die.*
 amorem, timorem, & reuerentiam accendant,
 infumes. Quidquid cogitaueris, quidquid lo-
 quutus fueris, quidquid egeris, hac intentione
 perficies, vt te magis aptum ad Christum reci-
 piendum reddas, & vt magis gratus oculis eius

374 *De vita religiosè instituenda,*
appareas. Aduerte, quanta fœminæ diligentia
se ornant, vt aspicientibus pulchræ esse videan-
tur, & quanto studio se lauant, se comunt, ve-
lant, & vestiunt, & intentione praua, aut præ-
postera hunc ab eis susceptum laborem infi-
ciunt; sic tu indue teipsum, & laua, & corpo-
re, ac mente purifica, vt Domino tuo decenter
assistas, & hac rectissima intentione tuum labo-
rem emunda.

Meditationes ante communionem. §. I.

*De medi-
tatione an-
te cõmu-
nionem.*

Quæris tamen à me, quænam in ipsa oratio-
ne matutina ante auditionem Missæ, in qua es
communicaturus, poteris meditari. Certè me-
ditaberis ea (vt dixi) quæ te ad timorem, ad
reuerentiam, & ad amorem tui Saluatoris in-
ducant. De hac re plurima sunt à viris spiri-
tualibus scripta. Ne tamen huic opusculo ali-
quid accommodum ad hoc propositum desit,
ecce septem meditationes subiicio, quæ Euan-
gelium ab Ecclesia in festo corporis Domini
propositum exponunt, in quibus sylvam mul-
tarum considerationum inuenies, quæ ad præ-
parationem hanc tibi vsui esse poterunt. Tu
vnum, aut duo puncta earum, ad quamque
communionem ordinatè meditanda tibi pro-
pones, & prædictos affectus in te ad purè, &
deuotè accedendum excitabis.

Caro mea verè est cibus.

MEDITATIO I.

I. Punctum. Tam magnum, tam eximium.
ô ani

ô anima, est amor Christi tui Saluatoris erga te, vt carnem suam tibi in cibum obtulerit. Deberes quidem tu præ ardentissimo amore illius vsurpare tibi voces seruatorum Iob feruentissimè illum diligentium: *Quis det de carnis* Iob 31.
eius, vt saturemur. Quod tamen tu non dixisti, 31.

Christus amator tuus fecit, quod non cogitasti, ipse disposuit, & carnem suam tibi dedit, qua saturareris, & tanquam fauo dulcissimo saturata insuaues, & noxios cibos huius mundi respueres. Caro eius vere est cibus tuus, & omnium fidelium, quia eam sub speciebus sacramentalibus panis verè, & realiter existentem manducamus, & intra viscera nostra traicimus. Verè est cibus, quia omnes effectus, ô anima mea, in te facit, quos corporeus cibus in corpore facit. Cibus corporeus vitam sustentat, ne vitali humore absumpto, per mortem ipsa deficiat. Sic & caro Domini vitam animæ, scilicet gratiam, & iustitiam conseruat, ne in graue peccatum cadat. Cibus corporeus vegetat, & nutrit corpus, & vires, ac robur ad ambulandum, ac laborandum addit. Caro similiter Christi animam alit, & virtutes nutrit, ac promouet, & robur, ac vires confert, vt bene operetur, & per ardua iustitiæ itinera gradiatur. Ille auget corpus, & ad debitam magnitudinem prouehit; hæc auget animam, dum Spiritus sancti dona, ac virtutes augmentat, & ex paruula, ac incipiente ad perfectionem adducit. Ille corpus labore, aut ægritudine exhaustum redintegrat, atque restau-

*Corpori
eius effo-
ditur in a-
nima
Christus
præstat.*

rat: hæc animam praua concupiscentia, aut tentationibus debilitatam, & quasi languentem sanat, & renouat. Ille delectat; huius autem carnis tam magna, & purissima voluptas effectus est, vt habeat omne delectamentum, & omnis saporis suauitatem. Tu ergo, ô anima, sordibus imperfectionum infecta, quo timore virgineam carnem in cibum manducabis? Tu vilis, quanta reuerentia summi Regis corpus fumes? Tu indiga, quanta charitate hoc pignus amoris accipies.

*Cibus hic
uiuus &
efficax.
Hebr. 4.
12.*

2. Cibus hic admirandus in hoc præstat corporeis alimentis, quod est viuus, & efficax. Nam de eo, qui sub speciebus sacramentalibus continetur, à Paulo dictum est: *Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio accipiti, pertingens vsque ad diuisionem animæ, & spiritus, compagum quoque & medullarum.* Est quidem cibus viuens, quoniam sacra Domini caro anima eiusdem Domini informata est, & verbo diuino vnita. Est cibus efficax, quia non perinde, ac alij cibi corporei, à calore naturali vincitur, & in substantiam aliam conuertitur, sed ipse omnem proteruitatem se manducantis vincit, & eum in se conuertit, idest, in quoddam esse diuinum effert, dum eum sanctum, purum, innocentem, & immaculatum efficit. *Datur enim ei* (vt est in Apocalypsi,) *cum hoc manna abscondito nomē nouū significās quoddam esse nouum filij Dei, quod nemo quid sit, per experientiam scit nisi qui accipit.* Hoc cibo anima, spiritusque diuiduntur, dum opera vitæ huius mortalis ordinantur, & ad finem diuinæ gloriæ diri

*Apocal.
2. 17.*

diriguntur, & opera virtutum in magnam quamdam perfectionem promouentur. Hoc compages quoque & medullæ discernuntur; quia eius acceptione discimus non tantum cogitationes malas à bonis, (quæ compagibus signantur) & intentiones malas à bonis (quæ medullis exprimentur,) discernere, verum & cogitationes, ac intentiones minùs perfectas à perfectissimis separare. Mirum erit, ô anima mea, si hunc cibum non esurias, quo esse prophanum, & opera, cogitationes, ac intentiones malas deponis, & in perfectissima opera, & cogitationes, ac intentiones deiformes assurgis.

3. Si autem aliqui cibi sunt, qui nutriunt, & sanant, qui & alimenta simul, & medicamenta censentur, id non deest huic cibo de cœlis allato, quoniam ita nos alit, vt sanitatem quoque salutemque conferat. *Altissimus sanè de terra, hoc est, de carne Virginis, creauit hanc medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam.* Quæ sunt, ô anima mea, ægri tudines tuæ? An ignorantia intellectus, qua sæpe bonum malum appellas, & malum bonum, & iter, quo itura es in cœlum, nescis? Sed cibus hic ignorantiam tuam tollit, & interiores oculos luce perfundit, & secretis instinctibus, quos dissimulanter excitat, quid facto opus sit, docet? *Profectò oculi Ionathæ gustantes fauum mel- lis illuminati sunt.* Sed comede tu, ô anima, hoc mel carnis Domini, quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo: & illud lumen oculorum consequeris, quo non in periculum mortis, sicut Ionathas, sed in iter vitæ, & immortalitatis incurras. An ægri tudine tua est praua concupiscen-

*Est medi-
camentu
simul, &
alimen-
tum.*
Eccl. 38.

4.

1. Reg.
14. 27.
Prou. 24.
13.

4. Reg.
20. 7.

tia appetitum inficiens, & ipsam voluntatem depascens? At hanc ægritudinem cibus Eucharistiæ pellit, dum prauam concupiscentiam minuit. Nonne *Isaias* adhibita *massa ficorum* *ulcus Ezechia regis curauit*? Sic & per corpus Domini omnem dulcedinem in se continens vlcera nostra, nimirum carnales concupiscentiæ, curata sunt. Si ergo modò non sentis, ô anima, tam acerbos iracundiæ motus, tam importunos luxuriæ, inuidiæ, & ceterorum vitiorum impetus, imò sentis tibi pacem allatam esse, & concupiscentiam magna ex parte repressam, id ex hoc cibo medicinali prouenire, persuasum habe. Curâque non tantùm illum accipere, verùm ita accipere, ac tanto feruore, & deuotione sumere, vt maiorem incolumitatem experiaris.

*Caro Christi
omnis cibi
est, quia omni
um ciborum per
fectiones
habet.*
Lucæ
14. 16.

4. At, si caro Christi est cibus, quæris à me, ô anima, quis, qualisque sit cibus; nam ciborum varia sunt genera, & hoc nomine cibi, siue alimenti vniuersa comprehensa sunt? Equidem existimo, carnem Domini omnem cibum esse, quia omnium ciborum perfectiones habet, & vnus cum sit, abundè pro omnibus supplet. Ideo per *cœnam magnâ* significatus est. Quia sicut in splendido, & lauto conuiuio omnia alimentorum genera ministrantur, ita hoc vno suauissimo cibo vniuersa, quæ palatus bene dispositus potest appetere, eminentissimè continentur. Omnes hominum cibi sunt panis, & caro animalium, seu auium, pisces, fructus arborum crudi, aut saccharo, & melle infecti: & nescio, an aliquid aliud possit gustus appetere, quod

quod his non contineatur, aut ad ea non facili negotio reuocetur. Hæc autem omnia huic mirabili cibo conueniunt. Quid vis, ô anima mea? Panem? Sed: *Ego*, inquit, *sum panis vitæ*. Ioan. 6. Panis dans vitam nunquam perituram; panis Angelorum, quia panem Angelorum manducabit homo: panis, quem illi semper comedunt, & quia immensa est suauitas eius, semper esuriunt. Ille quippe est, *in quem desiderant Angeli prospicere*. 1. Pet. 1. Quid esuris? Carnem? Sed ecce carnem Domini, de qua ipse dixit: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis*. Ioan. 6. Ecce carnem illius agni immaculati, qui comedendus est festinanter, idest, cum magno timore & feruore, 54. *qui coram tondente se obtulit, & non aperuit os suum*. Exod. 12. 11. Quid appetis? Auem? Sed ecce auem, de qua legis in Iob: *Semitam ignorauit auis*. Auis enim recte appellatus est Dominus, quia corpus carneum ad æthera librauit, cuius auis semitam ignorauit, qui eum ad cælum ascendisse non credidit. Isai. 53. Quid concupiscis? Piscem? Sed audi Lucam dicentem de discipulis: *At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauam mellis*. Luc. 24. Interroga autem Bedam de hoc pisce, & dicet tibi: Quid signare credimus piscem assum, nisi ipsum meditaorem Dei, & hominum hominem passum? Ipse enim latere dignatus in aquis generis humani, capi voluit laqueo mortis nostræ, & quasi tribulatione affatus est tẽpore passionis suæ. Quid cupis? Fructũ arboris? At Christus est *fructus ille terre sublimis, & lignũ vitæ, quod affert fructus duodecim*. Apocal. 22. 2. Roman. 6. 9. Quid est quod non solum maturus, sed & saccharo immortalitatis & gloriæ cõditus, qui iam non moritur,

cui mors ultra non dominabitur, vt te à morte iniquitatis eripiat, suauitate repleat, & secum in gloriam adducat. Abiice à te amorem immoderatum rerum huius vitæ, tanquam escarum noxiarum, vt hoc multiplici cibo fruaris.

Huius cibi dignitas ex persona dante cõmedatur. 5. Augetur autem maximè dignitas huius cibi cœlestis ex persona, à qua nobis datur. Dat se tibi, ô anima, ipse altissimus filius Dei. Ipse dator, & donum: ipse benefactor, & munus: ipse conuiuij instructor, & ipsum conuiuium est. Non per seruos tantum, sed per seipsum tibi hunc cibum parat, atque ministrat. Assueras quidem, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, & erga suos maximam beneuolentiam demonstraret; illis conuiuium, at non per seipsum, sed per seruos fecit. Vnde sacer textus ait:

Esther 1.5. *Iussit septem diebus conuiuium preparari.* Indignum ratus quasi officium coqui suscipere, & per seipsum ad cibos condiendos attendere. Rex autem regum, & Dominus dominantium, cuius in infinitum maior est beneuolentia erga te, non fecit sic, sed ipsemet hunc tibi cibum præparat.

1. Cor. 11.24. *Ipse accepit panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: Hoc est corpus meum.* Ipse nunc etiam ministrat hunc cibum. Nam tametsi sacerdos, vt instrumentum, hæc sacra mysteria conficiat: at præcipua causa Christus est inuisibiliter operans. Pro opere incredibilis humilitatis habetur, quòd serenissima Regina Maximi Imperatoris vxor, per seipsam voluit semel cibum Martino Episcopo coquere, & velut ancilla coram illo stare, eique cibum à se præparatum, ac

Sulpitius.
Magnum humilitatis exemplum in Regina.

porum

potum ministrare. Sed cesset nunc admiratio, quia Christus summus imperator cœli, & terræ, non semel, sed infinities per seipsum hominibus cibum parat, atque ministrat. Matribus certè natura lac dedit, ut per seipsas filios alerent. Ne tamen aliquid molestiæ ferant, lac exiccant, & filios aliis fœminis alendos tradunt. Dominus autem non sic: sed ipse nos carnibus suis alit, & ipse seipsum nobis apponit. Apposuit ab initio nascentis Ecclesiæ in lege gratiæ usque nunc, & apponit modò, & usque in finem seculi seipsum apponet. Dicitque nobis: *Audite me, domus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portastis me à meo utero, qui gestastis à mea ueni. Usque ad senectam ego ipse, & usque ad canos ego portabo: ego feci, & ego seram; ego portabo & saluabo.* Ipse te sua protectione, & gratia portat: ipse tuas imperfectiones sustinet: ipse seipso te reficit, donec ad salutem perducatur. Disce diligere, & per temetipsum humilibus operibus intendere, & pro Deo tuo abiecta non detrectare.

6. Sed quibus dat Christus hunc cibum? Si daret Angelis, res esset maximæ admirationis: si daret regibus, potentibus, diuitibus, sapientibus, res esset summi stuporis. Non tamen solum istis, imò omnibus seruis, infirmis, pauperibus, idiotis, Æthiopicis, & cuiuscunque etiam miseræ cõditionis hominibus se in cibum ministrat. Tanta est benignitas, & largitas, ac magnificentia huius Domini, quòd inuitat omnem populum, qui inuētus est in Ecclesia, à maximo usque ad minimum, & neminem, qui stolam gratiæ induat, & grauius peccata deponat, excludit. Seruo suo,

Isai. 46.

3.

4.

5.

*Christus
in Eucha-
ristia nul-
lum, quã-
summus vi-
lem, re-
spuit.*

Luc. 14.
21.

fuò, id est, cœtui sacerdotum, & prædicatorum dicit: *Exi citò in plateas, & vicos civitatis, & pauperes ac debiles, & cecos, & claudos introduc huc.* Neque hac iussione contentus, quia capacissimus est locus Ecclesiæ, & conuiuium abundantissimum, addit: *Exi in vias, & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea.* Quo verbo non tantum nos filios Ecclesiæ ad cibum vocat, sed omnes infideles, quantumvis peccatis sordidissimos, primum ad Ecclesiam, ut per baptismum mudentur, & postea ad conuiuium inuitat. O mira saluatoris nostri dignatio! ô profusa Domini largitas! ô amor benignissimi Patris immensus! Ne formides, anima, accedere, sed munda te fletu, & lacrymis ab imperfectionibus tuis, induc te nouo charitatis feruore, & fidenter, comede cibum omnibus præparatum, quo in dies spiritu crescas, & purior fias.

*Donatio
nis mo-
dus ad-
mirabilis.*

7. Pretiositas cibi huius, & dignitas dantis, & indignitas accipientis, mirum in modum hoc beneficium exaggerant, sed nescio, an modus donandi maiorem admirationem inferat. Dat Dominus seipsum in cibum non aliqua necessitate compulsus: nihil enim extra se ipsum necessario, sed omnia summa libertate agit. Non ipse sicuti ueni lueri prouocatus, quia Deus noster est, ac nullius eget. Non speciositate animarum illectus, quoniam ipse quatenus Deus est ipsa pulchritudo; & quatenus homo, speciosus forma præ filiis hominum, omnis pulchritudinis animarum author existit. Sed dat seipsum tibi, ô anima, ex nimia charitate sua, qua dilexit te, ex infinito amore, & misericordia, qua

Psal. 44.
5.

qua miseratus est tui, & quia (vt dixit Samson
 typus eius) *tra p. uau oculis suis.* Cibum hunc Iudicū
 amor efficit, amor ministrat, amor torpentes ad 14.3.
 manducandum vocat, amor venientes non rei-
 cit, sed bene pastos, & saturatos dimittit. Vide,
 vt amore respondeas, ex amore accedas, cum a-
 more accipias, & propter amorē tā perfecti ama-
 toris fructum cœlestis cibi habere concupiscas.

Et sanguis meus verè est potus.

MEDITATIO II.

I. Punctum. Christus redēptor noster, ô ani- *Cominiā*
 ma mea, fecit virgineū corpus suum cibum tuū, *hor. uir- o-*
 & fecit nobilissimum sanguinem suum potum, *ris Chri-*
 tuum, vt sic, quā te in magna pretio habeat, & *sti asien-*
 quā n ardenti amore diligit, & quibus oculis *dis ardo-*
 te respiciat, euidenter ostenderet. Pauperibus *rem.*
 ostiatim eleemosynam petentibus, & manci-
 piis fructum panis aliquando proiicitur; nobili-
 bus verò & amicis, & filiis, cōuiuuium integrum,
 & lautum preparatur. Amator autem tuus te,
 vt nobilem, respicit, quam nobilitate gratiæ,
 & virtutum illustrat: vt amicissimam diligit,
 cui licet non in æquali gradu; imò in infini-
 tum minori, tuus amor erga illum habitus,
 vicem rependit: loco filij te habet; quia te spi-
 ritu genuit, ideo in tuum vsum, & gaudium
 integrum conuiuuium instruit. At conuiuuium
 cibum simul, & potum exigit, vt famem, & si-
 tim extinguat. Vt ergo conuiuuium perfectum
 exhiberet, carnem suam in cibum, & sangui-
 nem in potum dedit. O nobilissimus potus,
 sanguis vnigeniti filij Dei: Verus potus,
 quia

quia sub speciebus vini verè illum bibis ; quòd, si adhuctu, qui hæc legis, & meditaris, sacerdos non es, & solas species panis sumis, fructu huius sanguinis non priuaris, quia illum corpori coniunctum, & in venis illius existentem sumis. Verus potus, quia facit in anima, quod potus hic materialis facit in corpore. Hic per meatuum angustias, & venarum flexus alimentum vehit : alimentorum coctioni deseruit : ex ipsis alimentis succum, quo nutriamur, elicit : siccitatem membrorum, & feruorem sanguinis temperare non desinit, & pinguedinis celeriori extinctioni, quàm efficit calor naturalis, obstitit. Sic proportione quadam sanguis Christi potus pinguedinem deuotionis custodit, concupiscentiæ ardorem extinguit, ariditatem voluntatis tollit, & quasi per vires animæ suæ virtute permeans, quod illis ad cognitionem, & ad amorem Dei conducibile esse potest, deservit. Hic sanguis, ô anima mea, est potus tuus, quo recrearis, quo ad omne bonum iuuaris, illius in te desiderium accende.

Potus sanguinis eius materiales omnes potus inanimata exerceat functiones.

Salutariū potuum continet perfectiones, & primum aqua. Numer. 20. 11. 1. Cor. 10. 4. Ioan. 7. 37.

2. Potus hic sanguinis Domini omnium potuum salutarium vim, & perfectionem habet. Est in primis instar potus aquæ, quare & aqua significatus est. *Percussit Moyses virga bis silicem, & egressa sunt aqua largissima, ita ut populus biberet, & iumenta.* Dicat Paulus, quid hæc aqua significet : *Bibebant autem, inquit, de spiritali consequente eos petra, petra autem erat Christus.* De illo ergo quasi aquam bibimus, quando pretiosum eius sanguinem in Eucharistia potamus. Et ipse alio loco dixit : *Si quis sitit*

veniat

veniat ad me, & bibat. Sanguis eius sicut aqua humectat te, ô anima, quando es arida: refrigerat, quando es malis cupiditatibus accensa: cibum ad tuas vires quasi ad membra vehit, vt roborearis, quando es imbecilla. Arida enim es aliquando, & exigentibus peccatis tuis ad modum pulveris aridi in varia dispersa. Dominus verò, cum ad hoc sacramentum accedis, effundit super te aquam mundam sanguinis sui, vt inebrieris, sicut dicit illud Isaiæ: *Effundam enim aquam super sitientem, & fluentia super aridam: & vt in vnum colligaris.* Nam & Christus moriturus erat pro gente, & sanguinem suum effusus, vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Ardens etiam interdum pravis cupiditatibus. Et à quo refrigeraris, nisi à sanguine Domini? *Percussit enim petram* (aut permittit percuti) corporis sui, & fluxerunt aqua, & torrentes manuum ac pedum, & lateris inundauerunt, vt refrigerium acciperes. Sæpe etiam præ defectu cibi inueniris infirma? Sed hic pretiosus sanguis haustus cibum ad membra vehit, & sic robur ad bene operandum impertit. Ipse etenim Dominus paruulos, id est, humiles, ad hoc sacramentum inuitans ait: *Venite, comedite patrem meum, & bibite vinum quod miscui vobis. Relinquitte infantiam, & bibite, & ambulat per vias prudentia.* Comedite, inquam, vt cibum verbum Dei, & bibite sanguinem Christi, qui præceptum ad cor, ad sensus, & ad vires deferat, & vana relinquare, ac bona perficere moneat. Si ergo sitis te premit: dic ad hunc sanguinem respiciens: *Quemadmodum desiderat oculus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitivit anima mea*

Esai. 44.

3.

Ioan. 11.

52.

Psal. 77. 20.

Prou. 9.

5.

6.

Psal. 42.

1.

2.

I. Aluarez de viua rel.

Bb

mea

386 De vita religioſe inſtituenda,
mea ad Deum fortem, vinum; quando veniam, & ap-
parebo ante faciem Dei?

Est ad
inſtar vi-
ni.

3. Est quoque ſanguis Chriſti inſtar potus
vini, qui miniſtratur nobis ſub ſpeciebus vini.
Nam vinum vulnera lauat, & potatum cor cale-
facit, & exhilarat. O ſanguis pretioſe, nonne tu
vulnera animæ meæ lauas? Quis id dubitare po-
teſt, cum legat: *Sanguis Ieſu Chriſti filij eius emun-
dat nos ab omni peccato?* Et quod, ſi ſanguis hircorū,
& taurorum, & cinis vitulae aſperſus inquinatos ſan-
ctificat ad emundationem carnis; quanto magis ſan-
guis Chriſti emundabit conſcientiam noſtram ab o-
peribus mortuis. Atque iterum, quod ſancti lauerūt
ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine agni;
certè Domine, lauiſti in hoc vino ſtolam tuam, id
eſt, fidelem animam, & in ſanguine vna pallium
tuum. O ſanguis nobiliſſime, annon cor meum
calefacis? Et quidem: *Conſtituiſti enim me ſuper
excelsam terram, ſuper Eccleſiam tuam, vt ſangui-
nem vna biberem meraciſſimum, qui à me o-
mnem torporem excuteret.* Nam ſi *Aſſuerus*, poſt-
quam vino incaluerat, humili ancilla, quidquid pe-
tuit, conceſſit: quid ego ſeruus viliffimus hoc me-
ro calefactus tibi à me exigenti negabo? Ac tan-
dem, ô ſanguis puriſſime, annon tu me exhilaras,
ac latificas? A te profectò exultationem accipio.
Hoc enim *vinum* ſanguinis tui, Domine eſt quod
latificat cor hominis. Eſt *vinum*, quod tu præparaſti
his, qui amaro ſunt corde, vt bibant, & obliuiſcantur
egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur amplius.
Sit ergo ipſe potus meus, vt mundi lati-
tiam non ſitiam, imò eam pleno corde con-
temnam.

Pſalm.
103. 15.
Prouer.
31. 7.

4. Deinde sanguis Domini in Eucharistia anima communicatus, est sicut lac. Nec mi-
 rum, cum lac per quandam mutationem ex
 sanguine fiat, ut eo paruuli, necdum ad ci-
 bum solidum capiendum idonei, liquore illo
 candidissimo nutriantur. Unde & ille verus
 pater futuri seculi, qui omnium iustorum est
 pater, tam adultiorum, quam virtute infan-
 tium, & paruulorum non tantum de cibo so-
 lido corporis sui, verum & de potu sangui-
 nis animabus prouidit: quo tanquam potu
 aquae imperfectionibus immundae lauantur;
 & tanquam potu vini segnitie frigidae cale-
 fierent, & quasi haustu lactis purissimi vir-
 tute pusillae nutrirentur. O igitur omnes ani-
 maesitientes venite ad aquas, & qui non habe-
 tis argentum properate, emite, & comedite: ve-
 nite, emite absque argento, & absque vlla commu-
 tatione vinum & lac. Venite, inquam, & emi-
 te vobis solis desiderijs, & amoris affe-
 ctibus, & vitae puritate Christi sangui-
 nem, quo, sicut aqua, lauemini, sicut me-
 ro foueamini, & sicut lacte aptissimo nu-
 trimento satiemini. Si lac consideres, o
 anima mea, nihil est, quod melius nutriat,
 nihil est, quod dulcius sapiat, nihil quod
 oculus candidius aspiciat. Si ergo sanguis
 Christi est tibi lac, ipse potatus te ad vi-
 tam nutriet, ad spiritalem consolationem sa-
 piet, ad peccatorum remissionem mundabit.
 Si illum dignè biberis, & teipsum illi accom-
 modaueris, res huius seculi non sities in ater-
 num.

Lactis
cōferitur.

Iai. 55.

1.

Non aliqua guttula, sed totus Christi sanguis conceditur.

5. Sanguis Christi, ô anima, est tibi potus; non quidem aliqua guttula eius, quæ utique omni generi humano ad omne bonum sufficeret, neque aliqua pars eius, quanta sub illis vini speciebus posset contineri, sed omnis prorsus eius sanguis tibi in potum conceditur. Bibis ergo vel accipis totum sanguinem, qui nunc est in omnibus venis, & in omnibus membris Domini tui. Et sicut in cruce totum illum effudit, ita & in sacramento totum præbet. Dat tibi non sanguinem alienum, sicut reges terræ solent facere, qui ex substantia subditorum largè, & profusè satis ad suam, & suorum familiarium vtilitatem, quod sibi videretur, insumunt; sed dat sanguinem suum, quem in remissionem tuorum peccatorum Patri offeras, & quo, tanquam pretio, omnia tibi bona cœlestia conquiras. Dat sanguinem pretiosum suum, vt sis ex illis, quibus dictum est: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis.* Nam hoc sanguine ad genus Dei pertines, habes sacrificium, quod offeras, ab ipso Domino sanctificaris, & ad eius peculium, & hæreditatem pertines.

1. Pet. 2.

9.

Est nostra re:leptio nis pretium.

Matth.

26. 28.

Lucæ

22. 20.

6. Christus deinde amator tuus, ô anima, sanguinem suum pretium, & potum fecit. Pretium, quod in cruce persoluit, quando cruorem effudit, vt te redimeret. *Hic est enim, inquit, sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Optimum quidem, & superabundans pretium, sanguis Filij Dei. Fidelissimum stabilimentum testamenti eius, quo nos regni cœlorum hæredes instituit. Diues solutio debitorum nostrorum, quæ, quantum

tum est de se, omnibus sufficit, & efficaciter innumerabilibus, id est, omnibus prædestinatis, proficit. Pignus gratissimum, quod sufficienter omnia peccata, quantumlibet graua, & enormia, delet. At, quid faceres anima redempta, si non haberes, quid manducares, quid biberes? Dedit ergo carnem in cibum, & sanguinem in potum, vt nihil tibi deesset, vt sibi te consanguineam, & cognatam efficeret, vt hoc potu te ad contemplandam eius passionem alliceret, & aspectu eius ad bellum contra inuisibiles aduersarios roboraret.

7. Non est tandem prætereundum vas, in quo hic potus sanguinis tibi conceditur. *Bibebant autem* (inquit Scriptura de illo conuiuio Assueri) *qui inuitati erant, aureis poculis.* Sed vas huius pretiosi sanguinis, in quo nobis ministratur, longè præstâtius est. Est namque ipsum corpus gloriosum Domini. Sant venæ illius sanctissimæ, quibus sanguis ipse contentus est. Dat ergo Christus tibi & potum, & vas, dat corpus, & sanguinem, animam, & deitatem, ac diuinam personam suam. Omnia enim hæc sunt in hoc sacramento, siue per se, siue per annexionem, vt tu cor largum, & profusum habeas, & quidquid es, & potes, & vales, in honorem eius, qui te ita dilexit, effundas.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.

MEDITATIO III.

1. Punctum. Expende nunc, ô homo, quam

Bb 3 magnum,

Esthet
x. 7.
De pretiositate
vasis, in
quo porri-
gitur.

*Admi-
randum
Chriſtus
bonum
anima
commu-
nicanti
concedit.*

Prou.

18.10.

2. Reg.

6.11.

*Euchari-
ſtia eſt
ſacra-
mentum
amoris,
& quo-
modo.*

1. Ioan.

4.16.

magnum, quàm admirandum bonum ex hoc eſu carnis Domini tui, & ex hoc potu ſanguinis eius conſequaris. Nam & ipſe Chriſtus manet in te, & tu manes in Chriſto. Si tu manes in illo, quid ſublimius? cùm ſcriptum ſit: *Turris fortiffima nomen Domini, ad ipſum currit iuſtus, & exaltabitur.* Et ſi ipſe manet in te, quid felicius? Cùm multo melius, quàm arca teſtamenti, quæ ipſius fuit typus, eum, ad quem ingreditur, benedictione multiplicet. Si ipſe in te, quid nobilius? Si tu in illo, quid ſecurius? Si ipſe in te, quid ſuauius? Si tu in illo, quid quietius, atque tranquillius? Sed quomodo ipſe in te, & tu in illo, diligenter attende. Sacramentum hoc eſt ſacramentum vnionis, myſterium charitatis, arcanum dilectionis, quo Chriſtus te tenerimè diligit, ac ſine vlla comparatione melius, quàm alijs donis (eo ipſo, quòd ſemetipſum donat) te in ſuum amorem accendit. Amans autem eſt in amato: vnde dicitur, quòd anima magis eſt, vbi amat, quàm vbi animat. Si ergo Chriſtus ex amore ſe tibi in cibum, & potum tribuit, in te eſt; & ſi tu ex amore illum manducas, & bibis, in ipſo eſ. *Deus*, inquit Ioannes, *charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Eſt ille quidem charitas increata; nos verò diligimus eum charitate creata, & ab ipſo manante. Si autem qui manet in hac charitate, in Deo manet, & Deus in eo, quoniam charitas vinculum eſt, quo homo Deo vnitur, & illi adhæret, atque ab illo continetur; quanto magis ratione huius ſacramenti id-
ipſum

ipsum habebit? Nam hic Christus ipse est in homine, eum immensa charitate complectens, & ad amorem impellens, & homo est in Christo tanquam ab illo brachiis amoris contentus, & ad eiusdem Christi vnionem subleuatus.

2. Non solùm autem homo est in Christo, & Christus in homine, cùm ab eo manducatur, & bibitur ratione charitatis, & affectus, sed permanentia vera, & reali. Et quidem quòd Christus, ò homo, sit in te, facìle intelligis. Est enim verus cibus, & verus potus, cibus autem, & potus verè, & realiter sunt in manducante. Quòd verò etiam maneat in te, facìle capis; quia Dominus est cibus, & potus viuens, qui non, perinde atque cibi, & potus mortui, in manducantem, & bibentem transit, sed semper incorruptus, & immutatus intra te manet. At quomodo tu sis, & maneat in illo, nò percipis. Id autem percipies, si Christum esse panem vitæ, ac ipsam vitam intelligas. *Ego, inquit, sum panis vitæ.* Et rursus: *Ego sum resurrectio, & vita.* Si ipse est panis vitæ, tu non illum in te conuertis, sed è conuerso ille te in se transmutat, atque conuertit. Si autem lignum dicitur esse in igne, quia ab ipso in ignem conuertitur, quare tu non diceris esse in Christo, à quo tuum esse quasi in quodam esse diuinum transmutatur? Et si thesaurus dicitur manere in arce, in qua à direptoribus custoditur; dicatur homo esse in Christo, in quo per singularem protectionem, & gratiam à peccati corruptione seruetur. Deinde Christus est vita. Non solùm autem dicimus animam, seu vitam, esse, & manere in corpore, quia viuificat

Quomodo
Christo
suis in
homine
maneat.

Quomodo
homo
in
Christo.
Ioan. 6.
35.
Ioan. 11.
25.

illud, ſed multo veriùs corpus eſſe, & manere, & contineri ab anima, quia eſſe & vitam habet ab illa. Manet ergo Chriſtus in te, vitam gratiæ, & ſeipſum tribuens, & manes tu in illo, vitam, & gratiam ab ipſo recipiens. Quam maiorem dignitatem vis, ò homo? Tu es quaſi theca, & reſpoſitorium, in quo vnigenitus Dei Filius homo factus & cibus, ac potus factus cuſtoditur. Es etiam, velut gemma pretioſa, quæ in ſinu eius continetur, atque ſeruetur. Conſidera te, ſicut ſemen bombycis, in ſinu Domini tui deliteſcens, vt ab illius calore viuificeris, & vermiculus per humilitatem factus, ſila tenuiſſima virtutum texas, quibus ad honorem, & gloriam veſtiaris.

Ioan.

11. 24.

Cur Chriſtus, & viti, & frumento ſo ſimilem dicitur.

Ioan.

15. 1.

3. Chriſtus ſe frumento ſimilem dixit: *Niſi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipſum ſolum manet.* Se etiam viti ſimilem aſſeruit: *Ego ſum vitis vera. Et: Ego ſum vitis, vos palmites.* Virumque autem in Euchariſtia habet; nam quaſi granum tritici in terra cordis ſeminatur, vt fructum virtutum, & bonorum operum ferat: & quaſi vitis ſacramenti participem tenet, ne ſterilis maneat. Iam nunc manifeſtè vides, ò homo, quomodo manducans, & bibens carnem, & ſanguinem Chriſti manes in illo, & ipſe in te. An granum frumenti non eſt, & manet in terra quouſque in ſe mortuum, in fructu multiplicatum reſurgat? Si ergo tu terra es, & Chriſtus quaſi ſelectiſſimum granum, ipſe eſt, & manet in te. Manet vtique non vt moriatur: *quia Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur,*

Roma. 6.

ſed

ſed v
ſanct
terra
geſim
& ce
etiam
mes
mane
tia a
quia
ſum
ſecur
ſecur
Chri
gran
rens
feren
net in
itaqu
boni
& po
iple
mite
res bo
actio
ter po
4.
ferme
mode
in illo
gnum
lier a
ment

sed vt absque immutatione sua in te omnem sanctitatē fructificet: vtque tu ad similitudinem terræ bonæ, & optimæ feras ex illo *fructum trigessimum, cum incipis: sexagesimum, cum proficis: & centesimum, cum ad perfectionem peruenis.* An etiam palmes non manet in vite? Si ergo tu palmes es, & Christus vitis pulcherrima, vtique manes in illo. Manes, inquam, vt succum gratiæ attrahas, vt fructum omnis iustitiæ feras, quia nisi ab illo sustinearis, & viuificeris, fructum vitæ æternæ ferre non poteris. Nec solum secundum diuersam similitudinem, sed etiam secundum eandem verum est, te in Christo, & Christum in te manere. Nam & terra manet in grano illi humorem ad fructificandum conferens, & vitis in palmitē, illi vitam ad fructum ferendum attribuens. Ideo dictum est: *Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.* Tu

Matth.
13.23.

itaque sis in Christo, vt terra bona, quæ illum bonis considerationibus, & sanctis affectibus, & postulationibus ad te trahas, vt in te fructum ipse producat. Et ipse sit in te, vt vitis in palmitē, quæ tibi folia sanctorum verborum, flores bonorum desideriorum, & fructus piarum actionum impertiat. Hæc humiliter, & feruenter postulabis.

Ioan. 15.
5.

4. In Eucharistia quoque Dominus est, vt fermentum, quod hominem perficit, & sic alio modo intelligitur, quānam ratione nos simus in illo, & ipse in nobis. Simile, inquit, est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. Optimum fermentum

Christus
in Eucha-
ristia vs
fermen-
tum est.
Matth.
13.33.

Christus in sacramento absconditus. Fermentum pars farinae in opus fermentationis reseruat; & Christus pars naturæ humanæ in eius perfectionem electa. Illud acidum, & amarum; hic aceto in cruce potatus, & amaritudine passionis, quam hoc sacramentum repræsentat, repletus. Fermentum natura calidum; Christus igne charitatis perfectus, qui venit, ut ignem amoris in terram mitteret, & nos sancto fervore succenderet. Illud totum conspergionem farinae ad se trahit; hic virtutem attrahendi ad se hominem habet. Illud implet virtute sua totam massam; hic verò in totum hominem, suam puritatem effundit. Illud panem maturat, & eleuat; hic maturitatem morum præbet, & corda nostra ad desideria rerum cœlestium extollit. Fermentum tandem panem sapidum reddit; & Christus, ut Deo grati simus, facit. Tria sata farinae significant hominem cœlesti hoc cibo dignatum, in quo tria sunt, nimirum substantia animæ, & substantia carnis, & vires vtriusque. Sed ô bona mulier charitas, quæ hoc cœleste fermentum in nostrum sinum iniecit, ut eo perficiamur, & ad cœlestia feramur. Hoc fermentum manet in te; ô homo, & tu manes in eo, donec fermenteris totus. Manet ipse in te prædictos effectus producens; tu verò in illo, tanquam in eo, à quo ad participationem suæ perfectionis eleuaris. Id autem durabit, donec fermenteris totus: quia sicut modicum fermentum (ut Paulus ait) totam massam fermentat, ita paruula hæc benedictio totum hominem in seipsum attrahit, & sua gratia replet, & sic

Luc. 12.
2.

1 Cor. 5.
6.

Vide
Cyril. li.
4 in Ioã.
cap 17.

Chri

Christus in homine, & homo in Christo manet.

5. Mittis ferrum in fornacem, & quasi in ignem conuertitur. Accipe illud iam ignitum, & videbis ignem in ferro, & ferrum in igne. Ignis est in ferro, illud tractabilem, & splendendum, & pulchrum faciens; & ferrum in igne ab eo perfectiones has ignis, & vim vrendi recipiens. Quid ergo miraris, si Christus dicat de homine se manducante; in me manet, & ego in illo. Annon hic, *Dominus Deus tuus ignis consumens est.* Annon tu ferrum obscurum, & durum? Cùm communicas, te in hunc sacrum ignem mittis. Ibi hoc cœlesti igne occuparis, & totus accenderis. Ipse est in te, ac te mollificat, vt instinctus eius recipias, te splendore bonorum desideriorum ornat, decore virtutum ditat, efficacitate ad resistendum tentationibus, & ad sanctè operandum roborat. Tu verò es, & manes in illo, dum eius virtute protegeris, & sanctitate circumdaris. Accede ad hunc ignem, vt calefias, & ardeas, & transformeris, & vt Christus in te, & tu in Christo viuas.

6. Impletur perfectissimè in hoc sacramento, ô homo, cùm dignè ad illud accedis, quod Dominus ipse à Patre petiuit, dicens: *Non pro eis autem rogo tantum, id est, pro discipulis, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint.* Nam ad hanc dignitatem homines promouemur, vt sicut Christus, & Pater, vnum natura sunt, & ratione huius vnitatis Pater in filio, & filius in Patre est; ita & ratione huius cibi cœlestis, quem

Homo in Christo, sicut ferrum in igne, manet.

Deut. 4. 24.

Impletur in hoc sacramento, quod ipse à Patre petiuit. Ioan. 17. 20.

partici

participamus, vnum corpus eius sumus, & vnum cum eo efficiamur, ac proinde ratione huius vnitatis ipse in nobis, & nos in ipso maneamus. Quòd hoc sacramento sumus vnum Christi corpus, apertè docuit Paulus: *Quoniam vnus panis*, inquit, *vnum corpus multi sumus, omnes, qui de vno pane participamus.* Quod verò sumus

1. Cor.

10. 17.

vnum cum illo, ipse Dominus subiunxit: *Et ego,* ait, *claritatem, id est, diuinitatem, quam tu dedisti mihi, dedi eis,* (carni meæ vnitam, quam iam in sacramento acceperunt,) *ut sint vnum mecum, & inter se, sicut & nos vnum sumus.* Ef-

Ioan. 17.

22.

ficeris itaque, ô homo, vnum quid cum Christo, dum illum manducas. Vnum quidem similitudine animorum, quia eius gratiam, & charitatem, & dona participas, & vnum vnione, carnis eius ad carnem tuam, dum ipse intra te manens, corpus tuum quasi sibi adhærere facit. Vnde ad modum, quo Pater est in filio, & filius in Patre, Christus in te, & tu in Christo es. Quid excellentius, aut desiderabilius, quàm vntim cum auctore omnium bonorum fieri, & ipsum in te habere, atque in ipso manere.

Christus est in homine, sicut fuit in monte, dicit legem Moysi, ut medicus, magister, & saluator.

7. Est Christus in te, sicut fuit in monte dans legem Moyli, & populùm in notitia suæ voluntatis erudiens. Nam & te per altitudinem desideriorum, & despicientiam terrenorum quasi montem facit, & mentem tuam doctrinam perfectionis docet. Est in te sicut medicus in Xenodochio: quia tactu purissimæ carnis suæ virium tuarum ægritudines depellit. Est vt sol in mundo, huic minorem mundum illuminans: vt magister in aula, tuam ignorantiam docens: vt

salua

saluator tuus, te à multis periculis liberans. Tu autem manes in ipso, vt infans in gremio matris suæ, quia ab eo lac diuinarum consolationum fugis, & robur ad pugnandum, tamquam panem solidiorem, recipis. Desideria ergo, vt ipse in te maneat, & tu in eo, in tuis præcordiis accendes.

Sicut misit me viuens Pater, & ego uiuo propter Patrem; & qui manducat me, & ipse uiuet propter me.

MEDITATIO IV.

I. Punctum. Si tu, ô homo, cùm hoc sacramentum recipis, manes in Christo, & Christus in te: & si ex alia parte Christus est vita, quid inde sequitur, nisi vt tu uiuas propter eum. Hoc ille tibi dignè manducanti promittit tam magna asseueratione, vt tuam vitam similem ipsius vitæ futuram esse pronunciet. In huius autem consideratione, & in exultatione, & admiratione, quæ inde procedit, deberes per longum tempus immorari. Ego, inquit, Deus sum, & homo. Quæ Deus uiuo propter Patrem, quia ab eo diuinitatem, & vitam infinitæ gratiæ, & gloriæ, qua perfruor, accipio. Ita & qui me dignè manducauerit, propter me sicut propter veram vitam, omnem vitam accipiet. Christus ergo manducatus, est tuæ vitæ spiritualis causa, & omnis causa. Est causa efficiens vitam, quoniam te ad gratiæ, & virtutum opera sua inspiratione mouet. Est finis tuæ vitæ, quia fecit,

*Hominis
vita vita
Deo simili
in hoc
sacramen-
to effici-
tur.*

*Est vita
spiritua-
lis causa,
& omnis
causa.*

fecit, vt omnia hæc vitæ opera intentione purissima in ipsius gloriam dirigas. Est quasi forma, & exemplar tuæ vitæ, ad cuius similitudinem teipsum effingas. Est tandem materia tuæ vitæ; nam circa eum, & de eo, cogitationes sanctas concipies, & in eum ardentissimis affectibus tendes. Dicésque cum Paulo: *Non enim iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.*

1. Cor.

2. 2.

*Illā me-
dia gra-
tia cau-
sat, &
auget.*

2. Inspice nunc quasi per partes vitam hanc, quam per Christum in sacramento acceptum habes, & videbis, quàm verum sit, quòd sicut ipse à Patre viuente, à quo mittitur, id est, à quo diuinitatem accipit, habet omnem vitam, ita & ab eo tu habeas omnem vitam. Gratia vita est supernaturalis, qua diuinum esse participamus, & filij Dei reddimur. Hanc habes per Christum manducatum. *Quia sicut lignum vite, quòd erat in medio paradisi,* vitam naturalem seruabat, & mortem remouebat, ita & hic cibus cœlestis gratiam, quam in te dignè sumente reperit, conseruat, & à morte peccati te liberat. Nec solùm hanc vitam conseruat, verùm & eam mirificè auget, tanquam perennis fons, ex quo ipsa emanat. In alijs sacramentis est vita hæc gratiæ, sicut in riuulis, per quos deriuatur, in hoc est, tanquam in fonte, à quo abundanter progreditur. Sicut ergo consideras animam tuam intra corpus tuum, per quam ipsum viuit; ita considera Christum intra teipsum, per quem supernaturaliter viuis. Non quòd ipse sit vera, & naturalis anima eius, qui cum dignè manducat, sed quòd sit in se vita, animæ nostræ

Genes. 2.

3.

nos
vini
cep

pote
oper
proc
Chr
to a
solu
tutes
in h
earu
quòd
tissim
eum
non
prom
est, n
qua
dignè
tiente
ctum
nit, v
ardeb
à prin
li in
stet,
uerab
ni, &
paren
corpo
men v

nostræ gratiam infundens, per quam ipsa Deo
 viuunt, & vitæ diuinæ, ac supernaturalis parti-
 ceps fit.

3. Vera etiam virtus vita est, id est, vis & Per vir-
tutes, ut
que ani-
ma vita
sunt.
 potentia vitæ, qua homo in gratia constitutus
 opera vitalia, id est, vitæ æternæ meritoria,
 producit. Virtutem autem, ô homo, etiam à
 Christo habes, & per Christum in sacramen-
 to acceptum virtutibus fulges. Id autem non
 solum quia gratiam custodiens, & augens vir-
 tutes etiam custodit, & auget, sed etiam quia
 in hoc sacramento auxilia abundantissima ad
 earum exercitationem præbet, & exemplo eius,
 quòd se manducandum offerens exhibet, poten-
 tissimè ad eas exercendas impellit. An videns
 eum in figura paruula, & despicabili panis,
 non te deiciet? An obedientiam eius, qua
 promptissimè ad vocem sacerdotis statim ad-
 est, non imitaberis? An mansuetudinem eius,
 qua iniurias malorum sacerdotum eum in-
 dignè tractantium, & tepiditates nostras pa-
 tienter sustinet, non sequeris? An ad aspe-
 ctum tantæ charitatis eius, qui propter te ve-
 nit, vt tuæ indigentia subueniat, amore non
 ardebis? An ad tantam perseverantiam, qua
 à principio legis gratiæ vsque ad finem sæcu-
 li in hoc beneficio Ecclesiæ præstando persi-
 stet, tu in feruore sanctè viuendi non perse-
 uerabis? Cibo illo vitæ arboris scientiæ bo-
 ni, & mali seminavit diabolus in corde primi
 parentis tui semen mortis vt moreretur; at cibo
 corporis sui seminat Christus in corde tuo se-
 men vitæ, quo per eum viuas, & vitæ superna-
 turalis

*Per vir-
 tutum a-
 ctus, quos
 excitat.*

4. Actus deinde, & virtutum opera sunt vi-
 ta; neque enim vita naturalis in sola permanen-
 tia animæ in corpore sita est, sed multo magis
 in operibus vitæ: & ita vita supernaturalis non
 tantum in habitu, sed etiam in actu consistit.
 Actus autem & opera vitæ huius, ô homo, ha-
 bes etiam per Christum in hoc sacramento sus-
 ceptum. Nam sicut ignis ad aquam propius ac-
 cedens, & suum illi calorem infundens, eam
 ebullire facit, & huc illucque moveri, imò &
 aliquando extra seipsam exire: ita Christus in
 sinum tuum ingrediens charitatis calorem ef-
 fundit, quo ad varias virtutum actiones exer-
 cendas moueris; & à temetipso, atque ab an-
 gustiis tui proprij amoris egrederis, & ad ma-
 gna pro Deo facienda, & sustinenda dilataris.
*Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo,
 ut vestimenta illius non ardeant? aut ambulare su-
 per prunas, ut non comburantur planta eius?* Et tu
 in linu hunc sacrum ignem abscondis, & non
 tam super prunas ambulas, quàm ipso immenso
 igne vndequaque circumdaris, quid mirum, si
 ignem amoris spires, & actionibus charitatis, &
 omnium virtutum illum prodas? Annon expe-
 riris te, postquam sacramentum accepisti, ad
 desideria abnegationis, ad despicientiam sæculi,
 ad humilitatem, & virtutes reliquas excitari, &
 gratitudine, amore, gaudio, & spe firmissima
 assequendæ felicitatis impleri? Hæc ex vita,
 quam comedisti, proueniunt, quæ ocium pellit,
 & vt per eam quotidie perfectius viuas, ad vi-
 tæ actiones inducit.

*Prou. 6.
 27. 28.*

5. Viuis,

5
 ta p
 cran
 glo
 cipi
 vita
 bula
 gelo
 ginta
 & o
 istiu
 in di
 tum
 Qui
 pori
 pori
 bita
 rum
 debi
 ris,
 Chri
 natu
 tri,
 tis su
 Non
 re in
 habet
 pus E
 in glo
 nem
 6.
 tibi
 tural
 I.

5. Viuis, homo, propter Christum in hac vita per gratiam, & viues propter eundem in sacramento manducatum in futura vita per gloriam. Rogas, quare? Quia per ipsum accipis robur, vt in bono perseueres, donec ad vitam æternam peruenias. Nam sicut *Elias ambulauit in fortitudine cibi illius*, quem ab Angelo acceperat, *quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vsque ad montem Dei Horeb*: ita, & omnes iusti ambulant in fortitudine cibi istius per obseruantiam omnium mandatorum in diebus prosperitatum, & noctibus aduersitatum, vsquequò ad vitam æternam perueniant, Quia etiam propter hanc manducationem corporis Domini immortalitas gloriæ eorum corporibus datur. Quamuis enim hæc sit illis debita ex eo, quòd in gratia decedant, & animarum suarum beatitudinem habeant, sed etiam debita est illis, ex eo quòd sacramenti corporis, & sanguinis Domini participes facti sunt. Christus ipse habet gloriam corporis sui, quia naturalis Filius Dei: & quia infinite gratus Patri, & etiam alio titulo, quia nimirum meritis suis, & passione illam coëmit. Quare dixit: *Nõnne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam*. Ita & iusti corporis gloriam habebunt, quia in gratia decesserunt, & quia corpus Domini manducarunt. Propter ipsum ergo in gloria viues, & animi, ac corporis beatitudinem consequeris.

6. Quid ampliùs vis, ò homo, etiam (si tibi sit conducibile) per ipsum vita hac naturali viues, quam Dominus in sacramento

I. Alvarez de vita vel.

Cc acce

Vita per gloriam Christus manducatus impertit.

3. Reg. 19. 8.

Non solum animam, sed corpus.

Luc. 24. 26.

Vita corpora etiam rationem calefi hoc epulo pro telatur.

I. Cor.
II. 30.
acceptus protelabit. Certè Paulus ait de indignè sumentibus: *Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.* Quia nimirum indignè accipientes grauioribus morbis corripiebàtur, & immaturis mortibus mulctabantur. Si corpus Domini indignè acceptum vitam naturalem, & incolumitatem, ad vindictam tollit, cur dignè acceptum, vitam & incolumitatem non dabit? De multis sanctis legimus, sumptione corporis Domini eos fuisse sanatos, & secundum vires carnis mirum in modum roboratos, vt stet in omnibus modis viuendi vera Christi sententia.

*Vita
Christi
viuit, qui
Christum
accipit.*

7. Tandem, sicut Christus viuit propter Patrem vita Patris, ita, si dignè, ô homo, manduces Christum, viues propter eum vita ipsius. Habebis, inquam, vitam sanctam, puram, virtutibus plenam, meritis refertam, & Deo gratam, sicut fuit vita Christi Iesu. Quidquid sanctitatis, & virtutis, & emendationis morum tuorum in te videris, huic sacramento acceptum feres. Et sicut medicamentum hodie, & cras, & sæpius acceptum, corpus sanat, ita corpus Domini sæpius acceptum animam sanctificat. Non quia vnica eius susceptio sufficiens de se non sit, sed quia nostram dispositionem requirit, quam, quia non habemus, ideo non tam citò in vitam cælestem assurgimus.

*Cur Chri
stus panis
nomine
speciatim
significetur.*

Hic est panis, qui de cælo descendit.

MEDITATIO V.

I. Punctum. Hoc iam dictum videbatur.
Nam

Nam, si Christus in sacramento est omnibus cibis, consequenter erit panis ad reficiendas animas destinatus, cum panis sit aliquis cibus. Sed quia nomen panis multas perfectiones Eucharistiae significat, seorsum hoc sacramentum sub nomine panis exponendum est. Christus in sacramento est panis nobis appositus, ut eo reficiamur, in quo sublimiori modo proprietates panis materialis inueniuntur. Nam panis naturalis in terra nascitur: hic autem panis noster in sinu aeterni Patris producitur, & de caelis ad nos reficiendos corpore velatus mittitur. Ille mola; hic laboribus pro nobis sustentatis teritur. Ille aqua; hic benignitate, & misericordia quasi in massam commutatur. Ille igne; hic charitate in sepulchro occultatur, & quasi decoquitur. Ille pala furnaria; hic è sepulchro gloria resurrectionis extrahitur. Ille in arca; hic in dextera Patris ascensione reponitur. Et inde per consecrationem ad nos cibandos adducitur, & ut in perpetuum viuamus, communicatur. Quid tu facies, o homo, quam ratione te abnegatione contemnes, & charitatis igne dispones, ut illi respondeas, qui pro te tanta sustinuit, & quotidie panis tuus fieri non desinit?

2. Panis à pascendo dicitur, quia melius quam alij cibi hominem pascit, & reficit. Vel ab eo quod Graeci *πάσχω*, omne, dicunt, quoniam omnibus pulmentis adhibetur, & nullum facit inspidum, imò illi, ut iucundiùs, & abundantius comedatur, saporem impertit. In his autè duobus Christus est panis. Licet enim multa alia nos pascant, ut abnegatio nostri ipsorum, & opera

*Panis
proprietates optime in illo inueniuntur.*

*Panis
unde dicitur.
Iure
Christus
panis dicitur
quod praecipuus anima pastus sit.*

pietatis, & oratio, ac communicatio cum Deo, & doctrina sacrae Scripturae, & aliorum sacramentorum susceptio, tamen quod magis pascit, & reficit, est panis Eucharistiae, quia auctorem ipsam gratiae continet, & abundantiore gratiam tribuit, & nos origini omnium bonorum vnit. Ideo vocatur prius *super substantialis*: *Panem*, inquit, *nostrum* *super substantialem* *da nobis hodie*. Verè panis noster, quia panis filiorum Ecclesiae, non mittendus canibus, id est, haereticis, & infidelibus. Et panis *super substantialis*, quia est *super omnes substantias*, quibus possumus refici; & quia continet omnem substantiam diuinam, & humanam, in qua tanquam in quodam còpendio, omnis alia natura creata tū spiritualis, tū corporalis còtinetur. Meritòque huic pani saturitas attribuitur, & legimus: *Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus*; quia omnis saturitas ab hoc pane procedit. Hic etià panis aliis pulmētis, & cibis adhibēdus est. Abnegatio enim hoc Sacramēto roboratur, opus pietatis perficitur, oratio in cœlum celerius effertur, scriptura exequutioni mandatur, & alia sacramenta in Eucharistiam, tanquam in finem, ordinantur. Eis tandem saporem & suauitatem communicat; quia nihil est tam amarum, & carni contrarium, quod non huius panis acceptione dulcescat.

Matth.
6. 11.

Exodi
16. 12.
Quod &
aliis ani-
mae cibis
adhiben-
dus.

Mirabilis
eius di-
gnitas,
quod de
caelo des-
cendat.

Psal. 77.

24.

25.

3. Est Christus panis mirabilis dignitatis, quoniam de caelo descendit. Cui multo melius, quam mannae conuenit illud Psalmographi: *Panem caeli dedit eis, panem Angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia*. Prorsus est panis caeli, qui in sinu Patris genitus

tus
gin
Ang
to
geli
tur,
bari
eoru
de c
ita d
mut
est i
lis, c
ad fi
cuiu
mini
man
quã
nò f
bus
de a
com
man
que
mot
còfi
virt
mis
deli
iste
mã
min
Qu

tus

tus est, & in cœlo illo amplissimo vteri virginalis carne velatus. Panis Angelorum, quem Angeli in propria specie, & sine vlllo velamento cōspiciunt, & aspiciendo edunt, & quem Angelici homines, qui nimirum Angelos æmulantur, quotidie comedunt. Est etiam multiplex cibarium, quoniam omnia alia cibaria supplet, & eorum virtutem, & suauitatem continet. Panis de cœlo descendens, cœlestis est, & ex loco, (vt ita dicam) in quo nascitur, mirabiles proprietates mutuatur, & homines planè cœlestes facit. Cœlum est incorruptibile: & hic panis est incorruptibilis, qui nunquam minuitur, licèt infinities vsque ad finem mundi comedatur. Annon *hydria farina cuiusdã vidua non defecit, & lecythus olei non est imminutus iuxta verbũ Domini, quod loquutus fuerat in manu Elie?* Sic panis iste, quia de cœlo venit, nunquã deficiet. Cœlũ est infrangibile. Sic hic panis nõ frangitur, licèt species panis materialis dentibus sumẽtis cõterantur. Sicut enim dictum erat de agno illo, qui figura extitit huius panis: *Os non comminuetis ex eo.* Ita Catholica fides docet, quòd manducatus nõ frangitur. Cœlũ virtute sua vbi que est, & omnia inferiora continet, & in esse, & motu, cõseruat. Sic Eucharistia in pluribus locis cõficitur, & omnes dignè sumẽtes protegit, & in virtute custodit. Ideo vocatur *firmamentũ in summis montium*, id est, protectio, & stabilimentum fidelium. Cœlũ nullis sordibus fœdatur. Sic panis iste nullis iniquorũ peccatis, licèt illũ sacrilegè mãducent, inficitur. Est namque *lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

Quare sicut lux, ex cordibus peccatorum nullam

Cœli omnes mirè claudis proprietates.

3. Reg. 17. 16.

Exodi 12. 46.

Psal. 71. 16.

Joan. 1. 9.

maculam contrahit, sed panis pulcher, & illibatus exit. Cœlum tãdem nubibus tegitur; & Christus accidētibus panis materialis occultatur. *Pater* ergo, ô homines, *dat vobis panem de cœlo verũ*, proprietatibus cœlestibus affectum, vt vos easdẽ postuletis, & eas pro vestro modulo induatis.

4. Panis hic omnẽ alium panẽ, etiam cogitabilem, superat perfectione. Est enim panis viuus.

Ioan. 6. *Ego, inquit, sum panis vita. Et: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi.* Alij panes mortui sunt, & per conuersionem in carnem, & sanguinẽ comedētis viuificantur: hic verò panis viuus est, & per eum comedentes ad perfectionẽ vitæ cœlestis adducuntur. Est quidẽ panis viuus, quoniã ex virtute cõsecrationis continet corpus Domini viuum, & gloriosum, & omni honore, ac maiestate coronatũ. At ex consequenti continet Christi animã, quia naturaliter est illi sacro corpori vnita. Est ibi persona verbi diuini, quia inseparabiliter naturã illam humanã assumpsit, & sibi copulauit. Est ibi Pater, & Spiritus sanctus, quia eiusdẽ naturæ cũ Filio, à quo non possunt seiungi. Ac est in hoc sacramento tota diuinitas cum omnibus perfectionibus suis; nam cùm Deus simplicissimus sit, & prorsus indiuisibilis, vbi est aliquid Dei, ibi est totus Deus. Est igitur hic panis cuius vitã nos manducantes participamus, & quo spiritualiter viuimus. Nam ipse vitã animæ donat, & quia aliquam vitam gratiæ in ea præsupponit, vitam augmentat. Et nos mirificè ad sanctè viuendum roborat. De quo per mysterium dictum

est: *Et panis cor hominis confirmat.* O quanta reuerentia opus est, vt talem vitam accipiamus, &

quan

Ioan. 6.
32.

Ioan. 6.
48. &
51.

*Meritò
panis
vuius
nuncupa-
tur.*

Psal. 103. 16.

quanta fiducia accedere debemus, vt ea nutriamur, & confirmemur.

5. In pane non tantum quæritur salubritas, verum & dulcedo, ac suauitas. Quis autem poterit huius cœlestis panis suauitatem, aut mente concipere, aut lingua plusquam Angelica parturire. In cibis corporalibus nihil melle dulcius, propterea (vt scilicet eius dulcedinem vtcumque intelligamus) comparatur melli. *Cibauit eos ex adipe frumenti*, ait Dauid, & *de petra, melle saturauit eos*. Est hic panis frumenti adeps, quia est omnium panum purissimus, ac perfectissimus, quo omnis Christi puritas, & perfectio continetur. Est mel eductum de petra. De petra, inquam, illa, de qua dixit Paulus: *Petra autem erat Christus*, quoniam ab illo omnis animarum consolatio procedit. Iam hinc multo melius impletur ænigma Samsonis: *De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo*. Panis hic panis est comedens, vt enim diximus, non in comedentem couertitur, sed magis ipsum in se couertit. Est panis fortis, *frumentum electorum*, id est, robustorum, quo electi pasti suos aduersarios prosternunt. In illo pane subcineritio signatus, qui in castra Madian descendit, cumque peruenisset ad tabernaculum, percussit illud, atque subuertit, & terræ fuditus coæquauit, De quo dictum est: *Non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis*. De hoc autem comedete, & de hoc forti egressa est dulcedo. Sed qualis dulcedo? Certè tam magna, vt ad modum gladij acutissimi faciat nos à cordibus nostris omnes huius seculi dulcedines amputare. Certè talis, vt in ea Deus suam dulcedinem, & erga nos amorem ostendat. *Substantia enim hac tua, Domine, dulcedinem*

In eo suauitas cœlestis salubritate coniuncta.

Psal. 80.
17.

1. Cor.
10. 4.

Iudic.
14. 14.

Zachar.
9. 17.

Iudicium
7. 14.

Sapient.
16. 21.

tuam, quam in filios habes, ostendebat. Hanc huius panis dulcedinem, ô anima, si tu non sentis, signum est languoris, & palati spiritualis affectibus inordinatis infecti, purga teipsam per mortificationem, vt eam percipere merearis.

Humilitatem, & charitatem suam, supra modum in hoc mysterio Christus manifestat.

Psalm. 21. 7.

6. In mysterio huius panis Christus Dominus suam humilitatem, & charitatem supra modum manifestat. Humilitatem quidem; nam qui se antea hominem fecit, nunc se facit hominis panem. Quanto autem maior est panis, quàm hominis vilitas, tanto maior videtur in mysterio Eucharistiæ, quàm in mysterio incarnationis humilitas. Dixit Christus, vt humilitatem assumptæ humanitatis ostenderet: *Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Sed panis vilior est quocumque vermiculo, cùm iste viuat, & ille non viuat. Dicat igitur nunc: *Ego sum panis, & non homo, quia iam non tantum, sicut homo, flagellis cæditur, sed sicut panis nullius pretij, à malis sacerdotibus sumptus, quasi impurissimis canibus deuorandus, proiicitur.* Charitatem verò mirificè ostendit, quia ad modum panis in viscera nostra intrare, & nobiscum vniri non horret. *Panes illi propositionis, qui ponebantur in conspectu Domini, erant panes calidi.* Hunc autem panem significabant præ nimia charitate ita calidum, & ardentem, vt vel ipsam gelu cordium nostrorum valeat accendere. Tu ad mysterium tantæ humilitatis, & charitatis, humilis, ac feruidus curabis accedere.

1. Reg. 21. 6.

Panis hic sine labore comparatur.

7. Illud postremum de hoc pane meditemur, quòd sine vilo labore nostro eo abundamus. In materiali pane maledicti sumus, & audiuimus:

In labore comedes ex eâ, scilicet ex terra, cunctis diebus vite tue. In sudore vultus tui vesceris pane, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es. In hoc autem spiritali pane sumus benedicti. Nam benedictio illius, qui præfiguratus fuerat in Isaac, in Ecclesia impleta est: *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terra abundantiam frumenti, & vini.* Christus enim qui est dator, & donum, cum sit Deus, & homo, de rore cœli, ac de sinu Patris, & de pinguedine terræ, id est, de B. Virginis ventre, processit. Hunc ergo panem sine labore manducamus, de quo multo verius, quàm de manna dici potest: *Pro quibus Angelorum esca nutritiisti populum tuum, & paratum panem de cœlo præstitiisti eis sine labore.* In hoc namque pane colligendo populus nonnihil laborabat; hunc autem panem, ô frater, sacerdos sine labore consecrat, & tu sine labore ex eius manu recipis, & quod non laborasti, manducas. Et sicut Deus omnia sine vlllo labore solo imperio creauit, ita sacerdotibus, vt solo verbo hæc mysteriaificentiant, largè concessit. Non laboras tu, dum comedis; at laborauit, filius Dei, & pro te multa passus est, vt hac esca te dignum efficeret. Labora igitur, vt illi per omnem virtutem placeas, & te quotidie magis idoneum ad eum recipiendum efficias.

Genes. 3.17.

Genes. 27.28.

Sapient. 16.20.

Non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt.

Manna conuiuio conuiuium Eucharistia plurimum anteferat.

MEDITATIO VI.

I. Punctum. Christus sponsus Ecclesie
Cc 5 præ

præstantissimum panem corporis sui, & vinum sanguinis sui illi ad conuiuium reseruauit. Quod conuiuium quantis partibus stupendum illud mannae conuiuium excellat, quo Israëlita in deserto refecti sunt, his paucis verbis explicatur. Aliqua ergo excellentiæ huius sacramenti supra manna consideranda sunt, vt ad gratiarum

1. *Quis
mortem
anima
tollit, tri-
bitque
vitam
æternam.*

actionem incitemur. Ac prima sit, quam ipse Dominus expressè docuit, quòd manna vitam quidem naturalem, sicut & alia alimenta ad breue tempus conseruabat, non autem mortem arcebat. Vnde omnes quotquot illud manducauerunt, mortui tandem sunt. Vitam etiam animæ nullo modo dabat, & in omnibus tum bonis, tum malis eundem effectum nutriendi habebat. Panis autem iste cœlestis, licet mortem naturalem non ableget, (nec enim expediebat, vt in tantis miseriis semper viueremus, imò potius, vt in aliam vitam immortalem, & nullis malis obnoxiam transferremur) at mortem spirituales animæ tollit, & in vitam æternam tum corporis, tum animi (quã in cœlis possidebimus) mittit. Eo nunc spiritualiter per gratiã viuimus.

Ioan. 6.
55.

Nam *qui manducat, ait, meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.* Habet, inquam, nunc per gratiam, & illam vitam veluti in semine. Eo etiam postea per gloriam viuemus. Quare subdit Dominus: *Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Spes transibit in rem, & per virtutem huius sacramenti dignè accepti resurgemus, & seruo æternæ gloriæ donabimur.

*Quatuor
alia ex-
cellentia.*

2. In multis etiam aliis hic cœlestis panis manna post se relinquit. Hoc enim est creatura;

noter

noter
Chr
sine
de
dit.
ram
iecta
vt no
mus
rum
nem,
Hic v
sed ip
enim
xit :
auter
audia
Quor
tes en
cratic
tus ef
sed ex
fereba
potus
nus,
suum
tando
cor ce
charit
3.
videba
Nam o
quasi s

noſter autem panis eſt creator. Quoniam eſt ipſe
 Chriſtus filius Dei, *per quem omnia facta ſunt*, & Ioan. 1.
ſine ipſo factum eſt nihil. Manna de cœlo, id eſt, 3.
 de regione aëris, deſcendit, & in terram ceci-
 dit. Chriſtus autem de ſinu Patris venit, & in ter-
 ram illam benediſtam, & nulli malediſtioni ſub-
 iectam, nempe in vterum Virginis, ſuſceptus eſt,
 vt nos, qui à iure ingrediendi in cœlum cecidi-
 mus, ad cœleſtia reuocaret. Ille cibus Angelo-
 rum manibus, aut poteſtate fuit præparatus. *Pa-* Pſal. 77.
nem, inquit Dauid, *Angelorum manducauit homo.* 25.

Hic verò panis non hominis, vt cauſæ præcipuæ,
 ſed ipſius filij Dei eſt poteſtate confectus. *Ipſe* I. Cor.
enim accepit panem, & gratias agens fregit, & di- II. 24.
xit: Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum. Si
 autem volumus etiam Angelorum miniſterium,
 audiamus Malachiam de ſacerdote dicentem:

Quoniam Angelus Domini exercituum eſt. Sacerdo- Malach.
 tes ergo, vt iſtrumenta Dei, per verba conſe- 2.7.

crationis hunc panem conficiunt. Iſrâëlitis da-
 tus eſt cœleſtis panis, non tamen cœleſtis potus,
 ſed ex aqua bibebant, quam deſertum illud pro-
 ferebat, aut petra fundebat. At nobis datur etiam
 potus de cœlo deſcendens. Ipſe namque Domi-
 nus, qui panem conſecrauit, vinum quoque in
 ſuum ſanguinem conuertit, & è cœlis ad nos po-
 tandos demittit. Enitamur nos hoc pane cœli
 cor cœleſte habere, & per nos ipſos operibus
 charitatis intendere.

3. Sapor illius mannae ex tribus coaleſcere
 videbatur, ex pane nimirum, oleo, & melle.
 Nam de eo quodam loco ſic legimus: *Guſtus eius*
quasi ſimilis cum melle. Et alio loco: *Colligebat*
populus

*Vi panis
 roborat,
 medetur,
 vt oleum,
 ceu mel
 guſtū ex-
 hibet.*

Exod.
 16. 31.
 Numer.
 11. 7.

412 *De vita religiosè instituenda,*
populus faciens ex eo tortulas quasi panis oleati. Vt
 panis corpora reficiebat, vt oleum sanabat, vt
 mel ducedinem præbebat. Sed in his etiam panis
 noster cœlestis mannae præstat. Vt panis men-
 tem reficit, & ad omne bonum robustam facit.
 Nónne *Elias* in fortitudine panis illius, quem
 ab Angelo accepit, *ambulauit quadraginta diebus,*
& quadraginta noctibus vsque ad montem Dei Ho-
reb? Quid faciet anima ab ipso filio Dei hunc
 panem, in quo ipse continetur, accipiens? An-
 non robustam se sentiet, vt ad montem perfe-
 ctionis ascendat, & illic vultum omnibus terre-
 nis operiat, & Deum luce contemplationis aspi-
 ciat? Habet hic panis gustum olei, de quo scri-
 ptum est: *Oleum effusum nomen tuum.* Et: *Afru-*
tu huius frumenti, & vini & olei omnes fideles
multiplicati sunt. Sic autem languores nostros
 sanat, & vsque ad minimas inualetudines sua
 virtute remouet. Habet gustum mellis, propter
 consolationem, quam affert. Verè *pinguis panis*
 Christi *præbens delicias regibus,* illis videlicet,
 qui se virga mortificationis regunt, & huius sæ-
 culi delectationes contemnunt. Postulabis, vt
 te roboret, & sanet, & ad gustandam suam in-
 dicibilem suauitatem præparet.

3 Reg.
19.8.

Cant. 1.
2.
Psal. 4.8.

Genes.
40.29.

Manna
omnium
ciborum
sapores
contine-
bat.
 Sapien.
16.20.

4. Præter hunc triplicem mannae saporem,
 communicabat illi Dominus ad leuamen, & iu-
 cunditatem iustorum sapores omnium ciborum.
 In libro enim sapientiæ legimus: *Paratum panem*
de caelo præstitisti illis sine labore, omne delectamen-
tum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Et
 postea: *substantia tua* (quo nomine intelligit
 ipsum manna) *erat deseruiens ad uniuersiusque*
voluntas

volu-
tur.
lesti-
por-
ftus
obe-
virtu-
sapo-
Hin-
nobis
non p-
oculu-
pani-
uulu-
volu-
ut ac-
Do-
delic-
tuus
fidei-
voco-
eade-
min-
amb-
que a-

5.
est,
nis,
nire
Isra-
veni-
sue:
frug-

voluntatem, & ad quod quisque volebat, conuertebatur. Sed quanto melius & veriùs panis hic celestis Eucharistiæ omnem habet cunctorum saporum suauitatem. Si humilitatem cupis, Christus habet gustum humilitatis: si obedientiam, obedientiæ: si charitatis, aut cuiuslibet alterius virtutis desiderio teneris, in hoc pane reperis saporem, & efficaciam cuiuscunque virtutis. Hinc intelliges, ô homo, illud Isaia: *Et dabit nobis Dominus panem arctum, & aquam breuem: & non faciet auolare à te ultra doctorem tuum: & erunt oculi tui videntes preceptorem tuum.* Hic est enim panis arctus, qui, licet specie oculis obiecta paruulus sit, totum tamen Christum, & omnem voluptatem comprehendit. Vinum autem est velut aqua breuis, quod in tanta exiguitate omnem Domini sanguinem, & vniuersorum liquorum delicias continet. Iam non auolabit à te doctor tuus, sed vsque ad finem tecum manebit, oculis fidei illum vides, & auribus mutam quamdam vocem, sed validissimam eius audis. Nam hæc eadem exiguitas sacramenti, & absconso Domini clamat: *Hæc est via (nempe humilitatis) ambulata in ea, & non declinetis ad dexteram, neque ad sinistram.*

5. Manna soli Hebræorum populo datum est, & non in perpetuum, sed quadraginta annis, quoad vsque ad terram habitabilem peruenirent. Sic enim legimus in Exodo: *Filij autem Israël comederunt Man quadraginta annis, donec venirent ad terram habitabilem.* Et in libro Iosue: *Defecitque manna, postquam comederunt de frugibus terre.* Noster verò panis non vni tantum

Sed melius, & veriùs Christus.

Isai 30.
20.

Isai. 30.
21.

Illud ad breue tempus vni datum populo, iste cum his, & vsque ad finem sæculi.

Exod.
16. 35.
Iosue 5.
12.

tum populo, ſed omnibus populis, & gentibus Catholicam fidem ſuſcipientibus datur. In cuius figuram dicitur: *Exi in vias, & ſapes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.* Nec pro aliquo determinato tempore, ſed uſque ad finem ſæculi fidelibus proponitur. *Ecce*, inquit ipſe, qui eſt noſter panis, *ego vobiscum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi.* Et: *In omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.* Vt qui in omni loco, & omni tempore, cœleſti pane perfruimur, ſemper datorem, ac donum diligamus.

Luce 14.
23.

Matth.
28 20.
Malach.
1. 11.

*Cibus ille
vacuus,
hic plenif-
ſimus.*
Num.
21. 5.

6. Panis ille Hebræorum ab ingratis Iſraëlitis leuis, ſeu vacuus vocabatur. Dicebat enim: *Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo.* Vel vt Septuaginta legunt: *Anima noſtra grauata eſt in pane vacuo hoc.* Cibus leuiſſimus, quia perinde ac alij cibi corporei ſola corpora reficiebat, neque ad animas paſcendas tranſibat. Panis vacuus, quia mentem ſanctitate non decorabat. De omnibus enim umbris veteris legis dictum eſt; *quia non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem.* Panis verò noſter eſt ſubſtantialis, & plenus. Nam, licet ſecundum proprietatem naturalem, & ſenſibilem leuis ſit, quoniam ſicut Chriſtus in ſacramento non commenſuratur loco, & eſt ad modum ſubſtantię ſpiritualis, ita nos nullo pondere grauatur. At ſecundum veritatem eſt ſatis grauis. Eſt namque panis verus, cuius manna fuit umbra, atque figura. Vnde Dominus ait: *Non Moyses dedit vobis panem de cælo, ſed Pater meus dat vobis panem de cælo verum.* Eſt panis totum corpus Chriſti

Hebræ.
9. 9.

Ioan. 6.
32.

Christi continens : qui cum sit verus Deus , de eo intelligitur illud Iob : *Semper enim quasi tumebat super me fluctus timui Deum , & pondus eius ferre non potui.* Est panis plenus gratiarum , & donorum , quem qui dignè comedit , calcat fauuum consolationum terrenarum , & sensibilia omnia pro nihilo ducit.

7. Terram in quam casurum erat Man , rore Dominus præparauit. *Manè quoque ros iacuit per circuitum castrorum. Cùmque operuisset superficiem terra , apparuit in solitudine minutum , &c.* Imò & ipsum Man alio rore cooperuit. Nam vbi nos legimus : *Cùmque descenderet super castra ros , descendebat pariter & Man.* Aliqui Hebræorum ita interpretantur , vt super ipsum Man pruina descenderet , & quasi illud ad maiorem munditiem contegetet. Quidquid autem sit de hoc , certè Dominus perfectiori rore ad excipiendam Eucharistiam animam præparat. Nam præcipit , vt se diiudicet , & examinet , & pura , ac gratia vestita ad manducandum accedat. Quin & vult , vt post sumptionem huius cœlestis panis ipsa anima non quidem per pruinam tepiditatis frigat , sed charitatis affectibus incalescat. Non ergo manducamus hunc panem sicut antiqui manducauerunt manna : quia hi cibum corporalem , & ad vitam mortalem sustentandam comederunt , nos verò sub speciebus corporalibus panem spiritalem manducamus , vt per virtutem eius in æternum viuamus , vt in sequenti meditatione dicemus.

Iob ; 1.
23.

TERRAM
Dominus
casuro
Man ro-
re præpa-
rabat.
Exod.
16 13.
Numer.
11 9.
Vide A-
bulensè
ibid. q.
18.
Perfectio-
ri rore ex-
cipiendo
Christo
anima
præpara-
tur.

Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

MEDITATIO VII.

Euchari- I. Punctum. Nobis manducantibus panem
stia vita hunc cœlestem vita cœlestis, & æterna promissa
pignus est, & in pignus illius, ipse author, ac dator hu-
æterna. ius vitæ nobis pignus datur. Vita æterna tanta
 res est, vt timeri posset, quòd vilis homuncio
 eam sibi dandam fore non crederet. Dixerat Do-
 minus Gedeoni: *Ego ero tecum, & percuties Ma-*
16.17. *diam quasi virum vnum.* Hic verò quid? *Si in-*
ueni, inquit, *gratiam coram te, da mihi signum,*
quòd tu sis, qui loqueris ad me. Sic homo tam exi-
 miam promissionem æternæ vitæ sibi fieri au-
 diens, poterat dicere: Da mihi signum, quòd tu
 sis, qui loqueris, cuius verba præterire non pos-
 sunt. Datur ergo illi signum, & pignus, quòd non
 minus est, quam ipsa gloria promissa. Accipit
 enim ipsum filium Dei speciebus panis conte-
 ctum in pignus, quod in æternum viuet, & Deum
 non iam obuclatum, sed reuelata facie posside-
 bit. Dat nobis Pater æternus hoc pignus: &
 sicut reges ad certitudinem initæ pacis, aut de-
 biti magni soluendi, solent dare obsidem filium
 hæredem regni, ita Deus dat nobis in hoc sacra-
 mento proprium filium æqualem sibi in pignus
 æternæ hæreditatis. *Si autem filium tradidit, quo-*
Rom. 8. *modo non etiam cum illo omnia nobis donabit.* Filius
32. quoque ipse se dat in pignus, & ait: *Accipite, &*
comedite: Hoc est corpus meum. Dat etiam Spiritus
 sanctus, qui cū sit amor immensus, sollicitauit cor
 Patris, & filij, vt nos hac esca saginaret. Et cū
 sit primum, ac principale donum, se dat nobis per
 gratiam,

gratiam, & habitat in nobis, vt dignè Dominum in cordibus nostris excipiamus, & panem cœlestem manducemus.

2. In signum præterea, quòd dignè manducantes hunc panem in æternum viuemus, ipse panis ea operatur in nobis, quæ ad vitã æternã obtinendam cõferunt. Hæc sunt remissio præteritorum peccatorum, præseruatio, ac cautio futurorum, & finalis perseuerantia in gratia. Per panem autem istum cœlestem peccatorum remissio per sacramētum pœnitentiæ habita confirmatur, Christo in signum remissionis, & fœderis nos ad suam mensam inuitante. Robur etiam ad reprimendas passiones, & vincendas tentationes, & pericula lapsuum fugienda conceditur, ipso duce fortissimo, qui fortem armatum debellauit, in sinum nostrum ingrediente. Gratia demum stabilis, & perseuerans efficitur, cibo isto cœlesti gratiæ, & sanctitatis effectore nostra viscera occupante. Ex anima Domini in animam nostram gloria, & ex corpore Domini in corpus nostrum immortalitas dimanabit. Cuius gloriæ, & cuius immortalitatis arrham nunquam à nobis auferendam accipimus, cum vnione ad Christum, & gratia, ac charitate ab eo procedente, & Spiritus sancti obtentione ditamur.

3. Vita æterna veluti conuiuium est, in quo beati visione Dei, & humanitatis eius saturantur, & omnes sinus, ac recessus desideriorum ipsorum implentur. De quo Isaias: *Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium videmæ.* In hoc cõuiuio

1. Alvarez. de vita rel. D d Chri

Peccatorum remissionem, futurorum cautionem, & perseuerantiam in gratia causat.

Est conuiuij cœlestis apparatus. Isai. 25. 6.

Chriſtus ipſe miniſtrat: *Amen dico vobis, quòd præcinget ſe Dominus, & faciet illos, ſcilicet vigilantes, diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* Pro apparatu ergo ad hoc conuiuium, in hac vita conuiuium nobis corporis, & ſanguinis ſui fecit, in quo idem cibus nobis offertur, quem tunc ſumus manducaturî (nimirum diuinitas eius, & humanitas) non diſcoopertus, ſed ſpeciebus panis, & vini obuelatus. Ibi præcinget ſe, quia eum non comprehendemus, ſed iuxta menſuram meritorum poſſidebimus: hîc etiam ſe præcingit, cùm totum illum ſub modica panis particula manducamus. Ibi ipſe miniſtrabit, quia ipſe, & non aliqua creatura, nos beabit: hîc etiam miniſtrat, quia non alius, quàm ipſe, nos ſatiat. Diſcamus ipſi in omnibus miniſtrare, & pro amore illius nos abnegatione præcingere.

Apocal.
22.2.

*Lignum
vitæ fru-
ctus affe-
rens duo-
decim.*

4. Vidit Ioannes *lignum vitæ in medio plateæ ciuitatis Eccleſiæ, & ex vtraque parte fluminis gratiæ per plateam decurrentis plantatum, quod afferebat fructus duodecim, per ſingulos meſes reddens fructum ſuum, & folia ligni ad ſanitatẽ gentium.* Lignum hoc vitæ Chriſtum in ſacramento ſignificat. Eſt in medio plateæ ciuitatis, quoniam inter omnia ſacramenta præcipuum locum obtinet. Et ex vtraque parte fluminis gratiæ, quia non tantùm præſentes, verùm præteritos refecit, & futuros reficiet. Fert fructus duodecim, quia ad opera illorum fructuum excitat, de quibus Paulus: *Fructus autem ſpiritus, eſt*

Galat.
5.22.

charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas.

caſtitas
niam
dis n
aut
temu
corp
hic c
vitæ

ſ.
ſpaci
taten
dixit
dicim
mæ, &
lat. I
vitæ,
tribu
virtu
nis h
ex di
næ vi
nô fa
vt me
bus in
in ha
rû pr
vitan
mo, p
terna
6.
men
ponat
lius, r
mi O

castitas. Folia eius ad sanitatem gentium, quoniam verba vitæ habet, quibus in abdito cordis nos docet. Ex hoc ligno vitæ comedimus, aut totum illud voramus, vt vitæ æternæ spe lætemur. Quilibet enim cibus effectum facit in corpore secundum exigentiam qualitatis suæ; hic corpora calefacit, ille refrigerat. Cibus ergo vitæ quid faciet in nobis, nisi vitā cōmunicare?

5. Pharmaca non statim, sed certo temporis spacio integram in corpora morbida incolumitatem inducunt; panis autem iste cœlestis, vt iam diximus, non solum ad refectiōnem, sed ad medicinam est, vt scilicet vtramque mortem, animæ, & corporis, quam Adæ peccatū attulit, pellat. Ergo præstituto à Deo tempore vtramque vitā, immortalē, ac gloriosam, animæ, & corpori tribuet. Et quidem medicamenta ex limitatione virtutis effectū mox habere non possunt. At panis hic, qui filium Dei infinitæ virtutis cōtinet, ex dispositione diuinæ volūtatis effectum æternæ vitæ vsque ad discessum ex hac mortalitate nō facit. Oportet enim, vt nūc viatores simus, & vt meritis ex gratia, & libero arbitrio procedētib; in omni sanctitate crescāmus. Ideo panis iste in hac vita ad augmentum sanctitatis, & meritōrū proficit; in alia verò vita in corpus, & animā vitam æternam inducet. Accipe ergo nūc, o homo, pharmacum immortalitatis, & vt à malo æternæ mortis eripiaris, & vitam æternā accipias.

6. Christus in Scripturis sanctis non semel semen vocatus est. Illud enim Genesis: *Inimicitias ponam inter te, & mulierē, & semen tuum, & semen illius,* multi ex Patribus de Maria Virgine, & Chri-

Pharmaca-
cum im-
mortalitatis.

Semen,
quod in-
peccatō se-
ritur, vt
fructum
vita pro-
ferat.
Genes.
8. 15.

Aug. 11. sto interpretati sunt. Et ad David dictum est:
 de ciuit. *Iuravi David seruo meo, usque in aeternum preparabo*
 cap. 36. *semen tuum.* in quo semine Augustinus Christum
 Ruper. intelligit. Paulus quoque sic intellexit illud Isa-
 in Gen. iæ: *Nisi Dominus Sabaorb reliquisset nobis semen, sic-*
 lib. 5. *ut Sodoma facti essemus.* Et alio loco clariùs: *Abra-*
 cap. 19. *ha dicta sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, in*
 Psal. 38. *seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno: Et semini*
 5. *tuo, qui est Christus.* Hoc beatum semen, cui bene-
 Roman. 9. 29. dixit Dominus, cum dignè Euchariistiam sumis,
 Isai. 1. 9. in pectore tuo seritur, vt suo tempore in teipso
 Galat. 3. 16. fructus viæ æternæ proferatur. Sicut enim se-
 men non statim ac terræ mandatur, sed tempore à natura præstituto; in arborem crescit, & folia, flores, ac fructus emittit: ita hoc sacramentum, quod Irenæus vocauit semen vitæ æternæ, post hanc vitam nos in vitam æternam adducet. Id tu, ista considerans, sperabis, & pro hac spe immensas gratias ages.

Libro 4.

Immortalitatem tandem condonabit.

Philip. 3. 21.
 Matth. 24. 28.

7. Membra Domini sumus per fidem, & gratiam, sed per acceptionem debitam huius sacramenti, ipsi Domino intimiùs copulamur. Iure ergo illi sic accepto immortalitas nostra tribuitur. Et veniet tempus, cum in præmium etiam acceptæ Euchariistiae *reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Vbi fuerit corpus, ait, ibi congregabuntur & aquila.* Ipse corporis seu cadaueris similitudine signatus est, quia in hoc sacramento fileat, & se, vt corpus inanime, tractari permittit. Nos aquilæ sumus, cum ad eum quasi ad escam, conuolamus. In regno igitur eius ad ipsum congregabimur, & immortales, ac beati facti, cū illo in æternū manebimus.

O igi

O igitur Domine Iesu Christe, qui parum tibi visum est, quòd esses per assumptionem carnis frater meus, nisi etiam fieres in Eucharistia panis meus, adoro, & veneror te, nõ solum ad dexteram Patris sedentem, sed & in hoc viuifico sacramento manentem. Gratias ago tibi, quia me ad te suscipiendum vocas, & ad mensam dilectissimorum filiorum inuitas. Auge fidem, qua transcurfis his, quæ sensus percipiunt, te in hostia, & calice latentem cognoscam, ac ibi te esse firmissimè credam. Erige spem, vt per te omnia ad salutem æternam necessaria, ac ipsam salutem emenso huius vitæ itinere me adepturum esse confidam. Perfice charitatem, qua te super omnia diligã, & pro amore tuo vniuersa visibilia contempnam. Accedam ad te sancto timore pavidus, reuerentiã præditus, amore feruidus, attentione collectus, fame, & siti tui ad accedendum incitatus, vt fructus huius venerabilis sacramenti percipiam. Amen.

*Oratio ad
Christũ.*

Aliquid ergo eorum, quæ diximus, ô frater, poteris ante communionem meditari, vt post matutinam orationem deuotiùs ad suscipiendũ Dominum possis accedere. Quem quò magis præparatus veneris, magis suauem, & erga te liberalem experieris.

C A P V T IX.

De ipso opere sumptionis Eucharistia.

DICTVM est de præparatione ad communionem; nunc de ipsa communionem, siue

*Missæ, in
cuius fine
Euchari-
stia susci-
pienda,
semper
adstãdũ.*

sumptione Eucharistiæ aliquid dicendum est. Cùm primùm ad finiendam orationem matutinam signum audiueris, ad Ecclesiam perges, & Missam, cui omnes fratres in commune assistunt, auditorus accedes. Postea, inquis, alteri Missæ ministraturus sum. Nihil refert. Fructu auditio- nis illius Missæ, in qua communicaturus es, & maiori hac preparatione te nõ priuabis. Absur- dum enim mihi visum est semper, & minoris feruoris indicium, hoc tempore in cella mane- re, aut in horto, vel in atrio deambulare, aut ali- cui occupationi intendere, quæ in aliud tempus posset remitti. Pauperes ad ianuam diuitis elee- mosynam erogaturi tempestinè accedunt, & si- mul tempus erogationis expectant, nec quisquã tam stultus est, vt velit in ipso momento, quo aliquid est accepturus, venire. [Nos autem men- dici Dei sumus, vt verbis Augustini vtar, ante ia- nuam magni patrisfamilias stamus, imò & pro- sternimur supplices, ingemiscimus aliquid vo- lentes accipere, & ipsum aliquid ipse Deus est.] Cùm autem hoc ita sit, tu æquum putabis fratri- bus tuis deuotè expectantibus, & Domino, qui omnia nouit, astantibus, extrà manere, & ad ip- sum punctum sumptionis Eucharistiæ te illis associare. Hoc saltem ab inurbanitate, & nimia rusticitate excusari non potest.

Ser. 15.
de verb.
Domini,
cap. 2.

*De deuotius au-
dienda,
quo nobi-
lius donũ
expo. ta-
sur.
Lib. 1.*

Eam ergo Missam eo attentius, & quietius audies, quo excellẽtius est donum corporis Do- minij à te in fine eius accipiendum. Quæ in aliis Missis quotidie exequeris, de quibus supra dixi- mus, in hac sollicitius exequeris, Dominumque rogabis, vt te participatione sui sanctissimi cor- poris

poris
tuos,
doqu
clina
orner
desce
Rege
iustus
vt cu
poter
torem
tuus
lignis
vestiu
ego p
gis, ac
pore
tissim
septe
& oc
uit, m
deris
præp
lix, c
domi
pend
mel c
illi ac
quã
temp
rarò
ne pu
nimo

potis dignum efficiat. Dic illi: *Domine inclina caelos tuos, & descende: range montes, & fumigabunt.* [Quādoquidem ad me nunc venturus es Domine, inclina dona caelestia tua, quibus meam animam ornem, ut sic ad domum præparatam, & ornatā descendas. Quis enim sum ego, ut possim me ad Regem regum excipiendum ornare? Ecce Noë vir iustus in arcæ fabrica centum annis laboravit, ut cum paucis saluaretur, & ego quomodo me potero vna hora præparare, ut mundi fabricatorem cum reuerentia sumam? Moyses famulus tuus, magnus specialis amicus tuus, arcam ex lignis imputribilibus fecit, quam & mundissimo vestiuit auro, ut tabulas legis in eis reponeret: & ego putrida creatura audebo te conditorem legis, ac vitæ datorem tam facile suscipere in corpore meo peccatis subdito? Salomon, sapientissimus regum Israel, magnificum templum septem annis in laudem nominis tui ædificauit, & octo diebus festum dedicationis eius celebrauit, mille hostias pacificas obtulit, & arcam fœderis clangore buccinæ, & iubilo in locum sibi præparatum, solemniter collocauit; & ego infelix, & pauperrimus hominum quomodo te in domum meam introducam, qui vix vnā expendere deuotè noui horam, & vtinam vel semel dignè ferè mediam! O mi Deus, quantum illi ad placendum tibi agere studuerunt? Heu, quàm pusillū est, quod ago, quàm breue expleo tempus, cum me ad communicandum dispono, rarè totus collectus, rarissimè ab omni distractio, ne purgatus.] In his, aut aliis similibus verbis, animo dictis, & piis affectionibus tēpore, quo sa-

Psal.
143 §.
Quid dicendum.

Thom à
Campis,
lib. de Sa-
cram. al-
taris.
cap. I.

cerdos submissè loquitur, poteris occupari.

Matth.

25.

Ad communicandum accedens, a se ipso, & munibus omnibus aebet exire.

Cùm iam ad communicandum accedis, puta dictum esse tibi: *Ecce sponsus venit, exite obviam ei:* & vt illum excipias, quasi à te ipso egredere, ac te, & omnia visibilia derelinque. Disce absque discursibus aspicere filium Dei, nunc quidem vt Dominum maiestatis, dicitòque illi: *Et vnde hoc mihi, vt veniat Dominus meus ad me?* Nunc verò, vt cumulum omnium bonorum, & dices: *Tu Deus meus, & omnia, extra quem nihil ampliùs requiro.* Nunc tandem, vt solem iustitiæ gloria, & honore coronatum, & fortitudine, ac splendore vestitum. Audi ipsum dicentem tibi, & fratribus tuis: *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis. Relinquitte infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudentiæ.* Vel illud: *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite absque argèio, & absque vlla cõmutatione vinum & lac.*

Prou. 9.

5.

Isai 55.

1.

Vel illud: Comedite amici, & inebriamini charissimi. Vel denique illud: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã vos.* Curabis etiam interdù fragrantiam huius sanctissimi holocausti percipere, quod offertur Patri in odorè suauitatis, aut dulcedinè eius palato cordis gustare: aut cum ad vitam, ad salutem, & ad lætitiã amplecti. His affectibus tactus, & totus in te collectus de manu sacerdotis panem cœlestem accipies.

Cant. 5.

1.

Matth.

11.28.

Si ad susceptionem ergo huius diuini sacramenti curam bene, sanctèque viuendi adieceris, si tribus te diebus ante communicationem disposueris, si ipso cõmunionis die oratione, gemitu, & corporis afflictatione, sanctis que desideris

Si debita processerit praparratio, mirè suscipientis virtute: augetur.

riis

riis paraueris, & cum hac attentione, ac deuotione ad Christum accesseris, mirum in modum per virtutem cibi huius in perfectione omnium virtutum augeberis. Pascet te Dominus, gaudio te spiritali reficiens, & pasces Dominum tuam cum deuotione, & compunctione quasi lætitia perfundens. Eris in Domino, tanquam in turri firmissima, ne illidaris, & erit in te Dominus suã tibi puritatem impertiens. Ita efficieris vnum quid cum eo, & implebitur illud, quod tu in Christo, & Christus in te est, & tu manducabis illum, & ipse manducabit te; quod sanè, qua ratione intelligendum sit, pulchrè prosequitur Bernardus, cuius verba non debeo prætermittere.

[Nolite mirari hoc, & manducat nos, & manducatur à nobis, quò arctiùs illi astringamur. Non sanè aliàs perfectè vnimur illi. Nam si manduco, & non manducor, videbitur in me esse ille, sed nondum in illo ego. Quòd si manducor quidem, nec manduco, me in se habere ille, sed non etiam in me esse videbitur. Nec enim perfecta vnitio in vno quouis horum. Si enim manducet me, vt habeat me in se: & à me vicissim manducetur, vt sit in me, quatenus integra, firmaque sit connexio, cum ego in eo, & nihilominus in me ipse erit. Vis tibi per simile ostendam, quòd dicitur? Attolle oculos nunc in quandam sublimiorem quidem rerum conuenientiam, similem tamen huic. Si ipse sponsus in Patre ita esset, vt non tamen in ipso Pater, aut ita Pater in ipso esset, vt non esset ipse in Patre: audeo dicere, & ipsorum citra perfectum vnitas remaneret, si

Serm.
71. in
Cant.
Christi
in homi-
ne, & ho-
minem in
Christo
esse, quo-
modo ex-
plicet Ber-
nardus.

tamen iam vnitas esset. Nunc verò cum & ipse in Patre, & Pater in ipso sit, non est, quo claudicet vnitas, sed verè, perfectèque vnum sunt ipse, & Pater. Sic igitur anima, cui adhærere Deo bonum est, non ante se existimet ipsi perfectè vnità, nisi cum & ipsum in se, & se in illo manentem persenserit. Non quia vel tunc vnum dicitur cum Deo, sicut vnum sunt Pater, & filius, quamuis qui adhæret Deo, vnus spiritus est. Legi hoc, sed illud non legi. Non dico de me, qui nihil sum, sed planè nemo, nisi demens, siue de terra, siue de cælo, vsurpabit sibi illam vnigeniti vocem: Ego & Pater vnum sumus. Et tamen ego, licet puluis, & cinis, fretus quidem Scripturæ autoritate, minimè istud dicere verear, quia vnus cum Deo spiritus sum: si vnquam tamen certis fuero persuasus experimentis, Deo me adhærere instar vnus illorū, qui in charitate manent, ac per hoc in Deo manent, & Deus in eis, manducantes Deum, & manducati à Deo. Nam de tali adhæsione puto dictum: Qui adhæret Deo, vnus spiritus est.] Hæc ille. Id ergo per hanc dignam, & non segniter factam manducationem cōsequimur, vt cum redemptore nostro vnus spiritus efficiamur. Tribuit nobis ille proprietates suas, & participationem suæ puritatis, sicut ignis splendorem, & calorem communicat ferro, aut sol lucem aëri, vt pulchræ, & perfectæ eius imagines simus, & eius vitam in nobis imitemur.

*Quod hæc
esca sus-
cepta cō-
sequi-
mur.*

*Quid fa-
ciat sen-
sibili in
hec carēs
deuotio-
ne.*

Si autem his omnibus à te præstitis nullam sensibilem deuotionem sentias, sed mentis ariditatem, & desolationē experiaris, noli tristari, sed

sed diuinæ re voluntati conforma. Fructus enim huius sacramenti non est tantum deuotio sensibilis, sed deuotio essentialis, & ad omnia bona promptitudo, & morum nostrorum emendatio, sensibili consolatione multo sublimior. Hac autem dignè accedens, nullo modo carebis. Ad quam rem optimè scribit Laurentius Iustinianus: [Nemo autem seruorum Dei ab hoc prorsus se subtrahat sacramento, quamuis actualis desit deuotio, nec quisquam eo priuetur. Diuersimodè etenim operatur Dei sapientia in sibi famulantibus effectus gratiarum suarum, nullique fas est, iudiciorum Dei arcana rimari. Incomprehensibilia namque sunt, & intellectui inaccessibilia humano. Propterea non debet à sancto Domini cõuiuio repelli indeuotus iustè viuens, virtuosè conuersans, humiliter se agnoscens, purè confitens, & reuerenter accedens. Talis quippe insensibiliter, ac spiritualiter hoc sacramento nutritur, & uiuit. Nam manna absconditum est, in se continens omnium spiritualium abundantiam deliciarum.] Cibi non semper sapiunt ex indispositione corporis, id verò tolerabile est, si corpus nutriunt. Ita cibus hic suauissimus interdum non sapit, etiam feruidis, & bene paratis ex dispensatione Dei, at semper eos nutrit. Si nõ consolationem propriam, sed Dei gloriam, & mentis profectum quæris, patienter, & resignato animo desolationem sustine, dummodo robur aduersus tentationes, & ad bene operandum, & maiorem puritatem accipias.

*Deuotio-
no essen-
tiali nul-
lus caret,
qua subli-
mior est.
De dis-
cipli-
monast.
cap. 19.*

*Cibus
Eucha-
ristia licet
nõ sapiat,
nutrit.*

CAPVT X.

De gratiis agendis post sumptionem
Eucharistia.

Agenda gratiarum defectus exiguitatem profectus inducit.

POST communionem per horam, aut saltem per semihoram, ad agendas pro tanto beneficio gratias te colliges, & communem hanc consuetudinem ab omnibus fratribus nostris inuolubiliter obseruatam non omittes. Nam Thomas à Campis non solum defectui dispositionis, sed etiam defectui gratiarum actionis exiguitatem nostri profectus ascribit. Eius verba sunt: [Timendum, quòd ideo multi fructum paruū accipiunt de mensa Christi, quia nec antea, nec postea sunt in sufficienti custodia sui, nec satis reuerenter præcogitant, quis est, qui venturus est, nec postea ruminant, quia hodie sanctus sanctorum est ingressus ad eos. Qui autem solliciti sunt præparare interiorem domum suam, & occurrere lætantur obuiam Christo, ipsi nouerūt, quid efficaciam, & suauitatis habeat hæc sacrosancta communio. In hoc agnoscitur vnius cuiusque deuotio, & amor ad Christum, secundum quod ingeniosè se aptare curauerit ad susceptionem eius.]

Christum hospitium in salutatum relinquere, valde indecorum.

Christum verum Deum, regem omnium potentissimum, nostrarum necessitatum prouisorum benignissimum, in domo cordis hospitem excepimus, & eum solum, & insalutatum relinquimus? Venit ipse, vt petitiones nostras exaudiat, miseriusque subueniat, & nihil ab eo postu-

labi

labimus, nullamque necessitatem aperiemus? Amantissime conclave mentis nostræ ingressus est, & nulla voce gratiarum actionis ei respōdebimus? Ne in tantam ingratitudinem incurras, & talem proficiēdi occasionem amittas, sede, vt altera Magdalena, ad pedes Domini, quem hospitē excepisti, audi attentē sermonem illius, si aliquid te docere dignetur. Alloquere illum, de hospitij vilitate, & nuditate confundere, de parua, & tepida dispositione veniam pete, vires tuas, & membra, ac talenta tua in eius obsequiam offer, miseras, & necessitates pande, virtutes exopta, ad earum adeptionem auxiliū implora, & multiuariis te exerce amoris affectibus. Si ita feceris, non patietur Dominus, vt sine magno fructu ab eius præsentia discedas, imò faciens faciet, & te donorum suorum copia replebit.

Ne tamen rem tam magni momenti sic generaliter delibatā prætereamus, volo tibi iuxta numerum meditationum, quem supra præscripsimus, septem gratiarum actiones assignare, distinctas ab illis, quæ sacerdotibus propositæ sunt, vt nunc vnā, nunc aliam assumas, & sic huic obligationi gratitudinis satisfacias. Hoc autem tempus post communionem non tam infumendum esset in discursibus, & meditationibus, quàm in sanctis affectibus. Cùm enim præsentem in sinu tuo habeas Dominum ma-

Tempus hoc non tam in discursibus, quàm in sanctis affectibus infumendum.

rem

rem ipsum, & donum laudare, nunc teipsum, nunc ipsum Dominum, quasi tui iuris iam factum, in compensationem offerre, nunc teipsum sacrificium, nunc holocaustum facere, nunc tandem teipsum Domino conformare. Licet autem hos affectus alibi exposuerimus, visum tamen est opportunum, hoc loco ad materiam communionis applicatos repetere, ne te ad aliam tractationem remittamus.

Lib. 4. de
inquis.
pac. &
stud. or.

*De affectu gratitudinis. Prima
gratiarum actio.*

*Christus
ut redē-
ptor in-
spiciēsus.*

1. Aspice intra teipsum, Christum redemptorem tuum, ut hominem Deum, & sicut vides aliquando solem nube vestitum, ita considera unigenitum filium Patris carne velatum. Et quemadmodum in nube vides claritatem Solis, ita in humanitate aspicias splendorem, & maiestatem deitatis. Et hoc modo in oratione semper Christum considerare assuesces.

*Quid cir-
ca illum
credendū.*

2. Firmiter credes, loquendo cum Domino, ipsum verè esse in pectore, ac in sinu tuo; profudè illum adorabis, & te illi cum magna reuerentia submittes. Fateberis, hunc aduentum eius ad te non fuisse necessitatem, quia omnia operatur liberè secundum consilium voluntatis suæ, non casum, quia nihil casu, aut fortuito agit; non lucri desiderium, quia Deus est, & nullius indiget, sed esse opus immensi amoris, qui illum incitauit, ut voluerit esse cibus tuus, & allexit, ut ad te honorandū, & perficiendum, & ditandū veniret.

*Tria Dei
attribu-
ta, de qui-
bus gau-
dendū.*

3. Voles, & impensè gaudebis, quòd tanta sit sapiētia Domini tui, qua talem cibū ad anima-
rum

rum salutem, & perfectionem efficiendam inuenit. Quòd tam immensa sit eius bonitas, quae se cibus noster fieri voluit. Quòd tam incòprehensibilis sit eius potestas, quae tam portentosam mutationem panis in corpus suum, & vini in sanguinem momento perfecit.

4. Voles, & impensè gaudebis, quòd tu, & omnis Ecclesia, tali bono fruatur, nò quidem sistendo in bono tuo, sed pro gloria eius, & quia sic placitum fuit ante illum.

5. Gratias ages Domino hoc beneficiù sigillatim còmemoràdo, quia nimirù seipsum sub speciebus creaturarù illarum abscondit, quòd manibus sacerdotis se tractari permisit, quòd ex illis ad te descendit, quòd tanta benignitate te audit, quòd anima sua animam tuam sanctificare, & corpore corpus tuum mundare, & viribus suis vires tuas ordinare constituit.

Hoc beneficium in gratiarù actione sigillatim commemoràdum.

6. Virginem, Angelos, & Sanctos omnes, magis, aut minùs in particulari, prout deuotio suggererit, ad agendas pro te gratias, inuitabis.

Inuitàdi sancti ad reditèdas gratias.

7. Congrua, & tibi necessaria petes, & nunc petitioni huius, nunc illius virtutis insistes. Ac tãdem ea septè, quæ suprà sacerdotibus ad petendum sunt proposita, postulabis. Hæc autè sunt. I. Auxilium efficax ad seruandum præceptum charitatis. II. Vt quidquid Deus diligit, diligas. III. Vt quidquid odit, odio habeas. IV. Vt omnibus virtutibus induaris. V. Vt corpus, & mentem tuam sui habitaculum dignum faciat. VI. Vt post hanc vitam ipsum Dominum, ac B. Virginem videas. VII. Vt in omnibus templis

Septem petenda.

Eccle

432 *De vita religioſè inſtituenda,*
Eccleſiæ à cunctis ſacerdotibus , & fidelibus de-
bitum honorem accipiat.

*De affectu laudis Dei. Secunda
gratiarum actio.*

*Aspicien-
dus Chri-
ſtus ut
Medicus.
Iſai. 53.*

4.

1. Aspicias Dominum in ſinu tuo , vt medi-
cum peritiſſimum animæ tuæ , qui , vt ei mede-
retur, *dolores tuos ipſe tulit*, vt ait Iſaias , & *languo-
res tuos ipſe portauit*. Vt eam pulchram faceret,
quaſi hominis aſpectum amiſit , & , vt in ſponſa
ſuæ dignitatem extolleret, fuit quaſi leproſus, &
percuſſus à Deo , & humiliatus. Vide in mani-
bus, & pedibus eius, & in capite, & latere copio-
ſos fontes ſacri cruoris , quem non tantum in
potum tuum profert , ſed & in balneum ad tui
emundationem, & in medicamentum ad tui ſani-
tatem effundit.

*Honoris
nomini-
bus com-
pellātur.
Exod.
34.6.*

2. Oculos intentos habens in hunc medi-
cum , ac Dominum tuum , eum honoris nomi-
nibus compellabis , præcipuè illis , quæ ſunt in
Exodo: *Dominator Domine, Deus, miſericors, & cle-
mens: patiens, & multa miſerationis, ac verax, qui cu-
ſtodis miſericordiam in millia, qui auferſ iniquitatem,
& ſcelera atque peccata*. Eum omni laude dignum
fateberis , tum ob infinitas perfectiones ſuas,
tum ob multa, & immenſa beneficia , quæ in te
contulit , tum ob copioſam effuſionem ſangui-
nis ſui , qua tibi animæ munditiem , & ſanita-
tem dedit.

*Fatendū,
omnes
creaturas
eius lau-
dibus de-
bere va-
care.*

3. Fateberis , omnes creaturas debere eum
laudibus celebrare , quoniã ab ipſo ſunt cõditæ,
& ab eo acceperūt, quidquid boni habent. Præ-
cipuè tamen panẽ, & vinum, quorū acciditibus ſe

ſe co-
pus,
gen-
Fil-
cibu

4.

laud-
de.
reio-
laud-
ſtula

5.

infin-
ſapie-
diam
carn-
præb-
pecca-
tum
pign-

6.

omne
tui.
& om-
Bene-
num
Bene-
lam a
cuſto-
res m
pleni
Bene-
eius l
I.

se contegit, & quorum substantias in suum corpus, & sanguinem conuertit. Ante omnia autem genus humanum hanc laudem debet, quoniam Filius ipse Dei carnem humanam induit, & se cibum, ac potum hominis fecit.

4. Fateberis, nec te, nec omnia creata, ad eius laudem sufficere, quia dignus est infinita laude. Gratiās ages, quia tuas exiguas laudes non reicit, sed vult à te vtrumque laudari, & ad eum laudandum, & magnificandum facultatem postulabis.

5. Lauda illum, quia in hoc sacramento suas infinitas perfectiones ostendit, præsertim suam sapientiam, bonitatem, potentiam, misericordiam, patientiam, & amorem erga te. Quia suam carnem in cibum, & suum sanguinem in potum præbet. Quia per hoc donum tibi remissionem peccatorum, victoriam tentationum, augmentum virtutum, robur ad pergendum in cælum, & pignus gloriæ tribuit.

6. Inuitabis teipsum ad laudes Domini, & omnes sensus, ac vires tuas, ac membra corporis tui. sic: Benedic igitur anima mea Dominum, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Benedicite oculi mei hunc piissimum Dominum, quia eum accidentibus velatum vidistis. Benedicite aures meæ Dominum, quia vocem illam amicam: Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam tuam, audistis. Benedicite nares meæ Dominum, quia odorem illum quasi agri pleni, cui benedixit Dominus, percepistis, &c. Benedic intellectus meus Dominum, quia dono eius hinc præsentem credidisti, & sic de aliis. Vel

I. Alvarez de vita vel.

E e sic:

Et ad id muneris insufficientes.

Laudandus, quia in hoc sacramento suas infinitas ostendit perfectiones, & alia præstat.

Seipsum, & omnia sua ad laudationem inuitabit homo.

434 *De vita religioſè inſtituenda,*
ſic : Laudant te Domine oculi mei, quia te vide-
runt, &c.

*Angelos
item &
Sanctos.* 7. Inuitabis omnes Angelos, & Sanctos ad
canendas laudes Domino, vel nominando eos
per ordines, & choros, vt Seraphim, Cherubim,
vel aliquos in particulari, prout deuotio excita-
uerit. Hoc autem vel loquendo cum ipsis Ange-
lis, & Sanctis. Vt: Benedicite Angeli Domini Do-
mino. Vel, loquendo cum ipſo Domino. Vt: Lau-
det te, Domine, B. Virgo Maria ex me, quia ho-
die me indignum ad tuam menſam admifſiſti.
Eodem etiam modo alias creaturas ad Domini
laudes promendas inuitabis.

*Omnes
omnium
laudes il-
li offeren-
da.* 8. Offeres illi omnes laudes, quas ſanctiſſi-
ma humanitas eius dedit ſibi ipſi, nempe Verbo,
cui eſt vnita, & Patri, ac Spiritui ſancto, à mo-
mento incarnationis ſuæ uſque ad hanc horam
per omnia merita, & paſſiones, & amores ſuos,
præſertim quo tempore hoc ſacramentum in-
ſtituit, & quas dabit per totam æternitatem.
II. Omnes laudes, quas dedit illi beatiffima
Virgo toto tempore vitæ ſuæ, præſertim quan-
do ipſum concepit, & quoties ad ſuſcipien-
dum hoc ſacramentum acceſſit. III. Quas
dederunt illi omnes Angeli, & Sancti ab initio
creationis eorum, vel in via, vel in patria. IV.
Quas impendunt illi, & poſtea impendent
omnes Sancti, qui nunc ſunt, & poſtea erunt
in mundo, maxime illi, quos ad perfectionem,
& intimam ſecum familiaritatem admittit. V.
Quas præbent omnes creaturæ. Deſidera-
biſque, ſi fuiſſet poſſibile, omnes huiuſmodi
laudes creaturarum per teipſum illi tribuere,
&

& ad
eſſe

9.
lueri
vt lau
de vi
prà d

10.
gnifi
ſunt,

De

I.
dote
celos
ad te
Conſi
enim a
cens,
celſior
ſacrifi
ti valo
ſtroru
guinen
ſangu
prione
carnis
more
ſua res
2.
voluit
crifici

& adhuc ad tantum donum minus sufficientes esse cognosces.

9. Postulabis à Domino quæcumque uoueris, præsertim remissionem peccatorum, & ut lauacro sanguinis sui ab illis munderis. Deinde uirtutem humilitatis, & illa septem, quæ supra dicta sunt.

Qua postulanda.

10. Rogabis eum, ut ipse se laudet, atque magnificet, quoniam omnes laudes nostræ exiles sunt, & ut tuas negligentias benignè remittat.

De affectu oblationis nostri ipsorum. Tertia gratiarum actio.

1. Aspicias Dominum in sinu tuo, ut sacerdotem, & pontificem maximum, qui penetravit cælos, & sedet ad dexteram Patris, nunc uero ad te sibi adiungendum ex amore descendit. Considera breuiter perfectiones eius. *Talis enim dicebat, ut nobis esset pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelssior cælis factus.* Ipse est sacerdos, & ipse est sacrificium, quia nihil aliud, quod esset infiniti valoris, potuit Patri ad satisfactionem nostrorum peccatorum offerre. Non ergo per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per propriam sanguinem introiuit semel in sancta, æternæ redemptione inuenta. Hoc autem sacrificium in diebus carnis sue, preces, supplicationesque obtulit cum clamore ualido, & lacrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia.

Aspiciendus ut sacerdos. Hebr. 4. 14. Hebr. 7. 26.

Hebr. 9. 12. Hebr. 5. 7. Laudandus quod uoluerit esse hominum sacrificium.

2. Gratias ages Domino, quia non solum uoluit esse cibus tuus, quo uiueres, sed & sacrificium tuum, quod æterno Patri in remissionem

tionem tuorum peccatorum offerres. Fateberisque te ob hoc tam immensum beneficium ad tui ipsius oblationem faciendam astringi.

*Sui ipsius
oblationem
faciat homo.*

3. Quia verò Dominus, qui rebus nostris non indiget, non tam respicit donum, quam animi promptitudinem, ex qua proficiscitur, tu promptissimè, ac liberalissimè tui ipsius oblationem facies, quia dum te Domino offers, magnam dignitatem adquires.

*Quasi in
Christo
abscondita
sua offeret.*

4. Erubescès tamen te, vilissimum scilicet, atque indignissimum peccatorem, tantæ maiestati præsentari. Vnde & ipsummet Dominum Iesum Christum, tanquam oblationem assumes, & te illi vnitum, & quasi in ipso absconditum offerre constitues.

*Animam
in vnione
ipsius
anima.*

5. Offeres Christo Domino sanctissimam animam eius, & in vnione ipsius animam tuam, vt eam ab omni peccato mundet, & abundantissima gratia viuificet, qua æterno Patri gratissima fiat.

*Tres ani-
ma pon-
sentias.*

6. Offeres memoriam Christi Domini, & in vnione illius memoriam tuam, vt eam à vanis, & ineptis imaginibus rerum visibilium purget, & sanctis, ac cœlestibus imaginibus occupet. Insuper intellectum eiusdem Domini, & in vnione illius intellectum tuum, vt eum ab omni ignorantia, & errore purificet, & luce perfundat, qua possis diuina contemplari. Dei voluntatè in agendis, & omittendis agnoscere, & tuum iudiciū iudicio Ecclesiæ, & prælatorū submittere. Itè & voluntatem Domini, & in eius vnione voluntatem tuam, vt eam ab omni amore creaturarum immoderato separet, & vera charitate repleat, &

in

inflammet, atque penitus absorbeat, & ad desideria rerum cœlestium erigat.

7. Offeres Domino virgineum corpus suum, atque in vnione illius corpus tuum, vt illud instrumentum omnis virtutis faciat, in omni castitate, & munditia possideas, & discreta castigatione punias: specialiter autem offeres linguam Domini tui, & in vnione eius linguam tuam, vt culpas tuas aperias, laudes eius proferas, necessaria dicas, & de cætero tacere assuescas. Similiter manus eius, & in vnione earum manus tuas, vt eas ex amore ad honestos labores exeras. Item & pedes eius, ac cum illis pedes tuos, vt pro salute animarum, si oportuerit, per varia loca discurras.

Corpus,
& omnia
membra.

8. Offeres Domino sensus suos interiores, & in vnione illorum internos sensus tuos, vt eos à noxiis, & vanis euoluendis auertat, & in aliquo bono stabiliat. Item & piissimum corpus suum, & sanctissimos affectus, quos habebat, & in vnione illorum cor, & appetitus tuos, concupiscibilem, & irascibilem, & omnes affectus eorum, vt eos ordinet, & à malo cohibeat.

Sensus
interiores.

9. Offeres Domino quinque sensus exteriores suos, & in vnione eorum quinque sensus tuos, quemlibet in speciali, vt solum necessaria, & illi placita percipiat.

Exteriores
sensus.

10. Offeres tandem te totum ad custodiam mandatorum, & consiliorum, & ad obedientiam diuinarum inspirationum, quibus Deus à te aliqua exigit. Item & ad perfectam abnegationem, ac contemptum tui ad abscissionem sensuum oblectationum, & mortificationem passionum

Totum se
tandem
denuo-
bit.

438 *De vita religiosè instituenda,*
tolerantiam ægritudinum, iniuriarum, & derelictionum internarum, & quorumcumque aliorum aduerforum, quibus te Deus probare voluerit.

Quid petendum.

II. Postulabis quæcumque utilia, ac præcipuè perfectam abnegationem tui, exactissimum spiritum paupertatis, & septem supradicta.

De affectu oblationis virtutum, ac meritorum Christi. Quarta gratiarum actio.

*Ut fons
vita spectandus.*
Psal. 35.
10.
Apocal. 21. 6.
Ioan. 7.
38.

1. Aspicias Dominum in sinu tuo, ut fontem vitæ, per quem omnes viuentes viuunt. Ad Patrem namque dictum est: *Apud te est fons vitæ.* Et ipse Filius ait: *Ego sitiienti dabo de fonte aque viue gratis.* Et: *Si quis sitit veniat ad me, & bibat.* Omnia merita & passiones eius, & virtutes perfectissimas aspicias ut pretium ad emendam aquam viam. Et cum ipsum Dominum, ac omnia prædicta apud te habeas, hæc eadem ei offerre statues, ut vitam amplioris gratiæ possis mercari.

Laudandus, quod vitam daturus aduenrit.

2. Ages gratias Domino, quia hodie ad te venit, ut per eum gratiæ vitam haberes, & in eâ perseuerares; quia te sibi ipsi mirabili modo copulauit, & omnia sua tua fecit. Rogabis illum, ut hæc à te sibi offerri permittat, ut per ea necessaria consequaris.

In unione laborum ipsius proprios labores offerendi.

3. Offeres igitur illi labores, quos pro te pertulit: famem, sitim, algorem, & æstum, sudorem, & lassitudinem, iniurias, & contumelias, vincula, & flagella, spinas, & clauos, crucem, ac mortem, & reliqua omnia, quæ ab instanti cõceptionis suæ usque ad extremum spiritum sustinuit.

In

In vnione autem horum offeres afflictiones tuas, & quæque aduersa, & petes, vt in tuorum peccatorum satisfactionem admittantur.

4. Offeres illi omnes virtutes, quibus anima eius ornata fuit, præcipuè profundissimam humilitatem; promptissimam obedientiam, inuictissimam patientiam, perfectissimam paupertatem, mundissimam virginitatem, & exactissimam taciturnitatem, in vnione autem earum offeres desideria virtutum, quæ eo authore concepisti, & petes, vt hæc tua desideria perficiat, & te virtutibus induat.

In vnione virtutum eius propria virtutum desideria.

5. Offeres illi purissimas orationes ipsius, & affectus gratiarum actionis, & laudum, quibus Patrem per totam suam vitam honorauit, & nunc in gloria honorat, & per totam æternitatem honorare non desinet. Atque in vnione earum quales quales orationes tuas, & debitas gratiarum actiones, & laudes, vt sic non repellantur, sed illi gratæ, & acceptæ existant.

Purissimas ipsius orationes.

6. Offeres illi omnem sanctitatem suam, & animæ, ac corporis puritatem, & in vnione illius desiderium perfectionis obtinendæ, quod ab ipso habes. Petesque, vt hoc desiderium magis ac magis accendat, & secundum illud te viuere, & conuersari faciat, ac tandem illud impleat.

Omnis eius sanctitas.

7. Postulabis tibi utilia, quæ magis ad tuum profectum desideres, præcipuè mundissimam castitatem. Et illa septem, quæ supra dicta sunt.

Utilia postulanda.

De affectu, quo te spirituale sacrificium facies.
Quinta gratiarum actio.

Ut lux
suspicien-
dus.

Ioan. 1.

9.

Isai. 60.

1.

Leuit. 1.

Septem.

in veteris

legis sa-

cificio

requisita,

qua homo

spiritua-

liter de se

ipso fa-

ciat.

1. Segre-

gatio per

tepidor-

um de-

clinatio-

nem.

Hebr. 7.

26.

2. Liga-

tio per

præcepta,

consilia,

et regula-

tas.

1. Aspicias Dominum in sinu tuo, vt lucem splendidissimam. *Erat*, inquit Ioannes, *lux vera, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Putabis dictum esse tibi ab Angelis sanctis illud: *Surge illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est.* Venit profectò, vt illumineris ad cognoscendam maiestatem eius, & ad cognoscendam voluntatem eius. Hanc autem modò esse cogitabis, vt sicut ipse obtulit se sacrificium Patri in cruce pro te, ita & tu nunc te offeras ei sacrificium ad laudem, & honorem ipsius.

2. Commemorabis loquendo cum Domino ea, quæ ad sacrificium veteris legis exigebantur. Erant autem septem. I. Pecus à grege segregabatur. II. Ne fugeret, aut se defenderet, ligabatur. III. Gladio occidebatur. IV. Vt aptius immolationi esset, excoriabatur. V. Ad absterfionem sordium lauabatur. VI. In frustra diuidebatur. VII. Super altare cremabatur. Hæc eadem ad gloriam Domini spiritualiter facere de teipso constitues.

3. Animo, & proposito te in conspectu Domini à consortio tepidorum, & eorum, qui te retardare possunt, segregabis, & omnem nimiã cum hominibus familiaritatem abscindes, & ad exquitionem huius auxilium petes ab eo, qui vocatus est *segregatus à peccatoribus.*

4. Præceptis, & consiliis, & tui instituti regulis te ligabis, ne à Deo iterum fugias, aut
tuam

tuam omnimodam perfectionem impediās. Et ad hoc petes gratiam ab eo, qui propter te se in horto ligari permisit.

5. Animo similiter, & proposito teipsum occides, id est, mortificabis, & sensus, atque affectus tuos reprimere, & moderari decernes. Ad id autem gratiam postulabis ab eo, qui pro salute tua *tanquam ovis ad occisionem ductus est.*

3. Occisio per mortificationem. Isai. 53.

6. Te etiam proposito excoriabis, ac pellem depones, id est, omnia desideria honoris, commoditatis, ac non licitæ, aut necessariæ delectationis relinques; nam his tanquam pelle circumdaris. Petes autem ad hoc gratiam ab eo, qui, ut te animaret, nudus in crucem ascendit.

7. 4. Excoriatio per delectationum depositionem.

7. Mundabis teipsum ab ineptis cogitationibus, iuxta illud: *Lauamini mundi estote, auferete malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.* Item & compunctione omnes tuas imperfectiones elues. Spiritum autem compunctionis petes ab eo qui orauit *cum clamore valido, & lacrymis, & exauditus est pro sua reuerentia.*

5. Mundatio per abiectionem inutilium cogitationum. Isai. 1.

8. Animo, ac proposito in frustra te diuides, membra tua diuinis obsequiis offerendo: oculos fletui, aures diuinarum laudum auditioni, os laudi, manus labori, &c. Ad id petes auxilium ab eo, qui omnes actiones sanctissimæ vitæ suæ in tuam salutem impendit.

16. Hebr. 5.

9. Te denique super altare cremabis, id est, ad Dei dilectionem assurges, & omnia cogitata, desideria, verba & opera tua ex amore in odorem suauitatis illi offeres. Hunc autem amorem ab eo petes, qui tam fideliter te dilexit.

7. Diuisio per membrorum ad honestas functiones obligationem.

10. Tandem postulabis secundum necessita-

7. Crematio pro charitatem. Obedientia postulanda.

tem tuam, sed præcipuè orabis pro perfectissima obedientia. Hac enim anima facit seipsam sacrificium Deo gratissimum, quòd excellit alia exteriora obsequia, iuxta illud: *Melior est obedientia, quàm victima.* Petitionis etiam eorum septem, quæ supra dicta sunt, non obliuiscêris.

1. Reg.
15. 22.

De affectu, quo te ad modum holocausti immolabis. Sexta gratiarum actio.

Aspiciendus ut pastor.
Ioan. II.
14.

Ezech.
34. 12.
14.

Psal. 22.
1.

Homo ut holocaustum se Deo tenetur offerre.

1. Aspicias Dominum in sinu tuo, ut pastorem vigilantissimum tuum. Nam ipse dixit: *Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas.* Certè te nouit, & tuas indigentias, & miserias, ut illis medeatur, apud se habet. Venit hodie ad te, ut visitet te, secundum illud: *Ecce ego requiram oves meas, & visitabo eas, sicut visitat pastor gregem suum.* In pascuis uberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israël erunt pascua eorum. Exulta, & lauda eum illis verbis Dauidis: *Dominus regit me,* siue pascit me, *nihil mihi deerit.* Ut verò nihil tibi desit, te totum per modum holocausti illi dare constitue, & ad hoc efficacem gratiam posce.

2. Fateberis in conspectu Domini, te infinitis titulis ad tui perfectam immolationem per modum holocausti teneri. Nam & ipse creator tuus est, à quo totum esse accepisti, conseruator, à quo sustineris, redemptor, cuius meritis à peccato liberaris, Dominus, cui ipsa natura subiceris, rex, à quo gubernaris, defensor, à quo protegeris. Si totus illius es, & omnia, quæ habes, eius sunt, quomodo potueris redde quod debes,

bes, & nihil non oblatum, aut igne amoris non incensum relinques.

3. Gratias illi ages, quia per votum paupertatis te à rebus temporalibus, hoc est, à spinis, & tribulis expediuit. Illud de nouo libentissimè facies, & quidquid habuisti bonorum temporalium, & quidquid secundùm sortem tuam habere potuisti, & quidquid omnes mundi reges, & monarchæ possident, si habuisses, id totum ex charitate pro eo dimittes.

Agenda gratia, quod per tria vota, à rerum temporalium tribulis carnis tribulatione propria voluntatis iugo, ipsum liberaris.

4. Gratias illi ages, quia per votum castitatis te à tribulatione carnis, & ab impuris concupiscentiis eripuit. Illud denuo repetes. Per illud autem corpus tuum illi consecrabis, & purum continere decernes, & omnes sensus illibatos custodire, & carnè tuam debita afflictione domare.

5. Gratias illi ages, quia per votum obedientiæ durissimum à te iugum propriæ voluntatis excussit. Illud nunc emittes, & per illud animam tuam illi immolabis, vt omnibus modis se ipsi subiiciat, & ab eius mandatis nunquam discedat. Item & voluntatem tuam, vt Ecclesiæ, & prælatorum voluntati se subdat, & secundùm quod iustè imperatum fuerit, nolit, & velit.

Postulabis à Domino, ne vnquam hoc holocaustum, aut partem aliquam eius, à te surrumpi permittat. Vt det tibi spiritum resignationis in sua voluntate, & tandem septem supra dicta.

Quid petendum.

De affectu desiderandæ conformitatis cum Christo. Septima gratiarum actio.

Vt exemplar sanctitatis prospiciatur.

1. Aspicias Dominum in sinu tuo, vt exemplar omnis sanctitatis, atque virtutis, cuius sanctif-

lima

sima conuersatio in hac vita, non aliud quàm doctrina perfectionis fuit. De eo dixit Pater in monte: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite.* Verè dedit tibi doctorem iustitia, & descendere fecit hodie ad te eum quasi imbrem, matutinum, & serotinum. Nunc sunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tua audiunt vocem eius post velamen specierum panis, monentis: *Hæc conuersatio mea est via, ambulare per eam.*

Matth.
17.5.
Ioel.2.
23.
Ic.1.30.
20.

Laudandus quia sapiens, & vera petenda sapientia.

2. Laudabis Dominum Iesum Christum, quia summè sapiens est, & rogabis eum, vt te sapientia imbuat, qua eum ad excitandum in te amorem agnoscas, & eius voluntatem ad executionem, & te ipsum ad contemptum, & vilipensionem, & omnes virtutes ad desiderium, & exercitationem.

Qui perfectissimus Patris amator, & amor postulantus.

3. Laudabis Dominum, quia perfectissimus amator Patris sui est, quique vt hunc amorem testatum faceret, ad tot mala, & aduersa sustinenda surrexit. Rogabis eum, vt te suo perfecto amore compleat, quo eum diligas, omnia mandata custodias, & erga amicos, & inimicos, vt verus amator te habeas.

Quia vigilantissimus operator.

4. Laudabis eum, vt operatorem vigilantissimum, qui operatus est salutem tuam in medio terræ, & nihil ad eam tibi communicandam infectum reliquit. Rogabis eum, vt quæ tibi ex vocatione, aut ministerio demandata sunt, ritè perficias, vt tempus redimas, & virtutum actionibus occuperis.

Saluator patientissimus.

5. Laudabis Dominum, vt saluatorem patientissimum, qui pro te tot iniurias, & opprobria

bria pertulit, tot dolores, & luctus, & demum acerbissimam mortem sustinuit. Rogabis eum, vt te patientia confirmet, qua aduersa imminentia æquo animo perferas, & propter illam nunquam cœptum bonum dimittas.

6. Laudabis Dominum, vt amatorem perseverantissimum, qui audiens: *Si filius Dei est, descendat de cruce, & credemus ei*, descendere noluit, vt perseverantiæ exemplum præberet. Rogabis eum, vt in ipsius vera cognitione, & amore, & in bonis operibus, & in patientia, ac perfecta imitatione vitæ ipsius vsque ad finem perseveres.

7. Postulabis tandem, quæ spiritus deuotionis, vel necessitas propria suggesserit, sed præcipuè amorem Dei perfectissimum, & septem supra dicta.

Hoc igitur modo, vel alio tibi commodiore, si illum inueneris, poteris post communionem gratias agere, & nunc in vno affectu istorum, nunc in alio, illud tempus occupare, illud tamen scias, vtilissimum esse, si iam aliquantulum profecisti, & in amorem virtutis transiisti, ad aliud quod tempus longas meditationes deponere, & simplici quodam intuitui Domini, cui præsentem sumus, ac voluntatis affectibus inhaerere. Hi enim (vt alio loco à nobis fusiùs dictum est) meditatione quærantur. Bonum est autem ad finem hunc assequendum, (si fieri à te possit) sine multa meditatione conari. Sed non est, cur dicamus, eodem die susceptæ Eucharistiæ purius, & sollicitius esse viuendum, solis diuinis laudibus, & studiis vacandum, sermocinationes de rebus

*Amator
perseuerantissimus.
Matth. 27.42.*

*Veile est
meditationibus
depositis
Domino
per voluntatis
affectus
inherere.
Libro 4.
de inquisitione.
part. 3.
cap. 1. 2.
3.
Suscepta
Eucharistia die
purius, &
sollicitius
vivendum.*

446 *De vita religiosè instituenda,*
rebus nõ necessariis, & animi remissiones etiam
licitæ declinandæ, vel in alium diem differen-
dæ. Quod qui non faceret, modicam lucem ad
cognoscendum hoc magnum beneficium, &
paruam gratitudinem erga datorem haberet.

CAPVT XI.

*De aliqua corporis castigatione per hebdo-
madam distribuenda.*

*Vita reli-
giosa per-
petua,
quædam
corporis
castigatio
est.*

OMNIS vita religiosa in ordine reforma-
to, & iuxta primum spiritum fundatoris
institutæ, est perpetua quædam corporis casti-
gatio, & motuū eius illicitorum cohibitio. Nam
vulgaris, & non ad satietatem sumptus cibus,
breuis somnus, vilis vestis, assiduus in exercitiis
spiritualibus, vel corporalibus labor, curta su-
pellex, & non ad proprietatem, sed ad vsum ac-
cepta, perpetua subiectio, prælatisque delata
obedientia, & alia huiusmodi, sine intermissione
corpus domant, & ipsum ad vltionem præteri-
torum peccatorum, & ad præseruationem eorum,
in quæ incidere poteramus, subinde castigant.
Præter hanc autem quotidianam carnis afflictæ-
tionem, aliam habent omnes religiosi ordines
quasi per hebdomadam distributam, quia reli-
giosi certis, verbi gratia, diebus ieiunant, aut fla-
gris se cadunt, aut cilicium è setis equorum tex-
tum induunt, aut aliquo alio modo ad vitæ
Christi imitationem, ad peccatorum vltionem,
ad obtinendam castitatis perfectionem, ad iræ
Dei aduersus peccatores efferuescentis mitiga-
tionem, vel ad alios honestos fines corpus affligunt.
Hac

*Alia spe-
cialior
afflictæ-
tionis ra-
tio.*

nat
tur
qu
con
nen
con
tæf
exp
tion
lâ co
ta el
abst
bori
ra be
pæn
ceru
tend
pere
pori
rum
suffi
vt fer
infer
dici p
ne co
nem
præc
N
pæn
illa re
di: [
poris

Hæc in multis religiosis ordinibus determinata est, ac definita, ad quam omnes obligantur; cum infirmis tamen, & imbecillis, vel quoquo modo impeditis, ex toto, aut ex parte condescenditur. Nos autem hanc castigationem habemus quidem, non tamen omnibus in communi definitam, (præter abstinentiam sextæ feriæ,) sed ex consensu superioris, vel alterius experti viri cuiusque viribus, & ætati, & occupationi commensuratam. Eam habemus illa regula contentam: [Corporis castigatio immoderata esse non debet, nec indiscreta in vigiliis, & abstinentiis, & aliis pœnitentiis externis, ac laboribus, quæ & nocumentum afferre, & maiora bona impedire solent.] Et alio loco de eisdem pœnitentiis noster B. Pater ait: [Hoc tamen dicitur, in vniuersum esse quidem animaduertendum, ne nimis huiusmodi rerum vsus tantopere vires corporis debilitet, tantumque temporis eos distineat, vt deinde spiritali proximorum auxilio iuxta nostri instituti rationem non sufficiant: nec contrà tanta in illis sit relaxatio, vt feruore spiritus refrigescente, humani atque inferiores affectus incalescant.] Nihil clariùs dici potuit. Nam qui nimietatem in castigatione corporis ex vna parte, & ex alia relaxationem vetuit, manifestè discretam castigationem præcepit.

Non habemus autem exteriorem corporis pœnitentiam pro omnibus diffinitam altera illa regula, qua dicitur de nostra ratione viuendi: [Nec vllas ordinarias pœnitentias, vel corporis afflictiones ex obligatione subeundas habet;

Societatis hominibus in communi eadem definita non est, & quare.

3. p. c. 2 § 5.

Part. 6. c. 3 §. 1.

Quomodo circa hoc prouisum. Exam. cap. 1. §. 6.

448 *De vita religiosè instituenda,*
habet ; sed illas assumere quivis poterit , quæ
sibi videbuntur (cum approbatione superioris)
ad maiorem sui spiritus profectum convenire ,
& quas propter eundem finem superiores eis
poterunt imponere .] Id autem convenientis-
simum visum est , quoniam difficillimum erat in
tanta hominum , & ministeriorum varietate
vnum aliquod afflictionis genus , quod singulis
conveniret , aptè determinare . Si enim aliquid
esset diffinitum , necessariò aut robustis esset fa-
cile , aut infirmis importabile . Illique eo præ-
stito suæ possibilitati satisfactum putarent : hi
verò , quia præstare non possunt , scrupulosè vi-
uerent , aut relaxationibus indigerent . Data est
ergo regula , qua fortiores minimè exigua pœ-
nitentia contenti , maiora audeant , & eam pœ-
nitentiam grauiorem non supererogationis ,
(quod elationis causa foret) sed obligationis ef-
se censeant , quandoquidem id , quod commo-
dè possunt , cum facultate superioris illis præ-
scribitur . Et qua imbecilliores minori pœni-
tentia castigati animum non despondeant , siqui-
dem quod possunt , faciunt , & nihil aliud à re-
gula eisdem imponitur .

Viguit
apud anti-
quos so-
cietatis
usus.
Const.
monast.
cap. 5.

Hic autem modus castigationis corporis de-
finiendæ in cœtibus religiosis non est novus ,
sed satis antiquus , quem Basilius manifestè præ-
scripsit . Quodam enim loco sic ait : [Porro con-
tinens ventris moderatio ea præstantissima iu-
dicanda est , quam vires corporis cuiusque defi-
niunt . Siquidem inuenti nonnulli sunt , qui in
rebus grauiissimi laboris perferendis nihil omni-
no graue pertulisse sibi visi sunt , eaque laxa-
menti

me
que
rum
per
quo
fuit
nun
repe
farn
plec
corp
cer
æqu
do,
tas,
veri
enir
qua
pus
ita d
deli
si ne
piet
si ea
poss
tion
ea ,
non
& ac
S
enir
liter
liter
I

menti loco potius, quàm laboris habuere, id-
 que propter vegetam, ac præduram, quæ illo-
 rum in corporibus inesset, harmonicam tem-
 peraturam, ac robur eximium. Verùm enim,
 quod hi tolerare facilè potuerunt, aliis causa
 fuit, cur periclitarentur, quandoquidem ea non-
 nunquam in diuersis corporibus dissimilitudo
 reperitur, quæ inter æs ferrumve, ac argentia, siue
 farmentitia ligna. Quamobrem ita à nobis am-
 plectenda continentia est, vt eam cum viribus
 corporis commetiamur. Quæ enim solo animo
 cernuntur virtutes, hæc omnes omnibus promiscuè
 æqualiter seruadè proponuntur: veluti mâsuetu-
 do, morù facilitas, submissio animi, siue humili-
 tas, bonitas, amor in fratres, innocentia, studi-
 ueritatis, misericordia, lenitas, humanitas: has
 enim peculiare animi esse virtutes dicimus,
 quando ad eas parandas, colendâsve animo, cor-
 pus nihil plus affert, quàm quod ipsi quædam (vt
 ita dicâ) veluti curia est, in qua huiuscemodi res
 deliberantur. Porro modû vires corporis finient,
 si neque videlicet leuiore quis labores susci-
 piet, quàm quantis ferendis esse par possit: neque
 si ea item persequi voluerit, quæ sustinere se non
 posse intelligat. Siquidem huius rei quoque ra-
 tionè haberi arbitror oportere, ne, cum propter
 ea, quod incontinentiæ cultu seruatus modus
 non sit, corpus eneruauerimus, inertes deinceps,
 & ad res gerendas inutiles existimus.]

Similia docet Augustinus, de alimentorum In reg.
cap. 1.
 enim distributione sic scribit: [Non æqua-
 liter omnibus distribuatur, quia non æqua-
 liter valetis omnes: sed potius vnicique prout

I. Aluarèz de vita rel.

Ff opus

Cap. 3.

Ibidem.

Cap. 52.
Simile.

opus fuerit.] Et infra: [Carnem vestram domate ieiuniis, & abstinentia escæ, & potus, quantum valetudo permittit.] Quo loco Hugo ait: [Sed cum adiungitur, quantum valetudo permittit, virtus discretionis commendatur. Pereunt enim ipsa bona, nisi cum discretionem fiant.] Humbertus quoque eodem loco vires cuiusque in abstinentia seruanda considerandas censet. Sicut ergo cum eadem quantitas cibi, & potus, & ea admodum moderata singulis conuiuis ministratur, necesse est, vt quidam eorum sufficienter reficiantur, quorum calori, & complexionem ea mensura conuenit; alij verò, quia abundantiori alimento indigent, fame torqueantur, alij demum, quia infirmiores sunt, si omnia apposita comedant, cruditatibus angustentur. Ita cum vna, eademque castigatio corporis multis indicitur, quidam eam conuenienter sustinebunt; alij verò nihil per eam afflictiones sentient. E contra alij quasi oppressi pondere cadent. Proponitur ergo nobis regula castigationis corporis vnicuique prudentissimè commensurata, quia suscipientis deuotione, & prælati discretionem decreta. Non sufficit deuotio subditi, quia, si modica est, in accipienda poenitentia deficiet: si verò magna, forsitan excedet. Nec sufficit discretio prælati, quæ notitiam eorum, quæ ad subditum attinent, præsupponit. At cum hæc duo concurrunt, & subditus suas passiones, & tentationes, & vires pandit; præfectus verò, quid sit in hac re faciendum, præscribit, debitam ille mensuram, qua spiritu proficiat, in corporis castigationem custodit.

Quomodo corporis afflictiones per hebdomadam dispensanda.

Hæc cum ita sint, tu frater, ad carnem tuam
doman

domandam animaberis, & ex regula discretè
 proposita occasionem pigritiæ non accipies. Te
 potiùs erga corpus tuum seuerum iudicè (quod
 vsque ad hanc ætatem nostræ religionis ferè o-
 mnes obseruant) quàm blandum palpatores ex-
 hibebis. Ita per hebdomadam afflictiones cor-
 poris dispensabis, atque distribues, vt nulla sit
 dies, in qua ob reuerentiam passionis Domini, &
 ad imitationem vitæ eius, aliquid molestum non
 sentias: certis diebus ex facultate præsentis fla-
 gris te cædes, certis cilicio ad carnem applicato
 te domabis. Nunc cum alij cubitum eunt, in ora-
 tione persistes, nunc antequam alij è lecto sur-
 gant, eos, vt contemplationi te tradas, vigilando
 præuenies. Nunc humi, aut certè in tabula ali-
 qua ad quiescendum cubabis, nunc aliquam le-
 cti commoditatem præcides, nunc in mensa re-
 gulare ieiunium, nunc aliquod genus abstin-
 etiæ tenebis. In his, modò consensus prælati
 adsit, nulla potest esse inter nos singularitas,
 quando regula pœnitentiæ est cuiusque necessi-
 tas, ac possibilitas.

Quatuor autem sunt, quæ hanc curam castiga-
 tionis corporis à nobis exigunt; præteritæ vitæ
 decursus, præsentis conuersationis profectus;
 ministeriorum, quibus occupamur, fructus, &
 nostri status conseruatio, & augmentum. An-
 teacta vita te ad carnem domandam vocat.
 Nam in seculo vel magnus peccator fuisti, &
 flagitiis, atque libidini seruiuisti, vel innocen-
 tiam, & gratiam baptismi (quod satis paucorum
 est) vsque ad ingressum in religionem seruasti.
 Si in graui peccata lapsus es, quomodo

*Quatuor
 sunt, quæ
 illius cu-
 ram exi-
 gunt.*

*In gra-
 uia pec-
 cata lap-
 sum det-
 licatè vi-
 uere, ab-
 surdissi-
 mum est.*

audes in vita religiosa delicatè viuere, & hostem tuum, corpus scilicet, quod in mortem te deiecit, molliter enutrire? Hinc sunt digni pœnitentiæ fructus, quorum proferendorum gratia reliquisti seculum, & ad vitam religiosam euolasti. [Putasne tu, vt verbis Cypriani te percellam, Dominum citò posse placari, quem verbis perfidis abnuisti, cui patrimonium præponere maluisti, cuius templum sacrilega contagione violasti? Putas, eum faciliè misereri tui, quem, si non ore, at facto ipso, tuum non esse dixisti?] An existimas te veram, & efficacem contritionem habere, quæ nullum, cum possis, aut satis permodicum signum sui, in operibus exterioribus edit? Pudeat te post iniquam vitam in statum pœnitentiæ remissiones, & delicias adduxisse, & nondum indicia duri, & proterui cordis retractasse.

Innocentia custodia pœnitentiæ est.
Iob I. I.

Prover.
19. 21.

Sed vita tua in seculo innocens fuit, ita vt de te dici possit, quod scriptum est de S. Iob: *Quod eras vir simplex, & reclus, ac timens Deum, & recedens à malo.* At opus est, vt hanc innocentiam custodias, carni tuæ non multum fidere. Caro innocentis, & caro iniqua gerentis, eiusdem naturæ sunt, easdem malas propensiones habent. Ergo innocentem sui oblitum, & desidiæ deditum ad peccatum pertrahet, & faciliè in iniquitatem deiiciet. In innocente quoque caro seruus infidus est: *Qui autem delicatè à pueritia nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem.* Corpus adhuc homo pacis tuæ est, quia necdum in te graui aduersus Dei legem rebellauit. Sed si confidis

confidis de tranquillitate eius, quasi obiecto pede te ad miserum casum impellet. Etenim *homo pacis mea*, in quo speravi, inquit sanctus David, *qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem*. Homo pacis tuæ, est homo exterior, secundum Ricardum Victorinum, qui hactenus tecum in bonis consensit. Manducet panes tuos, cum in pias deuotionis lacrymas resoluitur, & deuotione sensibili saginatur. Nam scriptum est: *Fuerunt mihi lacryma mea panes die, ac nocte, cum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus?* Sed si in eius lenitate speraueris, & debita castigatione non cohibueris, ipse te supplantabit, imò & ad magnum casum adducet. [Nam quotiescumque (vt prædictus Doctor ait) aliquem sua caro ante votum in peccatum deiecit, toties utique eum supplantauit; sed quem post factum votum superat, super illum absque dubio supplantationem magnificat.] Naues non solum in profundo pelagi, sed & in portu merguntur; in sæua tempestate aliquando, & nonnumquam in *μαλακία* grauius periclitantur. Hæc pax carnis tuæ periculosior est bello, quia elationis, & teporis, omnium lapsuum causas secum importat.

At nunc anteauctã vitam relinquamus, & præsentem consideremus. Hæc, quæ spiritalis, & religiosa est, non solum in virtutibus animi, sed & in corporis afflictione est constituta. Necdum, quòd virtutes tuæ mihi suspectæ erunt, nisi eas discretæ seueritas erga carnem circumdet. Audio namque Nazianzenum dicentē, religiosorum in-

Psal. 40.
10.

Ibidem.

Psal. 41.
4.

Simile.

Corporis afflictionem ipse religiosus status exposcit. Orat. I. de pace.

ſtitutum eſſe deliciarū contemptum pro deliciis habere, regni cœleſtis cauſa humilitatem amplexari, & ex eo, quòd nihil in mūdo habent, mundo ſuperiores exiſtere. Vita hæc holocauſtū eſt, totū te, animā, & corpus, Deo cōſecrata, & igne amoris vſta requirit. Si corpus ab holocauſto ſubtrahas, & per afflictionem nō offeras, minùs gratus

Iſai. 61. eris illi, qui de ſe ait: *Ego Dominus diligēs iudiciū, & odio habens rapinā in holocauſto.* Hac etiā vita ſimiles Chriſto, & eius milites, ac membra effici-

mur. Si autē corpus tuum delicatè tractas, & affidua caſtigacione nō crucias, quomodo eris ſimi-

Pſal. 37. lis illi, *qui in flagella paratus fuit, & dolor eius in cōſpectu illius ſemper?* Quomodo miles eius, qui à

ligno crucis regnare cœpit, & milites ſuos vult ſocios crucis, & paſſionis habere? Quomodo mēbrū eius, qui ſpinis punctus, verberibus liuidus, clavis tranſoſſus, & aceto fuit, ac felle potatus, gloriā animæ, & carnis expectas? Cur ſicut illam virtute multiplici, nō ita iſtam ſeuera afflictione purificas, vt vſque ad obtentū perfectionis ſpiritu conualeſcas? Perfectio oratione nutritur, diuiniſ illuſtrationibus promouetur, & cœleſtibus cōſolationibus roboratur. Hæ mœrētibus, id eſt,

PROU. 31.6. ſeipſos affligentibus reſeruantur, ſecundū illud: *Date ſiceram mœrentibus, & vinum his, qui amaro ſunt animo.* Si debitam tuo ſtatui afflictionem detrectes, non, vt cupis, in virtute proficies.

Literiſ ad profectum animarum quærendum inſtitueris, vel iam poſt emenſa literarum Philoſophicarum, & Theologicarum curricula earum ſaluti procurandæ diſtineris. Idipſum, tamen ſi ex vna parte diſcretam, in caſtigacione corporis modera

Literarum ſtudium illius mœderationem, non omnimodam paſſit abiectionem.

moderationem poscit, ex alia nullam remissionē
 permittit. Animarum lucra pretiosa, sed & periculosa sunt: ad prouentum auidus, sed ad periculum cautus exites. An tu sanctior, & tutior Paulo? Sed audi, quid ipse dicat, & ex dictis disce, quid facias: *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè, cùm aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Hic corpus subigit, & carnem macerat, ne in periculis prædicationis cadat, & aliquis nūc ex nimia confidentia turgebit, & se castigare despiciet? [Si Paulus hoc timuit, inquit Chrysostomus, qui tā multos docuit, & timuit, postquam prædicauit, & factus est Angelus, & totius orbis terræ defensionem suscepit, & patrociniū, quid nos dixerimus?] Sanctus Apostolus confirmatus erat gratia Dei, ne vnquam in crimen posset incidere; quod donum ipse non ignorabat. Cum hoc tamen indiget castigari, ne, ut ipse loquitur, *reprobus efficiatur.* Quia videlicet Deus ita eius perseuerantiam disposuit, ut per conuenientia media, quorum vnum erat castigatio corporis, eum sine graui peccato custodiret. Tu autem non es gratia confirmatus, imò lubrica, & ad malum procliui carne circumdatus, & non te ad huius status pericula subeunda præmunies?

Si vasa infirma, & fragilia (sic enim aliqui genus muliebre vocant) confessione mundas, aut alio ministerio doces, nōne periclitatur castitas? Si opinionem magni concionatoris, aut magni doctoris habes, nōne periclitatur humilitas? Si cum diuitibus, & nobilibus conuersaris, volentibus te, velut instrumento, seu potius mancipio ad suas vanitates uti,

Pauli
 exem-
 plum.
 1. Cor.
 9. 27.

Ibidem.

Contra
 pericula,
 qua ex
 ministeriis emer-
 gunt,
 macera-
 tionis
 arma
 sunt in-
 ducenda.

nónne rectitudo, & deuotionis spiritus in discrimen adducitur? Arma ergo corporalis afflictionis indue te, ne in hoc conflictu vulnereris. Sic faciebat B. Franciscus Borgia, Pater noster, qui cum nobilissimas curiæ fœminas esset inuisurus, hirsutum cilicium induebat, vt impuros carnis motus reprimeret. Sic & alius concionator, quem ego bene noui, qui cilicio etiam indutus concionabatur, vt spiritu compunctionis actus Dei verba proponeret. Sic & alius lector Theologiæ apprimè doctus, & in celebri Academia magni habitus, qui ad præsidendum publicis actibus, cilicium gestans cathedram ascendebat, vt elationem, seu inanem gloriam ex plausu doctorum, & scholasticorum emergentem retunderet. Nauim suburra oneras, ne ventis agitata mergatur; mentem quoque tuam afflictione corporis onera, ne tentationum ventis impulsâ periclitetur. Deus prosperitatibus tuis aduersitates annectit, ne superbias. Sequere Dominum, & bonis successibus, quos in procuranda salute proximorum experiris, corporis afflictiones adiunge, ne per elationem te efferant.

Andr.
Scor. lib.
2. cap. 3.
*Insignia
aliquo-
rū exem-
pla.*

Simile.

*Ludibrio
se exponit,
qui pœnitentiam
prædicans,
illius curam
non habet.*

Ad pœnitentiam es proximos excitaturus verbis, & exhortationibus tuis, quomodo delicatus miles, & teipsum palpans, efficaciter de carnis castigatione loqueris? Imò quasi æs sonans, & cymbalum tinniens, sine spiritu, sine fructu ad pœnitentiã vocabis. Non sunt illi cœci, aut stulti, qui tuam conuersationem non videant, qui ex signis externis tuum mortificationis defectum non deprehendant? Magis autem vitam, quàm verba sequuntur.

Te

Te quoque ridebunt, dicentes: Hic imponit super humeros hominum onera grauiā, & importabilia, & digito suo non vult admouere. Alios docet, se verò ipsum non docet. Non videtur nobis discipulus illius, qui pœnitentiam prædicans, prius cœpit facere, quàm docere. Hæc etiam ministeria sine oratione pro animabus fusa, & pro bono successu in conuersione earum, ritè non exequeris. Mardocheus salutem suæ gentis tractaturus *scidit vestimenta sua, & indutus est sacco spargens cinerem capiti*: & quia à pœnitentia incepit, liberationem suorum impetravit. Sic & tu indutus cilicio, flagris te cædens, & ieiunio, & vigiliis te macerans, misericordiam peccatoribus impetrabis. Prædicatoribus quasi lex fuit, carnem suam duriter castigare. Recordare obsecro Eliæ sic in Scriptura descripti: *Vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus*. Et Ioannis Baptistæ sic delineati: *Erat Ioannes vestitus pilis cameli, & zona pellicea circumlumbos eius, & locustas, & mel syluestre edebat*. Historias Sanctorum euolue, & conuersationem præsentium Ecclesiæ ministrorum inspice, & si quempiam eorum inueneris in deliciis, & in mortificatione viuentem, aliquam memoria dignum fructum facere, mihi non credas. Sin minùs, necesse est ad hoc munus obeundum, vt corpus tuum debita afflictatione punias.

Vt tandem extremam causam paucis absol-uam, audi matrem tuam, sanctam intelligo religionem, verba cuiusdam scemina nobilissimæ vlurpantem. *Fili mi, miserere mei, qua se in vtero*

Esther
4.1.

Lex prædicatori-
bus fuit,
carnem
duriter
castigare.

4. Reg.
8.
Marci 1.
6.

Religio
alumnos
suos ad-
hortatur.
2. Ma-
chab. 7.
27.

458 *De vita religiosè instituenda,*
nouem mensibus portauit, & lac triennio dedit, & alui,
& in etatem istam produxit, ne tua causa ego per-
eam, & meum decorem, ac splendorem amittam.
Id autem absque dubio fiet, si tu, & alij filij mei,
genio indulgeatis, & corpora vestra non mace-
retis. Ex sororibus enim maioribus meis, id est,
ex antiquioribus religionibus, si quæ ceciderunt,
hæc fuit vna suæ causæ ruinæ, quod filij earum
corporis castigatione posthabita, remissioni se
dederunt, & vitam delicatam secularium imita-
tricem amarunt. Nequaquam melior illis sum,
nec amplius mihi virtutis, aut sanctitatis arrogo,
si vos, filij mei, luxui vos dederitis, & castigatio-
nis corporis obliti fueritis, similiter ego cadam,
& vitiiis seculi, quod fugi, prostrata succumbam.
Si autem in teipsum ad vitiorum mortem afflixeris,
& ille ad maiorem profectum virtutum se ca-
stigauerit, & reliqui, quod ad ipsos pertinet, fece-
rint, semper ego, vt virgo pulcherrima permane-
bo, quæ concipiens, & pariens vos, virginitatem
non perdidit, indies magis ac magis Christo
sponso meo, & patri vestro placebo, & eam, in
qua nata sum, perfectionem seruabo.

PROU. I.
8.

Ne dimittas, ô frater, legem matris tuæ, vt ad-
datur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Carnem
tuam debita afflictione castiga, vt spiritus tuus ro-
bustus, & vegetus, & ipse omni virtute proficiat,
& in alijs fructum faciat. Si autem aues scire, quæ
mala vita delicata in religiosum statum inuehat,
lege Bernardum, & satis miraberis. Si autem
petis à me regulam, quam in corporis afflictione
custodias, eam accipe. In hac re magis ad rigo-
rem, quam ad indulgentiam declinato. Ne au-

In Apo-
log. ad
Guiliel-
mum.
Quæ re-
gula in
corporis
afflictio-
ne ser-
uanda.

tem admodum superstitiosè in futurum aspicias. Quia si iam senex, & inualetudinibus vexatus fueris, honorabilis erit tua senectus, cui non lasciuiam, sed feruoris ardor, vel amor perfectionis, languorem, & imbecillitatem induxit.

CAPVT XII.

De retinendis propria despicientia signis.

SVNT etiam in familiis religiosis introducta Squædâ humilitatis, & despicientiæ propriæ, ac compunctionis exercitia, quibus spirituales viri, cum in vnum conueniunt, se mutuò ædificant, & ad virtutis desiderium accendunt. Vt si, dum congregatio ad mensam recumbit, quidam ex religiosis, culpas suas, quæ nihil offensionis, & multum ædificationis habent, publicè fateantur, si prostrati aliorum pedes exosculentur, si humi sedentes more seruorum, & non cum aliis, pane vescantur, vel si alia similia faciunt, quæ feruor inuenit, humilitas probauit, & victoriæ passionum desiderium introduxit. Harum mortificationum, (sic enim vocantur) vel humiliationum vsus, non est nouus, imò ex gestis ipsius magistri humilitatis assumptus. Ipse namque *sur-*
rexit à mensa, & discipulorum sedentium pedes la-
uit, lotos linteo terfit, & iam à se mundatis (vt
est credibile) oscula fixit. Quin & Magdalena
conuiuium, in quo Dominus epulabatur, ingres-
sa, pedes eius osculata est, nec, si Domino gratum
existimasset, aliorum recumbentium pedes o-
sculari erubesceret. Plenæ sunt Sanctorum hi-
storix similibus humilitatis exemplis, quibus
sancti viri aliorum pedibus figebant oscula,

*Quadam
humili-
tatis ex-
ercitia in
fami-
liis
religiosis
introdu-
ctâ.*

*Illorum
vsus per-
anti-
quus.
Ioan. 13.*

*4.
Luc. 7.
38.*

&c

& se coram aliis peccatores dicebant, & festulos, & emotæ mentis simulabant, aliaque non ad factum, sed ad augmentum meritorum, & ad ædificationem fratrum, assumebant humilitatis insignia; quæ aliquando sponte, nonnunquam verò iussu prælati exercebantur, vt ex Climaco (vnum enim exemplum proferamus in medium) licet colligere. [Cum ad mensam, inquit, aliquando confedissemus, summus ille magister inclinans suum sanctum os ad aurem meam: Vis, inquit, tibi ostendam in extrema, profundaque canitiæ diuinum sensum, atque prudentiam? Cumque id summis precibus orarem, aduocat ex proxima mensa quendam, Laurentium nomine, qui XL. ferè & VIII. annos in monasterio degerat, sedensque erat sacerdotij presbyter. Qui cum venisset, atque Abbatii genibus flexis staret, ab illo quidem benedicitur. Sed cum surrexisset, nihil illi penitus dixit, sed sic ante mensam sine cibo stare permisit. Erat autem tunc prandij initium. Itaque prolixam horam, & fortasse duas, immobilis stetit, adeò vt ipse quoque erubescerem; neque enim in illius faciem intueri præ verecundia possem. Erat enim canus totus, octogesimumque iam agebat ætatis annum. Mansit autem sine responso illo vsque ad refectionis finem. A quâ cum surgeremus, mittitur iam à sancto illo, vt memorato Isidoro diceret trigesimali noni Psalmi initium.] Hæc ille, qui & supra pluribus disserit, vt intelligamus, nihil ad virorum spirituum feruorem nunc in familiis religiosis fuisse introductum, quod non antiquitatis auctoritate firmetur.

De obedi. gradu 4.

In Cæd. gradu de publica apud fratres manifest. cul. par.

Nos

Nos autem nolumus nunc ad eam publicam
culparum grauiorum manifestationem suadere,
quam Climacus narrat, sed ex illa colligimus,
quàm utile, & humilitatis plenum sit, leuiores
culpam coram fratribus fateri, & ex spiritu com-
punctionis nos peccatores, & habitu religionis
indignos accusare.

Quare si tu, ô vir Dei, eam religionem pro-
fitearis, in qua hæc necdum obliuioni tradita
sunt, impensè rogo, ne eadem excidere tua ne-
gligentiâ permittas, sed (quod ad te attinet) in-
tegra, & inuiolata custodias, & non tam ver-
bo, quàm opere alios fratres ea in magno pretio
habere doceas. Si iuuenis es, sæpe in his te
exerceas, si senex, & plenus dierum, ac meri-
torum, aliquando eadem præstare non desinas.
Nam, licet hæc parua sint, non parum valent,
neque exiguum ex illis fructum colliges. His
enim pro quotidianis negligentis satisfacimus,
nos humilitatis operibus exornamus, ad feruo-
rem, & deuotionem excitamus, & tepidiores
ista aspicientes ad imitationem accendimus. Et
beatus ille, qui columbæ simplicitatem induit,
qui se minimis ad proficiendum indigere cogi-
tat, & qui prima illa mortificationis opera à
primis illis Patribus introducta, vitæ suæ san-
ctitate conseruat. Iam initia religionis nostræ
elapsa sunt; fateor: iam instant alia tempora; as-
sentior: sed illa tempora instant, in quibus oportet,
si zelum Dei habemus, ea summis conati-
bus tenere, quæ à Patribus nostris didici-
mus, ne ab amore perfectionis excidamus.

Ad hoc mortificationum genus pertinent

vilia,

Nullo
modo
præter-
mitten-
da.

Quis il-
lorum
fructus.

Viliora
seruicia
aliter
obvanda.

vilia, & abiecta seruitia, à quibus nullus bonus religiosus se debet eximere. Qualia sunt, domum euerrere, patellas mundare, fratribus ad mensam sedentibus ministrare, & alia huiusmodi ministeria humilitatis obire. Ille enim qui omnium

Luc. 22.

26.

Ibid. 27.

Const.

monast.

cap. 24.

Qui maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui precessor est, sicut ministrator. Nec solum verbo docuit, sed exemplo ad id præstandum incitauit. Nam & ego, inquit, *in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.* Basiliius hoc documentum à religiosis esse seruandum, grauissimis verbis ostendit, & vtilitatem eius exposuit. Ille sic ait: [Atque etiam intelligendum illud est, debere pietatis cultorem viliora etiam munera magno cum studio, magnaque cum animi alacritate suscipere, scientem nihil minutum esse, quod Dei causa fiat, sed grande, & spirituale, & eiusmodi, quod cælum nobis, & cœlestia præmia conciliat. Quamobrem licet communibus vtilitatibus inseruentia, sarcinaria sequi iumenta oporteat, recusare tamen non debet; siquidem venire in mentem Apostolorum debet, quàm alacriter illi Domino paruerunt, quando illis mandauit, vt ad se pullum adducerent; cogitareque & illos quoque quorùm causa iumentorum curam suscipiat, fratres Domini esse, & tributam ipsis benevolentiam, studiumque in ipsum saluatorem redundare, qui dixit: *Quatenus fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Quod si sua facit, quæ minimorum sunt, sine dubio multo magis, quæ electorum sunt, ea sibi vindicabit, modò ne officium causam ad licentiam existimet. Qui in summa potius animi attentione mu-

Matth.

25. 46.

nure

nire seipsum debet, vt cum libi, tum cæteris, in quoscunque eum casus distulerit, pariat vtilitatem. Porro si de muneribus ipsis, quæ abiectiora sint, aliquid exercendū sit, scire conuenit, Saluatorē quoque ipsum discipulis ministrasse, & abiectiora opera facere nō recusasse, magnūmq; homini esse, si Dei imitator existat, cum per hæc, quæ humilia sunt, ad altitudinem illam, quod illum est imitatus, ascendat. Quanquam quis iam humile ausit quippiam appellare, quod Deus ipse attingere non recusauit? Hæc autem non ad idiotas tantum, aut ad adolentes dicuntur, sed ad doctos, ad literatos, & sapientes. Quos vehementer rogamus, vt magnum illum Doctorem Bonauenturā imitetur, de quo hæc scripta reperimus: [Nec, vt plerique literarum scientia inflati, vilia ministeria domestica fastidiebat; sed qui vix, nec nisi per obedientiā, ægrè tamen, ab illorum executione coercebatur, reputantibus prælatis indignum, si non à talibus vir egregius sequestraretur, in quo sancti Spiritus gratia habitare perspicuè cernebatur. Nec tamē vir sanctus vlla charitatis officia ob literarias actiones prætermittebat: sed in omnes fratres oculos intendens, si quem fortè tristē, aut professionis pœnitentē intelligeret, tanta dulcedine in sermone cōueniebat, consolabatur, monebat, ac confirmabat, vt nullus ab eo discederet, quin libens cœptū religionis iter persequeretur. Infirmorum præterea cura, supra quàm credibile sit, delectabatur, quōve grauioribus, aut cōtagiosis morbis grauarētur, eò magis se totū illorū obsequio applicabat. Quibus officii cum maiorē dici partē absumeret, non eo minor

S. Bonauentura
exemplū.
Sarius
in vita
S. Bonauent.

erat

464 *De vitareligiosè instituenda,*
erat in publicis lectionibus, & interpretatio-
nibus Scripturarum, quæ tanta claritate au-
dientibus intelligenda reddebat, vt ipse author
illorum meritò videri posset.] Hæc ibi. Verif-
simè credo, quia beatus hic Doctor à cognitio-
ne rerum diuinarum nequaquam impediabatur
humilitatis obsequiis, & qui illum imitatus fue-
rit, nullum veræ sapientiæ impedimentum, sed
potius eius augmentum, experietur. Quia, sicut
fastus, & contemptus bonorum operum, &
superbia cæcant, ita humilitas, & simplicitas
lumen ad sapientiam obtinendam parant.

C A P V T XIII.

*De habendis ad fratres exhortationibus
spiritualibus.*

SINGVLIS etiam hebdomadibus vniuersi,
vt opinor, religiosi verbum Dei audiunt, &
prælati per se, vel per substitutum ad perfectio-
nem exhortantis sermonem excipiunt. Est enim
*Vitareligi-
osaver-
bi Dei
abundās.* vita religiosa, sicut & aliorum bonorum, ita &
verbi Dei abundans, quo cultores suos sanat,
atque sustentat. Quibus congratulari possumus
1. Cor. verbis illis Pauli: *Gratias ago Deo meo in gratia
1.4.* Dei, qua data est vobis in Christo Iesu, quia diuites
facti estis in illo in omni verbo, & in omni scientia.
Si illi adhuc imperfecti sunt, à vitiis, & imper-
fectionibus sanat; si perfecti, in omni sanctitate
*Ser. 15.
ex par-
uis.* operatur verbum Dei, & animas vitiosas sanat,
&

& bonas admonet. Hoc verbum Dei est ille panis subcinericius, qui voluebatur aduersus castra *Madian*; nam & tabernaculum vitiorū subuertit, & terræ funditus coæquauit.] Tuba est, inquit Hugo Victorinus, panis est, gladius est: tuba est, quia auribus insonat: panis est, quia esurientium iustitiam mentes fanat: gladius est, quia cordium secreta penetrat.] Sed videamus primò, qua ratione verbum Dei vtiliter proponetur, postea verò quomodo cum fructu à religiosis excipietur.

Exhortatio ergo spiritualis omnibus sextis feriis ex regula per consuetudinem interpretata, habetur, nisi loco illius collatio spiritualis, de qua postea vno interrogante, & pluribus respondentibus habeatur. Huius exhortationis Superior magnam in cordibus omnium subditorum æstimationem, magnūque desiderium curabit inferre, tanquam vnus ex instrumentis præcipuis, quo subditos ad omnem perfectionem, ac vniuersarum virtutum studium incitabit. Verè enim ita est, quòd in domo religiosa, cui hic panis verbi Dei non ministratur, aut non pro dignitate proponitur, disciplina languet; è contra verò si panis spiritualis abundet, disciplina florescit. In quodam Collegio nostro, tempore quo à studiis vacatur, & à frequentia quoque exhortationum superfedetur, nonnullæ imperfectiones in quibusdam fratribus adolescentioribus notabantur. Cùm autem superior eas in consultationem adduceret, & causas, ac medicamentum inquireret, dictum est illi à quodam Patre docto, & spirituali, causam in promptu esse,

Aluarez de vita rel. G g quòd

Iudic. 7.
13.
Ser. 63.
tom. 2.

Languet
disciplina
vbi illius
penuria
est.

quodd exhortationes, & collationes spirituales deficerent, optandumque esse, vt ad eas, tanquam ad remedium nostrorum defectuum, reuerteremur.

Illinostra salus adscribitur. Sapiens omnino cogitatio. Exhortatione namque spirituali verbum Dei proponitur, cui omnis nostra salus adscribitur. *Misit verbum suum,* ait, & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum.

Psal. 106.

20.

Ibid.

Psal.

106. 19.

Hoc verbum ex Augustini sententia significat doctrinam cœlestem, quæ à nobis fastidium virtutis pellit, vt in sanctitate viuamus. [*Omniem escam,* inquit, *abominata est anima eorum,* per escam, bonorum operum exercitationem intellige. *Quid autem inde sequutum est? Et appropinquauerunt vsque ad portas mortis.* Ad tollendum autem fastidium mittit Deus verbum suum, quo à portis mortis eripimur, quia desiderium per ipsum virtutis accendimus. Hoc verbum, vt ait Bernardus, & cibus noster est, & gladius, & medicina, & confirmatio, & requies, resurrectio quoque & consummatio nostra.] Istud nos mundat.

Ser. de vitlic. verbi Dei.

Ioan. 15.

3.

Psal.

147. 18.

Nam & vos mundi estis propter sermonem, quem loquutus sum vobis. Duritiem nostram emollit. *Emitte verbum suum, & liquefaciet ea.* Tristitiam pellit, ignorantiam amouet, imbecillitatem confirmat, virtute fœcundat, & ineffabili modo fit omnia in omnibus nobis.

Magna exhortationum utilitas, quam interdum superior exponit.
1. Pet. 2. 9.

Exhortationes autem faciet magni habere superior, si interdum magnum earum momentum exponat. De quo multa sunt in Scriptura, & Patribus, quæ ipse facilè inueniet. Certè verbum Dei, quod exhortationibus proponitur, admirabile lumen à Petro vocatum est: *Et virtutes an-*

nunci

*nunci
le lum
facta,
Cōfir
sti hac
uulis.
Labia
sunt, i
metip
impe
quoru
comm
mnes
exhor
virtut
nihil
gruun
bus fi
ex co
adific
quod
vita d
Hi
non p
domi
gò mu
Benè
spirit
rium,
imper
lo mo
Antic
nagog*

nunciatis eius, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumē suū. Eiusque inspectio in Christo Domino facta, lætitiæ causa est. Exultavit enim, & dixit: *Cōfiteor tibi Pater, Domine cœli, & terra, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudētibus, & revelasti ea paruulis.* At eius inopia animæ egestas reputata est. *Labia nāque iusti erudiunt plurimos, qui autē indocti sunt, in cordis egestate moriuntur.* Item si ipse per semetipsum exhortationes faciat, vel certè, cū impeditus fuerit, viris solū spiritualibus, & quorum vita à reliquis suspiciatur, id munus committat. Neque enim omnes docti, neque omnes, qui ad populū conciones habent, ad has exhortationes faciendas apti sunt. Quoniam si virtute, & dono orationis non emineant, aut nihil vtile, & viris spiritualibus audientibus cōgruum proponant, aut si proponant, in astantibus fructum non faciunt. Vident enim eos non ex corde, sed specie tenus loqui, & quod verbo ædificant, actione destruere, & verissimum est, quòd sermo alicuius contemptui habetur, si eius vita despiciatur.

Hinc morem illum quorundam superiorum non probo, qui cū aliquem Patrem grauem domi hospitem excipiunt, statim ei honoris ergò munus exhortandi fratres semel iniungunt. Benè quidem, si non tantū doctus, sed vir etiam spiritualis est, aut saltem viri spiritualis desiderium, & apud alios opinionem habet. Si autē vir imperfectus, ac cōmunis virtutis agnoscitur, nullo modo ad exhortandū inuitetur. Paulus, & alij Antiochiā Pisidiæ prætereūtes à principibus Synagoga ad dicendū inuitati sūt: *Viri fratres, si quis*

Matth. 11. 25.

Prover. 10. 21.

Per semet ipsū, vel per spirituale virum illas faciet.

Præsumptio aliquorū mos.

Actor. 13. 15.

est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Sed id quare? [Quia ex ipso aspectu, inquit Dionysius Richelius, & probitate Pauli Barnabæ considerauerunt, eos esse viros religiosos, ac sapientes. Siquidem sapientia hominis lucet in facie eius.] Quando ergo talis fuerit, qui transit per nos, homo videlicet grauis, & spiritualis, & cuius habeatur non vulgaris opinio, conuenit illum ad exhortandum inuitare. Si verò alius fuerit, præstat illum non hoc, sed aliis amoris officii delinire.

Non festinanter, sed conuenienti tempore præparanda.

Exhortationes huiusmodi non festinanter, sed ex professo, & conuenienti tempore, præparandæ sunt. Nam cum de rebus magis interioribus, vt statim dicemus, sit in illis agendum, maius proculdubio studium, & attentioem meditationem requirunt. Errant proinde, qui concionem ad populum habituri, diligentissimè inuentioni rerum, & dispositioni, & aliis requisitis se tradunt: concionem autem ad religiosos intra priuatos parietes declamaturi, oscitanter, & in magna angustia temporis præparare eam fatiùs ducunt. Indicium præbent, quòd non sincera intentione concionantur, sed seipsum, & gloriam propriam quærunt, aut certè, quòd difficultatem loquendi de rebus spiritualibus pro dignitate necdum nouerunt. Rem magni momenti, diligenter, & attentè, & cum debita præparatione faciant, aut munus exhortandi non suscipiant.

Meditatione simul & lectione.

Præparandæ sunt huiusmodi exhortationes non sola meditatione, nec sola lectione, sed his duobus se mutuò iuuantibus, conficiendæ. Si sola

me

medit
plices
non le
periti
& spir
ne val
ego vi
tem so
parum
iuna. N
tatione
vt torp
erudite
dolese
attentè
erã Scr
tuales,
mur, vt
mus, m
Præ
menti r
los, qua
prædica
aptè sub
lis, nec
rum nec
nis excu
dant. Ad
per iube
tas exig
tarditas
ritale al
miniofu

meditatione præparétur, euadét plus nimio simplices, & rerum, ac sententiarum ieiunæ, & post non longum tempus exhortandi eorundem repetitione molestæ. Vix enim doctissimus simul, & spiritualissimus, inuenietur, qui absque lectione valeat plenè huic muneri satisfacere. Noui ego vix vnum, aut alterum, tres non noui. Si autem sola lectione, & studio conficiantur, erunt parum vtiles, & aridæ, & spiritus efficacitate ieiunæ. Nam quis, rogo, sciet absque præuia meditatione, & oratione verbum Dei ardentè, & ita vt torpentes exsuscitet, ministrare? Ad doctos & eruditos viros, vel saltem ad magno ingenio adolentes exhortationem habemus, vt nos attentè, & reuerèter audiant, & sic proficiant, sacrâ Scripturâ, ac Patres euoluamus, viros spirituales, & plusquam ordinariæ virtutis, alloquimur, vt spiritu, & virtute dicamus, ac eos moueamus, meditatione, & oratione nos ipsos paremus.

Præcipit id Gregorius arcam veteris Testamenti mysticè explanans, ac per quatuor circulos, quatuor Euangelia, per quatuor verò vectes, prædicatores intelligens. [De quibus, inquit, aptè subiungitur: Qui semper erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis. Quia nimirum necesse est, vt qui ad officium prædicationis excubant, à sacræ lectionis studio non recedant. Ad hoc namque vectes esse in circulis semper iubentur, vt cum portari arcam importunitas exigit, de intromittendis vectibus portandi tarditas nulla generetur; quia videlicet cum spiritale aliquid à subditis pastor inquiritur, ignominiosum valde est, si tunc quærat discere, cum

*Mysticè id
arcæ testa-
menti ve-
teris figu-
rarum.
Pastoralis
curæ.
cap. II.*

quæstionem debet enodare. Sed circulis vinctis inhæreant ut doctores semper in suis cordibus eloquia sacra meditantes, testamenti arcam sine mora eleuent, si quidquid necesse est, protinus doceant.] Scripturæ ergo meditationi vacent, & sic vtrumque, orationem scilicet, & lectionem in exhortationum studio coniungant.

*Qui libri
copiosam
ad exhor-
tandum
ministrat
suppellecti-
lem.*

Abundatissimam suppellectilem ad has exhortationes parandas libri ascetici antiquorum Patrum, & recentiorum scriptorum ministrabunt. Qui ex professò ad proprium, & aliorum profectum legendi sunt, & in locos communes notandi. Huiusmodi sunt Basilij regulæ fusiùs disputatæ, & breuiores, & constitutiones monasticæ, & alia ad spiritum pertinentia: Augustini confessiones, meditationes, & in Psalmos commentarij, & quædam, quæ sub nomine eius ad religiosos scripta circumferuntur: Ambrosij officia, de virginibus, de fuga seculi, & nonnullæ expositiones in Psalmos: Hieronymi aliquæ epistolæ: Gregorius præsertim in moralibus, Bernardus, Bonaventura in opusculis, Laurentius Iustinianus, Ioannes Cassianus, Ephrem Syrus, Hugo, & Ricardus de S. Victore, Hubertus de eruditione Religiosorum, in regulam Augustini, & de tribus votis, Innocentius de contemptu mundi, Thomas à Campis, Vincentius Ferrarius de vita spirituali, Ludouicus Blosius, Albertus Magnus de virtutibus, & adhærendo Deo, epistolæ Catherinæ Senensis, Gertrudis, Ludolphus de vita Christi, & Dionysius Richelius in variis opusculis. Exrant præterea homiliæ, & sermones ad religiosos magnæ eruditionis, & exquisitioris spiritus.

ritus,
tis, C
ditæ,
religi
scrip
solum
gular
possu
ad vñ
mitter
ctorum
exemp
De
ris sci
conue
in ini
alia qu
da fun
scam,
Nam t
dem ip
quien
bis, se
tualia
inter
fido, r
celest
lege D
parate
tem li
esse no
sed m
si ager

ritus, Macharij Ægyptij, Dorothei, Esaiæ Abbatis, Cæsarij Arelatensis Episcopi, Theodori Studitæ, Trithemij Abbatis, & Dionysij Richelij ad religiosos de tēpore, & de Sāctis. Alia multa sunt scripta virorum spiritualium recentiora, non solum Latino, sed vulgari sermone edita, singularis doctrinæ plena, quæ omnia & legi possunt cum magno emolumento, & illis multa ad vsum exhortationum excerpri. Nec præmittendæ sunt historiæ Ecclesiasticæ, & Sāctorum vitæ, vt non solum rationibus, sed exemplis agatur.

De his differendum est, quæ auditoribus, viris scilicet spiritualibus, & Deo consecratis conueniant. Ita faciendum esse docet Bernardus in initio Canticorum: [Vobis fratres, inquit, alia quàm aliis de seculo, aut certè aliter dicenda sunt. Illis siquidem lac porum dat, & non escam, qui Apostoli formam tenet in docendo. Nam spiritualibus solidiora apponenda esse, itidem ipse suo docet exemplo: Loquimur, inquit, non indoctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. Item sapientiam loquimur inter perfectos, quales vos nimirum esse confido, nisi frustra fortè iam ex longo studiis estis cœlestibus occupati, exercitati sensibus, & in lege Dei meditatores die, ac nocte. Itaque parate fauces non lacti, sed pani.] Hinc autem licet colligere, in medium adferenda esse non valde humilia, nec valde sublimia, sed mediocria: non quidem valde humilia, vt si ageretur de malitia peccati mortalis, de odij &

*Digna
viris spi-
rituali-
bus dicē-
da.
Ser. i. in
Cant.*

*Nec ni-
mis subli-
mia, nec
nimis hu-
milia, sed
mediā.*

472 *De vita religiosè instituenda,*
discordiæ, & aliorum vitiorum detestatione.
Nó item valde sublimia, vt si tractaretur de per-
fectissima contemplatione, ac de mentalibus ex-
cessibus. Sed agatur de mediocribus, quia au-
ditores nec seculares aut incipientes sunt, nec (si
vnum, aut alterum excipias) valde perfecti, sed
ad classem proficientiũ pertinentes. Ac ideo sint
exhortationes de fuga peccatorũ venialium, de
mortificatione, tum interiori, tũ exteriori, detriũ
votorũ exacta custodia, de humilitate, de obser-
uatione regulæ, de studio orationis, de cogita-
tione præsentiæ Dei, de charitate fraterna, de zelo
animarũ, de omni otio vitando, de beneficio re-
ligiosæ vocationis, de amore religionis vt ma-
tris, de bono exemplo omnibus præbendo, de
silentio, de modestia, de rebus spiritualibus in
communi colloquio tractandis, de ordinariis
operibus ritè exequendis, de contemptu seculi,
& perfecto vsu sacramentorum, ac de aliis hu-
ius generis.

*Ad humi-
lia descē-
dere, non-
numquã
cõueniēs.*

*Rarò etiã
arcana
contem-
plationis
aperire.*

Interdum tamen discretionis erit, ad humilia
descendere, vt ad miseriam eius, qui in cœtu vi-
torum spiritualiũ fictè procedit, & consciẽtiã
manifestam superiori non habet, & ad sacramẽ-
ta confessionis sine dolore, & communionis
gravi peccato pollutus accedit; ne fortè sit inter
nos, sicut inter Angelos Dei aliquis Satã, qui his
debeat monitis percelli, & ad sanam mentem
possit reduci. Hæc autem dicantur, non quasi ali-
qua necessitas vrgeat, sed quasi gratitudo erga
Deum, qui nos ad vitæ puritatem vocauit, hanc
disputationem accersat. Interdũ etiã, licèt rarò,
debet sublimia cõtemplationis arcana loqui, se-
cun

cund
fectos
uent
milia
pallē
perie
nibus
dos r

De a

PR
m
cuius
liqui
tum a
dis ex
tinen
nimu
verbo
in se
filij s
mand
riam
Dei a
rem, &
atque
geant
bent,
ponar
ait:]
inuen

cundum illud Pauli: *Sapientiam loquimur inter perfectos*, non quidem ut hæc doceantur, sed ut feruentiores ad desiderium maioris cum Deo familiaritatis accendantur. Præsertim autem id posset facere, qui aliquam rerum sublimium experientiam haberet. Hæc obiter de exhortationibus dicta sint, nunc ad fratres nostros monendos redeamus.

CAPVT XIV.

De audiendis exhortationibus spiritualibus.

PRÆLATVS ergo, vel alius vir non contentus auctoritatis verbum Dei feria sexta cuiusque hebdomadis exhortando proponit, reliqui verò audiunt, & rorem spiritualis doctrinæ tum auribus corporis, tum multo magis aure cordis excipiunt. Sunt enim & ipsi filij Dei, & pertinent ad gregem Christi, de quo dictum inuenimus, *Qui ex Deo est, verba Dei audit*. Ideo se huic verbo morigeros auditores præbent, ut habeant in se hoc adipiscendæ salutis indicium. Nam qui filij sunt in exilio per gratiam, & obedientiam mandatorum, arrham habent, quod filij per gloriam etiam erunt in regno. Audiunt verbum Dei attentè, & modestè aure corporis, ut decorem, & modestiam seruent. Audiunt & attentius atque sollicitius aure cordis, ut eo virtutem augeant, & si quid in moribus minùs rectum habent, verbo audito, & in mores transfuso componant. Non sunt ex illis, de quibus Bernardus ait: *Nonnullos enim sic interdum audientes inuenies, ac si nihil omnino ad eos pertineant,*

*Verbo Dei
tuum au-
res corpo-
ris, tum
cordis ex-
hibere
prædesti-
nationis
signum.
Ioan. 8.
47.*

*Non ex-
hibere, re.
probationis.
Ser. I.
Septua-
ges.*

quæ dicuntur: non intrare cor suum, non discutere mores suos, non cogitare, ne fortè, quod audiunt, dictum sit propter eos. Magis autem si fortè sermo Dei viuus, & efficax (qui suo, & non eius, qui loquitur, arbitrio fertur, quocunque voluerit) si, inquam, manifestè aduersùs vitia illa processerit, quibus sese illi sentiunt obligatos, dissimulant, & auertunt oculos cordis, aut qualibet adinventione palliant vitia, & seducunt miseri semetipsos. In his ergo salutis signa non video, magis autem vereor, ne fortè propterea non audiant verbum Dei, quia non sunt ipsi ex Deo.] Non, inquam, sunt ex his, sed ad lucem verbi, quod illis proponitur, se discutiant, si quid in se minùs rectum inuenerint, humiliter corrigunt, & desideria maioris virtutis accendunt. Hos attentè, & humiliter volentes audire nunc alloquimur, & quomodo ex exhortatione profectum capient, edocemus.

*Cum desiderio
proficiendi
ad exhortationes
accededi.
Prouer.
17.11.*

Si ergo vis, ô iuste, ex verbi Dei auditione proficere, cum magno desiderio audiendi, & aliquid discendi, ad exhortationem accede. Tibi namque dicit Salomon: *Sinde sapientia, fili mi, & laticor meum, ut possis exprobranti respondere sermonem.* Audi, inquam, non oscitanter, sed diligenter verba sapientiæ, ut habeas ad manum doctrinam spiritus, qua in omni virtute crescas, & dæmoni te ad peccata trahenti respondeas.

*Ecclesi. 21.
20.*

Et Ecclesiasticus: *Os prudentis queritur in Ecclesia, & verba illius cogitabunt in cordibus suis.* Sapientes scilicet verba Dei non perfunctoriè, & negligenter audient, sed in cordibus suis ea co-

gita

gitabunt, & ad salutem operandam solerter expendent. Hoc autem desiderium excitabis, si te doctrina spiritali indigere animaduertas. Non enim quia vitā religiosam sectaris, quæ spiritalis doctrinæ est feracissima, ideo huius doctrinæ auditione non eges. Imò ideo tanto maiori studio, & maiori attētionē tibi audienda est, quāto experientia compertum habes ex tam frequenti doctrina negligenter audita, te nullum hactenus, aut exiguum fructum percepisse. Quadrat in hunc locum similitudo Clementis Alexandrini, tantisper immutata, quod sicut pisces, qui in falso & nascuntur, & nutriuntur, salibus tamē ad condimentum indigent; ita & religiosi in campo doctrinæ spiritalis educati, eadem doctrina opus habent diligenter audita, vt à vitiorum corruptione protegantur. Hoc desiderium audiendi verbum Dei, & hæc diligentia ex auditione proficiendi, seruoris est, & salutis spiritalis indicium.] Nam, vt ait Chrysostomus, qui tanta voluptate audit, declarat ad opera quoque facienda se paratum. Nam sicut esuriē, signum est bonæ valetudinis: ita amare diuina eloquia, spiritalis sanitatis indicium fuerit maximum.]

Ora Dominum, vt per os loquētis te doceat, & moueat. Ora, vt quo tēpore prælatus te docet exteriùs, ipse Dominus ad cor tuū loquatur interiùs. Optimè sanè dixit Augustinus: [Videte magnum sacramentum, fratres. Sonus verborum nostrorum aures percutit, magister intus est. Nolite putare quemquā hominē aliquid discere ab homine. Admonere possumus per strepitum

Ex propria indigentia consideratione illud excitatur.

1. Stromat.

Est salutis spiritalis indicium. Hom. 15. in Genes.

Orandus Deus, vt per os loquentis doceat, & moueat, & qui id faciat. In 1. Epist. Ioan. tract. 3.

pitum vocis nostræ: si non sit intus, qui doceat, inanis sit strepitus noster. Adeò fratres vultis nosse? Nunquid non sermonem istum omnes audistis? Quàm multi hinc indocti exituri sunt? Quantum ad me pertinet, omnibus loquutus sum; sed quibus vnctio illa intus non loquitur, quos Spiritus sanctus intus non docet, indocti redeunt. Magisteria forinsecus, adiutoria quædã sunt, & admonitiones. Cathedrã in cœlo habet, qui corda docet: de Domino dico. Propterea ait & ipse in Euangelio: *Nolite vobis dicere magistrum in terra: vnus est magister vester, Christus.* Ipse vobis ergo intus loquatur, quando nemo hominum illic est.] Et ad idem Gregorius: [Sed inter hæc sciendum est, quòd plerumque etiam Deum, qui videlicet imbecillis non est, humiliter agentes adiuuamus. Vnde & per Paulum dicitur: *Adiutores enim Dei sumus.* Nam cùm ei quem ipse per internam gratiam infundit, nos exhortationis voce concurrimus, hoc, quod ille per Spiritum sanctum agit intrinsecus, nos exterius ministerio vocis adiuuamus, & tunc solum nostra exhortatio ad perfectionem ducitur, cùm in corde Deus fuerit, qui adiuuetur. Vnde & aliàs dicit: *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* Plantare quippe & rigare, adiuuare est. Quod vtrumque vacuum erit ministerium, si in corde Deus non dat incrementum.] Si ipse præcipuus est magister, sine quo nec dicta intelligere valeamus, neque in opus producere, vt intelligamus, & operemur, ad ipsum cor nostrum per orationem dirigamus.

Matth.

23. 8.

17. Mor.

cap. 16.

1 Cor. 3.

9.

7.

Præ

P
gent
& de
mini
verba
quod
no ad
cit: A
mittar
bi, loq
Si aut
ceret,
uit ill
loque
tus, au
minu
nùs in
ba Do
est, ac
sicut i
stomi)
ras mi
mome
proger
obscu
suscep
reuer
audito
ad tenu
affert, e
Hæc il
Neq
& omr

Prælatum, aut alium quemuis partes eius a- Dicentis
 gentem, non aliter, quàm Christum loquentem, verba, ac
 & docentem auscultes. Ipse enim est, qui per ad- si Christi
 ministros suos loquitur; ipse, qui per os eorum essent, au-
 verba vitæ cordibus audientium instillat. Sanè scultada.
 quòd dixit Dominus ad Ieremiam, idem omni-
 no ad prælatos, & Euangelicos prædicatores di-
 cit: *Noli dicere, puer sum: quoniam ad omnia, ad qua* Ierem 1.
mittam te, ibis: & vniuersa, quacunque mandauero ti- 7.
bi, loqueris. Et postea: *Ecce dedi verba mea in ore tuo.* 9.
 Si autem hunc quem audis, Deus misit, vt te do-
 ceret, si verba sua in os eius misit, si quæ manda-
 uit ille, proponit, non est, cur solum hominem
 loquentem putes. Nihil autem refert, si præla-
 tus, aut alius quiuis senex eius vicem gerens,
 minùs literatus sit, aut minus eloquens, aut mi-
 nùs in rebus spiritualibus exercitatus; nã si ver-
 ba Domini proponit, pari reuerentia audiendus
 est, ac si magnis donis, & talentis polleret. [Nam Hom.
 sicut in humanis rebus, (vt simili vtar Chryso- 44. in
 stomi) quando regum diademate coronatus lite- Genes.
 ras mittit, tunc is, qui adfert eas, per se nullius
 momenti est, sed humilis quidam, sæpe neque
 progenitores numerare sciens, obscurus, & ex
 obscuris: sed non ad illum spectant, qui literas
 suscepturi sunt, sed propter regis literas magna
 reuerentia, & silentio eas suscipiunt: sic etiam
 auditores non ad dicentem respiciunt, neque
 ad tenuitatem eius, sed quia quæ dicit, à Deo
 affert, ea collecto animo, & attento accipiunt.] Comme-
 Hæc ille. nia, &
nota non
curs fa-
stidio au-
dienda.

Neque etiam refert, quòd perfectus cõmunia,
 & omnibus nota proponat. Non enim doctrinã
 spiritus

spiritus audis, vt noua discas, sed vt ad ea, quæ didicisti, opere complèda inuiteris, & vt de hoc, quod scilicet bonum cognouisti, & non fecisti, crubescas. Nam si sermo Dei non venisset ad te, nec loquutus fuisset tibi, fortè peccatum non haberes; nunc autem excusationem non habes de peccato tuo. Quid refert, si, quæ dicuntur, no-ueris, dum ea opere minimè exequeris. Nò proponuntur nunc, vt ea scias, sed vt scita iam tandem aliquando perficias. Non ignorat sæpe mæcipium, quid factò opus sit, vt herò placeat: at non est superuacaneum illi intimare sæpius, fac hoc, vel illud, vt nouo imperio suam negligentiam vincat. Sic Deus per os loquentis tibi antea nota proponit, vt eorum recorderis, & ad opus verbis præsentis exhortationis impellaris.

Quæ audis, tanquam tibi vtilia suscipito, ac tibi vtilia existimato; nam, vt inquit Ecclesiasticus: *Verbum sapiens quodcumque audierit, sciens laudabit, & ad se adiciet: audiuit luxuriosus, & displicebit illi, & proiciet illud post dorsum suum.* Audi igitur verba Christi te per prælatum monentis, non cum tædio, & nausea, sed attentè, & desideranter, non ex curiositate, sed ex desiderio discendi vtilia; aut operandi perfectà. Audi non vt statim eorum, quæ audisti, obliuiscaris, sed vt ea postea mediteris. In lege quippe scripta, *animalia, quæ ruminabant cibum, munda erant.* In lege verò noua, animæ, quæ verba Dei audita meditantur, & quasi in propriam substantiam actione conuertunt, ad magnam munditiam perueniunt. Huncque esse legis illius spiritum Augustinus manifestè

Eccli.
21.18.

*Audita
semper
ruminā-
da.
Leuit.
11.3.*

man
quit
hoc
vt n
acce
audit
nanti
te pe
latim
sus in
tiam
cant.
Ne
verun
Nam
ctione
plinat
gregio
scenti
ctarum
qui sep
diuers
cem s
fidelite
terpos
notitia
auditor
legis in
religio
santibu
quàm
non fac
tis ea

manifestè testatus est : [Verbi auditor , inquit , similis esse debet animalibus , quæ ab hoc , quod ruminant , munda esse dicuntur : vt non pigeat cogitare , quæ in aluo cordis accepit , & cùm audit sit similis edenti , cùm audita in memoriam reuocat , sit similis ruminanti.] Meditaberis itaque postea aliquid ad te pertinens eorum , quæ audiuiti , vt sic paulatim optimi de virtute , & perfectione sensus in memoria tua hæreant , & in scientiam agendorum , & vitandorum inducant.

Nec solum ad hoc audita meditaberis , Sensu
exequu-
tioni m.
dando. verum multo magis , vt actione exequaris. Nam sicut , qui docet , nititur doctrinam actione præuenire ; ita qui audit , debet disciplinam actione perficere. Quare Augustinus egregiè ait : [Quamuis dissimile sit doctoris , discipulisque officium : tamen vtrisque debet sanctorum legum obsequium , vt iungantur factis , qui separantur officiis , copulentur opere , qui diuersi sunt nomine , & quos vocabula abinui-
Ser. 3. de
verbis
Dom. cem separant , eos obseruantia præceptorum fideliter , ac deuotè coniungat.] Et paucis interpositis : Neque enim perfectio in legum est notitia constituta , cùm sit scriptum : *Non enim* Rom. 2.
13. *auditores legis iusti sunt apud Deum , sed factores legis iustificabuntur.* Neque enim , inquam , is religiosus , & sanctus est , qui nouit legem cessantibus factis , cùm expedit facere magis , quàm docere : quia molestum est docere , & non facere. Vos amici mei estis , inquit , si feceritis ea quæ mando vobis.] Tuum ergo est quæ

Deuter. quæ dicuntur, *discere*, vt est in Deuteronomio,
 5.1. & opere complere. Ac rursus: *Ponite corda vestra in om-*
 Deuter. *nia verba, quæ ego testificor vobis hodie, vt mādētis*
 32.46. *ea filiis vestris custodire, & facere.* Tuum est, non
 Rom. 2. auditione tantum, sed multo magis actione iu-
 13. stitiam prouehere. *Quia non auditores legis iusti*
sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Tuū
 Luc. 11. tandem est per verbum Dei opere expletum ad
 28. beatitudinem peruenire. Nam *beati, qui audiunt*
Summa *verbum Dei, & custodiunt illud.* Ac vt summam
agendorū dicta repetam, ad audiendum desideranter acce-
in verbi de, & breui oratione te præpara, qua & loquenti
Dei audi- gratiam dicendi, & tibi, ac aliis audientibus ad-
uene. iutorium ad proficiendum poscas. Audi humi-
 liter, non vt censor, ad vt rudis discipulus: audi
 attentè, vt, quæ audieris, memoria retineas: audi
 fideliter, vt ceu bona terra ex semine tibi com-
 missa fructum operis proferas, & sic ex abun-
 dantia doctrinæ ditissimum virtutis cumulum
 reportabis.

CAPVT XV.

De collatione spirituali.

Collatio- **V**S V S collationum spiritualium, quibus ali-
num con- quando per hebdomadā loco exhortatio-
suetudo nis ad perfectionis amorē accendimur, & media
ab ipso ad vincēdam aliquam tentationem, vel proster-
Apostolo- nendum vitium, vel assequendam virtutem in-
rum de- quirimus, ac modū inter nos studiosè, sanctè que
ducta tē- viuendi
poribus.

viuen
 sanct
 dium
 Ascen
 illis,
 dico in
 curri
 gelium
 didico
 cio fra
 quia n
 accep
 Christ
 latio
 fingit
 sensu
 dum,
 tur Pa
 eum s
 vt alio
 aut cu
 labora
 ctina
 proce
 inter
 tation
 rogan
 tibus,
 nenti
 mner
 Fui
 frequ
 Cassia
 I. A

viuendi conferimus, tam antiquus est, vt ab ipsis sanctis Apostolis sumpserit approbationis exordium. Paulus enim ad Galatas scribens sic ait:

Ascendi autem secundum reuelationē, & contuli cum illis, nimirū cum Apostolis, Euangelium, quod præ-

dico in gentibus, ne forte in vanum currerem, aut accurrissem. Non ascendit ille ad discendum Euangelium, quod antea ab ipso Christo immediatè didicerat. Vnde præmiserat: *Notum enim vobis facio fratres, Euangelium, quod euangelizatum est à me,*

quia non est secundum hominem; neque ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Sed ascendit conferre Euangelium: nā collatio æqualium est, qua de propolita quæstione

singuli exponunt, quid sentiant, vt dū in eodem sensu conueniunt, se magis ad bonum sectandum, & malum fugiendum accendant. Hæc igitur Pauli, & aliorum Apostolorum collatio in

eum scopum à Doctore gentium ordinata est, nō vt aliquid noui disceret, sed ne in vanū curreret, aut cucurrisset, id est, sine fructu apud homines laborasset. Fidelibus enim suspecta esset eius doctrina, & meritò, si à doctrina aliorum Ecclesiæ

procerum dissentiret. Hinc autem vsus inoleuit inter spirituales viros, vt aliquando loco exhortationis collationem instituerent, qua vno interrogante, & aliis ad interrogationem respondentibus, & prælato, quod sentiendum est, decer-

enti, vniuersi in bono erudiantur, & ad omnem perfectionem excitentur.

Fuisse verò apud illos religiosos antiquos frequentissimum collationum vsus, ex Ioannis Cassiani insignibus collationibus constat, quæ

I. Alvarez de vita rel. H h non

Galat. 2.

2.

Galat.

I. II.

Apud antiquos religiosos frequentissima, & illarum forma.

non solum facundia illius obseruantissimi Eremitæ mentes legentium mirificè delectant, & mouent, sed & omnem spiritus doctrinam continent. Formulam autem collationis instruendæ apud eundem Cassianum inuenio, quam ad utilitatem eorum, qui similibus collationibus spiritualibus assueti non sunt, nõ cunctabor exscribere. Ita ergo ille collatione quendam tempore B. Antonij habitam narrat. [Memini igitur quondam in annis adhuc pueritię constitutus in partibus Thebaidis, vbi B. Antonius morabatur, seniores ad eum perfectionis quærendæ gratia conuenisse. Cùmque à vespertinis horis vsque ad lucem fuisset protracta collatio, circa quaestionem hanc maximum noctis spatium consumpsisse. Nam diutissimè quærebatur, quænam virtus, vel obseruantia monachum possit à diaboli laqueis ac deceptionibus custodire semper illæsum, vel certè recto tramite, firmoque gradu ad perfectionis culmè euehere. Cùmque pro captu mentis suæ proferret vnusquisque sententiam, & alij quidem hoc in ieiuniorum, vigiliarumque studio collocarent, quòd his videlicet extenuata mens, ac puritatem cordis, & corporis assequuta, Deo faciliùs vniretur. Alij in contemptu vniuersarum rerum, quibus mens se penitus nudaretur, tanquam nullis deinceps retinentibus laqueis ad Deum expeditior perueniret. Alij anachoresin necessariam, id est, remotionem, & eremi secreta censerent, in qua commanens quis familiarius interpellare Deum, eique possit peculiariùs inhærere. Nonnulli sectanda charitatis, id est, humanitatis officia definirent, eo quòd his regna cælo

Collat.
1. cap. 2.

cælorum
velut
nedit
à cons
manan
que in
certio
esetq
tione
Omni
sunt,
cupien
buere
torum
Hæ
magn
mè co
sancti
fratres
ditum
torum
& hoc
tres se
quit,
per lo
liis in
storia
in Pall
tionur
guisse
de illo
pretiu
tempo

cœlorum daturum se Dominus in Euangelio Matth.
 velut specialius repromittat, dicens: *Venite be-* 25. 34.
nedisti Patris mei, possidete paratum vobis regnum 35.
à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi
manducare; sitiui, & dedistis mihi bibere, &c. Cùm-
 que in hunc modum diuersis virtutibus aditum
 certiore ad Deum parari posse decernerent,
 esétque noctis maximum tempus hac inquisi-
 tione consumptum, intulit demum B. Antonius:
 Omnia quidem hæc, quæ dixistis, necessaria
 sunt, & vtilia sitientibus Deum, atque ad eum
 cupientibus peruenire, sed his principalem tri-
 buere gratiam, nequaquam nos innumeri mul-
 torum casus, & experimenta permittunt, &c.

Hæc est forma collationis, cui non solum *Amagno*
 magnus Antonius adfuit, verùm, & illam maxi- *Antonio,*
 mē commendauit. Nam Athanasius quandam *Et alius*
 sanctissimi patris exhortationem habitam ad *Patribus*
 fratres commemorans, ab his verbis illum exor- *mirè cõ-*
 ditum fuisse ait: [Ad omnem quidem manda- *menda-*
 torum disciplinam scripturas posse sufficere: sed *ta.*
 & hoc optimum fore, si mutuis se inuicem fra- *In vita*
 tres sermonibus consolarentur. Et vos ergo, in- *Anto-*
 quit, vt patri referte, quæ nostis: & ego, quæ *nij.*
 per longuam ætatem consequutus sum, quasi fi-
 liis indicabo.] Multa alia sunt in Sanctorum hi-
 storia Theodoret, & in Dorothei doctrinis, &
 in Palladij Lausaca, ex quibus hunc vsum colla-
 tionum spiritualium apud veteres religiosos vi-
 guisse conspicitur. Nec prætereundum est, quod
 de illo scribit Basilius in hunc modum: [Opera-
 pretium est autem, si stas interdum quibusdam
 temporibus, certisque locis concessus celebretur

eorum, qui fratrum conuenientibus præsumunt, in quibus videlicet, cum de rebus iis, quæ sibi præter rationem acciderint, tum de difficilibus etiam ad tractandum naturis, aut moribus, & quomodo in singulis moderandis se gesserint, vicissim inter se communicent, & conferant, quò videlicet, si aliquid aliquando minùs rectè ab aliquo factum fuerit, id adhibita locuplete multorum sententia maiore cum autoritate, quod in medium adductum est, quale sit, iudicetur. Contraque si quid rectè gestum, multorum similiter testimonio comprobetur.] Sic ille.

Merito hic usus non deferendus.

Prou. 11. 14.

Quid erga illius obseruandum. Acto. 4. 15.

le. Hic ergo usus à sanctis antiquis commendatus, non esset à recentioribus deserendus, ut ex eo copiosum fructum, sicut & illi, colligerent. Si enim scientiæ mutua condiscipulorum collatione discuntur, si res ad gubernationem, & ad negotia bellica pertinentes collatione tractantur, cur res spiritus, & salutis nostræ non conferemus, ut inde, quid faciendum, & quid fugiendum sit, auditis aliorum sententiis, cognoscamus? *Salus*, inquit Salomon, *ubi multa consilia.* Vel, ut habent Hebræa, *in multitudine consultorum.* Multos igitur eiusdem propositi, & vocationis audire debemus, ut eorum experientia ad salutem nos doceat, & de his, quæ sola industria propria consequi non valet, ipsorum sermo exhortatorius erudiat.

Si ergo alicubi usum harum spiritualium collationum inueneris, eis adesse, & fructum eruditionis percepisse non pigeat. Et sicut seniores, & principes Iudæorum conferebant adinuicem, quomodo Christi memoriam delerent, & Apo-

stolos

stolos
bus co
Apost
simpli
ad ari
quam
dum s
huiusm
per his
terroga
uerbio:
proficieb
quis au
aptior,
quo sin
aut aud
runt, &
runt. Ibi
fucio ve
perfecta
miseric
terrogat
matim d
tuam ser
proferas
he, aut a
quarend
spondeas
loquente
diores, &
sæpissim
linguas in
rum non

stolos perderent : ita & tu cum viris spiritualibus confer, quomodo Christum sequaris, & Apostolos imiteris. Aliquando defectum tuum simpliciter pande, & remedium, verbi gratia; ad ariditatem, vel distractionem orationis, quam pateris, ad vincendam iram, ad continendum sanctis cogitationibus, cor, & ad alia huiusmodi, humiliter quære, & fratres tuos super his, quæ aut repellere, aut habere cupis, interroga. Sermo enim dicebatur in veteri proverbio: *Qui interrogant, interrogent in Abela, & sic proficiebant.* Abela interpretatur locus consilij; quis autem locus ad capiendum consilium aut aptior, aut illustrior religiosorum concessu, in quo singuli loquuntur, non tam quæ legerunt, aut audierunt, quàm quæ experimento didicerunt, & oratione à magistro veritatis impetrant. Ibi ergo non dubites interrogare, vbi sine furore veritas dicitur, vbi sine respectu alicuius perfecta virtus edocetur, vbi astus dæmonis, & misericordia Dei aptissimè propalatur. *Si tu interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum, summatim dicas, & paucis, ac simplicibus verbis tuam sententiam absolvas; eaque in medium proferas, non tam quæ legisti, quàm quæ actione, aut aduersus vitia pugnando, aut virtutes quærendo comparasti. Si nec inrertoges, nec respondeas, humiliter, & cum desiderio discendi loquentes audi, etiam si indoctiores, aut rudiores, aut planè idiotæ videantur: Quoniam*

2. Reg.
20. 18.

Abela,
locus cō-
siliij, vbi
proficia-
batur.

Ecclesi.

32. 11.

Quomodo
do in illis
respon-
dendum.

Sapiens.

10. 21.

486 *De vita relig. instit. Lib. III. Cap. XV.*
pies, quod literatus non protulit, quia volumina aliorum tantum legit, & perfecte operari haecenus ignoravit.

O R A T I O.

DEus omnipotens, qui sex diebus primae hebdomadae, quam lux suo motu peregit, mundi machinam distinxisti, & ornasti, & *die septimo quicivisti ab omni opere, quod pararas;* qui nobis tempus in plures hebdomadas distributum concedis, ut bonis operibus laboremus, & in fine temporis ad te, qui nostra es quies, perueniamus. Da nobis, quaesumus, id ipsum, quod vis; ut scilicet nunc labor, & studium sancte vivendi nos teneat, & postea multiplex meritum, quod per tuam gratiam, & merita Christi filij tui, comparauerimus, ad quietem aeternitatis perducatur. Amen.

Finis Tomi primi.

V.
volu-
perari

prima
eregit,
die se-
quique
tribu-
nus, &
perue-
, quod
ctè vi-
ritum,
sti filij
nitatis

DE
OPERIBVS
RELIGIOSIS,

TOMVS SECVNDVS.



Hh 4 Dc

DE
PERRIS
RELIGIOSIS

JOHANNES BERNARDUS

DE
H. 4



O
I



ad v
funct
tia, c
amb
actio
non



D E
OPERIBVS
 RELIGIOSIS
 FACIENDIS
 per singulos menses

LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

Quae sint opera propria cuiuslibet mensis.

RELIGIOSORVM operum quaedam sunt, quae neque in quamlibet diem incidunt, neque in quamlibet hebdomade actioni mandantur, sed semel in mense apud nos ad vitae spiritualis maiorem profectum accersuntur. Non autem ideo minus sunt frequentia, quia sanctus feruor, & desiderium spiritu ambulandi omnes deserat, sed quia (vt ex ipsis actionibus manifestum erit) magis assidue fieri non expedit. Certè in veteri lege festum cele-

*Neomenia festum
 ingratiarum
 actione diuina
 gubernationis.*

Hh § braba

brabatur prima die cuiuslibet mensis in memoriam, & gratiarum actionem, (vt Thomas Aquinas putat) diuinæ gubernationis, quod Neomenia, seu Calendæ vocabatur, siue vt, sicut antiqui illi primitias frugum terræ Domino offerebant, ita & primitias temporis eidem Domino consecrarent. *In calendis*, ait Numerorum liber, offeretis holocaustum Domino: vt scilicet qui tempus affatim accipitis ad viuendum, datori largissimo primitias eius offeratis. De eo quoque festo nonnulli intelligunt illud Davidis: *Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solennitatis vestra*. Licet hoc non ad omnia solemnia nouilunij, sed ad illud tantum, quod septimo mense celebrabatur, pertinere videatur. Modò etiam in lege gratiæ apud multas Ecclesias singulis mensibus dies solennis agitur, quo pro mysterio Eucharistiæ ab omni populo laus Deo defertur. Quin & in republica seculari solent per singulos menses ad plebis lætitiã aliqua spectacula dari, vel semel, aut bis aliquod speciale genus ludi permitti.

Non ergo mirum, si in cœtibus religiosis sint aliquæ spirituales actiones, quæ non quotidie, neque per quamlibet hebdomadam, sed tantum per mensem fiant. Nec formidandum est, ne religiosi in illam superstitionem cadant, quam damnat Apostolus, sic ad Galatas scribens: *Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. Timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis*. Ille namque obseruationem festorum legis veteris iam abrogatæ damnat; vel, vt eo loco vult Ambrosius, superstitionis dierum, vel mensum inspectionem ad aliquid agendum, vel ad iter inchoandum, vel

12. qu.
102. art.
4. ad 10.

Num.
18. 11.

Pfal. 80.
3.

Per singulos
menses
religiosos
aliqua
efficere, à
superstitione alienum.

Galat. 4.
10.

Ibid.

ad

ad aliquid simile taxat, quod verò aliqua bona opera non tam frequenter fiant, quia melius est, vt rariùs eis vacetur, nequaquam condemnat. Duodecim præfectorum Salomonis, quos constituerat super omnem Israël, singuli per singulos menses domui eius necessaria ministrabant ad vitandam confusionem. Sic possunt & serui Dei aliquid frequentius, & aliquid rariùs operari, vt omnis confusio, & perturbatio in spirituali conuersatione de medio tollatur, & ita, quod non subinde fit, eo ipso cum vberiori fructu differtur.

Nostri religiosi tria singulis mensibus faciunt. Primò, aliquem ex Sanctis cum Deo regnãtibz in patronum illius mensis, quem ingrediuntur, accipiunt. Secundò, feruentiores aliquem diem eligunt, in quo sepositis aliis occupationibus (quantum fieri possit) sibi vacant, & si quid in moribus suis dilapsum sit, aut minùs Deo gratum, emendare curant. Tertio, omnes adolescentiores seorsum magistrũ spiritus adeunt, vt cum eo de rebus spiritualibus agant. His nos quartum addere volumus, vt quoniam hi rarò admodum (nisi fortè ad scholas in aliqua insigni Academia) domo exeunt, quasi singulis mensibus occasio huius exitus offeratur, eos, quomodo se habebunt, edocebimus. Imò & quia religiosi solent interdum à parentibus, vel cognatis ad mensam inuitari, quid de hoc sentiamus, sine vllò fuco dicemus. Actandem quoniam remissio, ac relaxatio animi scholaribus aliquando conceditur, quo modo in ea se habebunt, vt spiritui deuotionis non officiat, succinctè tractabimus.

*Tria, quæ
in quemlibet mensem incidunt, faciendæ.*

CAPVT II.

De eligendo adiutore per singulos menses
ad profectum virtutum.

Sancti
hominum
comites
fidelissi-
mi.

Tobias
54.

APRIMO opere, de protectore quærendo incipiendum est. In cuiusque mensis exordio sanctum aliquem ex his, quorum festa eodem mense Ecclesia concelebrat, in patronum, & aduocatum, & comitem ad iter vitæ spiritualis prosequendum, eligimus, aut sorte quadam obueniens, quasi cœlitus datum accipimus. Senior Tobias filium suum missurus ad recuperanda decem argenti talenta, quæ sibi à Gabelo sub chirographo debebantur, hoc primum, vt prosperè omnia succederent, illi mandauit. *Perge nunc, & inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum salua mercede sua, vt dum adhuc vivo, recipias eam*, scilicet pecuniam, qua nobis est debita. Obediens filius genitori paruit, & egressus inuenit virum splendidum, nimirum Angelum Domini, stantem præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum. Quem accipiens in comitem viæ, non solum beneficio illius debitum requisit, sed & vxorem castissimam, & magnas diuitias comparauit. Hic inspicio pulchram imaginem ad exprimendum id, quod nunc tractamus, delineatam. Iustus enim ad quærendam paternam hæreditatem incitatur, & ei cura itineris faciendi, quo in cœlum pergat, imponitur. Indiget autem huius viæ comite fidelissimo, qui semper protectione sua eius lateri assistat, qui discrimina insurgentia præueniat, qui mo-

dum

dum agendi in itinere, in hospitio, & in toto decursu peregrinationis, doceat, qui saluum, & incolumem clientulum suum in locum, quo destinatus est, deferat. Hæc autem omnia à quo melius quàm à sancto aliquo homine, vel Angelo sperabimus, cuius fors felicissima eundem à propriarum commoditatum cura liberat, cuius charitas, & miseratio impensius ad salutem nostram procurandam prouocat, cuius sapientia, & potestas melius, & efficacius nostris miseris, & necessitatibus medelam afferre queat.

Tu ergo, si cupis viam spiritus feliciter ambulare, & in omnibus ambiguitatibus magistrum, in periculis adiutorem, & in infirmitate sustentatorem habere, *voca, vt inquit Iob, si est, genans. qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere.* Imò quia habes innumerabiles, qui tibi respondeant, qui tuas preces exaudiant, qui tibi in omni necessitate subueniant, inuoca illos, & vt feruentius, & deuotius facias, inuoca nunc vno mense vnum, nunc alio mense alium, qui quasi onus inter se partiantur, & te vt pupillum suæ benignitati commendatum, respiciant.

Sanctoris aliquis per menses eligendus. Iob 5.1.

Sed quid facies, vt sancti illius, quem in patronum elegisti, tutamen, & protectionem obtineas? Certè hæc, quæ sequuntur.

Primò, circa initium mensis eo die, quo sancti inter fratres distribuendi sunt, à Domino humiliter postulabis, vt sanctus ille tibi sorte obtingat, ob cuius intercessionem vult tuum profectum augere, & suas tibi miserationes elargiri. Et ille, qui salutem tuam impensè desiderat, dabit

A Deo sanctoris sortes postulanda.

dabit tibi pædagogum sapientissimum, & adiutorem fortissimum, cuius ope de omnibus docearis, & à tuis hostibus protegeris. Comperietque aduersarius tuus, verum etiam esse in spiritualibus Dei templis, id est, in iustis, quod de templo Hierosolymæ impius Heliodorus effatus est: *Nam ipse, qui habet in cœlis habitationem, uisitor, & adiutor est loci illius, & uenientes ad malefaciendum percutit, ac perdit.* Ille, inquam, summus cœlorum Dominus, cuius est iustos uisitare, & defendere, militum suorum, id est, sanctorum ministerio, hostes ab eis arceat, & ab omni malo defendit.

2. Mach.
3-39.

Erga illos deuota susceptio, & omnimoda commendatio.

Secundò, sanctum tibi ad tutelam designatum deuotè, reuerenter, & cum debita gratiarum actione suscipias, non aliter ac si Dominus ipse, cuius prouidentia maiora, & minora gubernantur, illum tibi in patronum assignasset. Et cum primùm per tempus licuerit, te in Ecclesiam, vel in cellam, vel aliam locum quietum recipies, ibique sancto illi patrono tuo te præsentem facies, tuas illi necessitates expones, & illi te deuotè commendabis. Et sicut *Iacob luctabatur cum Angelo*, quousque ab eo benedictionem extorsit; ita & tu luctare cum illo protectore tuo non brachiis, sed precibus, & orationum instantia, ut hanc benedictionem consequaris, quod ipse te, & tua omnia sub tegmine suæ protectionis accipiat.

Genes.
32-30.

Semel, aut bis quotidie exorandi.

Tertiò, quotidie semel, aut bis aduocatum hunc tuum exorabis, ut sua protectione tibi semper assistat, ut se magistrum assequendæ perfectionis faciat, & ut se tibi in omnibus comitem

præ

præbeat. Imitare sanctum Dauidem de seipso dicentem: *Leuani oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.* Qui sunt isti montes præcelsi, qui sunt isti montes æterni, secundum Augustinum, nisi sancti Dei? In hos ergo montes oculos mentis intendamus, vt ab eis nobis adiutorium venire precemur. Duo autem præcipuè à sancto adiutore petenda sunt.

Alterum est, vt nobis ad meditationem rerum cœlestium lucem impetret. Hoc enim nos à sanctis accipere docuit Chrysostomus, sic scribens: [Adeamus ergo, & nos vnum eorum, quibus cœlestes portæ commissæ sunt, appellemus, supplicemus, pro pecunia promptam voluntatem, sincerumque affectum exhibeamus. Et si ille mercedem hanc acceperit, manu nostra apprehensa per omnia circumducat, non istam suppellectilem regiam, sed ipsum regem in throno sedentem astantibus exercitibus, exercituumque ducibus assistentibus innumerabilium Angelorum, & Archangelorum millibus breuiter nobis omnia diligenter ostendet, quatenus nobis videre fas est.

Alterum est, vt desideria, & preces nostras Domino, cui semper astat, repræsentet. Optimè ad hoc propositum dixit Ambrosius: [Ægri enim, nisi ad eos aliorum precibus medicus fuerit inuitatus, pro se rogare non possunt. Infirma est caro, mens ægra est, & peccatorum vinculis impedita, ad medici illius sedem debilem non potest explicare vestigium. Obsecrandi sunt Angeli pro nobis, qui nobis ad præsidium dati sunt. Martyres obsecrandi, quorum videmur nobis quoddam corporis pignore patrociniū vendicare.

Possumt

Lux ad cœlestium contemplationem per ipsos postulanda.
Hom. 2. de verbis Isaie.

Vt orationes ad lumini Domino repræsentent.
In libro de viduis, cap. 8.

Possunt pro peccatis rogare nostris, qui proprio sanguine, etiamsi qua habuerunt peccata, lauerunt. Isti enim sunt Dei martyres, nostri præsules, speculatores vitæ, actuúmque nostrorum. Non erubescamus eos intercessores nostræ infirmitatis adhibere, quia ipsi infirmitatem corporis, etiam cum vincerent, cognouerunt.] Hæc ille. Licet autem hæc duo dona præcipua ex sancti patroni nostri impetratione obtinere curamus, non tamen sola ea ab eius larga manu recipiemus. Quare enitendum est, nobis quæcunque vel animæ, vel corpori necessaria sunt, ab eo petere, & impetrare. Sciamus illum esse pro eo mense nostrum benignissimum prouisorum, cui curæ est à malis nos protegere, & in bonis promouere, in omnibusque nobis necessariis ad illum, tanquam ad præsentissimum remedium, accurramus.

Alia deuotionis obsequia in sancti patroni honorem præstanda.

Præter hunc quotidianum, & frequentem recursum, quo à protectore tuo opem exposcis, alia præstabis in illius honorem deuotionis obsequia. Nam & aliqua, quæ corpus doment, & voluntatem frangant, singulis diebus pro eius honore suscipienda sunt, dies festus illius, aut ieiunio, aut peculiari abstinence præueniendus, & confessionis, ac communionis susceptione, si id fieri possit, sin minus, horum desiderio, & singulari puritate celebrandus. Vita eius legenda est, & aliquid in memoria condendum, quod ad illius imitationem trahatur. Hoc autem est sancti protectoris obsequium præcipuum, si illum imiteris, & non solum precibus, sed vita, & conuersatione sequaris.

Vnde

V
ait: [p
lice
tyres
socie
proq
diam
proxi
cogn
bular
tem
gent,
fæ.]
plenu
bis,
dum
teator
primu
pro si
vnum
dicem
dem n
est, &

De en

V
dam,
I.

Vnde Ambrosius supra viduam erudiens ait: [Et tu habes proximos, qui Deo pro te supplicent, habes Apostolos proximos, habes Martyres proximos, si ipsa Martyribus deuotionis societate, misericordiae quoque muneribus appropinques. Proximus est enim qui misericordiam facit, fac tu misericordiam, & eris Petro proxima. Non sanguinis necessitudo, sed virtutis cognatio facit proximos, quia non in carne ambulamus, sed in spiritu. Ama ergo propinquitatem Petri, affinitatem Andreae, vt pro te rogent, & recedant cupiditates tuae verbo Dei pulsata.] Vt autem hoc sancti pectoris obsequium plenum sit, atque perfectum, non solum pro nobis, sed etiam pro Ecclesiae necessitatibus orandum est, vt sicut filij, ita & mater nostra ex protectore nostro habeat intercessionis auxilia. Optimumque est praeter duodecim Sanctos, quos pro singulis mensibus anni patronos eligimus, vnum quoque pro toto anni decursu (vt postea dicemus) circa illius initium designare, cui eodem modo proportione seruata obsequendum est, & eius auxilium implorandum.

Lib. de viduis.

Sancti cum proprietate proximi.

Infra lib. 5. cap. 1.

CAPVT III.

De emendandis per singulos menses conuersationis nostrae defectibus.

VTILISSIMUM etiam est ad virtutes augendas, & spiritualem vitam prouehendam, si singulis mensibus diem vnum deligas, in

I. Aluarez de vita rel.

Ii

quo

Vtile est, singulis mensibus diem deligere ad mores solertius inspiciendos.

quo ab externis occupationibus sequestratus tibi vaces, & mores, atque actus tuos solerter inspicias. Hoc die deuotiùs, & prolixius orabis, attentius, & quietius Psalmos recitabis, plus temporis librorum spiritualium lectioni tribues. Præcipuè tamen in hoc incumbes, vt sis censor tui ipsius, & seuerus iudex actuum tuorum. Vide igitur, quæ supra te sunt, an purè, & feruenter Deum colas, Sanctos venereris, & cælestia suspires. Vide, quæ infra te sunt, an corpus domes, sensus comprimās, affectusque cohibeas. Vide, quæ circa te sunt, an superflua reseces, necessaria moderatè accipias, & fratribus exemplo præluceas. Vide tandem, quæ intra te sunt, an purius cogites, virtutes augeas, & tranquillius viuas. Hoc sit studium huius diei, vt imperfecta emendentur, perfecta excolantur, & conatus tui ad sublimiores virtutum actiones, incitentur.

Tom. I.
de vita
spirit.
lib. 3.
par. 3.
cap. 28.
Ecclef.

I. 5.
Religio-
sus se so-
lum esse
considè-
ret.

Psalm
114. 7.

Aliquando dictum est tibi, vt te solum esse consideres: de eo verò hæc legimus in Salomoni: *Oritur sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur. Vt mysticus ergo & spiritualis sol numquam zodiacum, id est, institutum tuum, exeat, & per illum discurrens omnes vitæ exemplo illuminare contendas. Iam te per orationis exercitationes supra corruptioni obnoxias effer, iam per honestas actiones te proximis subiice, sed postquam per aliquod tempus laboraueris, ad locum tuum, id est, ad quietem propriæ inspectionis, & emendationis, reuertere. Dic animæ tuæ singulis mensibus: *Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.* Postquam Dominus tibi benefecit, dum te, ad bene agendum impulit,*

&

& ad rectè operandum adiuuit, conuertere te ad ipsam, ingredi ad intima tua, & ibi roborur ad perseuerandum in bonis operibus impetrabis, & requiem à laboribus, ac tranquillitatem inuenies. Nam sicut corpus cessatione à labore reficitur, ita animus vacatione, & fuga ab occupationibus roboratur.

Fili mi, ait Ecclesiasticus, in mansuetudine operæ tuae perfice, & super hominum gloriam diligèris. In mansuetudine autem perficies, si te ad requiem vocas, & ibi considerando, & quasi poliendo postremam eis manum imponas. Ad hanc vacationem, si Bedæ Venerabili credimus, te Dominus inuitauit, cum seruum de agro venientem non statim ad requiem intrare, sed cœnam hero suo parare præcipit. *Quis vestrum, inquit, habens seruum arantem, aut pascentem, qui regresso de agro dicat illi: Statim transi, & recumbe, & non dicat ei: Para quod cœnem, & præcinge te, & ministra mihi, donec manducem, & bibam, & post hæc tu manducabis, & bibes?* Audi nunc sanctum Doctorem, quomodo id per mysterium intelligat. [Seruus de agro, regreditur, cum intermisso ad tempus opere prædicandi, ad conscientiam doctior recurrit, atque à publico loquutionis ad curiam cordis rediens, sua secum secretus acta, uel dicta retractat. Cui non statim Dominus, transi, recumbe, dicit, id est, transi de hac vita mortali, & in æternæ vitæ beata sede refouere. Hæc enim, postea dicturus, interim post pastum, atque agriculturam domi suæ iubet parare, quod cœnet, hoc est, laborem apertæ loquutionis, humilitatem quoque propriæ considerationis exhibere.]

Ad hanc vacationem à Domino inuitatum. Luc. 17. Bedæ lib. 5. in Lucam.

Apocal.
3. 20.

Talis namque conscientia templum Dominus dignatur ingredi, tali cœna libentissimè pasci desiderat. *Ecce enim ego, inquit, ad ianuam, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* Et præcinge te, & ministra mihi, donec manducem & bibam. Præcingi, est mentem humiliatam ab omnibus fluitantium cogitationum finibus, quibus operum gressus impediri solet, constringere.] Sic ille. Collige itaque affectiones, & operationes tuas, & eo die, quem elegisti, attentè te discute, vt postea cum abundantioribus meritis ad Dominum ingredi merearis.

Omnibus curanda, quod si alicui nō liceat redita operum executione supplenda.

Hunc vacationis diem quidam faciliùs, quidam difficiliùs assumunt. Qui enim nec officiis temporalibus, nec animarum ministeriis distinentur, facillimè poterunt ex consensu prælati vnum diem, quo ad scholas non eunt, sibi suffragari, & ad proprium ordinare profectum. Qui verò operarij Euangelij sant, aut domus obsequiis addicti, non ita facilè possunt se à labore subtrahere, & per totum diem ad interiora conuertere, cum eorum occupatio non à sua voluntate, sed ab aliorum necessitate dependeat. Hi ergo poterunt diem considerare, & præuidere magis in mense à ministeriis, & occupationibus vacuum, in eoque aliquas horas quietiores deligere, quas in hoc sanctum exercitium propriæ emendationis curandæ, & captandæ spiritualis quietis impendant. Sed si nec per aliquot horas sibi vacare sinantur, non ob id noxio mœrore tractentur, imò tanta cura sui ipsorum in mediis occupationibus viuunt, vt hac spi-

ritua

ritua
dige

De p

R
figilla
ficiur
strum
aliis i
cia fra
pende
ficien
in alio
horta
rigat,
dat. C
ter no
alio lo
mni n
tem, &
derau
dum,
ni, &
terno
suoru
ficere
temp

rituali quiete per mentem quærenda non indigeant.

CAPVT IV.

*De præfecto spiritus singulis mensibus aduen-
do, ac primò qualis ipse desideretur.*

RE s hæc maioris momenti est, quam vt possit paucis verbis explicari; quare eam sigillatim enodabimus, & primò nomen ac officium præfecti, pro his, qui institutum nostrum non profitentur, deinde quomodo se cum aliis ipse habere debeat, ac tandem, quanta fiducia fratres ad ipsum accedent, in sequentibus expendemus. Præfectus spiritus est, qui præest cõscientiis omnium eorum religiosorũ habitantiũ in aliquo Collegio, vel domo, vt eos priuatis exhortationibus, ac colloquiis in omni virtute dirigat, & ad iter perfectionis capeendum accendat. Considerauit enim sapienter B. Ignatius, Pater noster, præcipuum munus superioris esse, (vt alio loco Deo dante dicemus) subditos suos ab omni malo spirituali defendere, & ad vitæ puritatem, & omnem sanctitatem instimulare. Considerauit etiam, nullum, quantumuis corpore validum, & virtute præditum, externæ gubernationi, & curæ temporalium, & occupationibus externorum, ac simul exquisitæ culturæ spirituali suorum, præcipuè in magnis domibus, posse sufficere. Atque aded, sicut illi coadiutorium ad res temporales, & ad disciplinam externam, ita &

*Præfectus
spiritus
est, qui
religio-
sorum
consci-
entiam præsi-
det.*

502 *De vita religiosè instituenda,*
focium fidelem ad res spirituales tractandas adiunxit, quò suo muneri satisfaceret.

*Pulchra
illius ex
Iustinia-
no de-
scriptio.
De disci-
pl. mo-
nastica
cap. 1.*

Qualis autem hic esse debeat, Laurentius Iustinianus non cum prælato, sed cum subdito, qui huius præfecti opera eget, loquens, perspicuis verbis exposuit: [Habeat, inquit, virum prudentem, pugnae assuerum, virtutibus ornatum, qui magis experientia, quàm sola sit edoctus sciëntia. Cùm talem inuenerit, realiter se committat illi. Difficile namque reperitur, qui spiritualis certaminis valeat enodare secreta, nisi abs te, Domine, singulari munere priùs fuerit edoctus. Planè autè beatus, quem tu crudieris, Domine, & de hoc virili certamine religiosæ conuersationis docueris, vt alios instruere idoneus inueniatur.] Nos à labore, & sollicitudinè quærendi huiusmodi virum, per Dei beneficium sumus exempti, quia is cum magno delectu, & matura consideratione non ab alio, quàm ab eo, qui toti Prouinciæ præest, in singulis domibus nobis præponitur, & quantum necesse est ad hoc opus obeundū, aliis occupationibus exoneratur. Quæritur, inquam, talis vir cum magno delectu, vt habeat ea, quæ constitutiones nostræ in illo requirunt.

*Proprij
instituti
notitia
polleat.*

Ornatus sit, oportet, in primis notitia instituti, quod profiteamur, vt sciat ad eius finem per conuenientia media animas subditorum dirigere. Quamuis enim idem sit omnium religiosorum ordinum finis, scilicet perfecta charitas, & animarum exquisita munditia; tamen non omnes per eadem media in hunc finem tendunt, sed hic ordo solitudine, & silentio, ille diuinis laudibus in communi decantatis, ille ieiuniis, &

omni

omni afflictatione corporis, ille prædicationis onere, & aliis ministeriis in salutem animarum assumptis, in destinatum scopum dirigitur. Inter est autem maximè scire, qua via, & ratione à Deo quisque vocetur, vt de illa à præceptore, & non de aliis extraneis, doceatur. *Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius.*

Iuxta illud quifque edocendus.
Malach. 2.7.

Quam legem? Certè quam Parens noster nos docuit, quam institutum tradit, non peregrinam, quam aliquis finxit, aut aliunde ascitam, & nobis minimè conuenientem, proponit. Sciat institutum suæ religionis esse depositum, quod post superiorem ipsi commissum est, vt integrum aliis, & illibatum, & nullæ à nobis alienæ doctrinæ mixtum, docendo, & monendo restituat. De quo religiosus status pro suo modulo dicit, quod Paulus de doctrina Euangelica ad Timotheum scripsit: *O Timothee, depositum custodi.* Inquam tu, vt munus hoc obeas, quid Patres antiqui tui docuerunt, addisce, & id ipsum, quod didiceris, trade. Et si vnum, aut alterum verbum immutes, videbis, te grauissima sententia Vincentij Lirinensis ad hanc scientiam proprio instituto conuenientem exhortari.

Est depositum, à Deo sibi commissum.

I. Timoth. 6. 20.

[Quid est depositum? Id est, quod tibi creditum est, non quod à te inuentum; quod accepisti, non quod excogitasti: rem non ingenij, sed doctrinæ: non vrsurpationis priuatae, sed publicæ traditionis: rem ad te perductam, non à te prolatae, in qua non auctor debes esse, sed custos, non institutor, sed sectator, non duccens, sed sequens. Depositum custodi, religiosæ doctrinæ talentum inuiolatum, illibatumque

Vincet. aduersus hæreses, cap 27. *Qualiter illud dispensandum.*

conferua, quod tibi creditum est, hoc penes te maneat, hoc antè tradatur. Aurum accepisti, aurum redde. Nolo, mihi pro aliis alia subicias. Nolo, pro auro plumbum, aut æramenta supponas. Nolo auri speciem, sed naturam planè. Esto spiritualis tabernaculi Beseleel. Pretiosas diuini dogmatis gemmas exsculpe, fideliter adapta, adorna sapienter, adiiice splendorem, gratiam, venustatem. Intelligatur, te exponente, illustriùs, quod antea obscuriùs credebatur. Per te posteritas intellectum gratuletur, quod antea vetustas non intellectum venerbatur. Eadem tamen, quæ didicisti, ita doce, vt, cum dicas noua, non dicas noua.] Sic ille. Hæc itaque scientia in præfecto spirituali quæritur, quæ antiqua, & statura doceat, quæ documenta spiritualia à sanctis Patribus scripta ad proprium institutum explicandum, & confirmandum accersat, quæ ita proponat, vt iis, quæ dixerit, auctoritatem adiiiciat.

*Zelus
instructi
eiusdem
notitia
adiun-
gendus,
& qua-
lis.*

Huic notitiæ instituti zelus eiusdem accedat, quo magister spiritus eius augmentum, & integritatem in omnibus latiat. Qui, si desit, nec poterit in assiduitate docendi, & monendi persistere, nec difficultates emergentes superare. Hic zelus orationem exsuscitat, vt pro aliis postulet: meditationem illuminat, vt apta ad persuadendum inueniat: tempus opportunum captat, vt adhortationibus aliis proficiat: inutiles occupationes, & colloctiones amadat, vt fratrum profectui se tradat; quod minus peritiæ, aut experientiæ spiritus habet, humili interrogatione supplet, ne docendo erret; & tandem gloriam

gloriam Dei, & bonum religionis omnibus anteponit. Veri zeli est, ut inquit Ricardus Victorinus, infirmiores contra aëreas potestates doctrina, & oratione protegere, & contra mundana pericula undique munire, & in utroque non solum infatigabilis, sed etiam insuperabilis perseverare.] Qui huiusmodi zelo est accensus, ait cum Paulo: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?* Aliorum infirmitates proprias reputat, & non aliter, quam si essent propriae, illis mederi curat. Casibus fratrum affligitur, & damno spirituali ipsorum maximopere cruciatur. Hic autem zelus in praefecto valde discretus est, & mansuetudine temperatus. [In ipso praefecto nimius zelus est perniciosus, &, ut scribit Bernardus, importabilis, siquidem absque scientia est zelus. Vbi ergo vehementis aemulatio, ibi maximè discretio est necessaria, quæ est ordinatio charitatis. Semper quidem zelus absque scientia minus efficax, minusque utilis inuenitur, plerumque autem & perniciosus valde sentitur. Quo igitur zelus feruidior, ac vehementior spiritus, profusiorque charitas, eo vigilantiori opus scientia est, quæ zelum suppressat, spiritum temperet, ordinet charitatem.] Si autem hoc verum est in praefecto, qui iubere, & punire potest, & debet, quanto magis in praefecto, qui praefectus non est, & nihil iubere, neminemque punire potest, sed tantum rogando, & exhortando dirigere.

Scientiam, & zelum exemplo omnium virtutum, sed præcipuè humilitatis, & obedientiæ perficiat. Neque enim efficaciter persuadebit,

De præpar. ad contemplat. cap. 42.

2. Cor. 11. 29.

Non erit nimius, sed discretus. Sermo. 49. in Cant.

Omnium virtutum exemplo pralucent humilitatis, præcipuè, & obedientiæ.

si, quod sermone ædificat, actione destruat, & doctrinæ suæ operibus contradicat. Si ipse non sit humillimus, & verissimus vani honoris contemptor, satis ridiculè humilitatem docebit, fundamentum scilicet structuræ spiritualis, quam in aliis ædificandam aggreditur. Et si non fuerit obedientissimus, minùs efficaciter itinera spiritus, nimirum obedientiam, patefaciet. Et si non fuerit virtutibus cunctis excultus, eam, cuius est expers, quo modo in discipulis generabit? [Quemadmodum docere præsumam, inquit Chereimon apud Cassianum, quod ipse non facio; aut alium in eo instruam, quod me iam vel minùs, vel tepidiùs exercere cognosco? Nunquam enim erit efficax instituentis auctoritas, nisi eam effectum operis sui cordi affixerit audientis.] Et alio loco Abbas Nesteros apud eundem optimè ait: [Nec quemquam verbis docere præsumas, quod opere antè non feceris. Hunc enim nos ordinem tenere debere, etiam exemplis suis Dominus noster instituit; de quo ita dicitur: *Quæ cepit Iesus facere, & docere.* Caue ergo, ne ante actum proficiens ad docendum, in illorum numero deputeris, de quibus in Euangelio Dominus ad discipulos loquitur: *Quæ dicunt vobis, seruate, & facite; secundum vero opera illorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. Alligant enim onera gravia, & importabilia, & imponunt ea super humeros hominum; digito autem suo nolunt ea mouere.* Si enim ille, qui vnum mandatum minimum soluens docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum; qui multa, & maiora negligens docere

Collat.
11. cap.

4.

Cassian.
collat.
14. cap.
9.

Actor. 1.
2.

Matth.
23. 3. 4.

cer
nor
geh
cau
cite
mo
qua
tiam
vim
Sic
ratu
spe
cere
sum
Pos
seru
tis,
den
adm
adm
mus
Dei
mus
init
mer
bun
pier
clar
si pr
effic
tium
rem
cym

cere præsumperit, consequens profectò est, ut non iam minimus in regno cœlorum, sed in gehennæ supplicio maximus habeatur. Et ideo cauendum tibi est, ne illorum ad docendum inciteris exemplis, qui peritiam disputandi, ac sermonis affluentiam consequuti, quia possunt ea, quæ volunt, ornatè, copiosèque diserere, scientiam spiritalem possidere creduntur ab his, qui vim eius, & qualitatem discernere non nouerunt.] Sic ille. Non ergo scientia, & vsuloquendi efferratur, sed sibi ipsi diffidens, in Domino autem spem reponens, magis exemplo, quàm verbo docere conetur. Nobis namque qui alios docturi sumus, dicit optimè Gregorius Nazianzenus: Postquam autem anima nostra omni custodia seruata, atque ascensionibus in corde dispositis, noualibusque in nobis ipsis innouatis, ac denique semine ad iustitiam sparso, (quemadmodum & Salomon, & Dauid, & Ieremias admonent) scientiæ lumen nobis excitauerimus: tum demum mysticam & absconditam Dei sapientiam loquamur, aliisque præluceamus. Interim verò purgemur, ac Verbo præinitiemur, ut quàm præclarissimè de nobis ipsis mereamur Dei similitudinem assequentes, Verbùmque veniens suscipientes; nec solùm suscipientes, verùm etiam retinentes, aliisque declarantes.] Optimè quidem dicta sunt hæc. Nam si priùs nos non perficimus, verba nostra minùs efficacia erunt, ut possint à cordibus audientium torporem excutere, & ad id boni, quo caremus, excitare. Erimus sicut æsonans, vel cymbalum tinniens, quia exemplum vitæ

*Eures
magis
exemplo
docere,
quàm
verbo.
Orat. in
sancta
lumina.*

508 *De vita religiosè instituenda,*
verbis nostris spiritum infert; quod si defuerit,
spiritum inferre non poterit.

Affabilitatem præ se ferat. Affabilitatem denique præ se ferat, & omnibus se amabilem exhibeat, vt ad eum libenter, ac fidenter accedant. In quo omnino suam naturam vincat necesse est, si eam nimis seueram, & grauem fuerit sortitus, quoniam non facile credi potest, quantum hæc nimia seueritas fini intento oblit, quàmque pusillos interdum à sinceritate se aperiendi depulerit. Sentiant eum ipsi, si fieri possit, virtute, & puritate plusquam hominem, in quo, licèt feruentiores sint, habeant, quod imitentur: sentiant etiam affabilitate, & comitate valde hominem, qui nihil humani ab hominibus alienum putet, ad quem accedere desolati, & tentati nequaquam vereantur.

In speculo, part 2. cap. 4. De instructore tyronum, inquit Bonaventura, vt se matrem illis exhibeat in dulcedine lenitatis, & sit seuerior iudicio, quàm sermone. Ac idem proportione quadam seruabit noster præfectus, qui, licèt tyrones non instruat, at pro his, qui incipientes adhuc sunt in via spiritus, aut pro ratione ætatis flores, non fructus maturos ferunt, institutus est. *Qui sapiens est corde, appellabitur prudens; & qui dulcis eloquio, maiora percipiet.* Id est, non solum opinionem prudentis habebit, sed ex dulcedine sua hunc fructum, quòd ab aliis ametur, & sua illi confidant, reportabit.

Affabiles semper amabiles.
2. Offic.
cap. 7.

Quàm sint amabiles, qui affabilitate, & suauitate præminent, docuit pulchrè Ambrosius in hæc verba: [Itaque id agamus, vt omni sedulitate cõmendemus existimationem, opinio-

nemque

nemque nostram, ac primùm placiditate mentis, & animi benignitate influamus in affectum hominum. Popularis enim & grata est omnibus bonitas, nihilque quod tam facile illabatur humanis sensibus. Ea si mansuetudine morum, ac facilitate animi, moderatione præcepti, & affabilitate sermonis, verborumque honore, patienti quoque sermonum vice, modestiæque adhibetur gratia, incredibile quantum procedit ad cumulum dilectionis. Legimus enim non solum in priuatis, sed etiam in ipsis regibus, quantum facilitas blandæ affabilitatis profecerit, aut superbia, verborumque obfuerit tumor, ut regna ipsa labefactaret, & potestatem solueret. Iam si quis consilio, usu, ministerio, officiis, popularem comprehendat gratiam, aut si quis periculum suum pro vniuersa plebe offerat, non est dubium, quòd tantum charitatis à plebe in eum refundatur, ut populus salutem eius, & gratiam sibi præferat.] Sic ille. Et sanè hoc ita euenit, quòd *verbum dulce multiplicet amicos, & mitiget inimicos*. Facit, ut qui amici non erant, verbis blandis illecti seipso aperiant, & medicinam suis miseriis inuenientes diligant. Facit, ut si qui fortè ex dissimilitudine morum aliquam auersionem conceperant, benignè excepti, & tractati eam deponant, & præter spem illi, quem timebant, se ac sua fidant. Et fit, quod sequitur: *Lingua eucharis, id est, gratiosa, in bono homine abundat*. Quia veluti in remunerationem suæ gratiæ, & dulcedinis, in aliis virtutibus augmentum videt à suis sermonibus profectum, & consiliis exortum.

Eccli.

65.

Plurimi
ex leni-
tate fru-
ctus.

In Reg.
fufius
disput.
cap. 15.

Bafiliius ab his, qui adolescentibus præficiuntur, hanc affabilitatem, & comitatem exigit: [His autem, inquit, qui tales sunt, præficitur is, qui cùm etate, tum vfu etiam rerum ceteris antecedit, cuiusque omnibus testata morum facilitas sit, quo videlicet cùm paterna lenitate, tum prudenti etiam sermone errata adolescentulorum appofitis ad fingula errata remediis adhibendis, eiusmodique quibus vno, & eodem tempore noxa castigetur, & animus ad tollendas perturbationes, vitiaque afluefiat.] Cùm talem virum, qualem descripsimus, inuenimus, (& vt verum fatear, non paucos inuenimus) ei ceteros erudiendos tradimus, certi quòd eius colloquium, atque confilium erit vtiliffimum vitiis propullandis, & sanctis moribus inferendis.

CAPVT V.

Præfectus spiritus quomodo ergo patres se geret.

Sponte
Patres
præfecti
aduent
erudien-
di.

HVMANUM tam scientia rerum spirituum, & zelo boni religionis imbutum, tam virtutibus excultum, & affabilitate decoratum ipsi Patres in virtute perfecti interdum aduent non vocati, non iussi, sed sponte sua, & desiderio amplioris perfectionis illecti. Sciunt enim eo ipso, quòd humiles sunt, neminem ad eò spiritu profecisse, qui non confilio alterius indigeat, & qui ab alio doctus, spiritu deuotionis augeri non possit. Et licet multi eorum in omni virtute ceteris præfectum excedant, tamen humi

humilitate faciente, se minores existimant, & eius se consiliis libenter, ac sententiæ submitunt. Neque ad eò sunt propriis talentis tumidi, ut non videant, ut omni ætate homines minùs sapientes à magis sapientibus, & magis sapientes à minùs sapientibus fuisse instructos, ut in eo, qui docet, non tam hominem præsentem, quàm Deum per illum loquentem aspicerent.

○ Hæc etiam eruditio est incitamentum amoris, & fraternæ charitatis fomentum, dum ego ab illo, & ille à me mutuò aliquid, quod ignorabamus, discimus, & non solum scientia, sed & virtute, ac mentis puritate, quæ maior est, datis auxiliis, promouemur. [Deinde ipsa charitas, inquit Augustinus, quæ sibi ipsi homines nodo vnitatis astringit, non haberet aditum refundendorum, & quasi miscendorum sibi met animorum, si homines per homines nihil discerent. Et certè spationem illum, qui Isaiam Prophetam legens non intelligebat, neque Apostolus ad Angelum misit, nec per Angelum ei, quod non intelligebat, expositum, aut diuinitus in mente sine hominis ministerio reuelatum est, sed potius suggestione diuina missus est ad eum, seditque cum eo Philippus, qui nouerat Isaiam Prophetam, eisque humanis verbis, & lingua, quod in scriptura illa reatum erat, aperuit. Nonne eum Moyses Deus loquebatur, & tamen consilium regendi, atque administrandi tam magni populi à locero suo, alienigena scilicet homine, & maxime prouidus, & minimè superbas accepit? Nouerat enim ille vir, ex quacunque anima verum consilium processisset, non ei, sed illi,

*Eruditio
hæc frater-
terna
charita-
tis fo-
mentum.
In pro-
logo de
doctr.
Chri-
stia.*

illi, qui est veritas, incommutabili Deo tribuendum esse.] Sic ille. Vide Eunuchum à sapientiore instructum, sed & aspice Mosè à focero minoris scientiæ, ac meriti edoctum, ut scias Dominum non solam prudentiam, qua quis à maiore accipit, sed humilitatem, qua à minore discit, vehementer probare. Qui & aliquando permittit, ut perfecti & sibi charitate ardentissima copulati in minimis hæreant, quò imperfectiorum consilio se subiiciant. Medicus ægrotans alium minùs etiam peritum accersit, & secundùm eius præscriptum suæ vitæ, & salutis consulit, quia nemo in propria causa, adhuc recuperandæ, aut tuendæ salutis, sibi sufficit. Proficientes autem & perfecti suas ægritudines habent, suasque ambiguitates ac tentationes sustinent. Cur non consilio alterius indigebunt? [Plerisque, imò cunctis pænè contingere sapientibus solet (verba sunt Bernardi) in rebus, videlicet dubiis plus alieno se, quàm proprio credere iudicio: & qui aliorum facillè ambigua quoque elucidant, in suis consueverunt scrupulosius hæsitare.] Hæsitatio autem ad quærendum consilium impellit.

Simile.

Epist.
82.

In omnibus ambiguitates suboriantur, sed præcipue in via spiritus.
115.

Neminem, quantumvis sapientem, inuenimus, qui interdum aliquam, vel in rebus speculabilibus, vel in agibilibus, dubitationem non subeat, & in quibus sententiam alterius audire non gratum habeat. Sunt verò in via spiritus, & in adeptione virtutum non minores ambiguitates, cur etiam quisque prudens eas cum alio eiusdem propositi communicare non velit? Sed quid difficultates in scientiis repertas commemo-

ramo?

mon
Am
adhi
ras.
cred
pret
habe
cuni
Iesu
ta co
Isaia
ipsu
vt ad
viru
allo
quæ
respo
stulit
consil
les, a
audia
tiæ, s
Pa
Euan
rony
pres
verit
quid
quæ
in fin
pari
da, c
auter
Z.

moro? [Profectò si agrum emere velis, inquit Ad Psal.
Ambrosius, si mercari domum, prudentiorem 118.
adhibes, & quid iuris sit, diligenter confide- conc. 13.
ras, & ne in aliquo fortè fallaris, tibi ipsi non vers. 2.
credis. At nunc tu ipse emendus es tibi, de tuo
pretio tractatur, considera, qui sis, quod nomen
habeas, quid acquiras tibi: non agrum, non pe-
cuniam, non gemmarum monilia, sed Christum
Iesum, cui nulla possunt pretia, nulla ornamen-
ta conferri. Adhibe tibi consiliarios Moysen,
Isaiam, Ieremiam, Petrum, Paulum, Ioannem,
ipsum magnum consiliarium Iesum, Dei filium,
vt adquiras Patrem.] Et sanè istos adhibes, cùm
virum spiritualem ad hoc expositum negotium
alloqueris, quia non de suo cerebro, sed de his,
quæ in Scripturis didicit, & à Christo accepit,
responsa dabit. *Nec tibi sufficiens videaris, quia via* Prou. 12.
stulti recta in oculis eius, qui autem sapiens est, audit 15.
consilia. Atque ad eò ipso, quòd sapientia pol-
les, alius tibi audiendus est, per cuius os Deum
audias loquentem, & ab eo, qui fons est sapien-
tiæ, sapientior efficiaris.

Paulus, cuius suprà memini, cum *Apostolis* Gal. 2. 2.
Euangelium contulit. Quem locum tractans Hie-
ronymus, & vim verbi, pro quo noster inter-
pres transtulit, *contulit*, ponderans ait. Et vt
verius dicam, sermo Græcus *ἀναβήμην* aliud
quiddam apud nos intelligitur; cùm scilicet ea,
quæ nouimus, conferimus cum amico, & quasi
in sinum eius, & conscientiam reponimus, vt
pari consilio, vel probanda sint, vel improban-
da, quæ nouimus. Et post pauca: [Aliud est
autem conferre, aliud discere. Inter conferen-

tes æqualitas est : inter docentem , & discen-
tem minor est ille , qui discit .] Sancti Apo-
stoli nunc imitationem à viris spiritu prouectis
exposcimus , vt scilicet non more discipulorum
ad instructorem vadant , sed sicut cum amico
fideli , & prudente arcana suæ conscientia con-
ferant . Nam si Paulus in nullo minor aliis Apo-
stolis non inutiliter cum illis Euangelium
contulit , nec ipsi inutiliter cum viro spirituali
ad conscientias dirigendas deputato , sua secreta
tractabunt . *Amicum fidelis protectio fortis , qui au-
tem inuenit illum , inuenit thesaurum .* Hunc consci-
entia tractandis assignatum amici fidelis loco
habeat , & vt adiutorem suæ salutis , ac vt the-
saurum cognitionis rerum spiritualium aspiciet ,
cuius conuersatione poterit ad maiorem profe-
ctum incitari .

Eccli. 6.
14.

*Quo mo-
do Præse-
ctus erga
iuuenes
Patres se
geret .*

Sed ipse præfectus rerum spiritualium quo-
modo se cum patribus geret ? Cum his non
eadem regula seruanda est , sed iuxta qualita-
tem eorum immutanda . Quidam enim iuue-
nes sunt , paulo antè ad sacerdotium promoti ,
& ab ipso præfecto tempore studiorum in re-
bus spiritualibus educati . Cum his autem pau-
lo liberius aget , & illis conuenientia proponet .
Quin & interrogare poterit , quam rationem
in faciendo sacro teneant , & in recitandis ho-
ris canonicis , quomodo ad ministeria se appli-
cent , & quemnam profectum ex ipsis sibi de-
cerptant , aut quam difficultatem peruideant .
Conuenitque illos in rebus ad salutem anima-
rum pertinentibus , non vt omnino rudes , (sunt
namque viri docti , & ad ministeria idonei) sed
vt

vt minùs expertos modo quodam honorifico instruere, & pericula abscondita in nimia communicatione cum proximis, in negotiis secularibus, & in aliis huiusmodi illis aperire. Videat quomodo Paulus in illis duabus epistolis ad Timotheum nouum Episcopum, instruat illum, & de rebus conuenientibus moneat, & ex illo rationem agendi cum nouis sacerdotibus discat. Qui si ex eo, quòd sacerdotes, & literati sunt, alios docere possunt; at ex eo, quòd noui sunt, & inexperti, doctrina alterius indigent, ne in errorem, & periculum incurrant.

Cum aliis verò sacerdotibus tum ætate, tum experientia sibi æqualibus, aut fortè maioribus, aut certè non admodum inæqualibus, aliter procedendum est. Hos namque secundum consuetudinem ipse, vt sibi aliquam rationem reddant, non vocat, (quod solus superior facere potest) sed eorum aduentum expectat. Si ad eum causa instructionis accesserint, (& sine dubio aliquoties accedent) non solùm benignè, sed & humiliter eos excipiat, suam insufficientiam, ad aliquid illis dicendum, confitens; & se munere illo instruendi alios, præsertim Patres, in rebus spiritualibus indignum, & minùs idoneum prætendens. Dicat cum Davide: *Adolescentulus sum ego, & contemptus*, & licèt *iustificaciones Domini non sim oblitus*, tamen illas minoribus pandere noui, vobis autem, qui maiores estis, & aliorum doctores, quomodo potero aliquid vtile aperire. *Pulmentum meum*, secundum illud, quod deferebat Habacuc propheta, *paratum erat messoribus*, id est, rudioribus, & imperitiori-

Erga alios sibi æqualibus benignè exceptos suam insufficientiam ad id muneris confitebitur.

Psal. 138. 141.

Daniel. 14. 32.

bus, quomodo vobis, qui Prophetæ estis, & meliora habetis, illud ministrare audebo. Quin & talis poterit esse Pater ad instructionem capiendam accedens, tam doctus, & spiritualis, vt necesse sit quodammodo verba Ioannis vsurpare: *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Ego, inquam, potiùs tua doctrina egeo, & libentiùs te audiam, & à te discam, quomodo ita arrogans ero, vt de rebus tuis, cum multo magis profeceris, meam sententiam proferam. Imò & melius est, tales homines non quasi inferiores ad aliquid discendum & interrogandum, sed tantum, vt amicos, ad spirituale colloquium instituendum admittere. In quo occasio se offeret illos dirigendi, si opus fuerit, aut ad aliquod bonum exhortandi.

*Inter am-
bos, vt in-
ter ami-
cos, spiri-
tuale collo-
quium
instituen-
dum.*

Pater sic benignè, & humiliter exceptus à præfecto solum interrogetur, quid velit. Nam interdum vult aliquid speciale interrogare, aut aliquam tentationem, vel necessitatem spiritualem, vel dubitationem exponere, ac remedium petere; aut solum intendit de rebus spiritualibus loqui, & hoc medio seipsum magis ad diuinum obsequium accendere. Si hoc postremum quærat, instituat inter ambos, vt inter amicos, spirituale colloquium de his rebus, quæ illi vsui esse possint, vt de animæ puritate sectanda, de sublimiori ratione communicandi cum Domino, de benignissima eius prouidentia erga suos, de gratitudine ob beneficia accepta, & de fidelitate erga illum, de zelo animarum, de vtilitate bonorum Evangelij operariorum, & de aliis similibus, quæ vtrique proficiant.

Solum

Solum id animaduertendum videtur, vt quoniam pro ratione officij præfectus aliorum utilitatem est quaesiturus, non tam ad se, quam ad accedentem respiciat, & illa, quæ ei utilia existimat, in colloquium adducat. Vt enim Laurentius Iustinianus ait: [Qualia sunt à loquentibus verba prolata, tales in audientium mentes formantur cogitationes. Nempe si sancta sunt, si casta, si utilia, si prudentiæ, & sapientiæ splendore clarescunt, nonnunquam compungunt auditores, & inducunt ex sui cogitatione ad fletum, interdum ipsi replentur gaudio, veritatis luce irradiantur, & deuotionis suauitate pascuntur. O quam sæpe fide illuminantur, exhilarantur spe, & charitatis stimulis perurguntur! Nec mirum. Quum enim eloquium Domini, iuxta Prophetæ testimonium, sit vehementer ignitum, dignum profectò est, vt humiliter, intentèque audientium corda faciat esse ignita.] Ea itaque in medium afferantur, quæ audienti secundum gradum virtutis eius, utilia futura esse putentur. Ex quibus absque dubio ipse quoque instructor proficiet, quia seipsum ad amorem illius virtutis, quam verbis tractat, excitabit, vel si erga illam bene affectus est, eundem bonum affectum augebit.

Si verò aliquid speciale vir spiritualis inquirat, modeste, sed liberè illi respódeatur, & si opus fuerit, non docendo, sed suauiter monendo, vel ab imperfectionibus retrahatur, vel ad maiorem perfectionem exciteretur. Sic enim instructor & sibi, & illi consulit; sibi, vt cum æquali loquens humilitatem teneat, illi verò, vt modeste, & non

Lib. de
gradi-
bus per-
fect. cap.
4.

Aliquid
inquirenti
modeste
sed liberè
re-
sponden-
dum.

imperiosè bonum proponens efficacius eum ad bonum alliciat. Et in vniversum id seruandum est, vt præfectus interroganti, aut communicanti se accommodet, & secundùm qualitatem, aut profectum eius verba faciet. Quod Paulus monet ad Timotheum sic scribens: *Seniorem ne increpaueris, sed obsecra, vt patrem: iuuenes vt fratres, anus vt matres, iuuenulas vt sorores.* Quem locum vt interpretetur Ambrosius, sic ait: Propter honorificentiam ætatis, maiorem natu cum mäsuetudine ad bonum opus dicit prouocandum, vt faciliùs suscipiat admonitionem. Potest enim vereri commonitus, ne postea corripiatur, quod turpe est seniori. Nam apud omnes vtique gentes honorabilis est senectus. Vnde & Synagoga, & postea Ecclesia seniores habuit, quorum sine consilio nihil agebatur in Ecclesia. Quod qua negligentia absoluerit, nescio, nisi fortè doctorù desidia, aut magis superbia, dum soli volunt aliquid videri. Iuniores autem censet admonendos cum affectu dilectionis, vt videntes amoris causa se commoneri faciliùs se corrigant, quippe cum videant, non discrepare opera eius à prædicatione. Anus verò quasi matres: vt cum miti sermone doceri se vident, nõ asperè accipiant, quia honorificè proficiunt. Asperum est enim senibus, cum corripiuntur à iuuenibus. Quod temperamento quòdam leniri vult, vt profectus sit & dicenti, & audienti. Adolescentulas vt sorores admonet edocendas, vt promptè possint bonæ conuersationis suscipere disciplinam. Quando enim non cum imperio insinuari sibi videt, quæ ad bonam pertinent vitam, consentit, & humili-

1. Tim.

5.1.

Ibid.

lem
lent
ster
Don
circ
tres
& lu
erit,
ueh
ta si
ti est
quo
virtu
Non
est, e
tis n
pruc
roga
Petr
Don
stiam
stion
aliqu
dicer
nou
spexi
fuisse
legit
fit.]S
eoru
furos
vt &
res fi

lem

lem se præbet admonenti. Blanditiis enim solent obtineri, quæ autoritate non possunt.] Hactenus ille. Oret ergo instructor seu præfectus Dominum, ut doceat cum tanta modestia, & circumspeditione se gerere, quod maturiores Patres à se non auertat, sed magis verbi dulcedine, & suauitate sibi deuinciat. Sic enim & illis utilis erit, & religiosam disciplinam in omnibus prouehet, & dum luminaria illuminat, magna merita sibi metipsi conquiret. Non enim parui meriti est, sed magni, & copiosi, eis vtilem existere, quorum bonitas in alios deriuatur, quorumque virtutis augmentum statim in alios extenditur. Non vereatur instructor vultum potentium, id est, eorum, qui in congregatione literis, & talentis magni esse videntur, sed modestia, ac legibus prudentiæ seruatis, liberè illis accedentibus, & rogantibus monita salutis proponat. Meminerit Petri, [quem, ut verbis Cypriani vtar, primum Dominus elegit, & super quem ædificauit Ecclesiam suam, qui cum secum Paulus de circumcisione postmodum disceptaret, non vindicauit sibi aliquid insolenter, aut arroganter assumpsit, ut diceret se primatum tenere, & obtemperari à nouellis & posteris sibi potius oportere. Nec despexit Paulum, quod Ecclesiæ prius persecutor fuisset, sed consilium veritatis admisit, & rationi legitimæ, quam Paulus vindicabat, facile cõsensit.] Sic putet, antiquos Patres sibi non in faciem eorum resistenti, sed humiliter monenti consensuros, & vtilitatem ex eius verbis reportaturos, ut & ipsi spiritu crescant, & dum ipsi perfectiores fiunt, aliis magis ac magis proficiant.

*Mirabile
Petri ex-
plum.
Epist. 71.
ad Quin-
tum.*

CAPVT VI.

Præfectus spiritus quomodo iuuenes religiosos literis studentes instruet.

Ex iuuenum religiosorum eruditione stabilitas religiosa disciplina dependet.

HÆc est præcipua seges, quam præfectus omnibus, vt aiunt, neruis, debet excolere, ex qua maiorem suorum laborum fructum sperat: hæc ditior fodina, quam si excauet, & solitiùs expurget, ampliores opes tum sibi, tum religiosæ familiæ conquiret. Sciat ex cultura huius agri, ac ex eruditione iuuenum religiosorum literis studentium, omnem disciplinam religiosam, ac omnem stabilitatem in bono religionis pendere. Senes breui morientur, & iuuenes studentes in eorum locum succedent. Ex cœtu istorum Confessarij, Concionatores, Doctores, Superiores prodibunt, Columnæ ipsæ, id est, illi, qui singulis Prouinciis post non multos annos præficientur, & supremus præfectus, qui toti religioni præsidebit, ex illis est assumendus. Ergo, si secundum iudicem

populi, sic & ministri eius; & qualis rector est ciuitatis, tales inhabitantes in ea: quales isti in puritatis, & mortificationis spiritu euaserint, talis post modicum tota religio erit. Si pro patribus tuis, ô religiosa familia, non nascantur tibi similes filij, ô quàm citò tuus splendor, tuaque perfectio pessum ibit. Si pro diligentibus Confessariis negligentes, pro feruidis

*Eccli. 10.
2.*

Con

Concionatoribus auribus prurientes, pro humilibus Doctoribus superbos, pro vigilantibus & spiritualibus Superioribus incuriosos & ambiciosos recipias, ô quàm velociter concides, & à capite aureo in pedes fictiles desines. Propter culpam *Roboam* sublata sunt à *3. Reg. Sesac rege Aegypti scuta Ierusalem aurea*, & pro illis subsequuta sunt *scuta aerea*. Sic exemplo fegnitiei nostræ, & incuria erudiendi, & educandi adolescentiores religiosos, cum *scuta aurea*, id est, viri perfecti, tolluntur, *aerea* pro eis, hoc est, imperfectos substituimus, & religiosam disciplinam, ac totum statum nostrum ex arce perfectionis in vitam abiectam, ac imperfectam deturbamus.

Præfectus ergo spiritualis, cui post prælatos hæc cura substituendi pro sanctis patribus sanctos filios incumbit, non perfunctoriè suas partes agat, sed cum magna sollicitudine hoc onus iuniores in spiritu educandi suscipiat. Hunc finem sibi antè oculos ponat, eos obseruantissimos disciplinæ, & perfectissimos facere, & religionem in eis puram ac illibatam, custodire. Sciat huius viæ Spiritum sanctum præcipuum esse magistrum, non tantum, quia eos, quos sibi erudiendos tradidit, primus ac præcipuus interiùs erudit, verum quia voci ipsius præfecti vocem virtutis impertit. Id ergo diligentissimè scire cupiat, quid Dei spiritus cuique illorum dicat, & per quam viam illum ducat, vt non ab eâ sibi commendatum extrahat, sed in ea suis monitis, & exhortationibus ambulare doceat.

Sollicitè
illorum
cultura
incumbē-
dum.

*Veniens è tyro-
cinio stri-
ctiori vi-
ta obliga-
tio incul-
canda.*

*I. Cor.
13. 11.*

*In spe-
cul. cap.
vltim.*

*De peri-
culis, qui-
bus obno-
xij sunt,
ad monè-
di.*

Cùm primùm è tyrocinio veniunt ad domos vel collegia, doceantur non ad vitam liberiores venire, sed ad conuersationem perfectiorem, quam maior in spiritu ætas exposcit. Cùm eras paruulus, ô frater, loquebaris vt paruulus, sapiebas vt paruulus, cogitabas vt paruulus, iam verò per religiosam professionem factus vir, euacuanda sunt tibi quæ erant paruuli. Sciant ea bona, quæ è nouitiatu attulerunt, vt mortificationis, virtutum, & orationis initia, non esse ab illis minuenda, sed omnimodis augenda. Deus tibi, ô frater, in his initiis conuersionis tuæ talentum dedit tibi, quo negotiareris. Talenta sunt sancta desideria, talenta sunt dona abnegationis, & orationis, & humilitatis, & ceterorum, quæ in te sentis. Vt multa superlucreris, tibi donata sunt, non vt otio torpeas, vel vt stultus factus, ea post modicum perdas. [Ad professionem admissis, inquit Bonauentura, sit quàm maximè cura, ne defluant; perfecti quique magna se discretionis subtilitate conspiciunt, ne ad deteriora vnquam, vel in opere, vel in cogitatione, dilabantur. Si curare parua negligimus, insensibiliter seducti, audacter, & iam maiora perpetramus.] Finitum ablatione finiti consumitur, & adiectione assidua finiti mirum in modum augetur. Si ea, quæ attulisti, paulatim perdas, post non multos dies, te, si non habitu, at vitæ ratione, ad seculum rediisse comperies: si verò vel paulatim augeas te virum spiritualem, & virtutibus abūdantē videbis.

Sensim aperiantur illis pericula, quæ ex occupationibus, ex studiis, ex congressu cum aliis

aliis
cult
tura
lent
Per
mou
& e
quie
est, a
spec
nate
duu
sic a
min
nitu
la, v
faci
mag
dem
vel
dala
re.
fleur
fion
mili
uētū
tent
præ
ben
mū
ligio
hab
mili

aliis, & ex similibus causis possunt suboriri. Periculum est, ingenij, eloquentiæ, & talentorum naturalium magnam rationem habere; quia sic solent veris bonis, scilicet virtutibus, anteponi. Periculum est, desiderium sciendi, & literas promouendi, ultra mensuram augere; quia orationi, & exercitiis spiritualibus insidiabitur, vt minùs quietè, minùs feruidè illis intendatur. Periculum est, ad anteriora respicere, & ad aliquod munus speciosum, vt Lectoris Theologiæ, vel Concionatoris, applicari; quia sic indifferentia indiuiduus obedientiæ comes abiicitur, & si postea sic ad vnum applicatus in alio occupetur, non minimis tentationum impulsibus miser exponitur. Discrimen est, minima quæque à regula, vel à superiore iniuncta negligere; quoniam facillimū est, ex minori lapsu in præceps ire, & in magnum malum cadere. Discrimen est, & quidem maximum, nimia cum aliquo domestico, vel externo familiaritas, ex qua quanta scandala, & mala proueniant, non oportet scribere. Vidimus ea non semel, & eorum causa fleuimus, & non alio remedio, quàm abscissione membri putridi, curare potuimus. [Familiaritates superfluas fugiant, inquit Bonauentura, qui & alterius doctoris, & Bernardi sententiâ cõfirmat, & modum simul bonæ amicitiz præscribit, ista subiūgēs: Esto, ait quidā, omnibus benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus.] Et S. Bernardus: [Tria, inquit, religiosum quemlibet decent, pauca loqui, paucos habere familiares, & multū orare, vbi multi familiares, ibi multæ locutiones, & sibi singulares.

Maximè est in nimia familiaritate discrimen.

Vbi familiaritates superfluas fugiant, inquit Bonauentura.

Si familiarem admittis, si quem ætas, mores, discretio, & honestas insignit, & commendat. Familiaritas si fuerit ordinata, non erit blanda, improba, puerilis. Est modesta quædã in sãcta familiaritate seueritas, est & iustitiæ reëctitudo, vt nullatenus vitium foueatur, nec pro amico proximus offendatur.]Hæc & alia similia detegenda sunt, ne adolescens ex ignorantia delinquat, & ne, dum aliqua aut non mala, aut certè minora mala putat, conscientiæ splendorem obnubilet. Habui ego adolescentulus non inegantem formam, à natura sortitus, præfectum spiritus apprimè spiritualem, & sanctum P. Michaelem Petreium iam diu vita functum, qui mihi sæpe dicebat: Frater Iacobe, spinæ tibi in corde generandæ sunt, ne aliqua affectio minus pura ad illud accedat, quòd si irrumperè ausa fuerit, bene vulnerata statim abscedat.

*Optima
eiusdem
adhorta-
tio.*

*Virtus v-
na cum
literis im-
bibenda.*

*Epist. ad
Nicobu-
lum.*

Moneat eos, vt simul virtute, & scientia proficiant, nec existiment, se suo muneri satisfacisse, si virtute crescant, nisi literis quoque adolescant: nec ignorent, se malè tempus collocare, si solas scientias augeant, sui verò contemptum, & Dei, ac virtutum amorem immi- nuant. Adolescentia literis addiscendis aptissima est. Hinc illud Nazianzeni: [Confitio suum tempus habet, suum agricultura, suum nauigatio, suum venatio, suum etiam bello, suum floribus tempus est. Eundem in modum literarum, doctrinæque studiis nullum aliud accommodatius tempus fingi potest, quàm cum animorū amor maximè viget, nec multiplicibus formis peccus adhuc impressum est, sed egregiis dumtaxat, re-

cens

cens
terra
pestif
bus
mon
illos a
scen
mus,
Qu
Tep
Et ad
non re
labor
nes, d
puerit
autem
assuet
ra for
homo
tionis
ctionu
quat. M
fionis
quo sa
docuisti
bo mira
aliud n
Et vsq
Monea
nuè cor
tantum
quod si
Ne c

censque depictis imaginibus floret; vitæque in terra fundamentum, siue bonum, siue malum, ac pestiferum, adolescentes iaciunt.] Sed & virtutibus obtinendis est accommodatissima; quare monet Sapiens: *Filij tibi sunt, erudi illos, & curua illos à pueritia eorum.* Certè quod pueri, & adolescentes didicimus, in virili ætate facillè seruamus, & vsque ad senectam retinemus.

Eccli. 7.
27.

Quo semel est enim imbuta recens seruabit odore Testa diu.—————

Et adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Noua arborum virgulta sine labore flectuntur, boues nouelli subiugantur, canes, dum catuli, loro assuefiunt: sic & homines in pueritia, & adolefcntia virtutè facillè induunt, si autem obduruerint, non sine ingenti difficultate assueta vitia deserunt, Tractabilis, mollisque cera formam sigilli recipit, dura verò resistit. Sic homo à teneris annis virtuti, & spiritui deuotionis assuecat, ne postea vitiorum, & imperfectionum plenus, locum nequaquam virtuti relinquat. Magnum Dei donum est, ab ipsis conuersionis exordiis spiritui feruoris se tradere. Pro quo sanctus David gratias agit, dum ait: *Deus, docuisti me à iuuentute mea, & vsque nunc pronuncio mirabilia tua.* Quin & hoc beneficio potitus, ad aliud maius postulandum animosior efficitur. *Et vsque ad senectam, & senium ne derelinquas me.*

Prou.
22.6.

Psal.
70.17.

Vnicuique sibi accommodata proponenda.

Moneantur ergo primitias vitæ Domino strenuè consecrare, & ex vitæ puritate, & scientia tantum sibi conquirere, vt postea valeant quasi, quod sibi superfuerit, proximis erogare.

Ne eadem omnibus proponantur, sed vnicuique

cuique ea, quæ ei fuerunt accommodata. Adolescentiorum enim quidam sunt discolori, & planè tepidi, alij incipientes, alij proficientes, nonnulli, quamuis admodum rari, perfecti. De illis primis desperandum non est, sed eo ipso crebrius, ac diligentius edocendi. *Erudi filium tuum*, ait Salomon, ne desperes, & ita erudi, ut ab eo quoque omnem desperationem amoveas, & in spem emendationis erigas. Ad quod proderunt illa verba Bernardi: [Nemo politus in adolescentiæ, vel temperantiæ lubrico de sui conuersatione desperet. Oleaster enim oliuæ insertus, amissa amaritudine efficitur fructuosus. Si ergo agricultura conuertit stirpium qualitatem, nonne studia doctrinæ, & disciplinæ assiduitas mitigare possunt quaslibet ægritudinis passiones? Aliis verò iuxta necessitatem loquendum. Incipientibus infima, proficientibus mediocria, perfectis sublimia instillentur. Sic Paulus paruulis lac potum dat, sapientiam verò loquitur inter perfectos. Huius discretiois typum existimat Gregorius esse gallum illum, de quo S. Iob ait: *Quis dedit gallo intelligentiam?* [Habemus verò aliud, quod de galli huius intelligentia considerare debeamus, quia profundioribus horis noctis valentiores ac productiores edere cantus solet; cum verò matutinum iam tempus appropinquat, leniores, & minutiores omnimodo voces format. In quibus galli huius intelligentia quid nobis innuat, considerata prædicatorum discretio demonstrat. Qui dum iniquis adhuc mentibus prædicant, altis, & magnis vocibus æterni iudicij terrores intimant, quia videlicet quasi

Prover.
19. 18.

In formula honestæ vitæ.

Iob 38.
36.
30. Moral. c. 4.
Discretiois typus, gallus est.

qua
verò
luc
dine
tan
quæ
min
quar
præ
que
appr
galli
dele
gno
prius
Iuxta
fecto
men
piat.
Cu
semp
in co
stidiu
uocet
uenie
aut i
solati
te su
ea se
exerci
Nunc
spiritu
uersat

quasi in profundæ noctis tenebris clamant. Cùm verò iam auditorum suorum cordibus veritatis lucem adesse cognoscunt, clamoris sui magnitudinem in lenitatem dulcedinis vertunt, & non tam illa, quæ sunt de pœnis terribilia, quàm ea, quæ sunt blanda de præmiis, proferunt. Qui etiã minutis tunc vocibus cantant, quia appropinquante manè, subtilia quæque de mysteriis prædicant, vt sequaces sui eo minutiora quæque de cœlestibus audiant, quò luci veritatis appropinquant, & quos dormientes longus galli clamor excitauerat, succisior vigilantes delectet: quatenus correcto cuiuslibet de regno cognoscere subtiliter dulcia libeat, qui priùs aduersa iudicij formidabat.] Sic ille. Iuxta hanc regulam quisque audiat à præfecto quod sibi conueniat, vt secundùm mensuram suæ virtutis eruditionem accipiat.

Cuiuslibet horum adolescentium generi non semper eadem ingerenda sunt, nec eodem modo in colloquio procedendum, ne audiens ad fastidium, & quandam spiritualem nauseam prouocetur. Nunc à Præfecto ipse religiosus adueniens audiatur, an velit de se aliquid dicere, aut suam conscientiam ad maiorem sui consolationem aperire. Nunc de statu, & qualitate suæ orationis interrogetur, quomodo in ea se habeat, & qua ratione in spiritualibus exercitiis, & in aliis, vt in studiis, procedat. Nunc nihil interrogatur de his, quod magister spiritus expertus ex ipso vultu, & externa conuersatione satis deprehēdet, sed ad colloquendū de

Non semper de eisdem, sed variè in colloquio procedendum.

de re aliqua, quæ audienti conueniat, applicetur. In hoc autem colloquio quisque ad id virtutis, quod opus habet, & ad vincendos excessus, quibus subest, est exhortandus. Loquax ad silentium, immodestus ad modestiam, tepidus ad feruorem, distractus ad amorem cellæ & secreti, arrogans ad humilitatem, indignabundus ad mansuetudinem, & sic de aliis, incitetur. Si idem inculcandum sit, non eodem modo, nec eisdem rationibus, sed aliis & aliis proponatur. Vnde Gregorius: [Non vna, eadèmq; cunctis exhortatio congruit, quia non cunctos par morum qualitas astringit.] Et postea: [Pro qualitate igitur audientiam formari debet sermo doctorum, vt & sua singulis congruant, & tamen à communis ædificationis arte nunquam recedat. Quid enim sunt intentæ mentes auditorum, nisi, vt ita dixerim, quædam in cithara tensiones strætæ chordarum? Quas tangendi artifex, vt non sibimetipsi dissimile canticum faciant, dissimiliter pullat. Et idcirco chordæ consonam modulationem reddunt, quia vno quidem plectro, sed non vno impulsu feriuntur. Vnde & doctor quisque, vt in vna cunctos virtute charitatis ædificet, ex vna doctrina, non vna, eadèmq; exhortatione, corda tangere audientiam debet.]

3. Par.
pastor.
in initio

Bene moratis perfectionis doctrina intimanda.

Interdum nihil est speciale, de qua aliquis admonetur; quia sunt aliqua mentes tam placidæ ac diuina gratia præuentæ, vt nihil mali quasi ex habitu habeant, & in omnibus bene se gerant: quarum imperfectiones tam exiguæ esse videntur, vt in illis, quas humana

infit

infit
dum
nis p
paul
gra
ctus
ex re
ris m
secta
gatio
& in
vna
perfe
perta
mille
com
prof
prof
sti m
cor t
glori
quod
dens
Non
ctior
tis la
bono
Deo
tes.]
girat
men
di, &
ctis a
I.

infirmitas profert, non sit multum immorandum. His omnis doctrina spiritus, & perfectionis per modum artis ad aliqua puncta redacta paulatim intimetur. In vno congressu exempli gratia tractetur, quanti referat, modicos defectus vitare, quanti momenti sit, minima quæque ex regula custodire. Doceantur externam corporis mortificationem, & sensuum cohibitionem sectari, sed multo sollicitius affectionum abnegationi intendere, & cogitationum puritatem, & interiorum tranquillitatem inquirere. Nunc vna virtus, vt humilitas, & eius gradus, atque perfectio, nunc alia, vt obedientia, exquisita paupertas, corporis, & animæ integritas, & alia similes, oculis obiciantur, & cuiusque exercitatio commendetur. Iniciatur eis ingens desiderium proficiendi, illis Bernardi verbis: [Adolescens profice: mancipatus es Christi seruitio, & cœpisti magna agere, & excelsa imitari: confortetur cor tuum, & viriliter age. Magna tibi dabitur gloria post victoriam. Licet lubricum sit iter, quod incedis, tamen de Domini auxilio confidens, desere ima, quantum vales, & summa pete. Non deficias, neque tepescas, vt gradum perfectionis possis ascendere, ad quam non nisi multis laboribus peruenitur. Euge nunc, euge frater bone, initia transcende, & ad superiora tende, vt Deo in voce exultationis canticum graduum cantes.] Agatur cum illis, & quidem assidue, de cogitatione præsentia Dei, de orationis, præsertim mentalis, studio, ac de modo fructuose meditandi, & affectus eliciendi. Aliquibus magis prouentis aliquando dissimulanter sublimia quædam

De ordine virtutis.

530 *De vita religiosè instituenda,*
contemplationis commonstrentur, vt si aliquid
huius doni experiantur, quod habent, intelli-
gant, vel vt ad maiorem abnegationem, & puri-
tatem, quam Deus solet hoc dono cumulare, ve-
hementius exhortentur. Intelligant, omnem vir-
tutem, & omnem suam deuotionem ad obser-
uantiam mandatorum, & ad perfectam charita-
tem Dei, & proximi esse ordinandam, anima-
rumque sincerum zelum esse augendum, qui
aucto nostro profectu crescit, & ad salutem alio-
rum curandam nos mittit. Hæc, & alia similia,
in his colloquiis tractanda sunt, vt audientes
scientiâ sint spiritus docti, & exercitatione per-
fecti.

*Tentatio-
nes libere
audien-
da, vt
congrua
eis medi-
cina sub-
uenia-
tur.*

2. par.
Past.
cap. 5.
I. Cor. 9.
9.

*Duo illas
audienti
extrema
fugien-
da.*

Tentationes, quibus quatiuntur huiusmodi
ad se venientes, sancta quadam libertate audiat,
& eis remedium adhibeat. Talem se illis offe-
rat, vt libenter ad ipsum accedat, & sua vulnera,
ac miseras aperiant. De quo, secundum Grego-
rium, illo opere bouum luterem portantium ad-
monetur: [Quid namque duodecim bobus, ait,
nisi vniuersus pastorum ordo designatur? De
quibus Paulo differente lex dicit: *Non obturabis
os boni trituranti.* Qui tamen, cum condescen-
sionis suæ patientiam diluendis proximorum
confessionibus præparant, velut ante fores tem-
pli luterem portant, vt quisquis intrare æterni-
tatis ianuam nititur, tentationes suas menti pa-
storis indicet, & quasi in bouum lutere cogitatio-
nis, vel operis manus lauet.] Duo tamen illi; cum
tentationes audit, fugienda sunt; alterum, ne ex
auditione alienarum miseriarum aliquod pusil-
lanimiter, & indiscretè inquinamentum timeat:
alterum,

alter
com
[Ec
na te
diti
hæc
tur,
dum
ditia
pastro
dispe
miser
isto v
rius:
feriur
tere, v
vt ex
rendo
cussio
huius
Prosp
pter h
increp
vera, l
erube
peccat
ne tra
peccar
tiam c
Tunc
ornab
do in f
quod a

alterum, ne suas tentationes aperienti minorem
 compassionem ostendat. De illo primo subditur:
 [Et fit plerumque, vt, dum rectoris animus alie-
 na tentamenta condescendendo cognoscit, au-
 ditis tentationibus etiam ipse pulsetur; quia &
 hæc eadem, per quam populi multitudo dilui-
 tur, aqua proculdubio luteris inquinatur: nam
 dum sordes diluentium suscipit, quasi suæ mun-
 ditæ serenitatem perdit. Sed hæc nequaquam
 pastori timenda sunt, quia Deo subtiliter cuncta
 dispensante, tanto facilius à sua eripitur, quanto
 misericordius ex aliena tentatione fatigatur.] De
 isto verò secundo, inquit idem S. Pater Grego-
 rius: [Homines verò cum per disciplinam alios
 feriunt, sic alienam infirmitatem debent percu-
 tere, vt etiam ad suam nouerint oculos reuocare,
 vt ex semetipsis considerent, quantum aliis fe-
 rendo parcant, cum se quoque ipsos dignos per-
 cussionibus non ignorant.] Quanta autem sit
 huius piæ compassionis utilitas, pulcherrimè
 Prosper Aquitanicus declarauit his verbis: [Pro-
 pter hoc ergo blanda pietate portandi sunt, qui
 increpari pro sua infirmitate non possunt. Et re-
 vera, si peccanti salubrem pudorem, dum pro eò
 erubescis, incutias, ac verecundiam, quam pro
 peccatis eius assumis, in eum pia animi cõpassio-
 ne transfundas, facilè in illo reprimis omnem
 peccandi licentiam; atque ei totam impuden-
 tiam demis licentiosæ turpitudinis hortatricem.
 Tunc mores eius verecundia custos integritatis
 ornabit, vt ei placeat, quod antè sordebat, quan-
 do in sordibus erat, & sordidus erat: vt sordeat,
 quod antè placebat, quando ipse bonis omnibus

1. Ne in-
 discretè
 aliquos
 inquinam-
 entum
 viment.

14. Mo-
 ral. cap.

2.
 2. Ne mi-
 nù: so-
 compas-
 suum
 exhibeat.

2. de vi-
 ta con-
 templat.
 cap. 9.

532 *De vita religiosè instituenda,*
displicebat.] Ne ergo audire tentationes timeat,
sed timeat, ne, si minùs misericors fuerit, & ipse
tentetur. Quia minorem hanc compassionem ex
superbia dimanantem solet Dominus multa
mentis ariditate mulctare, imò & aliquando per-
missione casuum, aut saltem grauium tentatio-
nam impulsione punire.

Ob defe-
ctum cõ-
passionis
flagello
tentatio-
nis Euer-
hardus
eruditur.

Lib. 4.
cap. 98.

De hoc narrationem memoria dignam Casarij Cisterciensis non prætermitto. Laudat ipse Euerhardum pastorem Ecclesiæ Colonienfis S. Iacobi Apostoli, aitque, de eo prædicari posse, quæ Dominus in B. Iobum dona contulerat. Tunc autem subdit: [Tempore Quadragesimali, cum ciuium filij iuuenes ac delicati confiterentur peccata sua, maximè carnis incentiua, quæ fomentare multum solent cibaria delicata; quia tales minùs in se experiebatur passiones, durius quandoque illos, quàm expediret, arguit, dicens: Turpe est, quòd homines Christiani motibus tam turpibus agitantur: & scandalizauit pusillos, aliquam eis ingerens desperationem. Sed iustus & misericors Deus, qui Petrum ob gregis salutem cadere permisit, seruum sibi dilectum flagello tentationis erudiuit, & vt subditis sciret compati, passione corripuit consimili; ita vt dicere posset cum Apostolo: *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Satana, qui me colaphizet.* Ex hoc in seipso didicit, quomodo aliis deberet mederi.] Tentationem autem hanc in longum tempus fuisse protractam, colligitur ex iis, quæ postea addit: [Tempore quodam, inquit, cum Abbas Hermannus, de quo supra dixi, nouitius Monachus

1. Co-
rinth.
12. 7.

chus

chus factus, stimulo carnis plus, quàm ei placeret, tentaretur, & audita fama sanctitatis eius, ipsum adiisset, sperans se meritis, precibusque illius aliquid posse releuari; ad Missas se præparantem ipsum inuenit; cui cum propter tempus confessionem facere, sicut proposuerat, non posset, in aure ei secretiùs dixit: Pater, grauius patior stimulum carnis, orate Deum, vt liberet me; quem cum ille respexisset, quasi ex abrupto clamosa voce respondit: Certè ego simile patior, quid ergo pro vobis orare poterò? Et, sicut mihi retulit idem Hermannus, ex hoc ipso ædificatus recessit, quòd hominem sanctum, & senem sibi similia pati cognouerat.] Hæc ille. Si vir sanctus ita punitur ob minorem compassionem, aut duriores increpationem eorum, qui illidebantur, & ad consensum, & facinus trahebantur, quòmodo illum non minùs gratum habebit, qui tentatos, non verò illisos despicit, aut ad modum despicientis minùs discreto sermone tristes, ac desolatos dimittit. Quòd si quis aliquando tentatus ceciderit, blandè, & misericorditer erigendus est, ne, dum humanam imbecillitatem, quam gestamus, obliuiscimur, in peiora cadamus, & à Domino ob nostram superbiam relinquamus.

Nec tamen ita blandus sit magister spiritualis, vt omnino à medicamine salutaris reprehensionis abstineat, imò aliquando, quos torpentes, & incuriosos viderit, liberè reprehendat. Quod vtiliter faciet, si auctoritate apud illos emineat, si se non Præ-

*Repre-
hensione
quando-
que tor-
pentes
seriandi.*

latum agnoscat, & modestiam, & suauitatem in increpatione custodiat. Est enim quoddam genus increpationis, quod virum grauem comparatione ad adolescentiores decet, & eos non exasperat, sed ad meliora sectanda conuertit. Hunc increpationis modum egregiè describit Gregorius docens, quomodo corrigendi sint pusillanimes: [Pusillanimes, inquit, aptius ad iter bene agendi reducimus, si quædam bona illorum ex latere requiramus, vt, dum in eis alia reprehendendo corripiamus, alia amplectendo laudemus, quatenus eorum teneritudinem laus audita nutriat, quam culpa increpata castigat. Plerumque autem vtilius apud illos proficimus, si & eorum bene gesta memoramus, &, si qua ab eis inordinatè gesta sunt, non iam tanquam perpetrata corripiamus, sed, quasi adhuc nec perpetrari debeant, prohibemus: vt & illa, quæ approbamus, illatus fauor augeat, & contrà ea, quæ reprehendimus, magis apud pusillanimes exhortatio verecunda conualescat.

3. par.
pastor.
admo-
nit. 9.

Forma
illius ex
Paulo.

2. ad
Theſſal.
1. 3.

Vnde idem Paulus cùm Theſſalonicenses in accepta prædicatione perdurantes, quasi de vicino mundi termino quodam cognosceret pusillanimitate turbatos, prius in eis, quæ fortia prospicit, laudat, & cautè monendo post modum, quæ infirma sunt, roborat. Ait enim: *Gratias agere debemus Deo semper pro vobis, fratres, ita vt dignum est, quoniam supercrevit fides vestra, & abundat charitas vniuscuiusque vestrum inuicem, ita vt nos ipsi in vobis gloriemur in Ecclesiis Dei pro patientia vestra, & fide.* Et

cùm

cum blanda hæc vitæ eorum præconia præ-
 misisset, paulo post subdidit, dicens: *Rogamus* ^{2. ad}
autem vos, fratres, per aduentum Domini nostri ^{Thessal.}
Iesu Christi, & nostræ congregationis in idipsum, ^{2.}
ut non citò moueamini à vestro sensu, neque ter-
reamini, neque per spiritum, neque per sermonem,
neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi
instet dies Domini. Egit enim verus doctor, vt
 prius audirent laudati, quod recognoscerent,
 & postmodum, quod exhortati, sequerentur,
 quatenus eorum mentem ne commotio sub-
 iuncta concuteret, laus præmissa solidaret:
 & qui commotos eos vicini finis suspicione
 cognouerat, non iam redarguebat motos, sed
 quasi transacta nesciens adhuc commoueri
 perhibebat, vt dum de ipsa leuitate moni-
 tionis prædicatori suo se cognitos crederent,
 tanto reprehensibiliores fieri, quanto & co-
 gnosci ab illo formidarent.] Sic Gregorius,
 Nec tamen vitio dandum est, quòd doctri-
 nam pro pusillanimitate scriptam ad nostros ado-
 lescentes trahamus. Quoniam illi modesti
 sunt, & conscientiæ delicatæ, sanctoque Dei
 timore compunctæ. Hanc verò dura increpatio
 contristat, & in desperationem coniicit, blanda
 autem & discreta correptio in desiderium emen-
 dationis inducit.

Hæc tandem suauitas efficacitatis plena sit, ^{Suauitas}
 ita nimirum, vt salutaris admonitio præfe- ^{efficaci-}
 cti adolescentiorum defectus emendet, & eo- ^{tate com-}
 rum negligentiam vincat ac superet. Non enim ^{dienda.}
 suauitas, & modestia eius in hoc posita cen-
 seatur, vt sola blanda admonitione conten-

tus defectus in emendatos relinquat; sed in hoc potius, vt dulcedini efficaciam adiungat, & sua auctoritate, ac Prælatorum mandato fultus effectum emendationis consequatur. Et sanè, si solum placere curet, & nemini salutarem aliquam tristitiam inferre audeat, illud eueniet, vt vitia foueantur, & labor omnis in erudiendis iuuenibus pessum eat. Verissimaque est Bonauenturæ sententia: [Puer, qui dimittitur voluntati suæ, id est, puerili lasciuia, confundit matrem suam, id est, religionem. Ideoque tot ordines confunduntur, quia pueriles mentes sibimet dimittuntur sine freno retrahente à noxiis, & sine virga ad salubria compellente, aut ex negligentia seniorum, aut ex nociua condescensione. Sicut imprudens medicus, qui ne contristet ægrum, quem curare deberet, patitur eum nociua comedere, ex quo grauius, & diutius infirmatur, & cum in vno dissimulatur, excessus eius, & vitia citò ab alijs trahuntur in exemplum, ita vt etiam sibi impunè talia permittantur, quæ vident in alijs sustineri.] Hæc ille. Magnum est robur veritatis, magna potentia virtutis. Hæc duo pro instructore stant, pro eius admonitione decertant, speret se victoriam reportaturum, & eum, quem instruit, se Deo, & perfectioni lucraturum. Quod si non obtinuerit, causam Domini iustificabit, & vitam religiosam à nota negligentia in suis docendis vindicabit, & se immunem à reprehensione custodiet.

De in-
format.
noui-
rior. par.
1.

Simile.

CAPVT VII.

Præfectus spiritus quomodo religiosos coadiutores erudiet.

RELIGIOSI, qui in humilibus obsequiis occupantur, quos nos Coadiutores vocamus, quia reliquos adiuuant, & à cura parandi necessaria corpori liberant, non minus, quàm alij præfecti eruditioni subduntur. Nam vel idem, qui ceteris, ipsis præficitur, vel certè alius non infimæ authoritatis, quoniam in magna domo vnus omnibus par esse non potest. Hi veri religiosi sunt, quare communi totius religionis beneficio carere non debent. Ministrant illi nobis in temporalibus; æquum ergo est, vt ministremus illis in spiritualibus: sic mutuam obsequium maiorem charitatem conciliabit, & ex vtraque parte mercedem accipient. Dicemus illis: *Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus.* Dicent autem & ipsi nobis: *Si nos vobis temporalia seminauimus, æquum est, vt & nos spiritualia vestra metamus.* Superior etiam pro animabus illorum, non minus, quàm pro animabus sacerdotum, aut scholarium est rationem redditurus. Habeat proinde fidelem administrum, quo hos quoque viam virtutis doceat, & sibi, ac toti religiosæ familiæ virtutis similitudine, & morum vnitatem deuinciat. Qui capaces sunt perfectionis, non minus, quàm reliqui, viam perfectionis audiant, & salutarè exhortationem

*Religiosi
externarum
rerum
administri,
non
minus
quàm alij
eruditioni
subduntur.*

I. Cor. 9.

II.

ab optimo doctore ſuſcipiant. Lex erat in Iſraël.

1. Reg.
30. 24.

Aqua pars erit deſcendentis ad prælium, & remanentis ad ſarcinas, & ſimiliter diſident. Et quidem nos in prælium, dum animas iuuamus, deſcendimus, ſed illi ad ſarcinas manent, dum pro nobis in rebus ad corpus neceſſariis parandis laborant; nobiſcum igitur ſpiritualia, quibus diuites efficimur, æqualiter diuidant.

*Solertè,
& aſſidue tales
inſtruen-
di.*

Rom. 1.

Hos ergo præfectus ſpiritus nequaquam deſpiciet, nec minùs diligenter, aut minùs aſſidue docebit, quos & aliorum fratres, & perfectionis non minùs capaces, & religioſi ſtatus profeſſores eſſe non ambigit. *Sapientibus & inſipientibus,* inquit Paulus, *debitor ſum,* quem qui ſequuntur, ſe omnibus debitores agnoſcunt. Si autem ſapientes, & inſipientes magiſter ſpiritualis inſtruit, cur non multo potiori ratione ingenioſos, & ſimplices edocebit? Illos tantum libenter

*Minor
circa hos
cura, ar-
rogantia
ſignum.
24. Mor.
cap. 8.*

alloqui, & iſtos cum nauſea præterire, aut curſum inſtruere, ſignum eſt arrogantia, & ſuperbie. [Arrogans enim, vt ſcribit Gregorius, in prædicatione ſua aures tantummodo ſapientium expectat: quia non ideo prædicat, vt poſſit quolibet ſapientes efficere, ſed ideo ſapientes quærit, vt poſſit, quod ſenſerit, ſuperbiendo monſtrare. Sicut enim ſuperius dictum eſt, non illos appetit erudire, ſed ſe oſtendere, nec intuetur, quàm iuſti, qui audiunt, fiant, ſed ipſe quàm doctus, cum auditur, appareat.] Aut ſaltem eſt non

*Non re-
cta inten-
tionis in-
dicium.
Lucæ 4.
18.*

rectæ intentionis indicium; quia dum natura ſe ipſam quærit, pauperculos & deſpectos exhorret. Chriſtus de ſe, & ſuis prædicatoribus ait: *Euangelizare pauperibus miſi me,* ſcilicet Pater. Si autem

autem pauperum nomine non solum diuitiarum, verum & talentorum vacuos intelligamus, ad nos etiam pertinere simplicium, & illiteratorum eruditionem manifestè comperiemus. Horum itaque fratrum instructionem non vticumque, sed diligentissimè suscipiamus, ex qua non minimus splendor religiosæ vitæ dependet. Quæ in duabus suis partibus literatorum, & simplicium pulchra, & perfecta consistens, & Deo erit gratior, & populis inuenietur vtilior.

Doceantur ea, quæ horum fratrum statui, & vocationi conueniunt. Eos nimirum ad laborandum, & orandum esse vocatos, ita vt humilia fratrum suorum obsequia studium orationis excipiat, & orationi debitus labor, & temporalium cura succedat. Irreligiosè viuit, qui solo labore manuum, aut corporis exercitatione contentus, postquam illam expleuerit, aut imprudenter otatur, aut de rebus inutilibus cum domesticis, aut externis colloquitur. In duobus tantum locis, ô frater, inueniaris, aut in officina laborans, aut in Ecclesia, vel sacello, vel cella legens, & orans. His duabus alis in cælum ascendes, ex his duobus lignis scalam fabrefacies, per quam vsque ad perfectam vitam peruenies. Intelligant, quanti sit valoris labor suus, quantumque superet eum ipsum laborem, quo in seculo exercebantur. Nam illo pecuniam conquirebant, hoc verò, quem pro Dei amore, & obedientia suscipiunt, animæ salutem, & æternam coronam mercantur. Bernardus *Tria laborum genera.* quidem tres labores distinguit, vnum in peccatis positum, quem peremptorium appellat, quia animam

Ad laborandum, & orandum vocatos esse doceantur.

Tria laborum genera.

Ser. de
ingrati-
tudine.

animam perimit; secundum periturum, ac tertium in perpetuum permansurum, quos tamen non substantia, sed sine distinguit. [In hoc siquidem positi sumus; ait, ut non peccato seruiamus. Ipse enim est peremptorius labor: nec seculo quoque quemadmodum hi, quos videmus subditos curis terrenis, & si non culpis, corporalibus officiis, & si non flagitiis implicatos, & in ea, quæ præterit huius mundi figura, pro sua suorumque præsentis sustentatione laborantes, quorum utique labor etsi non ad damnationem, minimè tamen pertinet ad salutem, ita ut etsi conseruauerint fundamentum, detrimentum tamen patiantur, pereantibus, quæ superædificauerant, ipsi verò salui sint, sic tamen quasi per ignem. Nobis autem quid dicitur? Quod consilium datur amicis? Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Nec cessamus ab operando hoc cibo, etiam cum terrenis fortè occupamur operibus, aut obedientia dictante, aut fraternæ charitatis intuitu, quoniam dissimilis nobis intentio ab his, quorum laborem periturum esse prædiximus. Dissimili proinde radice inhærens labor similis, nõ similiter habet perire, quoniam radicatus est in ea, quæ nunquam perit æternitate.] Diligent igitur illud obsequium, ad quod à Domino vocati sunt, & cuius præmium erit vita beata in æternum permansura. Antiqui illi monachi, quorum vitas cum tanta admiratione narramus, quorum miracula, gesta que suspicimus, non erant sacerdotes, (si paucos eorum excipiamus) sed laici, qui indefessa oratione, & as-

fido

fiduo labore manuum, tantam sunt gratiam & mentis puritatem adepti. Gratias Deo agant, quòd illis neque tempus ad orandum, neque occasio multiplex manibus laborandi deest, quibus illorum sanctitatem poterunt æmulari.

Sciant etiam, se studiorum, & aliorum ministeriorum, quæ ad sacerdotes pertinent, esse participes. Ipsi suo modo docent, & concionantur, & confessiones excipiunt, & animas peccatorum à peccatis liberant, dum humilibus scrutiis distenti, & alios cura temporalium ex-

*Omnium
sacerdotium
ministerio-
rum par-
ticipes es-
se.*

onerant. Hæc enim vilia obsequia gratia conversionis animarum accepta, apud Deum, qui inspector est cordium, animarum emolumenta reputantur, quia non ad aliquod temporale commodum, nec solum ad proprium spiritus profectum, sed ad bonum proximorum diriguntur. Vnde nec præmio doctorum, & aliorum ministrorum Euangelij carebunt, quorum linguâ, & industriâ decertant, dum eos exoccupant, & agiles, ac expeditos reddunt ad pugnam. Quem sensum attigit presbyter Beda in illo factò Davidis non solum cum militibus, sed & cum his, qui remanserant, spolia diuidentis.

[Perfecta de prædonibus victoria, inquit, David æquè eos, qui lassè substitierant, cum his, qui pugnauerunt, spoliolum parte ditauit. Non gloriatur sapiens in sapientia sua. Non omnia possumus omnes. Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes Prophetæ? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes virtutes? Nunquid omnes gratias habent curationum? Attamen omnes in eiusdem Dominicæ vineæ cultura diuerso

3. in Sa-
suelem
cap. 9.

diuerso tempore laborantes, vnum, eundemque sunt vitæ denarium in contemplanda summi regis imagine percepturi.] Sunt ergo felices, si nouerint corporalia seruitia spiritualium ministeriorum gratia suscipere, quia sine multis sacerdotū periculis idem præmium consequuntur.

*Iuxta
singulorū
capacita-
tem, mo-
dus ora-
tionis
tradem-
dus.*

Hi fratres perinde atque alij in solidis virtutibus instruendi sunt, considerata eorum capacitate, sed præcipuè in studio orationis, tanquam in seminario omnium bonorum, ex quo omnis nostra perfectio dimanat. Quidam eorum non sunt apti ad meditandum, ne ad longas meditationes adigantur, imò neque in eis exerceantur, sed modum orandi per affectus, & desideria, & petitiones mentales addiscant. Alij nec ad hoc sunt idonei: instruuntur igitur quæ ratione orationes vocales vtiliter fundent, & his, quæ voce depromunt, mentis attentionem adiungent. Noui aliquos istorum per hunc modum ad sublimem contemplationem promotos, qui cum ipsi putarent, se non orare nisi vocaliter, inter ipsas voces perfectissimè orabant mentaliter. Quin & aliquem inueni, qui primo congressu in oratione vocali, occupatus videbatur, qui tamen & visiones imaginarias patiebatur, & nesciens ipse quid diceret, se à Deo multis donis altæ orationis ornatum manifestabat. Itaque sciat præfectus spiritum horum fratrum dirigere, & per eam viam eos ducere, per quam à Domino ad suam communicationem vocantur, & sic facient maiores in omni virtute progressus.

*In nego-
tio pau-
pertatis
disting-
ctius eru-
diendi.*

Quia verò illi temporalia tractant, distinctè,

&

& attentè in negotio paupertatis erudiendi sunt, ne in re tanti momenti ex ignorantia delinquant. [Timeat vnusquisque nostrum, inquit Hugo, ne per pecuniam decipiatur: cum vnus ex duodecim, illum, qui diligendus est super aurum, & topazion, qui mundi etiam pretium tam paruo mutauerit pretio, vendiderit.] Et postea ad hos fratres temporalia tractantes conuersus subdit: [Audiant igitur hæc, vt sibi caueant, illi qui oculos portant, qui pecunias seruant, qui nundinas, & fora pro necessitatibus fratrum frequentant, qui secularium domos, & curias perlustrant. Deuitent ergo huiusmodi fratres solarium Bersabee, binium Thamar, thalamum Ammon filij regis Dauid. Deuitent etiam personas infames, hospitia suspecta, munuscula dare, & accipere, pecuniam plurimam congregare; ne in ipso laqueus lateat, in quo cum alio pereant.] Instructor itaque eos de hac re doceat, & si quid peccauerint, paternè moneat, & si profusi fuerint, scrupulum iniiciat, ne sub specie boni seipsos, & bonum nomen religionis amittant.

Ac tandem fidelitas illis summopere commendanda est, vt qui familiæ religiosæ sunt filij, zelum puritatis illius habeant, & nihil contra regulam ab eo, quem comitantur, vel ab aliquo alio ipsis scientibus fieri sustineant. Hæc & alia statui eorum conuenientia sæpe ipsis inculcentur, vt non minus quàm alij ædificationi sint, & non immeritò nomen, & locum religiosorum habeant.

1. De
clauistro
animæ,
cap. 4.

*Fidelitas
illis sum-
mopere
commen-
danda.*

CAP.

CAPVT VIII.

*Adolescentes religiosi, & alij quid sint
erga Præfectum, seu Instructo-
rem facturi.*

*Præscri-
pto tem-
pore, an-
te voca-
tionem
Præfectus
adiun-
dus.*

DICTVM est, quid Instructor spiritus est erga alios facturus, nunc religiosi præcipuè adolecentes audiant, quæ ad ipsos spectant. Nam sicut ad obtinendum finem medicæ artis, qui est salus, non sufficit, quòd medicus rectè iubeat, nisi ægrotus diligenter obediat: ita ad profectum spiritus, & salutem animæ comparandam, nisi subditus pareat, & quod est in se faciat, non sufficiet, quòd Magister opportuna præscribat. Tu ergo, ô adolescens religiose, qui imperfectiones exuere, & omnem virtutem induere studes, diem, & horâ interrogabis, in qua præfectum spiritualem singulis mensibus es alloquuturus. Ea verò cognita non quæ situs, non vocatus, sed sponte, & libenter ad eum, non aliter quàm ad adiutorem tuæ salutis accures. Ne tam inurbanus sis, vt velis, quòd Pater grauis, senex, doctus, & spiritualis, tui causa, tempus terat, aut per angulos domus te non causa suæ, sed tuæ vtilitatis inquirat. Consuetudo est vbiquè recepta, vt discipuli præceptorè adeant, non præceptor discipulos. Cur ordinem inuer-tes, & onus tuum non portabis, (si fortè propriæ salutis cura onus dici potest) & in senio-rem, & virum dignum omni reuerentia conii-ces. Quo tempore Christus Saluator noster in
terr

terris deguit, morbidi diligentissimè illum quærebant, vt corporis incolumitatem perditam recuperarent, quidni tu ipsum, in magistro, à quo sanandus es, quæras, vt ab illo rationem curationis animæ tuæ, ac tandem salutem recipias. Quin & turbæ non expectabant, sed irruebant in Iesum, vt audirent verbum Dei. Ne sint tibi oculi tantum carnei, imò spirituales, & sapientiæ plenos habere curato, quibus Iesum in tuo præceptore videas, & ad illam sollicitè gratia audiendi verbum Dei, & accipiendæ eruditionis accurras.

Id libenter facies, & gratum putabis, si magnas vtilitates huius communicationis animaduuerteris. Non dubium, quin magnam notitiam rerum spiritualium ex meditatione ipsorum, & ex lectione Sanctorum, aut authorum piorum capies, sed multo maiorem, & securiorem ex alloquio, & auditione Patris spiritualis accipies. Hic enim tuam meditationem diriget, & in eo, quod errasti, corriget, & lecta, ac non bene intellecta declarabit, & ad captum tuum, quæ dixerit, accommodare non desinet. Gerhardus Zutphaniensis in hoc præcipuè reformationem intellectus viri spiritualis ponit, vt alterius consilio, & instructione iuuetur. [Sermocinatione autem (eius sunt verba) ratio, & intellectus reformantur, dum aliorum eruditionibus nostra ignorantia illuminatur. Et hoc fit dupliciter, scilicet vel maiorum consilio, vel familiarium colloquio: Sanè plurimum confert ad rationis nostræ illuminationem, vt non nostro iudicio inhareamus, sed omnia exercitia nostra seniorum examini re-

*Magna
talis com-
municacionis
utilitas.*

*Zutph.
Lib. ac
reformat. vi-
rium
animæ,
cap. 17.*

seruemus, examinanda proponamus, ab eis examinata diligenter obseruemus. Hoc enim præcipuum est, quo minùs discretus, & paruulus in Christo, nondum exercitatos sensus habens pro discretione boni, & mali, illæsus à diaboli illusionibus, & seductionibus, ac propriæ ignorantia periculis defendatur, vt in sanctorum Patrum collationibus, & institutis, diffusius pertractatur. Itaque si tibi non credis, ac indiscretus fueris, locum discretionis suppleat obedientia alicuius viri, meliùs, & clariùs te illuminati.] Satis puto te indiscretum, aut minùs sufficientem putas ad attingendum in omnibus punctum perfectæ virtutis. Sollicitè ergo ad illum accede, qui tuam insufficientiam suppleat, & quæ per te non attingis, edoceat. Doctrina spiritus scientiis intellectum dumtaxat perficientibus vtilior est, quæ dementia erit ad istas solùm anhelare, illam verò negligenter audire? Nec te aliquando minor peritia spiritualis præceptoris, aut minùs tibi nota eius experientia, à discendo auocet, quando quidem Dominus, qui illum ad hoc munus per prælatos delegit, per os eius potest te docere. Raphaël Angelus dixit ad Tobiam de

Tobias 1. 17. *genere interrogantem: Genus quæris mercenarij, an ipsum mercenarium qui cum filio tuo eat? Sic dicam tibi: Talenta quæris præceptoris, aut ipsum præceptorem, qui tibi cœli iter ostendat? Si istum quæris, iam habes à Deo missum, & à Prælatiis destinatum, quid eius simplicitatem spernis?*
Honori, vtilitati, & tutamini est. Honori tibi est, & vtilitati, & tutamini, Patris spiritualis lateri assidere. Quid enim honorabi-

lius
 stem
 uer
 mer
 est:
 hono
 tia p
 spiri
 te se
 rem,
 ra, &
 quan
 ab e
 sensa
 rium e
 ras, a
 sta, &
 mnen
 possis
 non eff
 liben
 non a
 diman
 haben
 torem
 riculti
 æstim
 in spe
 quam
 esse ben
 Sed &
 qui se
 sua à n

lius iuueni, quàm seniore[m] habere suæ vitæ te-
stem, suorum operum laudatorem, & suæ con-
uersationis doctorem? Vnum sapientiæ emolu-
mentum, à Sapiente non infimo loco habitum
est: *Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & Sapient. 8.10.*
honorem apud seniores iuuenis. Idem sine sapien-
tia propter solum desiderium eius, & societatem
spiritualis magistri consequeris. Quia videntes
te senum amatorem, & eorum humilem audito-
rem, canos tibi non ætatis, sed vitæ immacula-
ræ, & discretionis attribuent. Sed quid vtilius,
quàm illum audire, illique parere, à quo tanquam
ab experto, monita salutis excipies? *Si videris Eccli. 6. 36.*
*sensatum, ô frater, enigila ad eum, & gradus ostio-
rum eius exierat pes tuus.* Si autem causam inqui-
ras, audi: *In multitudine presbyterorum prudentium 35.*
*sta, & sapientia illorum ex corde coniungere, ut ô-
mnem narrationem Dei; id est, rerum diuinarum,
possis audire, & prouerbia laudis, id est, laudabilia,
non effugiant à te.* Hæc, inquam, sit causa, quare
libenter es magistrum spiritus quæsiturus, quia
non alia, quàm animæ tuæ proficua ab ore eius
dimanare percipies. Quid etiam securius, quàm
habere viæ comitem, & in tentationibus adiu-
torem, qui tum oratione, tum consilio valet pe-
riculis obistere, & à casibus liberare. Tantæ
æstimationis fuit apud Tobiam societas Angelus
in specie iuuenis, vt diceret ad patrem: *Pater, Tobia 12.2.*
*quam mercedem dabimus ei, aut quid dignum poterit
esse beneficiis eius? Me duxit, & reduxit sanum, &c.*
Sed & Praefectus spiritus quasi Angelus Dei est,
qui se tibi, veluti in comitem, præbens, doctrinam
sua à malis auocat, & ad bona prouocat. *Aquilus*

est ergo, vt eruditionis gratia ad illum diligenter accurras.

De ordine vi-
tae.

*Magni
illius fru-
ctus.*

Sapienter quidem ad hæc omnia confirmanda scriptum est à Bernardo: [Vt æqualium vsus dulcior, ita senum tutior est, qui magisterio quodam, & ductu vitæ colorant mores adolescentium, & velut murice puritatis inficiunt, nempe si hi, qui sunt ignari locorum, cum solertibus viarum iter adoriri gestunt: quanto magis adolescentibus cum senibus debent nouum iter sibi aggredi, quo minùs errare possint, & à vero tramite virtutis deflectere? Nihil enim pulchrius, quàm eos & magistros vitæ habere, & testes. Pulchra itaque copula seniorum, atque adolescentium. Alij testimonio, alij solatio sunt. Alij delectationi, alij honori. Legitur, quòd Barnabas Marcum assumpsit, Paulus Silam, & Timotheu, & Titam, vt seniores consilio præualerent, iuniores ministerio. Patet namque quòd nulla ars dicitur absque magistro. Si enim animalia, & feræ, & aues, & apes duces habent, & principes suos sequuntur: quanto magis homines sine doctore, & rectore esse non possunt. Inde cauendum est, ne adolescentiores, & paruuli sine duce ingrediantur viam, quam numquam ingressi sunt, & in partem alteram declinantes, errores patiantur, si vel plus, vel minus ambulantes quàm necesse est, aut currentes lassentur, aut moram facientes obdormiant. Plerumque & virtutibus pares, dispares ætatibus, sui delectantur copula, sicut delectabantur Petrus, & Ioannes. Nam adolescentem legimus Ioannem, quamuis nulli seniorum in virtute fuerit secundus. Erat enim

eni
pru
hui
ape
tas
tibi
per
gra
qua
ille.
gnã
ea d
agit
rùm
lesc
rere
ficie
sanã
Q
spiri
obec
accõ
tim
ria i
loco
sunt
verò
non
exalt
punẽ
profi
hom
subd

enim in eo senectus venerabilis morum, & cana prudentia virtutum omnium. Magnum enim huius vitæ solatium est, vt habeas, cui pectus tuū aperias, cum quo arcana participes, cui committas secreta cordis tui, vt ames, & sequaris eū, qui tibi paterna pietate in tristibus compatiatur, in persequutionibus adhortetur, & in prosperis gratuletur. Felix talis societas, talisque amicitia, qua nihil est in rebus humanis pulchrius.] Hæc ille. Et meritò sanè huic amicitie, ac societati magnā pulchritudinem ascribit, non solūm, quia in ea de pulcherrimis rebus, scilicet de cœlestibus, agitur, & ad animæ pulchritudinē ordinatur, verūm & quia pulchrum est, videre tenerum adolescentem amore Dei ebrium lateri senioris hærerē, vt ab eo discat, quomodo in hoc amore proficiet, & ad perfectam mentis puritatem, & in sanctam filiorum Dei libertatem respirabit.

Quæres itaque tu die constituto magistrum spiritus: quæres autem vt audias, & audies, vt obedias, & conuersationem tuam monitis eius accomodes. Nam audire eum, & verba eius statim obliuisci, aut ea despiciere, audax & temeraria inobedientia est. Vnde Bernardus eo etiam loco optimè ait: [Adolescentes, qui tali repleti sunt malo, subdi senioribus dedignantur: facta verò eorum, aut dicta tumida, & erecta ceruice non obseruant, sed diiudicant: non venerando exaltant, sed spernendo subsannant. Sed non impunè. Inde enim euidenter deficiunt, vnde miserè proficere debuerunt. Hoc autem vult Deus, vt homo per hominem doceatur, & minor maiorī subdatur. Si enim Angelus Angelo imperat, &

*Magistri
monitis
prorsus
acquiescendum.*



inter iubentem, & obedientem summa manet
semper cōcordia, videat ille, quàm grauius pec-
cat, qui debitam exhibere suis maioribus reuerē-
tiam non curat.] Et post multa: [Igitur si videris
iuuenculum delidem ad obediendum, & velocē
ad loquendum, non dubites¹, cum variis animi
passionibus (præsertim superbix peste) laborare.

Ecclef.
30.8. *suam; sicut habes: Equus indomitus euadet durus,
& filius remissus euadet princeps. Sicut superbia equi
indomiti præcipitio prona est; ita lasciuia ado-
lescentis indisciplinati, peccati ruinæ proxima*

*Inobe-
dientia
est, illa
præterire.*

est.] Ad nomē inobedienciæ exhorruisti, vt opi-
nor; sed scito, inobedientiam esse huic magistro
nolle acquiescere. Quoniã licet ille Prælatus non
sit, tamen à Prælo est cōstitutus, vt monita eius
omnes audiant, & in his, quæ ad profectum vir-
tutis conferunt, illi obediant. Ergo quoddam
genus inobedienciæ est eius præterire manda-
tum, cuius vox quasi ab ipso Prælo procedit.
Cum igitur Deo in Prælati, & maioribus tuis
obedire cupias, vide, an deceat eius monita post-
habere, quem & magistrum nouisti, & à Deo per
superiorem tuum in ducem, ac viã spiritualis
adiutorem accepisti. Audies illum reuerenter, &
verba illius in corde tuo custodies, & conferes,
vt secundum illa tuas actiones instituas.

*Sincere
illi cum
bona, tum
mala de-
tegetenda.*

Vt autem ille te vtiliter doceat, operapre-
tium est, vt illi sincerè tuam conscientiam ape-
rias, tua interiora tum bona, tum mala detegas.
Nam si ille animæ tuæ statū ignoret, non pote-
rit saepe ad rem loqui, & te ad virtutem adiuua-
re. Id manifestè intelliges, si ea similia confide-

res, quibus Laurentius Iustinianus ad quærendum vitæ spiritualis ductorem prouocat: [Neophytorum, inquit, & in via spiritus inchoantium obedientia oportet, vt sit simplex, & absque vlla mentis deliberatione. Hoc propterea dixerim, quia sub alieno incipiens est erudiendus magisterio. Nam cum existat cæcus, & prorsus inexpertus, eorum, quæ illi agere congruit, quomodo proprio debet committi arbitrio? Nam quemadmodum in itinere quis pergens ignoro, ne erret à recto calle, eget ductore: ægroto, ne diuturno languore fatigatus à vita deficiat, opus est medico: adolescenti idiotæ, ne in sua perseueret ignorantia, accommodandus est pædagogus: ita & in via Dei nouiter imbuendo, ne fallaciis Satanz seducatur, & pereat, spiritualis ei adhibendus est Pater, qui discretionem sit prouidus, experientia probatus, ordinatus moribus, grauitate maturus, decoratus honestate, sanctorum Scripturarum gnarus, austerus in se, proximo compatiens, orationi assiduus, corde mitis, eloquio verax, & in omni (si possibile est) spirituali disciplina prouectus.] Te cæco, & iter facienti, viamque ignorantem, ac ægroto comparat. Et quidem merito; nam quisque in propriis rebus proprio amore faciente cœcutit, & iter spiritus, quod necdum plenè nouit, peragit, & affectuum suorum ægotationes sustinet. Sed quomodo præceptor te confidenter ducet, nisi te cæcum fatearis? quò diriget, nisi mansionem, ad quam progressurus es, nouerit? quòdque medicamentum applicabit, si morbum ignoret. Necessè est ergo, vt illi statum tui profectus patefa-

Lib. de
obedi-
tia, cap.
10.

Quanta
huius
manifestationis
necessitas.

cias, & ægrotationes manifestes, quò possit ille conuenientem curationem adhibere, & ad mansionem incipientium, vel proficientium, vel perfectorum, pro tua exigentia dirigere. Si hæc tria erga Præfectū spiritus custodieris, vt ei te ipsum sincerè aperias, vt eum reuerenter audias, & de tuis dubiis interrogas, vt ei humiliter obedias, tuo munere functus eris.

C A P V T IX.

De egressu è domo, qua de causa, & quomodo fiet, qualiterque cum secularibus conuersandum.

Religiosorum alij qui frequentius, variis alij domo exeunt.

RELIGIOSORVM quidam frequentius, alij rariùs domo exeunt, prout munus eis demandatum aut necessitas poscit. Sunt enim quibus cura procurandæ animarum salutis incumbit, & hi intrepidè cellam, & domum religiosam relinquunt, & per vicos, & plateas modesti, & spiritu collecti discurrunt, quoties ad ægrotos, ad moribundos, ad vinctos vocantur, vel aliqui alij eorum opera, & industria indigere noscuntur. Sunt etiam qui non tam proximè, aut non tam particularibus actionibus proximis opem ferunt, vt qui concionantur, qui publicè docent, & qui literis vacant, vt ad hæc ministeria idonei fiant: hos autem non tam frequens, imò & aliquando satis rara necessitas è domo exeundi sollicitat. Sed tam hi, quàm illi, non tam necessitatis, quàm cuiusdam comitatis, & vrbauitatis gratia domo

domo interdum egrediuntur, vt scilicet cognatos, vel amicos visitent, & de his discursibus volumus hinc aliquid dicere, quos licet alio loco ad moderationem reuocauerimus, non erit inutile, si iterum nostram de illis sententiam aperiamus.

Volumus ergo, & quidem merito, vt hi exitus sint admodum rari, quorum in operibus cuiusque mensis mentionem facimus, non quia in quolibet mense, aut à subditis admittendi sint, aut à Prælatiis permittendi, sed quia plusquam semel singulis annis erunt (ne rigidiores simus) tolerandi. Sint hi exitus admodum rari, quoniam à sanctis & perfectis viris urbanitatis tantum gratia suscepti, nec exemplo, nec verbo probantur. Et si aliquid comitatis habent (quæ cum perfecta virtute non pugnat) tamen non parum mundi consuetudinem olent. Solet desiderium egrediendi è cella, & è religiosâ domo, & conueniendi seculares, ex prophanis radicibus exoriri. Huiusmodi sunt tædium orationis, lectationis, & spiritualis occupationis, curiositas, & appetitus sciendi noua, audiendi vana, videndi pulchra, quæ oculos corporis pascant, oculos vero mentis exerceant; ambitio & inanis gloria, vt quis apud magnates emineat, & ac si esset aliquid, in eorum sese familiaritatem insinuet. Ex mala autem radice mala arbor pessimos fructus generat. Horum vnus est, mentis in vana distractio, vnde est illud Senecæ: *Quoties inter homines fui, minus homo redij.* Et addit quidam sanctus vir: [Hoc quippe sæpius experimur, quando diu confabulamur. Facilius est omnino tacere,

Lib. 5. de
vita spiri-
rit. part.
2. cap.

27.
*urbana
visitationes ad-
modum rari-
re sint.*

*Desideria
illarum ex
prophanis
radicibus or-
riuntur.*

*Pessimis
illarum
fructus:
c. 1. Mētis
distrac-
tio.*

*Kempis
1. de imi-
tat. Chri-
sti, c. 20.*

M m 5 quàm

2. *Cordis
inquina-
tio.*

quàm verbo non excedere. Aliter est, cordis inquinationo; nam inania, & prophana, quæ oculis, & auribus hauriuntur, cor Deo consecratum inficiunt, non aliter, quàm si vestis munda cæno

3. *Tempo-
ris inepta
consum-
ptio.*

immergeretur. Tertius est, temporis inepta consumptio, quod certè orationi, aut lectioni, aut studiis, aut ministeriis dedicandum, secularibus, & inutilibus confabulationibus perditur, &

4. *Periculorum
in-
curso.*

opus spiritualis nostræ salutis impeditur. Quartus, periculorum eiusdem salutis incurso; nam sicut vas testcum, quo ex puteo aquam haurimus, facillimè frangitur, ita virtus humana, quæ fragilis est, & interitui subiecta, inutilium confabulationum usu ad malum pertrahitur, & quasi

5. *Religio-
sa vita
diffama-
tio.*

tactu confringitur. Quintus denique religiosæ vitæ diffamatio; putant enim seculares, cum eorū frequenter domos adimus, & sua tractamus, nos ad vitam otiosam vocatos, & nulli rei, quæ Deo, aut hominibus seruiat, addictos. Optimè

De in-
formiat.
nou-
ior. par.
etc. 34.

ergo ait Bonaventura: [In domo enim consistere, & turbæ, & hominibus absconditum latere, semper est utile religioso, qui sibi desiderat, & Deo vacare. Quidquid deuotionis in domo colligis, hæc foris egrediens spargis potius, quàm augeas, & conserues. Vnde sæpe experti sumus, tam in nobis, quàm in aliis, quoddam frequens exitus, & conuersatio cum seculo, & occupatio nimia exteriorum, deuotionem mentis extinguit, feruorem spiritus tepescit, forte propositum virtutis emollit, cor dissoluit, studium proficendi debilitat, delicias docet amare, sine fructu tempus expendere, verba otiosa multiplicare, iocis & trusis intendere, orationes negligere, ho-

ras canonicas defidiosè, & in cursu dicere. Tandem subintrant aquæ tentationum nauem cordis, per rimas dissolutionis, ex deuotionis ariditate, quæ cum non exhauriuntur per discussionem proprii status, & puram confessionem, vel non fortiter obstruuntur rimæ per diligentem custodiam, paulatim augentur, donec submergant hominem in peccatum, & confusionem.]

Consalutationes vitandæ. §. I.

Propter hæc vitandæ sunt omnino istæ urbanae uisitantes, & secularia colloquia, & ad hunc sensum trahendum illud Domini mandatum: *Neminem salutaueritis in via.* Nos enim qui accincti sumus, ut uias perfectionis curramus, neutiquam debemus his inanibus à cæpto desistere. Sectentur hæc uana, quantum illis libuerit, qui non sunt in uia, hoc est, qui in mentis puritatem, & ex illa in cælestem patriam ire non curant; nos uero qui uiatores sumus, & futuram, ac semper mansuram ciuitatē inquirimus, ne propter hæc uana à nostro cursu desistamus. Neque obstat, quòd hæc salutationes, & confabulationes de rebus licitis sint, aut saltem de rebus mediis; nam ideo penitus relinquendæ sunt, aut maximè moderandæ, quia proprias nostri status occupationes impediunt. Ad quod propositum pulchrè scripsit Ambrosius: [Sed considera, non hoc esse solum: *Neminem salutaueritis, sed non frustra additum: In uia.* Denique & Eliseus cum mitteret seruum suum, ut baculum eius poneret supra corpus pueruli defuncti, mandauit ei, ne per uiam aliquem saluta-

Vitanda omnino sunt.

Luc. 10.

4.

Quamuis de rebus licitis, aut mediis.

7. in Lucam.

saluta

salutaret. Festinatò enim iubebat ad eum contendere, vt celebrandæ resurrectionis exequeretur officium, ne confabulatione alicuius obuij mandato reflecteretur à munere. Ergo & hîc non salutationis officium, ac sedulitas aufertur, sed obstaculum impediendæ deuotionis aboletur, vt, quando diuina mandantur, paulisper sequestrentur humana. Pulchra est saluatio, sed eo pulchrior, quo præceptorum maturior exequutio diuinorum, quæ per moram sæpe trahit offensam. Ideo autem & honesta prohibentur, ne solemnis gratia obrepat officij, & impediatur ministerium, cuius mora culpa sit.] Hæc ille. De his ergo confabulationibus, & uisitationibus non bene sentimus, non quia semper in manifesta mala impellant, sed quia rebus melioribus, & debitis actionibus sunt impedimento. Ad has vix sufficimus, quânam ratione sine earum prætermissione, aut minùs quieta exequutione discursibus superfluis vacabimus?

*Proximorum salus
minimè
illis ad-
piscitur.*

Vnum tamen est religiosorum imperfectorum effugium, quo se, suosque discursus tuentur, quòd scilicet sic secularium beneuolentiam conciliant, & ad vitam Christiano homine dignam trahunt, & ad sacramentorum frequentiam inuitant. Sed ô lepidâ excusationem, quam quisque prudens, sibi que prospiciens abiiciet. Annon scriptum est: *Non sum faciènda mala, vt veniant bona.* Cur tu detrimentum tuæ perfectionis, & periculum tuæ salutis pro bono aliorum, quod ex hoc minimè dependet, admittes? Qui ita inuitantur, pauci sunt, amissio autem temporis magna iactura est, & bonum nomen religiosæ

Rom. 3.
9.

vita

vitæ non minimum damnum patitur. Tu autem statum sanctissimum proteres, & ludibrio maleuolentium expones, vt paucorum nonnullum profectum lucreris? Si id ita faciendum esse sentis, vel si ita facis, toto cœlo erras, quia religiosa vita per hos ineptos discursus laxata & opinione spiritualium virorum apud alios amissa, tu, & alij post modicum temporis nec paucos ad bonam vitam trahetis, sed post illos ad prophanam vitam properabitis. Manifesto etiam errore duceris, si animas putas hoc medio ad tenenda rectæ vitæ vestigia efficacius aduocari. Non ille hisce vrbauitatis colloquiis, (quod experientia docet) sed sanctitatis opinione, & veritate ad virtutem vocantur. Hæc bonis operibus, & circumspeditione quæramus, & proximi vltro nos quærent, & vt instruantur, & iuuentur, ad nos libenter, & reuerenter accedent. Si hanc autem opinionem exuerint, (& quidem exuent, si in nobis mores seculares agnouerint) quantumuis eorū domos adeamus, nihil omnino perficiemus. Imò quanto frequentius nos viderint, & de suis rebus loquentes audiuerint, tanto citius conceptam de nobis, tanquam de viris spiritualibus, opinionem deponent, & vt fictos religiosos contempnent.

Merito proinde B. Martyr noster Gundisaluis Sylueria hos discursus, & visitationes secularium vrbauitatis solum gratia susceptas mirum in modum auersabatur. Fuit ille quidem secluso martyrio vir sanctissimus, ac integritate vitæ conspicuus. Fuit & animarum saluti curandæ, ac ministeriis addictissimus. Fuit in munere gubernandi eminentissimus. Hic tantus vir, cum

India

*Prudens
circa, hoc
B. Martyris
Gundisaluis
Sylueria
sententia.*

Indiæ Orientalis prouinciam nostram gubernaret, & querimonias aliquorum nobilium de nobis, quia eos non visitabamus, audiret, sic quadam die pro concione loquutus est: [Accipi, auditores optimi, esse inter vos, qui nō modò agrè ferant, sed etiā querantur, quòd domos suas, salutandi, ac visendi ipsos gratia, non adeamus. Doleo sanè, quòd cuiquam molesti simus, cū nihil, secundū Deū, optemus magis, quā vt omnibus, iisque maximè, qui suis nos beneficiis magis deuinciant, simus gratissimi; vt, quod nostri muneris est, omnibus possimus pro nostra tenuitate esse vtilis. Velim paululū consideretis, quā teneræ adhuc ætatis Societas nostra sit, quāque ab huiusmodi officiis hāc ipsā ob causam libera, & immunis. Sed & illud cuique certū esse debet, si necessitas absit ad animæ salutē pertinens, valde esse à religioso alienum, secularium adire domos, hisque salutādi, atque intusendi occupationibus implicari. Hęc enim vna est, & certa ianua, eaque latissimè patens, qua in religiosas familias prophani mores facili aditu ingrediuntur; breuique fit, vt quæ prius erat religiosorum sodalitas, in secularium contubernium nullo negotio transeat, & schola virtutum in vanarum consuetudinum gymnasium commutetur. Vsu etiam, nec rarè venit, vt miser religiosus externum adiens, inuisensque amicū, vnius horæ spatio totū perdat spirituale lucrū, quod integrum per annum difficili, ac laborioso virtutum exercitio compararat. Cuius ego rei non alios, præter me ipsum, adhibere testes volō. Quoties enim huiusce inanis officij causa alicuius domum adij, id sanè

In vita,
lib. 3. c.
11.

fan
cū
hab
gita
non
quā
Quo
vt qu
illa, c
genu
tudin
stras
conf
nobis
quær
expec
plinā
que d
que i
alios
in dor
lecti,
mi im
vir so
anima
quoda
rum d
sensil
non t
remus
adhæ
anima
bat. Et

fanè non minimo meo damno expertus sum, vt
 cùm è Collegio egrederer, sedatū, tràquillūmque
 haberem animū, ac rerum inutilium curis, & co-
 gitatione vacuū; cùm autè à salutatione redirem,
 non intra me, aut in me, sed in ipsis, quas viderā,
 quāsque audieram, rebus totus, ac penitus essem.
 Quod si creditis (date mihi, obsecro, hanc veniā,
 vt quod sentio, dicā liberè) si creditis, inquam, ob
 illa, quæ in nos confertis beneficia, ad hoc officij
 genus, nos esse adstrictos, atque hoc vobis grati-
 tudinis nomine debere, vt quoties vultis, ad ve-
 stras iremus domos, & inutiles vobiscū sermones
 conferamus; non tanti emimus pœnitere: si hęc à
 nobis grati animi significationē expectatis, alios
 quærite, quibus isto modo beneficiatis, nobis nō
 expedit, tã vili pretio religiosā libertatē, ac disci-
 plinā vendere. Vtinā sic essetis in Deū affecti, de-
 que diuinis rebus agendi ea vestris animis vis, at-
 que is ardor insideret, vt colloquendo incitare
 alios ad virtutem pōsetis; ad vos fanè, vestrasque
 in domos non inuiti, nō rogati, non beneficiis al-
 lecti, sed faciles, sed libentes, ac læti magno ani-
 mi impetu raperemur.] Hęc ille. Si sanctus hic
 vir solum esset sanctus, non tamen ad ministeria
 animarum applicatus, diceremus illum spiritu
 quodam solitariorum, non virorum Apostolico-
 rum ductū, de huiusmodi consalutationibus ita
 sensisse. Si esset etiam de animarū cura sollicitus,
 non tamen singulari prudentia præditus, puta-
 remus forsan huic sententiæ minùs prudenter
 adhæsisse. At ille sanctus erat, desiderio salutis
 animarum flagrabat, munere prudentiæ fulge-
 bat. Et nihilominus censuit, animarum salutem
 hac

hac ratione non promoueri, imò & earum bonum, ac nostram perfectionem, his distractionibus non modicum labefactari.

Quando prorsus nõ exeuudũ. Ex his, ô frater, intelliges, in hoc negotio consalutationum, & confabulationum quid te oporteat sentire, & facere. Quamdiu nullum tibi ministerium ad animarum salutem ordinatum demandatum est, neque egrediendi è

domo vlla obedientia, aut necessitas vrget, egressum vitabis, imò nec ianuam ad egrediendum aspicias, sed in nidulo quietis tuæ pacificè te continebis. Si autem ministerium habes, quo ad egrediendum obligaris, secundum præscriptum Superioris confidenter exhibis, vt scilicet confessiones ægrotorum excipias, carceribus detentos consoleras, & alia similia præstare possis: sed ad confabulandum, & ad

*Quæ exi-
tus causa.*

*Religiõs
mundo
mortui,
vt Chri-
sto viuât.*

*Ad Co-
los. 3.*

huiusmodi vrbantates omnino non egredieris. Mortui vt oculos pascant, & vt cum aliis fabulentur, sua sepulchra non deserant. Tu autem, vt Christo viuas, mortuus es mundo, domus religiosa, in qua habitas, sepulchrum tuum est, illud inanum colloquiorum causa non deseras, & donec à Domino ad vitam immortalem voceris, à consuetudinibus eorum, qui mundo viuunt, te subtrahas. Illud Pauli: *Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo*; Laurentius Iustinianus maximè in religiosos solitarios quadrare ait. Ego verò illis omnibus ab ipso dicta conuenire puto, qui spretis inutilibus seculi occupationibus, & consalutationibus, vtilia, & ecclesiastica ministeria solum admittunt. Ille paucis verbis mutatis, & ad

ad o
[Ille
præu
Illin
quie
tus à
malc
retur
depr
leceb
relig
bit, d
bit in
spon
mun
quib
Mort
Christ
sunt
ptati
tes ex
creuc
dilec
tua, v
tame
na co
quun
homi
rum c
dum
Ne
sua oc
saluta

ad omnes viros spirituales applicatis, sic ait:
 [Ille verè censendus est felix, qui Dei gratia De vita
 præuentus aridum mundum spernit cum flore. solit.
 Illius abhorret inimicitias, atque cellam suam cap. 6.
 quietus inhabitat. Porrò huiusmodi sic segregatus à populis, bellorum fragores non sentiet, malorum non patietur insidias, non seculi atteretur angustiis, non extolletur in prosperis, non deprimetur aduersis. Nullis mundi euertetur illecebris, nullis honoribus inflatus incedet: sed religiosæ domus parietibus septus, securus stabit, diuinas lætus exoluet laudes, pacificus sedebit in cella, atque per contemplationem erectus, sponsi admittetur in thalamum, eritque tanquàm mundo mortuus, & viuus Deo, quemadmodum quibusdam conuersis fidelibus Apostolus ait: *Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Sanè illi spiritualiter iudicandi Ad Co-
 sunt mortui, qui mundi delectationibus, voluptatibus carnis, ac visibilibus cunctis renunciantes ex corde, & quieta mente soli Deo viuere decreuerunt. Horum etenim vita quamuis à mundi dilectoribus infructuosa esse censeatur, & mortua, utpote in seculi agilibus minùs intenta, est tamen perutilis, atque fecunda.] Sic ille. Isti bona consequantur, qui penitus mundana relinquunt: nec refert, quòd ab stultis, & deceptis hominibus rideantur, quando, qui æqui sunt rerum censores, eos punctum attigisse, & secundùm regulas spiritus conuersari fatentur.

Nos ergo, quibus Dominus pro benignitate sua oculos mentis aperuit, hos discursus, & consalutationes secularium relinquamus, & inanes

Alvarez de vita rel.

N n

præ

Epist.

15. cap.

33.

*Relictum
munus
vrsus te-
rere dedi-
gnentur
religios.*

prætextus, quibus à tepidis excusantur, ad lucem veritatis, ne nos ad vana trahant, examinemus. [Dedignemur iam, vt ait Petrus Damiani, cœnoli huius mundi lutum sapius corporaliter terere, cuius amorem (Deo inspirante) didicimus libero mentis pede calcare. Ab eo itaque quem non diligit animus, ipse etiam corporeus reprimatur incessus. Indignum censeamus visitationis nostræ frequentia; qui de nostra gliscit triumphare ruina. Inimicitias mentis, ipsa quoque testetur absentia corporalis; nec crebrò nostros mereatur ille discursus, quorum fœdare consuevit obtutus; solusque insidiarum suarum foueis incidat, qui nostris assiduè gressibus deceptionum laqueos parat. Sic, sic frustratas fraudum suarum excubias lugeat, dum nobis in pace quiescentibus nocturnæ nostræ profectiois aditum callidus insidiator explorat. Sufficiat autem nostræ discursioni, diuini campus eloquij. Per hunc campum iugiter gradiamur; in eo delectabiliter spatiamur, licet illic liberis gressibus per parilem sacrarum historiarum planitiem currere; possumus etiam per mysticæ intelligentiæ profunditatem quodammodo ad præruptorum illic montium celsitudinem reperire.] Sic ille. Si profectò sunt laudabiliter arripiendi discursus, quibus non distrahimur ad vana, sed ad vnum, quod necessarium est, magis colligimur, & non ad ea, quæ spreuimus secularia, sed ad ea, quæ diligimus cœlestia, & spiritualia, festinamus.

Quando

*Quando non possunt vitari, quomodo in
opus admittenda. §. 2.*

At non possumus omnino huic consuetudini
ianuam occludere, & visitationes secularium à
religiosis cœtibus relegare. Sunt enim non
pauci secularium, & Ecclesiasticorum, qui ob
dignitatem suam, ob nobilitatem, aut certè
beneficiorum nobis exhibitorum gratiam, hanc
subiectionis, vel gratitudinis significationem
exquirunt. Vtinam non postulent, & alio
modo sibi nos subiici, aut gratificari vellent.
Sed si excusari ab hoc malo necessariò non pos-
sumus, illud sustineat prælatus, qui totius re-
ligionis nomine, dignitate fulgentes, ac benefa-
ctores in eorum domibus consalutet. Idque fa-
ciat rarò, ne necessitatem in voluntatem, imò
& in voluptatem conuertisse ipso facto suadeat.
Si per se non potest, aut ad omnia non sufficit,
quæ supra modum percrebuerunt, vrbauitatis
officia, faciat per vnum, aut duos viros senes,
& graues, quos non dedeceat domos secu-
larium ingredi, & fœminas primarias, ac no-
biles, si id etiam oporteat, adire. Si tu forsitan
vnus aliquis sis ex istis, mera obedientia ad
hanc occupationem te moueat, non licentia
extorta deducat. Nam aliud est ex obedientia
aliquid facere, aliud per licentiam extorquere.
Illud in his rebus, quæ naturam fouent, bo-
num est, istud saltem imperfectum est, & propriæ
voluntatis germen, quam semper deberemus
habere suspectam.

In his ergo consalutationibus, quas obedientia

*Aliqua
visitationes ex cõ-
suetudine
ineuitabi-
les.*

*Illarum
onus su-
ficiat
Prælatus,
vel per
vnum
graues,
si non pos-
sit.*

tia præscripserit, aut etiam aliquando charitas, vel prudentia suaferit, ita te geres, vt qui non hominibus, sed Deo placere, religiosam disciplinam seruare studeas. Socium nunquam foras relinques, sed testem tuorū verborum, & operum semper habebis. Nam hoc, & tibi, & illi, & ædificationi est conducibile: Tibi quidem, quia ob reuerentiam eius in omnibus cautiùs procedes: quòd si ad tuam securitatem hoc teste non eges, non ideo hoc seruare negliges, quia indiget religiosus status, quem absque dubio minùs circumspèctum reddis, dum aliis tuo exemplo aditum manendi solos, & relinquēdi socios aperis. Illi verò, quoniam dum tibi assidet, etiam suorū verborum, & operum testem habet. *Ædificationi tandem, quia sic ora maleuolorum, & detractorum claudimus, dum publicè, & in conspectu aliorum, non clanculò, & in angulis ad has salutationes procedimus. Christus Dominus misit discipulos suos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum, quòd erat ipse venturus. Id non solùm, vt mutuo se iuarent, & consolarentur, verùm & vt sine teste nil facerent, & sine inspectore nusquam essent. Hanc ob causam quoque Apostoli apud Matthæum bini numerantur: Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius: Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius, & ceteri. Bini itidem ad prædicandum mittuntur: Et vocauit duodecim, & cepit eis misere binos. Enimverò id perpetuò seruauit Dominus, vt Apostolos associatos mitteret. Nam legimus: *Misit duos ex discipulis suis. Et dicit eis: Ite in ciuitatem, &c. Item: Misit duos discipulos suos, dicens eis: Ite in castellum,**

Socius, vt verborū, & actionum testis, nunquam foras relinquendus.

Luc. 10.

1.
Christus binos cur discipulos miserit.

Matth.
10. 2.

Marci 6.

7.

Matth.
14. 13.

Matth.

21. 1.

Matth.

23. 3.

lum,
prist:
rent
pecta
tibi
quoc
socio
conu
tract
ta no
loqu
En
riter,
rint
breu
rium
inger
tatis
dum
quib
nullo
si nih
uitate
nente
quæ
tati c
ad bo
Petru
præse
ad eun
vel ex
lio, q
bris

lum, quod contra vos est. Idem fecit & Ioannes Baptista, qui misit duos ex discipulis suis, vt dicerent Domino: *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* Si Dominus ipse per tuum prælaturam tibi socium assignat, & quod antea fecerat, nunc quoque fieri in nobis iubet, qua fronte audebis socio relicto, ac si tui iuris esses, cum hominibus conuersari? Si aliquid, quod secretum requirat, tractandum sit, ipse tantisper discedat, vt secreta non audiat, ita tamen vt semper te ac tecum loquentem videat.

Erunt autem hæc salutationes tuæ urbanæ prae-
 riter, & religiosæ. Urbanæ quidem erunt, si fuerint raræ, (vt iam diximus) si non prolixæ, sed breues, ita vt citò te expedias, & potius desiderium protrahendi colloquium, quàm molestiam ingeras. Ipsa celeritate ostendes te non otiositatis amore, sed benevolentia gratia ad salutandum venisse, & habere te alia maioris momenti, quibus intendas. Erunt verò religiosæ, si de nullo detrahas, neque ab alio detrahi patiaris; si nihil prophanum, aut seculare proferas, si nouitates ad te, & ad tuum statum minimè pertinentes non narres. Ea in colloquium adduces, quæ spiritualia sint, quæ tuæ personæ, & grauitati conueniant, quæ audientem ædificent, & ad bonum affectum excitent. *Si quis loquitur*, ait Petrus, *quasi sermones Dei*. Dices itaque ea, quæ præsentī Deo, & omni audienti placeant, quæ ad eum tendant, quæ salutato proficiant. Hæc vel ex die festo, qui celebratur, vel ex Euangelio, quod illo die legitur, vel ex eo, quod in libris spiritualibus legisti, vel ex à te meditati

Salutationes erunt urbanae, si rarae, & non prolixae.

Religiosae, si viro spiritus rituali digna pertrahuntur.

*1. Per. 4.
11.*

allumes. Et omnino curabis, vt sermones tui virum spiritualem oleant, & te à mundanis fecernant. [Sicut is, qui fert aromata, inquit Ioannes Climacus, etiamsi nolit, ex odore proditur, ita & qui spiritum Dei habet, ex verbis suis agnoscitur.] Tu, qui spiritum Dei habes, cura, vt ex verbis cognoscaris.

Gradu
26.

*Omnium
Christia-
norum
sermone,
sanctos
vult Pau-
lus.*

Ephes. 4.

29.

Ibid.

Philip. 4.
8.

Paulus sanè non tantùm virorum spiritua-
lium, sed & omnium Christianorum sermones
esse debere de rebus sanctis manifestè præcipit,
dicens: *Omnis sermo malus ex ore vestro non proce-
dat: sed si quis bonus ad edificationem fidei, vt det
gratiam audientibus.* Vt scilicet audientibus, &
vtilitati sit, & oblectationi. [Nam quid prodest,
verba sunt Ambrosij, mundam vitam habere,
& os sordidum, cùm dicat Dominus, quòd
vnusquisque verbis suis, aut iustificabitur aut
condemnetur.] Parum, inquam, proderit,
quia os sordidum vitam coinquinabit, eiusque
munditiam tollet. Alio quoque in loco Pau-
lus ait: *De cetero, fratres, quaecumque sunt vera,
quaecumque pudica, quaecumque iusta, quaecumque
sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bona fama,
si qua virtus, si qua laus disciplina, hæc cogitate.*
Quòd si hæc cogitanda sunt, vtique & verbis
explicanda. Nam quæ cogitamus, hæc loqui-
mur: & sicut cogitatio sermonum est causa, ita &
sermone cogitationum sunt indices, quibus de
bono thesauro bonum proferimus. His sermo-
nibus sanctis de rebus sanctis salutationes, seu
visitationes istæ vtcumque honestantur. Sed
melius, & perfectius esset, cùm nulla necessitas
instat, ab illis supersedere, & nidulum nostræ
cellæ

cella
mus
res sp
ram

H
quar
Qua
malu
nima
bimu

A
fos r
si ite
pinn
dubi
stum
re, &
hosp
Don
suos
intra
rent

cellæ diligere. In quo purius, & quietius viuimus, & aptiores ad orationem reddimur, & vires spirituales ad vtilis occupationes comparamus.

CAPVT X.

An deceat religiosos conuiuia secularium admittere.

HÆc familiaritas religiosorum cum secularibus, eò solet progredi, vt ab his æquum putent illi ad mensam interdum inuitari. Quæ res, tametsi ex medijs sit, quæ in bonum, & malum verti possunt, quia tamen ex ea non minima solent oriri incommoda, sincerè hîc fatebimur, quid de ea sentiamus.

Qua conuiuia deceant. §. I.

Ac primò certum sit, aliqua conuiuia vniuersos religiosos etiam perfectissimos decere. Nam si iter faciant, & in oppido, in quo se recipiunt, domum sui Ordinis non habeant, quis dubitet optimum esse ad virum aliquem honestum, siue Ecclesiasticum, siue secularem diuertere, & cum illo manducare; istàmque esse legem hospitum, vt apud suos exceptores manducent, Dominus ipse euidenter docuit, dum discipulos suos ad prædicandum misit. Præcepit enim vt intrantes domum aliquam, illi pacem imprearentur, & statim ait: *In eadem autem domo manete*

Iter facientibus seculariû domos licet conuiuaturis adire.

Luc. 10.
7.

nete edentes, & bibentes, qua apud illos sunt. Ac quibusdam interiectis: In quamcunque civitatem intraveritis, & susceperint vos, manducate qua apponuntur vobis. Edetis, inquam, & bibetis, quæ ab his, qui vos suscipiunt, facilè præparentur, & non quæ libertas inuerecunda (vt mos est aliquorum) postulauerit, sed quæ charitas, seu benevolentia dantium obtulerit. Elisæus quidem non semel, sed sapius transiens per Sunam apud fœminam nobilissimam manducabat.

4. Reg. 4. 8. *Cùmque frequenter inde transfiret, ait Scriptura, diuertebat ad eam, vt comederet panem. Quin & præceptor huius Elias ex præcepto Domini viduæ cuiusdam conuiuium admisit. Surge, ait, & vade in Sarephtha Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim mulieri vidua, vt pascat te. Hæc conuiuia indicia sunt necessitatis, & subsidia paupertatis; congruum autem est, vt pauperes humilitatem prætendant, & ex benevolentia diuitum in esu, & in potu suæ necessitati prouideant. Quod ergo à Domino præceptum est, quod à Sanctis iustè factum est, non potest de aliqua imperfectione notari.*

Propter bonum inuitantium conuiuia licere, exëplo suo docuit Christus. Matth. 9. 11.

Scimus etiam conuiuia secularium fuisse à sanctis viris propter bonum inuitantium admissa. Vnde & ipse Sanctus sanctorum, vt hominibus prodesset, voluit sæpe ab hominibus ad mensam inuitari. Hinc illud, quod à Pharisæis Domino obiiciebatur: *Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister vester.* Quia illi non intelligebant, non intemperantiæ, sed misericordiæ ea esse conuiuia, in quibus salus inuitantium quærebatur. Quare Dominus mysterium

rium
sed m
Miser
ni ve
sa se
nans
maner
conu
taere
suoru
Mati
menf
in su
rogab
sus de
quare
passe
ducab
tuber
geret
inuid
mine
tiren
comp
curat
ille. S
prop
eorum
nenti
enim
cui ab
& or
Quar

rium aperiens ait: *Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus. Euntes autem dicite, quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.* Hac eadem de causa se Zachæo conuiuiam præbuit: *Zachæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere.* Exceptit ille Dominum gaudens, & ex conuiuio id sequutum est, vt malè parta restitueret in quadruplum, & dimidium bonorum suorum pauperibus erogaret. Similiter & *Matthæi conuiuium admisit*, vt publicanos ad mensam accumbentes lucrifaceret, & illum in sua vocatione solidaret. Phariseus quoque rogabat eum, vt manducaret cum illo; & *ingressus domum Pharisei, discubuit.* Dicat Augustinus, quare discubuit. [Et tamen ille agnus Dei non pascendus, sed occidendus, quasi nescius manducabat, vt cibi sumptione saltem sua, & contubernio ipso, & ipsa conuiuandi gratia, frangeretur feritas, sedaretur ira, extingueretur inuidia, ex ipsa inhumanitate homines in hominem iam redirent, caperent affectum, sentirent gratiam, reciperent parentem, beneficia comprobarent, agnoscerent virtutes, amarent curationes, non reprehenderent sanitates.] Sic ille. Sancti viri hoc opus quoque imitati sunt, & propter salutem aliquorum non erubuerunt ad eorum mensas accumbere, & consuetam abstinentiæ districtiōnem nonnihil relaxare. Sciunt enim charitatem esse virtutem excellentiorem, cui abstinentia, & omnis religiosa disciplina, imò & omnis alia virtus meritò debet inferuire. Quamuis autem huiusce rei possemus in me-

dium adducere non pauca sanctorum virorum exempla; sufficiat tamen nostri B. Francisci Xauerij historiam attingere, qui non semel cum infitoribus Lusitanis in India māducabat, vt paulatim pellices ab eis tolleret, & ad honestam vitam, & honorabilem matrimonij torum reuocaret. Qui ergo non dissimilibus virtutibus ornatur, & huiusmodi felices victorias sibi de peccatoribus pollicentur, si nulla intercedat aliorum offensio, nec sancti nominis vitæ religiosæ iactura, possent quidem sine imperfectionis nota hæc secularium conuiuia, in quibus non deliciae, sed animæ quæruntur, non auersari.

*Ad reuerentiam
pertinet
superiorum
Principum
conuiuia
non de-
tractare.*

Alius deinde euentus est, in quo ista conuiuia damnare non audemus, cum scilicet princeps aliquis, vel Ecclesiasticus, vel secularis, cui omnes parent, vel certè aliquis alius non dissimilis authoritatis, religiosum ad mensam inuitaret. Ad reuerentiam namque & obedientiam horum superiorum spectat, ipsorum beneuolentiam non superbe respuere, & conuiuia, quibus digni non sumus, admittere. Apud illos certè grauiter offenderemus, si nos nimis scrupulosos inuenirent, & suam comitatem erga nos supra meritum nostrum quasi contemptam animaduertent. Quis autem non videat ex hoc maiora incommoda euenire posse, quàm si apud illos religiosè, & temperanter comedamus? Sic Franciscus Minorum Pater, Hugolini Cardinalis, & aliorum procerum aliquando conuiuia interfuit: sic Thomas Aquinas ad Ludouici Regis Gallia conuiuium iuit: sic multi alij viri perfecti ad reuerentiam excellentissimorum virorum

*Sanctorum
exemplo
confir-
matum.*

rum

rum
chari-
tas, o-
fapi-
Se
uand-
ac fac-
perti-
extra-
bibat-
rij.]
pro c-
spera-
foris
gent-
tur.]
dicu-
cultu-
debé-
tibus
cipis
Quo-
facul-
cion-
adhu-
Pror-
uiuio
ac à
dom-
obtin-
Sede
Rect-
Non

rum pauperem mensam Ordinis, sibi quidem charissimam, interdum reliquerunt, & ad mensas, quas non cupiunt, imò toto corde fugiunt, sapienter accubuerunt.

Sed in his conuiujs, vt sanctè fiant, duo seruanda sunt. Alterum est, vt non sine consensu, ac facultate Superioris admittantur. Ad quod pertinet illud Augustini in sua regula: [Nemo extra monasterium sine præcepto manducet, & bibat; non enim ad disciplinam pertinet monasterij.] Atque illud Benedicti in sua: [Fratres, qui pro quouis responso proficiscuntur, & eo die sperant reuerti ad monasterium, non præsumant foris manducare, etiamsi omnino à quouis rogentur, nisi fortè eis ab Abbate suo præcipiatur.] Huius moris religiosorum (quem nos mordicus custodimus) vt extra cœnobium sine facultate cibum non sumant, meminit Gregorius,

debètque ab omnibus religiosis non laxè viuentibus obseruari. Comedere autem in domo Principis aut Præfulis, manducare extra domum est. Quomodo ergo amator disciplinæ sine Prælati facultate id præsumet. Noui ego insignem concionatorem ex nostris, quem non nomino, quia adhuc est superstes, qui post concionem ab ipso Prorege ad mensam per famulū inuitatus, & conuiuium magni fecit, vt par erat, & domū iturum, ac à Superiore facultatem manducandi extra domum se petiturum respondit. Iuit, postulauit, obtinuit, & in palatium tempestiuè se contulit. Sederunt ad mensam, tunc autem Prorex: Num Rectoris facultate opus est, vt mecum prandeas? Nonne satis est me iubere? At hic: Vtiq; Domine

facul

Numquã sine superioris admittantur facultate.
2. reg. cap. 3. In reg. cap. 51.

2. dialog. cap. 12. & 13.

Magna cuiusdam obseruantia.

facultate mihi opus erat; nam si vestra excellen-
tia honorificum ducit, sicut re vera est, manda-
tis regis sine vlla cunctatione parere, cur ego,
qui ex regula teneor, nunquam extra domum
manducare, non debitum putem, & honorifi-
cum summo Deo præcipienti per regulam, obe-
dire? Et quidem Princeps conciones huius Pa-
tris admirabatur, sed multo magis ædificatus
est, & miratus nostræ obseruantiaæ disciplinam.

*Iusta in-
ter man-
ducandi
ciborum
seruanda
mensura.
Prou. 33.
1.*

Alterum est, vt qui aliquando apud magna-
tes, & præfules cum facultate manducant, præ-
ceptum Salomonis exquisitè custodiant: *Quan-
do sederis, vt comedas cum principe, diligenter atten-
de, qua apposita sunt ante faciem tuam, & statue
cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate
animam tuam.* Si, inquam, à diuite quopiam ad
prandendum fueris inuitatus, cibos tibi apposi-
tos diligenter attende, quàm scilicet breuis sit
eorum luauitas, quàmque animo noxio ipsorum
nimietas. Ita comedes, ac si gutturi spinam infi-
xam haberes, si tamen dominium habes super
appetentiam tuam, & non comedis, vt gulæ sub-
iectus, sed vt voluptatis contemptor, atque vt
tuis desiderijs prælatus. Vitium gulæ in mensa
regum ac principum vitium esse non desinit. Ad
quod facit illud Augustini, si ex excessu bibendi
ad manducandi quoque excessum extendatur.
[Solent ebriosi ita se excusare, vt dicant, perso-
na potens me coëgit, vt amplius biberem, & in
conuiuio regis non potui aliud facere. Ad excu-
sandas excusationes in peccatis ista prædèdimus,
& quod implere nolumus, nõ potuisse nos dici-
mus. Nolle in culpa est nostra, & non posse præ-
tendi

*Serm.
232. de
tèpore.*

tend
retur
tua se
ma
tur. I
tes, q
dent
te vi
timo
irasc
piun
tis eu
men
mus.
duca
to m
biles
ædifi
pare
oper
tia,
mag
quæ
mitt

In
itine
xime
rent.
ritat
inue

tenditur, etiam si ad hoc veniretur, ut tibi diceretur, aut bibas, aut morieris: melius erat, ut caro tua sobria occideretur, quam per ebrietatem anima moreretur. Sed excusatio ista falsò obiicitur. Ipsi enim reges, & quicūque sunt alij potentes, quia, Deo propitio, & Christiani sūt, & prudentes, & sobrij, & toto corde Deum timentes, si te viderent desinisse, ut eis non acquiescas pro timore Dei inebriari, si tibi sub mora videantur irasci, postea verò te in grādi admiratione suscipiunt, dicentes: Quantum cum illo egimus, quāntis eum minis & terroribus fatigauimus, & tamen nunquam eum à sobrietate separare potuimus.] Si ergo nec rogati debemus iustam in māduducando, & bibendo mensuram excedere, quanto minùs non rogati, sed (ut nūc apud viros nobiles moris est) nostræ voluntati relictī. Ipsi sanè ædificantur, cū vident nos in sumendo cibo parcos, & in bibendo circumspēctos, qui ipso opere ostendimus non voluptatis, sed obedientiæ, & reuerentiæ causa nos illuc venisse, & in magnatum domibus non suauitatem ciborum quæsiuisse, sed rusticitatem, quæ esset in non admittendo conuiuio, declinasse.

Quæ non deceant. §. 2.

In his ergo conuiujs, quæ à viris religiosīs itineris causa admittūtur, vel ædificationis proximorum gratia quærūtur, vel ob principū reuerentiam permittūtur, nulla apparet debiti seueritatis, ac arreptæ disciplinæ trāsgressio. At quod inuestigamus est, an deceat extra hos cūctus vi-

rum professione, & animo religiosum in suo Cœnobio aut Collegio manentem, communem mensam deserere, & conuiuia secularium, vel parentum, vel cognatorum, vel amicorum adire. Id nos, modò ex facultate Prælati fiat, peccatum non dicimus, at minùs perfectum esse, &

Secularium conuiuia, si non illicita, seminarium tamen imperfectiorum.

Possid. in vita August. Surius in vita Chrysoft.

Vani sunt omnes pratextus, quibus illa procuuantur.

multorum peccatorum, & imperfectionum seminarium constanter affirmamus. Planèque sentimus, eximia laude dignam esse consuetudinem illam Ambrosij, Augustini, Chrysoctomi, qui, vt ex eorum gestis constat, nunquam ad conuiuia ibant, ne temperantiæ amitteretur modus. Nam dicito mihi, ô vir Deo dicare, quam ob causam ad mensam cognatorum, vel aliorum secularium accumbas? An tantùm, vt famem, sitimque depellas? Sed habes in domo tua, & inter fratres tuos regularè mensam, cui Christus astat, quam ipse sanctorum consortio fratrum honestat, quamque religiosa benedictione sanctificat, in qua tuè necessitati prouideas. An vt tibi indulgeas, & cibos exquisitos comedas, & vinum suauius, niuèque frigidum, & pigmentis conditum bibas? Sed hoc est disciplinæ status tui rigorem seponere, & opere illo ad seculum, quod reliquisti, repedare. Non animaduertis infelix, quòd diabolus tibi illudit, & sicut Heuam pomo, ita te suauioribus alimentis decipit, & in eundem gulæ errorem inducit. An tandem, vt cognatorum inuitantium importunitati satisfacias, quos nollès ad tristitiã, ex tua (vt ipsi aiunt) rusticitate conceptam prouocare? Sed illi alio medicamento leniendi sunt, nimirum prudenti responsione, & discreta excusatione, quæ illis obiiciat sublimitatem regularis

gular
huiu
ad in
runt.
Hic
non
bus i
reput
pisse
A
(spir
tatoru
bus n
nes d
dum
sed m
uiuia
occup
dunt
frequ
dere
perbi
pocul
quàm
gas,
non d
tum e
conui
ras di
inimic
cupidi
dere,
mentu

gularis status, quem qui perfectè custodierunt, huiusmodi epulas non ad necessitatem, sed ad indulgentiam inuentas, semper declinant. [Facilè contemnitur Clericus, inquit Hieronymus, qui sæpe vocatus ad prandium, non recusat.] Et absque dubio ab illis, à quibus inuitaris, contemneris, aut minùs cautus reputaberis, licèt in facie se gratiam à te recepisse prætendant.

Audi, fili mi, & esto sapiens, & dirige in via (spiritus) *animum tuum. Noli esse in conuiujs potatorum, neque in comessationibus eorum, in quibus nihil tibi bonum, sed non paucas occasiones distractionum, & culparum reperies. Et dum corpori indulgere vis, animæ non vnum, sed multiplex detrimentum reportabis. [Conuiuia quippe extraneorum, inquit Ambrosius, occupationes habent, tum etiam epulandi produnt cupiditatem. Surrepunt etiam fabulæ frequenter de seculo, ac voluptatibus, claudere aures non pores: prohibere, putatur superbiæ: surrepunt etiam præter voluntatem pocula. Melius est tuæ domui semel excuses, quàm alienæ frequenter, & vt ipse sobrius surgas, tamen ex aliena insolentia condemnari non debet præsentia tua.] Sic ille. Detrimentum est ergo ad longum tempus epulari, (nam conuiuia non breui spatio clauduntur,) & horas diuinis obsequiis consecratas crapulæ, & inimicæ carni concedere. Detrimentum est, cupiditatem seu appetentiam ciborum accendere, & ei habenas sine timore laxare. Detrimentum est, quæ non licent, aut non decet, insipien*

Epist. 2.
ad Nepotianum.

Prou.

23. 19.

20.

Multiplicium
detrimentorum
causa.

1. offic.

cap. 20.

insipienter audire, quæ absque dubio reuerentia inuitantium, & pusillo animo victus prohibere non poteris. Detrimentum est, si consuetudinem moderatè bibendi deferas, & ob deliciores calices tibi oblatos, sæpius, quàm oporteat, bibas. O in vno conuiuio quanta sunt præpostera, quanta noxia, & ab statu viri spiritualis aliena.

B. Iob filios post conuiuia sanctificabat, & pro illis sacrificium offerebat. *Cùmque in orbem transissent dies conuiuij, inquit, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos, id est, ad rem diuinam præparabat, consurgensque diluculo offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim: ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo, (pro maledixerint, ac displicuerint) in cordibus suis.* An omnes post conuiuium erant ad orationem, & sacrificium præparandi? Vtique; quoniam epulæ distrahunt animum à diuinis, & imparatum, ac tepidum ad orationem reddunt. An pro singulis erat sacrificium offerendum, ita vt quot ipsi numero erant, totidem hostiæ mactarentur? Et quidem; quia nemo (si communiter loquamur) sine noxia ad conuiuium voluptatis gratia susceptum accedit. An de omnibus sanctus vir inculpabiliter existimare potuit, quòd in aliquid Deo minùs gratum incurerint? Ita sanè; nam & occasione ex delicatis cibis, & pretiosis vinis exorta, sapientis quoque ac delicatæ conscientiæ viri solent offendere.

Non ergo hæc tam frequens sacrificiorum obla

B. Iob filios post conuiuia sanctificabat, & pro illis sacrificium offerebat. Iob 1.5.

obla
gran
pij &
pert
Gres
possi
cioru
quid
naue
bat. N
aut s
possi
lupta
tionu
tur. V
& b
epula
citur
infer
Abra
extre
meã,
tidie
lingu
epula
indie
splen
perh
quoc
nunc
sume
debis
bus
I.

oblatio à Iob facta, ad scrupulum aliquem viri grandævui, & timore Dei tacti, sed ad prudentiam pij & sapientis patris de filiorum bono solliciti pertinebat. [Vir quippe sanctus nouerat, inquit Gregorius, quia celebrari conuiuia sine culpa vix possent, nouerat quia magna purgatione sacrificiorum diluendæ sunt epulæ conuiuiorum, & quidquid in semetipsis filij conuiuantes inquinauerant, pater sacrificium immolando tergebatur. Nonnulla quippe sunt vitia, quæ à conuiuio aut separari vix possunt, aut certè nequaquam possunt. Pæne enim semper epulas comitatur voluptas. Nam cum corpus in refectiois delectatione resoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Vnde scriptum est: *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* Pæne semper epulas loquacitas sequitur. Cumque venter reficitur, lingua defrenatur. Vnde rectè diues apud inferos aquã appetere describitur, dicens: *Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meã, quia crucior in hac flamma.* Prius epulatus quotidie dicitur splendidè, & post aquam petere in lingua memoratur. Quia enim, vt diximus, inter epulas valde defluere loquacitas solet, & pœna indicat culpã, cum eum, quem epulatũ quotidie splendidè veritas dixerat, in lingua plus ardere perhibebat.] Sic ille. Vade nũc tu frater, & opus, quod ore huius sancti doctoris sine vitio vix, aut nunquã esse pronuntiat, sine vlllo timore præsume. Sic vitiis gulæ, & loquacitatis nimix fordebis, & fortè in alia vitia peiora, quæ ex his duobus nasci solent, minùs cautus præcipitaberis.

I. Alvarez de vita rel.

O o

Si

1. Moral. cap. 5.
Celebrari sine culpa vix potest.

1. Corinth. 10. 7.

Lucæ 16. 24.

Si autem cupis ab his fordibus emundari, vel potius minimè huiusmodi vitia contrahere, conuiuia fuge, quæ eorum seminaria noscuntur. Audi Salomonem dicentem: *Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitas quid futurum sit.* Si melius est ire, quanto melius & securius in ea, cùm fueris, manere. Et quàm ineptum à docto luctus ad te pertinentis exire, & ad conuiuiorum lautitias properare. Tu verò in domo luctus habitas, in ea scilicet, ad quam occupandam venisti, vt tua peccata fleres, vt te iniquitate mortuum lugeres, & lugendo ad vitam reuocares. Quæ dementia est, ipso tempore luctus luctum ponere, & nescio quibus vanis vrbauitatis tenendæ, aut declinandæ rusticitatis prætextibus conuiuia secularium adire. Abiice, quæso, culicum, & muscarum oculos tibi, bestiarumque communes, assume verò oculos rationis, & spiritus, & videbis, quàm deforme sit, virum religioso habitu indutum inter sponsos, & sponfas, inter homines huius mundi, & mulierculas comptas, & nitidas ad mensam sedere, & ciborum non ad necessitatem, sed ad voluptatem paratorum nimietate grauari. Hæc voluptas mundanorum est, eorum scilicet, qui nunquam spirituales voluptates degustarunt. Tu autem qui harum experimentum habes, cur non illas animosè contemnis. An nescis, quia Dominus has ab illis aufert, quos ciborum, & potuum excessibus sordidari permittit? Quòd si tibi delicia spiritus denegentur, vide, ne in causa sit, quòd à corde tuo libertatis amatore, &

Ecclef.
7.3.
Extrema
dementia
est luctus
tempore
luctum
ponere.

Delicias
spiritus
amittit,
qui con-
uiuiorum
excessibus
sordida-
tur.

mortui

mortificationis ofore, perituræ carni deliciae gustus conceduntur. Nec dicas mihi, quod in mensis diuitum abstinentiam custodis, & sobriè te geris, ad quid enim ad sobrietatem, & abstinentiam sectandam ad locum gulæ, & ebrietatis accurris? Si amaueris periculum, peribis in illo: & malo credere, quod ex conuiuio cibus onustus, & mente distractus abscedis, quàm quod more virorum abstinentium aptus ad meditandum, & orandum inueniaris.

Nos quidem religiosi Societatis in hac Peruenſi Prouincia, id inuiolabiliter custodimus, vt nunquam in Collegiis nostris, aut domibus commorantes, cum secularibus, aut Ecclesiasticis in eorum domibus comedamus. Nisi forte, vt dixi, Princeps ipse, qui toti regno præest, aut Præsul aliquis, (quod rarissimè euenit) aliquem nostrorum inuitet; quod ideo à Prælatiſ conceditur, ne maius aliquod incommodum ex nimia disciplinæ custodia suboriat. Extra hunc tamen euentum, omnis nobis aditus ad conuiuia est interclusus. De quo habeo aliquid memoria dignum, quod narrem. Erat apud nos religiosus adolescens, quem modo hæc nostra Prouincia virum grauem, & concionatorem, & Theologiae lectorem habet; is cum in hoc Collegio Limentis literis studeret, à matre, quæ fœmina primaria erat, in eam occasionem coniectus est, qua disciplinæ religiosæ, & obedientiæ amorem demonstraret. Cupiebat illa ardentè filium suum ad mensam discumbentem, & manducantem videre, quia ex quo religiosum habitum acceperat, nunquam eum domi, aut foris manducantem vi-

*Quis mos
religiosus
Societatis
in Peruenſi re-
gno circa
admit-
tenda
conuiuia
sit.*

*Eximium
cuiusdam
obseruan-
tia stu-
dium.*

derat, nec aliud in eo, quàm modestiam, & grauitatem, & mores religioso dignos agnouerat, Petiuit ergo facultatem, non quidem à Rectore (si bene memini, quam sciebat eum dare non posse) sed ab eo, qui toti Prouinciæ præerat, vt filius semel apud eam manducaret: nec tamen obtinuit. Prælati enim precibus matris disciplinæ rigorem opposuit, & aditum his conuiujs aperire noluit, sciens vnum opus eiusmodi postmodum in exemplum multorum similibus trahi. At mulier ardore fœmineo succensa, ceu' altera Heua filium cibo tentare constituit, & contra regulam, quam habemus, ne foris sine licentia aliquid comedamus, ad manducandum prouocare. Extitit autem prima omnium matrè callidior, quia non pumo vno, sed multis, & exquisitis, & dulcissimis cibis illum ad regulam (quæ tamen ad peccatum non obligat) transgressionem allexit. Nam die quodam ex his, qui incidunt in ferias Natalis Domini, in sacello optimè ornato, quod domi habebat, mensam mundissimam iussit præparari, & bellariis, ac dulciaminibus, & pretiosis vinis oppleri, postea verò oratorium clausit, nihilque omnino cuiquam dixit. En post meridiem illius diei adest filius (quem Prælati ad eam inuisendam miserat) nihil tale cogitans, nullamque disciplinæ deferendæ occasionem in domo matris latere coniectans. Salutauit matrem, fratres, ac sororem virginem, post sermonem verò aliquantulum protractum mater surrexit, & solum eum, ac sine socio ad oratorium vocauit, quasi aliquid eum eo sine arbitris loqui vellet. Fecit autem hoc libertate materna, & ille

in

in hoc fortè minùs prudens paruit. Nos enim mandatum Bonauenturæ regulis insertum di-strictissimè obseruamus, vt nunquam extra domum à latere socius abscedat, nec mutuus aspectus, qui vtrumque custodiat, & quasi testis sit nostrarum actionum, nos derelinquat. Oratorium ingressi, mater deintus clausit, & iuxta se filium sedere fecit, ac mensam preparatam ostendens, dixit illi: Fili comede; magno namque desiderio teneor videndi te comedere, nunquã enim ex quo religiosum ordinem ingressus es, vidi te aliquid manducantem. Nemo nos videt, neque Prælatus vnquam sciet, te iussu matris aliquid manducasse. Obstupuit bonus adolescens ad tale mandatũ, & primũ quidem erubuit, & oculis in terram demissis aliquantulum siluit. Postea verò sic matrem est alloquutus: Domina, Deus nos videt, neque æquum est, vt in oculis Domini ego aliquid faciam contra regulam meam, quod in conspectu Prælati facere non auderem. Hac prudenti responsione matris suasio elusa est, quæ quasi attonita effecta nihil penitus dicens, surrexit, ostium aperuit, & ad alios, qui expectabant, primũ illa, deinde filius victor exiuit.

O vtinam omnes religiosi ordines multos similes adolescentes haberent, disciplinæ amatores, mundi contemptores, prudentiæ humanæ calcatores, ex quibus profectò viri sancti, & docti consurgerent, qui vitæ munditia fulgerent, & nõ

*Conuiuia
fugiens
caelestis
conuiuij
epulis sa-
ginnantur.*

aliter, quàm columnæ firmissimæ vitam religiosam sustinerent! Tu ergo, frater, conuiuia secularium fuge, & occasiones huiusmodi distractio-
num pelle, vt cõuiuij spiritualis dignus effectus,

Epist.
15. c. 33.

dapibus sanctarū Scripturarū, & cœlestis cōsolationis fruaris. [His dapibus, vt inquit Petrus Damiani, inhians fidelis anima, assiduæ lectionis alimento vegetata, robur accipiat, & purissimæ orationis adipe saginata pinguescat. Relinquatur fames seculi fastidientibus conuiuiam mundi. Nos autē illas didicimus epulas, quæ & famelicis satietatem assolent cum iucunditate tribuere, & tamen satietatis nesciunt fastidiū generare: quæ nimirū epulæ, & mentis nostræ stomachū suauiter replent, & tamen cloacarum secessibus nihil debent. Nihil enim de se prorsus egestionem relinquunt; sed ad præbendas vires, per omniū venarū poros cunctorūque viscerū interna penitus se diffundūt. His itaque cœlestis mēse dapibus, mēs intenta inexplebiliter vacet: his oculus solerter inuigilet; lingua articularis styli verba percurrat; cor, quæ leguntur, intelligat; & mysterij latentis arcana reuoluat. Hoc pabulū sacra animalia per assiduæ retractationis studium iugiter ruminent: illud nimirū à ventre scientiæ ad memoriæ guttur, sapius iterata meditatione reducendo. Has, inquam, dapes mēs ieiuna semper esuriat; ab his verò nūquam (satiata) recedat; sed quo magis expletur, eò rursus ad earum appetitum auidius accendatur: sicque omnes sensus nostros circa istas vitales epulas occupemus, vt cunctis causarum secularium negotiis insensibiles facti, verè mortui mundo, soli viuamus Deo, quatenus ipse author, & instructor felicissimi huius ferculi; illis suis conuiujs nos dignetur ascribere, qui ex ore veritatis merentur audire: *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, regnum, vt edatis & bibatis*

Luc. 22.
29.bati
nom
nun
breS
adm
cau
lis f
uer
Cle
min
tion
hil
gog
eni
tū,
pro
rup
qu
& q
mus
tita
das
præ
tibi
tum
cibi
offe
per
fus,

batis super mensam meam in regno meo.] Sic ille. Annon est magnum pro hoc conuiuio cœlesti, quod nunquam finietur, conuiuia seculi impura, & breuia declinare.

Quomodo spiritualis vir in conuiuio segeret. §. 3.

Sed quia spiritualibus viris cōiuiua seculariū admittere, in itinere positis, aut ex alia non leui causa cōcedimus, quānam ratione, ac modo in illis se habebūt, dicere nō prætermittamus. Enimvero illud intelligētibus sufficeret, quod scripsit Clemens Alexandrinus: [Atque alij quidem homines viuunt, vt comedant: quod certè etiam rationis expertibus euenit animantibus, quibus nihil aliud, quàm venter vita: nobis autem pædagogus præcipit comesse, vt viuamus; neque enim nostrum munus est nutritio, neque institutū, scopūve noster voluptas: sed ea nutritio est propter nostram hīc mansionem, quam ad incorruptionē ratio instituit.] Sed hoc documentum, quod ipse etiā euoluit, nos quoque euoluamus, & quasi in multa distributū legentibus intuemus. In conuiujs ergo respiciendū est ad quantitatem cibi, ne scilicet, o vir Dei, multum comedas, & omnia, quæ tibi apponuntur, necessitatis prætextu consumas. *Vtere quasi homo frugi his, quæ tibi apponuntur*, ait Ecclesiasticus, *ne, dum multum manducas, odio habearis.* Et ad qualitatem, ne cibos delicatos appetas, & minus petas, quod si offerantur parcè sumas. [Nam horum quidem permittitur vsus, inquit Bonauentura, sed abusus, & concupiscentia prohibetur.] Hęc ergo nec

Homini comesse, ut viuunt, non viuere, ut comedat, opus est.

Lib. 2. pædagog. cap. 1.

Quid circa quantitatem, & qualitatem ciborum obseruandum. Eccli. 31. 19.

Bonau. in specul. i. par. part. 4. c. 6.

cum molesta despicientia accipies, nec cum ostensione immoderatæ concupiscentiæ vorabis, sed moderatè, & cum desiderio ciborum cõmuniorum comedes. Item & ad modum, vt non ardentè, & cum festinatione comedas, neque ita prolixè, & morosè, vt omnibus cessantibus, nunquam tu à comestione cessare seias.

Ante prandium, aut cœnam nihil de eo, quod præparatur, requiras, nihil de modo præparandi disponas. In mensa nihil eorum, quæ apponuntur, laudes, nihil ampliùs vltra id, quod offertur, postules. Ne simul manduces, & loquaris, quia ore occupato, lingua rectè, vt decet, verba non profert; sed interim cessa, dum aliquid dicis. Ne cuiquam eorum, quæ in mensa sunt, aliquid des, aut mittas. Moderatè, ac semel, vel bis potum accipies; si vinum bibas, benè temperabis, & neminem ad bibendum inuitabis, ac multo minùs coges. Post mensam citò te expedias, neque in sermonibus etiã bonis tempus protrahas. De quo notanda sunt verba Bonauëturæ: [Vigilare, inquit, ad ignem, sitim prouocat, & bibitare compellit, grauat corpus, exhaurit spiritum, tempus in verbis penè imperceptibili subductione consumit, tempestiuè ad orationē surgere, officij debitum deuotè, vt expedit, soluere nõ permittit. Et qui serò sobrietatis non obseruat sententiam, manè frequenter suspenditur à diuinis. Vsitatum est hosti, homines ad prunas seducere. Ad prunas Dominum spreuit rex Ioachim, negauit Petrus, & ne nobis de nocturna prædicatione ad prunas propter fructum, vel interrogationes hominum blandiamur. Ad prunas

*Post mē-
sampa-
rum lo-
quen-
dum.
Suprà.*

Ioachim quidem audit sermones Domini, sed contemnit. Ad prunas Petrus de Christo interrogatus, offendit. O quoties est ferotinis necessaria verbis correptio matutina, manè prædicant docti, serò concionantur indocti. Et in his omnibus, honestius alibi, quàm ad ignem, & pocula prædicatur. Si hominum instet deuotio pro exemplis, senioris intererit providere, vt narratione vna, paucisve aliis, si expediat, instantiæ satisfiat.] Hæc si seruaueris, conuiuium non admodum nocebit. At melius est illud absque causa vrgenti non admittere. Nam *omnia mihi licent*, ait Paulus, *sed non omnia expediunt*. Et, vt Clemens Alexandrinus suprà ait: [Citò enim adducuntur, vt ea faciant, quæ non licent, qui faciunt omnia, quæ licent.]

CAPVT XI.

*Quaratione conueniat viris spiritualibus
aliquam corporis remissionem
captare.*

SINGVLIS tandem mensibus plusquam semel adolescentibus nostris, qui literis dant operam, honesta aliqua recreatio conceditur, cuius etiam modum, vt rectè, & secundùm virtutem fiat, nunc oportet explicare. Ac primò, nemo, vt opinor, in dubium vertet, an remissio seu relaxatio animi, viris spiritualibus, & perfectionis amatoribus congruat, si animaduertat, eos esse homines, sicut & ceteros, fra-

*Aliqua
animi re-
laxatio
viris spi-
ritualibus
non in-
congrua.*

gilem carnem portantes, quæ debeat concessis à natura fomentis adiuuari. Natura autem sicut cibum, & potum, & somnum, & quietem ad corpus conferuandum dedit, ita & recreationem in animi adiumentum destinauit, vt is, qui in actionibus suis ex instrumento corporis fatigatur, per nonnullam remissionem leuetur. Vnde Augustinus munus præceptoris assumens, & discipulum adolescentem alloquens, ait: [Volo tandem tibi parcas, labor est in chartis; & apertum ire per auras animum permittas. Placet hoc; nam sapientem remittere interdum aciem rebus agendis decet intentam.] Id sapientes non dedecet, quare nec viros probos, ac virtute conspicuos, cum eos solos & ipse Augustinus sapientum nomine dignos putet, & nos (quod alio loco tractatum est) idem omnino sentiamus. Certè virtus bene quadrat in hominem studiosum; in remissionibus autem animi aliqua virtus est, vt ex Philosopho Thomas Aquinas ait, ea scilicet, quæ à recreatione ex vna parte immoderantiam, & ex alia nimiam in omni tempore serietatem tollit. Ergo vt aliqua remissione moderata eo modo, quem statim exponemus, non erit à viris sapientibus, & studiosis alienum. Ipò quoddam est humilitatis genus, si homo virtutibus cumulatus, quin & diuinorum illustratione donatus, se hominem agnoscat, & his propriis hominum mentis relaxationibus indigere ipso opere profiteatur. Et sicut ad sumendum cibum, & admittendum somnum descendit, ita ad captandam aliquam recreationem se demittat.

2. Muf-
cz, c. 14.

Lib. 4. de
vita spi-
rit. part.
1. cap. 1.
Arist. 4.
Ethic.
cap. 8.
D. Th.
2. 2. q.
168. art.
2.

Seneca viris sapientibus, ac virtuti deditis aliquam animi remissionem captare suadet: [Miscebis interdum, inquit, seriis iocos, sed temperatos. Non te iubeo semper libris, aut pugillaribus imminere: dandum est aliquod intervallum animo, non vt resoluatur, sed vt mediocriter remittatur, atque ad bona renouetur, ac roboretur. Ita te habe inter proximos, vt nemo te habeat quasi agrestem, aut asperum, neque contemnat, vt leuem, & dissolutum. A verbis turpibus abstineto, quia eorum licentia imprudentiam nutrit. Non sit tibi scurrilis, sed grata vrbalitas. Iocus sine vilitate, risus sine cachinno: quies tibi sit, non desidia: & quies tua plena sit sapientiæ studiis. Constans esto, non pertinax: prudens, non callidus.] Clemens autem Alexandrinus adolescentibus vtile esse gymnasium ait: [Est autem gymnasium ea exercitatio, qua ad corporis salutem, sanitatēque & animi relaxationem exercentur. [Adolescentibus autem sufficit gymnasium, (eius sunt verba) etiam si adsit balneum. Etenim hæc viris quoque longè balneis anteferre, fortè non malum fuerit, vt quæ habeant aliquid, quod iuuenibus confert ad sanitatem, studiumque ac laudis cupiditatem afferunt, vt non solum bonæ corporis habitudinis, sed etiam animi magnitudinis curam gerant. Quod si fiat absque eo, quod à rebus melioribus abstrahantur, scitum est, & non inutile.]

Nec multum Philosophorum rationem habebimus, nisi etiam à viris sanctissimis, & in tenenda disciplina rigidissimis, remissionem animi

Notanda
Seneca
verba.

Lib. 8.
pædag.
cap. 10.

Viris ad-
huc san-
ctissimis
in moye
fuit.

&

cessis
ficut
m ad
onem
qui in
tiga-
Vnde
& di-
Volo
aper-
Placet
aciem
ientes
irtute
stinus
quod
entia-
m stu-
aliqua
quinas
a parte
i tem-
missio-
pone-
lis alie-
us, si
liuino-
agno-
axatio-
Et sicut
omnum
reatio-

Seneca

Collat.
24. cap.
20.

& laudatam, & admissam sciremus. Nam & Cassianus, ut in eremo positos ad hospitalitatem, seu fratrum aduentum tolerandum hortetur, sic scribit: [Illa quoque remissionis atque humanitatis intercapedo gratissima, quæ nonnunquam pro aduentu fratrum interuenire consuevit, licet molesta vobis, ac fugienda videatur, tamen quàm sit utilis ac salubris tam corpori, quàm spiritui vestro, paucis patienter attendite. Sæpe accidit, non dicam nouitiis, & infirmis, sed etiam experientissimis, atque perfectis, ut nisi mentis eorum directio, atque censura, quibusdam mollita fuerit vicissitudinum laxamentis, aut in teporem spiritus, aut certè in perniciosam corporis valetudinem collabatur. Et idcirco prudentibus, atque perfectis, cum intercesserit fratrum etiam crebra visitatio, non solum toleranda patienter, sed etiam grater est amplectenda. Primum, quod prouocat nos auidius semper solitudinis desiderare secreta; nam quodammodo cursum nostrum dum interpolare creditur, infatigabilem, iugemque conseruat; qui si nullo interdum obice tardaretur, usque ad finem contendere indefessa pernicitate non posset. Deinde, quod necessitatem reficiendi corpusculi cum fructu humanitatis indulget, maiora nobis conferens lucra cum iucundissimo corporis laxamento, quàm illa sunt, quæ per abstinentiæ fatigationem fuerant acquirenda.] Non solum ergo ad exercitium charitatis fraternæ, verum & ad recreandum animum, fratrum communicationem solitariis quoque utilem esse putat. Quia videlicet illi recreatione

egenti

egent, ne spiritus semper in superna directus ex nimio feruore tepescat.

Ad hoc autem propositum narrat lepidam dilecti discipuli, Euangelistæ videlicet Ioannis historiam: [Fertur, inquit, beatissimus Euangelista Ioannes, cum perdicem manibus molli- ter demulceret, quemdam ad se habitu venatorio venientem subito conspexisse. Qui miratus, quod vir tantæ opinionis, ac famæ ad tam parua, & humilia se oblectamenta submitteret: Tunc es, inquit, ille Ioannes, cuius famâ insignis, ac celeberrima, me quoque summo desiderio tuæ agnitionis illexit? Cur ergo oblectamentis tam vilibus occuparis? Cui beatus Ioannes: Quid est, inquit, quod manu tua gestas? At ille: Arcus. Et cur, ait, non eum tensum semper vbique circumfers? Cui ille respondit: Non oportet, ne iugi curuamine rigori fortitudo laxata mollescat, atque depereat, & cum oportuerit, vt fortiora in aliquam feram spicula dirigantur, rigore iam per nimietatem continuæ tensionis amisso, violenter ictus non possit emitti. Nec nostri, inquit beatus Ioannes, animi te offendat, ô iuuenis, tam parua hæc, breuisque laxatio, quæ nisi remissione quadam rigorem intensionis suæ interdum releuet ac relaxet, irremisso rigore lentescens, virtuti spiritus, cum necessitas poscet, obsecundare non poterit.] Iam igitur rem sanctissimi Apostoli exemplo probatam nemo, licet durus, & agrestis sit, damnet, neque omnes suis viribus metiatur, sed infirmitati humanæ aliquid condonare, vel ex semetipso discat; qui, tametsi com-

B. Ioannis
Euange-
lista ex-
plo pro-
bata.
Ibid. cap.
21.

munes recreationes fugiat, tamen sine aliqua laxatione non viuit. Nisi enim vim animi aliquando remitteret, in spiritualibus studiis durare non posset.

Tria in recreatione custodienda, ut ritè fiat.
Sed res hæc studentibus, & aliis in rebus spiritualibus laborantibus non parum necessaria aliquibus documentis ornanda est, ne in malum à corrupta natura vertatur. Et quidem Dionysius Carthusianus tria in recreatione, & solatio ex D. Thoma Aquinate cauenda esse ait: [Primum, inquit, tale solatium queratur in verbis, rebus, aut factis inhonestis, scurrilibus, vitiosis, siue prohibitis. Vnde nec principaliter ludendum est propter lucrum, & si pro esculento, ac poculento ludatur, non fiat hoc ultra valorem, prout in iure determinatur. Secundum est, vt recta agatur intentione, videlicet vt vires spirituales non profus frangantur, sed validiores ad actus virtutum, ac studium efficiantur. Tertium, ne tam immoderanter, aut diurnè quis ludo inhæreat, quod cordis sui custodia, deuotio, aut inclinatio ad studendum resoluatur, aut nimis tepescat.] Sed

De do-
ct. sch.
artic. 21.

quia nos non scholasticos seculares, sed adolescentes religiosos instruimus, aliqua his addenda sunt, & eadem ampliùs sunt explicanda, vt recreatio spiritum non lædat, sed magis prouehat, & desiderio proficiendi non officiat.

Recreatio sit rata. §. 1.

*Nosina est recreatio-
num frequentia.*

Tu ergo, ô religiosè adolescens, non nimis frequenter solatia, & recreationes admittas, ne in ignauia, & nimiam mollietatem incurras. Vt enim inquit

inquit Chrysoſtomus: [Neque ſemper intendere, neque ſemper remittere oportet, ſed nūc hoc, nunc illud faciendum, ad regendum animæ ſtatum, & domandā carnis petulantiam. Nam ſicut ſemper intentum eſſe laboribus, dolorem affert, & succumbere facit: ita ſubinde remittere, ad ignaviā inducit.] Natura quidem noſtra paucis contenta, ſicut & moderato cibo, ac ſomno aſſueſcit, ita in multis laboribus non multas, ac frequentes animi laxationes requirit. Ad patriam æternam anhelas, & merita quibus ornatus illam ingrediaris, ſuſpiras. Merita verò non in quiete, ſed in labore ſunt: & ille theſaurus meritorum auget, qui bonis operibus & ſanctis occupationibus, non qui immoderatis relaxationibus frequenter inſiſtit. Hæ ſunt veluti imbecillitatis medicamina, quæ in ea menſura accipienda ſunt, quam lex ſpiritus, & virtutis deſiderium exquirat. Quod ſi tu, quia medicamentum dulce eſt, more puerorum illud exhaurias, & ultra neceſſitatem accipias, carnis firmitati non proderit, quia ſpiritus, propter quem carnem roboramus, non minimum detrimentum importabit. Status tuus eſt ſtatus laborantium, & pœnitentium, eam quietam, & eam lætitiā habeat, non quam aſſumunt, qui ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna descendunt, ſed quam neceſſitatis gratia illi admittunt, qui ſeminant in lacrymis, vt in gaudio metant, & cum magnis meritis ad cœleſtes ſedes aſcendant. Chriſtus Dominus ſemel tantum, & ad breue tempus transfiguratus eſt, reliquum ætatis ſuæ in aſſiduo labore,

Horat. 11. in Gencl.

Quibus
conſiderationibus poſſint declinari.

Chriſti exemplum.

Pfal. 87. & multiplici afflictione confecit. Pauper sum
16. ego, inquit, & in laboribus à iuuentute mea: exal-
tatus autem humiliatus sum, & conturbatus. Pau-
 lulum quidem exaltatus, ac recreatus, sed sta-
 tim in magnas, & longas afflictiones, pressu-
 rasque coniectus. Tum membrum Christi cruci-
 fixi sine iusta causa recreaberis, & solatiis in-
 eptis repleberis, & locum tuum, locum uti-
 que pœnitentiæ, & meritorum congregando-
 rum, ioco & risu, & continua distractione fœ-
 dabis?

Præter Erit autem recreatio rara, si ea sit, quæ omni-
commu- bus tui status, ac conditionis conceditur, non
nem aliis quæ importunis postulationibus extorquetur.
recrea- Itaque quando alij serias occupationes ponunt,
tionem, & in agrum, vel in alium locum se conferunt,
nulla præ- tu, ut singularitatem fugias, ut viris que ad la-
cibus ex- bores resumas, cum illis egreditor, & quam re-
torquen- liqui animi laxationem capiunt, securè captato.
d. At extra hoc tempus recreationibus abstinebis,
 & ire in hunc, vel illum locum, recreationis

Vanus gratia, omnino non postulabis. At ego, ais, fre-
aliquo- quentiori recreatione egeo, quia imbecillior
rum præ- sum, aut amplius laboro, aut illud ingenium
textus sortitus sum, quod absque multa intermissione
necessita- consumitur, & quasi flamma, quæ non erum-
tis. pit, mœrore suffocatur. Hæc indigentia sæpe
 non ex veritate, sed ex imaginatione procedit,
 debetque suaviter illam deponere, & te ad op-
 positum existimandum, quia scilicet frequen-
 tiori recreatione non indiges, adductis rationi-
 bus cogere. Si bis, aut ter hoc facias, videbis,
 te fuisse deceptum, & non tam necessitate, quam
 proprio

proprio amore, & immortificatione ad otium ac
 legnitiem incitatum. Sed esto, delicatior sis, aut
 maiori, quam alij laborum onere pressus, an sta-
 tim otium est, & quando alij in spiritualibus,
 aut temporalibus laborant, ad colloquia, &
 nugas egrediendum? Senatores regij, & censo-
 res fidei, & alicuius facultatis in Academia Pro-
 fessores, prorsus indignum ducunt, etiamsi ali-
 quam difficultatem sentiant, à senatu, vel tri-
 bunali, vel gymnasio abesse, quo tempore alij
 eiusdem muneris negotiis, aut literis docendis
 intendunt. Quare non te pudet horis operi de-
 stinatis, in quibus alij commilitones tui orant,
 aut laborant, eos relinquere, & otium, ac vana
 sectari? Pro ædificatione ergo aliorum, & pro
 merito bonorum operum, quod perderes, si non
 interfuisses, bonum tibi putabis, tuam naturam
 minùs quietam aut magis à labore auersam vin-
 cere, & in honesto opere te continere.

*Sit à secularium conspectu separa-
 ta. §. 2.*

Deinde non cum secularibus, nec coram illis,
 sed cum viris spiritualibus, qui tui status sunt, &
 propositi, solatia alicuius recreationis admittes.
 Id enim & tibi, & ipsis secularibus, & statui reli-
 gioso utile admodum esse cognoscitur. Tibi, ne ex
 consortio eorum, qui alienos mores habent, ad
 aliquid minùs decens pertraharis. Ad quod per-
 tinet illud Ambrosij: [Habet sanè suos scopulos
 verecundia, non quos ipsa inuehit, sed quos sæpe
 incurrit, si in intemperantium incidamus cõsor-
 tia, qui sub specie iucunditatis venenù infundunt

*Utile est
 religioso,
 religioni,
 & secu-
 laribus
 eorum
 consortia
 in recrea-
 tionibus
 deest. re.
 1 offic.
 cap. 20.*

I. Aluarez de vita rel.

pp bonis:

bonis : hi si assidui sint, & maximè in conuiuio, ludo, ac ioco, eneruant grauitatem illam virilem. Cauemus itaque ne, dum relaxare animum volumus, soluamus omnem harmoniam, quasi contentum quendam bonorum operum. [Vfus enim citò inflectit naturam.] Illis quoque est vtile, ne aliquid in te videant, quo offendantur, vel quod in malum interpretentur. Ordini tandem, quia apud homines huius seculi ex incuria tua suam bonam opinionem amittet. Basilius grauissimis verbis censet, religiosi secularium consuetudinem noxiam esse : [Iamne illud quidem, ait, decere iudicandum est, temere semetipsum quibusuis credere, denudareve, aut aperire animi arcanum sui. Siquidem homini ex eo, quòd ex Deo est, vitæ genere versanti, multi parati esse insidiatores solent, atque ipsi aded coniunctissimi quique in eum studiosè quid agat, inquirunt. Quocirca danda omnino nobis opera est, vt non nisi magna adhibita diligentia, circumspectionèque in congressum cum extraneis hominibus veniamus. Si enim ipse liberator noster (vt est in Euangelio) omnibus seipsum non credebat (*ipse enim, inquit, Iesus non credebat seipsum illis.*) Si ille purus, & labe omni carens, ille ab omni culpa liber, ille iustus, ille, qui quantuscumque erat, nihil nisi virtus erat, hoc faciebat : quò fieri poterit, vt nos, qui peccatores sumus, qui ad lapsum procliuēs, qui ab recto, quod nobis proposuimus, itinere identidem aberramus, idque & ob naturalem nostram imbecillitatem, & propter eum, qui bello nos improbè, & acriter persequitur: sed qui

Constit.
monast.
cap. 8.

Ioann.
2. 24.

hoc

hoc poterit impetrari, vt si curiosis hominibus vitam nostram inspiciendam exposuerimus, nō, & prauas in nos calumnias conflemus, & ipsi nobismetipsis scandala statuamus? Siquidem plerumque etiam quæ rectè fiunt, ea maleuoli in crimen vocare non dubitant: neque vel leuissimas quidem præterire offensusunculas sinunt, quas non maledictis insectentur. Quamobrem in admittendis extraneorum hominum congressionibus magna adhiberi à nobis cautio debet.] Et post multa exponit, quid huiusmodi mūdani sentiant, cū virum religiosum vel paululum recreari cōspexerint: [Simulac, inquit, enim pietatis cultor cum animo suo secum statuerit rectum esse, post longinquam esuriam, esca corpus fulcire suam, ne ruat: veluti si omnino corporis, ac materiæ expers esset, aut nullum prorsus, aut quàm minimum cibum assumere illum, volunt. Et si ex huiusmodi disciplina quempiam animaduernerint, qui non vsquequaque inclementer corpus tractet, ac vel tantillum illius necessitati subueniat, hunc conuiciis, calumniis que proscindunt, deriuatāque ab vno in cunctos proteruia, petulantiaque vniuersos pariter lurcones quosdam, & helluones appellant.] Sic ille.

Videant ergo te seculares orantem, videant concionantem, docentem, disputātem, aut aliud ministerium tuæ vocationis exercentem. Non tamen videant recreantem, (quantum fieri possit) aut vim animi remittentem. Ne tuam necessitatem, nimiam indulgentiam putent, & quidquid dixeris, aut feceris, in malum interpretentur. Populo suo Dominus alienigenarum

Ministerium religioso digna videant seculares exercentem religiosum, no otiantem.

confortium vetuit, ne ab eis pessimos mores addiscerent. Sint tibi seculares in hac re instar alienigenarum, quos, si in modo remittendi sequaris, tuam professionem inficies, si non sequaris, de indiscretione notaberis, & velut minùs vrbanus argueris. Id autem facillè custodies, si recreationibus tantùm, quæ omnibus conceduntur, adfueris, & ad nullam seorsum ire postulaueris. Ad illas namque ob grauissimas causas non solent homines seculares admitti. De fœminis autem nihil omnino loquor; nam inauditum est quòd vir religiosus cum fœminis ludat, aut coram ipsis debitam seueritatem ac grauitatem exuat. Si verò aliquis huiusmodi fuerit, hunc nos, nisi priùs resipiscat, & suæ salutis curam agat, non crudimus, sed ad doctrinam bonis secularibus propositam addiscendam (nam & boni, ac timoratae conscientiæ seculares id non audent) eum prouocare decernimus.

Sit ex recta intentione suscepta. §. 3.

Deus aliquam in hominibus animi remissionem non habet exorsum.

Ex bona quoque intentione ad recreationem accedes. Bona ac recta intentio erit, si vim animi remittas, vt Deo placeas, & voluntatem eius, qui te huic necessitati subiecit, humiliter expleas. Est ipse benignissimus Pater, qui filiis suis non tantùm honestos labores præscribit, sed & tempus vacandi, & animum relaxandi concedit. Annon vidisti agnos & hinnulos, & vitulos in agro ludentes, & quasi hastiludia hominum imitantes? Si illa benigna Dei bonitas animalibus rationis expertibus ludos illis congruentes

gruentes non negavit, cur in filiis dilectissimis aliquam remissionem ex necessitate susceptam inuisam habeat? Placet utique illi, ut curas intermittamus, ut corpusculo aliquam indulgentiam concedamus, vnde & remissionem valeamus accersere, ut benignæ eius voluntati concordemus. Ex hac autem generali intentione, quæ in omnibus, quæ agimus, tenenda est, ad specialem descendes. Hæc autem est duplex. Altera, qua tibi; altera, qua aliis prospicis. Ea intentione teipsum respicis, qua recreationem accipis, ut tuæ imbecillitati consulas, utque tantisper paufans vires recuperes, & ad laborandum aptus fias. Propter hunc enim finem animi vim remittere bonum est: sicut est bonum manducare, & dormire ad resumendas vires pro gloria Dei. Atque in hunc sensum traxit Hieronymus illud Salomonis: *Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus.* [Porro, inquit, quia non potest humanus animus semper in sublime tendi, & de diuinis, & altioribus cogitare, nec iugiter esse in contemplatione rerum cælestium, sed interdum necessitatibus corporis indulgere: propterea tempus est amplexandi sapientiam, & eam strictius continendi, & tempus relaxandi mentem ab intuitu, complexuque sapientiæ, ut curæ corporis, & his, quibus vita nostra absque peccato indiget, seruiamus. Sic ille.] Sponsa modò inuitatur ad agrum, ut laboret, modò ad quietem lecti, ut pauset. Illa ergo rectè procedit, si in agro laborem, & in lecto quietem, ac laxationem moderatam intendat.

*Duplex
specialior
in illa in-
tensio.*

*Eccles.
3.5.
Ibidem:*

Propter fratrum necessitatem libenter assumenda. Ea autem intentione alios respicis, cum propter fratrum necessitatem, licet non indigeas, teipsum recreas, ut eorum comes factus, commoditatem, aut animum ad recreationem pares. Franciscus intempesta nocte comedit, ut a fratre graui fame laborante ruborem tunc manducandi depelleret. Ad hoc autem pertinet, quod Augustinus de quibusdam plus nimio rigidis ait: [Tales enim homines, inquit, si aliquem grauem virum, ludicrum aliquid garrientem pueris, etiam paruulis, viderint, quo eorum lacteum, sensum affabili, & nutritoria facilitate permulceat, tanquam delirantem reprehendunt; obliti vnde creuerint, aut ingrati, quod creuerint.] Profectò eadem charitas, quæ & infantium, & adultorum rationem habet. Quod si pro paruulis decet virum grauem opus ludicrum facere, cur non erit honestum pro fratribus, qui ægrotant, aut in aliqua angustia sunt, ut recreentur, ad ludum descendere. Si quis autem non propter suam, sed propter aliorum necessitatem remissioni vacaret, postmodum deberet, quod temporis amisit, maiori districtione supplere. Sicut faciebat senex ille apud Cassianum, qui interrogatus, cur ad aduentum fratrum ieiunium solueret, respondit: Suscipiens in vobis Christum, reficere eum debeo: deducens autem vos, humanitatem eius obtentu præbitam districtiore ieiunio in memetipso potero compensare.] Nunc de recreationibus, quæ viros spirituales deceant, aliquid dicamus.

August.
22. cōtra
Fauitū
cap. 46.
lōm. 6.

Lib. 5. de
gastri-
margia,
cap. 24.

De deambulatione. §. 4.

A viris spiritualibus aliena non est remissio-
 nis captandæ gratia, in agro, vel in horto
 deambulatio. Qua & membra exercentur,
 & humores attenuantur, & noxia corporis
 consumuntur. Sic, vt opinor, *deambulabat Isaac*
per viam, qua ducit ad puteum, cuius nomen est,
videntis & viuentis. Licet enim dicatur egres-
 sus ad meditandum in agro, id magis consue-
 tudinem bonorum declarat, qui ita corpori,
 & sensibus aliquam laxationem tribuunt, vt
 simul animo aliquid vtile meditentur, & ex
 eo, quod sensibus percipiunt, ad aliquam
 bonam considerationem trahantur. Idque
 exemplo Gregorij Nazianzeni confirmare li-
 bet, de seipso in hunc modum scribentis:
 [Inambulabam egomet mecum sole iam in oc-
 casum vergente, at in littore spatjabar: huiusmo-
 di enim relaxatione ad relaxandas, discutiendâsque
 laborum molestias vti soleo; quando-
 quidem nec perpetuam contensionem neruus
 ferre potest, sed laxari nonnunquam arcus extre-
 ma necesse est, siquidem rursus intendendus sit,
 ac non sagittario inutilis futurus, cum tempus
 inciderit, vt eo vtendum sit. Inambulabam igitur,
 atque ita pedibus ferebar, vt oculi maris
 aspectu fruarentur. Erat eius spectaculum sa-
 nè iniucundum, quamquam alioquin iucun-
 dissimum esse soleat, cum tranquillitate pur-
 puratur, ac dulci quodam, & miti contactu
 litoribus alludit. Sed quid tum? Libenter enim
 vtor Scripturæ verbis, vento magno flante

*Deam-
 bulatio à
 viris spi-
 ritualibus non
 aliena.*
 Gen. 24.
 62.

*Orat. in
 Maxi-
 mum.
 Svo exē-
 plo illam
 commen-
 dat Na-
 zianze-
 nus.*

excitabatur, & infremebat, fluctusque vt in huiusmodi agitatibus fieri solet, partim procul exurgentes, ac paulatim in summam altitudinem assurgentes, ac postea decrecentes ad ripas soluebantur: partim in propinquas petras incurstantes, atque inde repulsi, in spumofam, atque excelsam asperginem fracti dilabebantur, vbi etiam testudines, phuci, buccinæ, leuissimaque ostrea extrudebantur, & quasi expuebantur, nonnulla etiam à fluctibus redeuntibus rursus arrepta reforbebantur, petris interim non minùs immotis, & inconcussis remanentibus, quasi nulla omnino vis ipsis admoueretur, nisi quòd fluctuum ictibus verberabantur. Ex hoc spectaculo non nihil utilitatis ad Philosophiam percepisse me sensi, & (vt omnia ad meipsum referre, ac dirigere soleo, ac potissimum si quis casus animum consternauerit, & tanquam vertigine affecerit, vt mihi nunc accidit) non obiter, atque negligenter id, quod oculis obuersabatur, accèpi, sed documento mihi celsit hoc spectaculum. Quid enim, inquebam, an non mare vita est hæc nostra, & res humanæ? Nam hæc quoque multum est falsuginis, & instabilitatis? & cetera, quæ sequuntur.] Sic viri Dei ex floribus, quos vident, ex odoribus, ex aquis decurrentibus, & ex ipsa camporum planicie, & montium altitudine, & conuallium profunditate, aliquid eliciunt, quo mens eorum in bono proficiat. Interdum in hiscemet rebus Deum quasi eas replentem aspiciant, & eis incubantem, ac sua virtute fouentem: inde autem admirantur, & pias soluuntur in lacrymas, & dum

*Pia inter
deambulan-
dum
meditationes.*

dum corpus recreatur, animus contemplatione reficitur.

In deambulatione ergo, si solus deambulas, id curabis, ne cogitatio tua per inepta vagetur, ne mens in vana, & inutilia distrahat, quæ postea scrupulis angant, & mœrorem ex malis, aut inanibus cogitatis adducant. Sed assuesce cogitare, quæ profint, quæ animum ad Deum efferant, aut certè quæ aliquem religiosum affectum ingenerent. Sic ex recreatione non tantùm ad labores vegetior, verùm & spiritu perfectior euades.

Cogitatio per inepta non vagabitur.

De colloquutione. §. 5.

Conueniens etiam est viris spiritualibus ad remissionem animi colloquutio, cum duo, vel tres mutudè de aliquibus sermonem faciant, ut ad tempus recreentur. In his autem colloquiis nihil omnino dicendum est, quod viros prophanos sapiat, & proposito nostro non congruat. Quamobrem nec vana, & inutilia narranda, nec nugæ dicendæ, nec dicitæria proferranda, & omnino scurrilia, & ad ineptum risum prouocantia, eliminanda sunt. Quod & Tullius sola luce naturæ ductus retinendum esse cognouit: [Duplex omnino, inquit, est iocandi genus. Vnum illiberale, petulans, flagitiosum: alterum elegans, vrbani, ingeniosum, facetum.] Et post pauca: [Facilis est igitur distinctio ingenti, & illiberalis ioci. Alter est, si tempore fit, ac remisso animo, homine dignus. Alter, ne libero quidem, si rerum turpitudini adhibeatur verborum obscenitas.]

Verba prophana procul à religiosa colloquutione ableganda.

*Scurrilia ex Cicerone dantur.
1. Officiorum.*

nitas.] Sic ille. Et mirum esset, si quoddam ille suis similibus, scilicet infidelibus, seruandum proposuit, Christianus & Deo dicatus, & vitam spiritualem professus, non obseruaret. Abscedant ergo à sermonibus nostris, quæ scrupulos generant, quæ astantes offendunt, quæ ipsos Angelos nos custodientes quasi rubore suffundunt.

*Nimis
seria non
congruit.*

Nec tamen dicimus, vt in remissione animi omnia sint seria; iam enim non esset remissio, sed laboriosa occupatio; sed vt sint nostro statui, ac proposito accommodata. Nam & aliqua dici possunt ingenua quidem, & faceta, quæ in ore viri perfecti, aut perfectionem amantis bene sonant, & audientes ædificant. Dum enim aduertunt, ea non ex animo effuso, & distracto prodire, sed ex corde quieto ad hilaritatem moderatam composito, & aliquam vacationem quærente manare. Aliquid de diuinis laudibus, de Angelorum perfectionibus, de sanctorum virtutibus, de iustorum laboribus, dici potest, ita vt delectet. Interdum aliquid indifferens in medium proferatur, vel ad studia, vel ad euentus humanos pertinens, quod ita placeat, vt tamen nec in substantia, nec in modo conscientie puritati officiat. Dum enim abest vitium, ac detrimentum alterius, hæc indifferentia ad bonum finem accersita, bona sunt, & benignissimo Deo, ac Patri nostro grata. Cuius præceptis, aut consiliis non contradicit, quoddam interdum quiescimus, ac honestis sermonibus recreemur.

A quibusdam tandem in dubium vocari comperio, an nobis conueniat, non solum deambulatione, & colloquutione, sed etiam ludo aliquam recreationem captare? Certum autem est, quosdam ludos spirituales & religiosos adolefcentes omnino non decere. Quis enim æquanimiter sustineat, si religiosus aliquis prophanis spectaculis delectetur, aut canticis minùs mundis, rerùve inanium attonitus teneatur, aut ludis alex, quos seculares bonæ conscientie auersantur, recreetur? Certè mundani homines scandalum patiuntur, cùm viros Deo dicatos his ludis vacare conspiciunt. Scandalum autem non acceptum tantum est, sed datum ab iis, qui pro statu suo deberent ab huiusmodi ludicris abstinere, quibus se non Dei cultores, sed mundi amatores ostendunt. Quem se habita quidem, & professione, non verò moribus, & conuersatione reliquissè testantur. Alij ludi sunt ad corporis exercitationem instituti, qui nihil immodestie habent, & aliquo labore corpus exercent. Hi autem adolescentioribus permitti possunt, vt à verbis otiosis auocentur, & ne ex nimia quiete, quam studia literarum secum afferunt, ægritudines contrahant.

Si hi ludi permitti sint, & tu velis in illis recreari, non prohibeo, dummodo horum, quæ sequuntur, non obliuiscaris. Primum. Ludus sit ludus, id est, res parui momenti, quem sine adhæsiōe, & conatu, vt rem floccipendendam assumes. Secundum. Aliis volenti

*Qui ludi
religiosos
deceant,
qui non
ita.*

*Sex lu-
deni ser-
uanda.
vt hone-
ste fiat.*

lentibus ludere libenter locum dabis: cum sine offensione cuiusquam admitteris, intrabis, & non importunè, & quasi ad ludendum natus, ludis insistes. Tertium. Motus corporis ita temperabis, ut nihil immodestum in te appareat, nihil minùs decens, quos alios offendat. Quartum. Non vociferabis, non contendes, sed facillè (sive ita sit, sive aliter) sententiæ colludentis, aut eorum, qui astant, acquiesces. Quintum. Nec, si vincas, lætaberis, nec, si vincaris, tristaberis, & ex occupatione risu digna, & nihili habenda, affectus excitari non sines, tantùm aliquantulum remittere, & recreari capies. Sextum. Longum tempus in his non insumes, sed eùm modicum luseris, ad vultum seueriorem, quem ad tempus deposuisti, reuertèris.

Aliquis post ludū secessus, ut Deo vacetur, valde utilis Edmundi exemplo comprobatur.

In vita eius lib. 2. c. 68.

Optimum etiam consilium est, si post lusum, aut recreationem solus in aliqua parte horti, aut agri secedas, ut tantillum saltem Dominalloquio fruaris. Quod ipsi gratissimum esse, ex gestis sancti Edmundi, Cantuariensis Archiepiscopi, in adolescentia se ab aliis, orationis gratia, sequestrantis, clarè cognosces. Gestum narramus, ut utilis, & seria historia recreationis tractatum magis honestet, atque concludat. [Cùm pratum quoddam Edmundus spatiandi causa coætaneis inuitantibus consensisset ingredi, ab ipsorum tamen comitatu se celerius separauit, ne conscientie puritatem, vel nugis puerilibus, vel otiosis sermonibus contingeret maculari. Dum igitur incederet solitarius sacris insistens meditationibus, apparuit ei

ei pu
rosco
dine
est,
Quo
puer
& ha
quon
esset.
ferm
tiam
cit p
ferti
& til
rim
resp
adue
scrip
Naz
lit,
meu
mæ
imp
teris
quis
fron
ue c
nem
tem
furr
con
tibi
ficio

ei puer ille candore niueo nitidus, & colore roseo rubicundus; qui velut à summo cœli cardine elapsus, subito sic eum prior alloquutus est, officiosissime salutando: Salue, dilecti mi. Quod cum audisset puer in ignoto sermone pueri miratus est. Quem cum ille pauefactum, & hæsitantem conspiceret, ipsum denuo alloquens quæsiuit, an ipse sibi vel tenuiter notus esset. Ille simplicitatis columbinæ, respondens sermone simplici: Nullam, inquit, tenco notitiam tui, nec sum, vt astito, notus tibi. Adiecit puer: Quomodo ita tibi sum ignotus, præfertim cum & in scholis ad latus tuum sedeam, & tibi, quocumque fueris, inseparabiliter fuerim sociatus. Deinde subdit: In faciem meam respice, & si quid in fronte mea scriptum sit, aduerte sedulus toto corde. Quod cum fecisset, scriptum in ea legit literis cœlestibus: Iesus Nazareus. Qui statim, quod viderat, ei retulit, & ab ipso protinus, audiuit: Hoc est nomen meum, quod tibi memoriale sit in desiderio animæ, & hoc diligenter, & articulatim noctibus imprime singulis, fronti tuæ, per hoc enim poteris contra mortem muniri subitam, & quisquis eadem scriptura munierit modo consimili frontem suam.] Crede mihi, frater, tempus breue est, ars verò seruiendi Deo, & ad perfectionem veniendi longa; atque ideo tuum erit, tempus redimere, & ad ludicra ex eo parum surripere, in feriis autem & utilibus dies tibi concessos impendere. Sic ex longo itinere, quod tibi ambulandum superest, aliquid saltem conficies, & maiora indies merita cumulabis.

O R A T I O.

DEVS omnipotens, qui ita hominis aetatem disposuisti, vt numerus mensium eius apud te sit, quo & pro malis, quæ admiserit, digna ferat, & pro bonis, quæ fecerit, præmia recipiat: da, vt sit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato, vt adoremus coram facie tua, & tibi sanctis operibus per menses nostros clicitis placeamus, atque ad perfectionem currentes, quam suspiramus, tuo tandem aspectu late-
mur.

D E



O

Qu



nis m
creau
signa
nostr
fenda
minu



D E
O P E R I B V S
R E L I G I O S I S
F A C I E N D I S
per singulos annos

L I B E R Q V I N T V S .

D E

C A P V T I .

Quae sint opera spectantia ad singulos annos.



PRIMVS ac maximus Deus, qui Dei tempora per dies, menses, & annos disposuisse, pro magno beneficio habendum. Genes. 1. 14. nos ex nihilo condidit, & ad imaginem suam, ac similitudinem fecit, vitam nostram, mensurabilem posuit, & diebus, mensibus, & annis mirabili dispositione distinxit. Ad hoc enim creauit luminaria in firmamento caeli, ut essent in signa, & tempora, & dies, & annos, qui vitam nostram metientes ad omnem virtutem capessendam incitarent. Nam si nullus esset vitae terminus, fortè possemus interdum otari, & ex infinito

*i. Cor. 7.
29.
Iacob 4.
15.*

*Dies do-
na, men-
sus bene-
ficia, anni
munera
Dei sunt.*

infito tempore aliquid perdere. At quoniam, vt inquit Paulus, *tempus breue est*, & vita nostra, ex sententia Iacobi Apostoli, *vapor est ad modicum parens*, & deinceps exterminabitur. non licet ex eo aliquid, vel tantillum, demere, quod vanitati, & otio concedatur. Dies dona Dei sunt, quibus nos ad salutem expectat. Menses beneficia, quibus ad longiores virtutum actiones prouocat. Anni munera, & quidem ditissima, quorum decursu senioribus etiam mentibus confidentiam comparandæ perfectionis instillat. Quoniam, sicut longum iter multo saltem tempore conficitur, dummodo ab ambulando penitus non cesserit: ita pronum erit nobis, multis saltem annis ad viuendum concessis, iter satis longum virtutis peragere, nisi more hominis pigri manus conferamus, & in media via sedeamus, ac ultra progredi, & ambulare nolimus. Beneficia verò gratitudinem, & aliquam operis compensationem, exposcunt. Vnde sicut bonis operibus cuique diei ascriptis, & sanctis actionibus cuiuslibet hebdomadæ, & cuiusque mensi assignatis, nos Deo gratos pro beneficiis dierum, & hebdomadarum, & mensium exhibemus; ita oportet bona opera inuenire, quæ anno respondeant, vt pro beneficio annorum aliquam gratitudinem ostendamus.

Nobilium est, non modo vt ægalia, verum & dona regi conferre, quodcum summo rege faciendum religiosis.

Certè hæc opera non tantum in signum gratitudinis transient, verum & nobilitatis iustorum ostensioni deseruient, qui minimè vectigalium exsolutione contenti, dona quoque more nobilium regi summo offerre non desinunt. Nam, vt

Doro

Doro
stres v
perfo
digni
litate
qui, v
munc
debit
galia
opera
præsta
refulg
iora b
ritate

Sec
nes se
ficere
namq
Deo c
busda
drage
ra ieu
rum n
decret
litam
re cels
bus qu
specia
ta reli
est vit
quibu
rum, &
locau

Dorotheus ait : [Sunt & in seculo clari, & illustres viri, qui non solum regi vectigalia annua persoluant, sed & munera offerunt. Atque hi digni habentur honore, munificentia, & liberalitate regia.] Sint ergo etiam in religiosa vita, qui, ut se virtute conspicuos ostendant, pretiosa munera vectigalibus annuis adiiciant. Si opera debita, & cuique diei assignata facis, quasi vectigalia persoluis; si vero per menses, & annos opera tibi non iniuncta, sed deuotioni relicta prestanda suscipias, quasi munerum oblatione refulges. Dignus plane eris, in quem Deus maiora beneficia conferat, & ad intimam familiaritatem admittat.

Sed bona quedam opera, & spirituales actiones semel tantum, aut bis in singulis annis perficere ex ipsa matre Ecclesia didicimus. Ipsa namque praeter quotidianum cultum, quem Deo defert per singulos annos, specialibus quibusdam operibus ipsi se submittit. Ad hoc Quadragesima est instituta, & quatuor anni tempora ieiuniis assignata, & in honorem mysteriorum nostrae fidei, ac in cultum sanctorum festa decreta, ut sicut singulis diebus Deo sacrificium litamus, & singulis hebdomadis vno die a labore cessamus, ut Deo vacemus, & singulis mensibus quasdam preces fundimus; ita singulis annis specialem ei cultum offeramus. Merito ergo vita religiosa, quae perfectior, & exquisitior pars est vitae Christianae, quaedam etiam opera habet, quibus per singulos annos ultra pensum dierum, & hebdomadarum, & mensium Dei se holocaustum efficiat.

Doctr. 1.

Semel aliqua opera singulis annis perficendi consuetudo ex Ecclesia desumpta.

*Qua illa
sint.*

Nos itaque, qui proprium institutum habemus, & vitam religiosam certis quibusdam legibus ab aliis familiis religiosis distinctam profitemur, hæc in vnoquoque anno præstare consueuimus. Primò, in ipso primo die anni aduocatum, ac patronum, à quo in vita spiritali iuuemur, inquirimus. Secundò, diem natalitium nostrum, quo Deo per religiosam vitam nati sumus, deuotè, quoad possumus, celebramus. Tertio, quoniam ex infirmitate non semel lassescimus, conuersationem nostram renouare contendimus, ad quod multa agimus, de quibus sigillarim dicemus. Quarto, per aliquot dies, vt nos ipsos intimiùs inspiciamus, ab omni externa occupatione secedimus. Quintò, si deficiamus, (quod non semel in anno euenit,) correctionem humiliter, & libenter admittimus. Sextò, ægritudines, si incidant, patienter, & cum ædificatione ferimus. Septimò tandem, quasi statim morituri ad mortem præparamur, & ne aliquando imparati inueniamur, omnia ad bonam mortem vtilia ritè complemus. De his ergo in isto libro agendum est.

CAPVT II.

*De Patrono, seu Aduocato totius
anni querendo.**Prima
anni die
sanctorū
aliquis in
patronū
adlegen-
dus.*

SIC V T ipso initio cuiuslibet mensis sanctum aliquem ex cœlitibus in patronum accipimus, cuius ope eo mense spiritu crescamus; ita & prima die cuiuslibet anni sanctum alium

ex

ex præ
bis fau
confue
tilis,
non e
sancto
mur, f
stris in
mus q
bus A
lis cust
tem d
regnis
gerent
Itaque
congr
ex ho
deant
ni vol
tam ad
gubern
autem
collig
versior
do diu
filios
rum A
regent
Danie
princip
tentia
populi
Nemo

ex præcipuis, vt in adeptione perfectionis nobis faueat, sorte eligere conſueuimus. Quæ conſuetudo, præterquam quòd eſt apprimè vtilis, vt ſtatim videbitur, optimo fundamento non caret. Ita namque tempora noſtra inter ſanctos cum Deo regnantes diſponenda partimur, ſicut & loca à Deo Angelis cuſtodibus noſtris in tutamen commiſſa cognouimus. Summus quidem Deus non ſolùm ſingulis hominibus Angelos tutelares dedit, qui eos in periculis cuſtodirent, & de rebus neceſſariis ad ſalutem docerent, verùm & ſingulis ciuitatibus, & regnis Angelos præfecit, quorum præſidio regerentur, & pacem, ac fœlicitatem haberent. Itaque licèt Angeli hominum cuſtodes ipſis congregationibus, & prouinciis, & regnis, quæ ex hominum multitudine conſtant, ſatis eſſe videantur, tamen munificentia, & largitas Domini voluit præter iſtos, alios deputare, qui non tam ad ſingularia attenderent, quàm communis gubernationis curam, onùſque ſuſciperent. Id autem ita eſſe, ex diuinis Scripturis manifeſtè colligitur. Nam & in Deuteronomio ſecundùm verſionem ſeptuaginta virorum legimus: *Quando diuidebat Altiffimus gentes, & diſſeminabat filios Adam, ſtatuit terminos gentium iuxta numerum Angelorum Dei.* Eorum ſcilicet, quibus regendi hæc inferiora munus creditum eſt. In Daniele quoque legimus *Angelorum quendam principem regni Perſarum.* Et Michaël, ex ſententia Gregorij, erat tutor, & rector vniuerſi populi Hebræorum, vnde & Daniel audiuit: *Nemo eſt adiutor meus in omnibus hiſ, niſi,*

Non ſolùm ſingulis hominibus, ſed etiam ſingulis ciuitatibus, & regnis tutelares Angeli præfeciti.

Deuter. 32.8.

Daniel. 10.12. 17. Mor. cap.8. Daniel. 8.9.

Michael princeps vester, & nunc est princeps, ac gubernator Ecclesiæ. Et Gabriel, vt etiam ex Daniele colligitur, habuit peculiarem curam populi Hebræi in captiuitate Babylonica constituti. Meritò proinde Theodoretus ait, prædictum locum Danielis interpretans: Ex his, quæ tradit hoc loco Daniel, docemur, singulis Angelis vniscuiusque nostrum creditam esse curam, vt custodiant, tueantur, & à prauo dæmonis nos liberent insidiis. Archangelis verò illud munus iniunctum est, vt gentium sint præfecti.] Quod verò non solum regna, verum & vrbes, quas regna comprehendunt, & alia minora loca suos Angelos habeant, à quibus protegantur, constans Theologorum sententia est, quam & Gregorius Nazianzenus recipit. Nam quodam loco Angelum alloquitur, cui suæ vrbis cura commissa est, & Angelos non tantum vrbiū, sed & singularium Ecclesiarum præsidēs dicit, quod ex Ioanne in Apocalypsi ad *Angelos septem Ecclesiarum Asia* scribente colligit.

Ad cap.
10. Dan.

Orat. ad
150.
Episc.

Apocal.
2. 3 & 4.
Sicut Deus
ascunctis
locis patro
nos assi-
gnat, ita
cunctis
tempori-
bus calos
aliquis e-
ligendus.

Sanctorū
magna
copia.

Quod ergo Dominus cum locis, nos cum temporibus, eum imitantes facimus, & cuique temporali aliquem ex cœlitibus præficimus, cuius præsidio in decursu illius temporis protegamur. Vnde & in initio singulorum mensium sanctus nos excipit, sub cuius tutela, & patrocinio sumus: & in exordio quoque singulorum annorum alius sanctus nos admittit, cuius præsidio toto illo anno ad viam perfectionis arripiendam iuuemur. Nec formidandum est, quòd in tanta inuocatione diuersorum sanctorum, sancti, quos inuocemus, deficiant, quos nouimus,

uim
henc
mag
bui
anie
tate
copi
Dei
mera
qui r
telan
men
est, f
quasi
diis
perfe
desid
rum
cura
danti
Imple
Circu
turrib
distrib
Sion
præsid
cingit
eam i
Narra
ration
mus,
inter
ponim

uimus, nullo numero à nobis cognito compre-
 hendi. De illis enim Ioannes ait: *Vidi turbam Apocal.*
magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omni- 7.9.
bus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis stantes
ante thronum. Et sanctus Dauid: *Florebunt de ciui-* Psal. 71.
tate sicut fœnum terra, vt quemadmodû in magna 16.
 copia fœnum exoritur, ita in Ecclesia ciuitate
 Dei iustorum sanctitas exoriatur. Ex his innu-
 merabilibus pro quolibet anno vnum eligimus,
 qui rebus nostris prospiciat, & curam, ac tu-
 telam singulorum suscipiat. Sanctus cuiuslibet
 mensi assignatus quasi in minoribus adiutor
 est, sanctus verò pro quolibet anno susceptus
 quasi in maioribus est protector. Ille, ne in me-
 diis deficiamus, facit, iste intercessione sua ad
 perfectionem, & ad finem vsque perducit. Ille
 desideria omnis virtutis iniicit, hîc iam suscita-
 tum desiderium accendit. Ac tandem vtriusque
 cura proficimus, & à malo defendimur, vt abun-
 dantioribus auxiliis in Dei amore crescamus.
 Implendum ergo nobis est illud sancti Dauidis:
Circumdare Sion, & complectimini eam: narrate, in Psal. 47.
turribus eius. Ponite corda vestra in virtute eius, & 13.
distribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera. 14.
 Sion animam nostram circumdamus, cum
 præsidio sanctorum non aliter, quàm muro
 cingimus, ac munimus. Complectimur, cum
 eam impetrata eorum oratione protegimus.
 Narramus in turribus eius, cum de modo, ac
 ratione proficiendi sanctos ipsos quasi consuli-
 mus, & cum illis loquentes veluti sententiam
 interrogamus. Corda nostra in virtute eius
 ponimus, cum sanctorum non solum orationibus,

*Annui,
 & men-
 strui pa-
 troni offi-
 cia.*

614 *De vita religiosè instituenda,*
sed eorum imitatione vestimur. Domos distri-
buimus, cum vires nostras idoneas facimus, vt
per omnia secula Dei gloriam enarremus.

*Quid in honorem huius Aduocati sit
faciendum. §. vnicus.*

*Eadem
erga v-
triusque
prestāda.
Lib. 4.
cap. 1.*

Nunc inquiris, ô vir Dei, quid sis cum hoc
sancto totius anni protectore facturus. Inprimis
illa, quæ cum sancto mensis superius facienda
prescripsimus. Nam & ipso primo die anni, in
quo sancti sunt distribuendi, à Domino postula-
bis, vt illum tibi illius anni patronum attribuat,
cuius ope vult te ad omnem perfectionem accē-
dere. Sanctum tibi sorte deputatum, deuotè ac
reuerenter, quasi à Domino assignatum accipies.
Cum primùm potueris te ac tua illi commenda-
bis, ac sub vmbra alarum eius constitueris. Quo-
tidie etiam cum è lecto surgis, speciali oratione
eius tutamen petes, ac reliqua facies, quæ iam
dicta sunt.

*Dies, in
quam in-
cidit, qui-
bus deuo-
ti oris ob-
sequi sce-
lebranda.*

Præter hæc autem, aliis poteris hunc sanctum
anni patronum delinire, & ad te inclinare deuo-
tionis obsequiis. Nam diem illum, in quo illius
sancti festum Ecclesia celebrat, vel eius memo-
riam facit, ieiunio præuenies. Eodem quoque
die, qui sancto illi sacer est, in gratiarum actionē
sanctitatis, & gloriæ eius Domino, si sacerdos es,
Missæ sacrificium offeres, sin minùs, deuotè cō-
municabis. Ac tandem horam aliquam illius
diel præcipies, in qua omnibus occupationibus
exsolutus sanctum illum patronum tuum in-
uocēs, & coram illo cor tuum effundas, ac de-
sideria denudes. Modus autem huius orationis,
vel

vel erit ille, quo supra sanctos, in quorum dies festos incidimus, inuocandos esse docuimus, vel certe hic, quem modò in medium afferimus, quem possumus ad sanctos singulorum quoque mensium, vel ad quoscunque alios applicare.

1. Honore, ac veneratione afficies sanctum illum aduocatum tuum, magnificè de illo sentièdo; est enim seruus Dei fidelissimus, amicus dilectissimus, ac filius Patri suo cœlesti ob virtutum excellètiã simillimus. Quis autem dignior est, & præstantior eo, qui in domo Dei fidelis, in aula regis singulariter dilectus, & in gremio dulcissimi Patris filius admodũ similis inuentus est.

*Modus
illum in-
uocandi.*

2. Laudabis eum à rebus externis, quas propter Dei amorem contempsit. Qui & patriam reliquit, aut in ea tanquam aduena, & peregrinus vixit, à parentibus, & propinquis se subtraxit, mundi diuitias, quas habuit, aut habere poterat, abiecit. A viribus corporis; nam istud domuit, & illas in virtutis operibus collocauit, & fortitudinem suam ad Dominum custodiuit. Ab animæ puritate, quam per cognitionem, & amorem Dei tabernaculum fecit.

3. Congratulaberis ei, quia tantam gratiam, tam perfectas virtutes, & tam præstantissima dona habuit. Quia iam huius seculi miserias euasit, & quia tam inæstimabilem gloriam percepit.

4. Gratiã ages ei, quoniam verbo, & exemplo Ecclesiæ profecit, tam sancta fidelibus virtutum exempla reliquit, in cœlis positus precibus nostræ pauperati subuenit.

5. Desiderabis, & statues eum imitari

in eo, quòd vitis, & peccatis viriliter reſtitit, in virtutibus vſque ad earum perfectionem profecit, pro Domino multa aduerſa pertulit, vſque ad finem vitæ bona faciendo, & mala ſuſtinendo perſeueravit.

6. Tandem petes ab eo, vt ſua interceſſione à malis eripiat, in omni virtute promoueat, in morte tibi ſuccurrat, & poſt mortem cœleſtis ciuitatis, in qua beatus degit, ianuam aperiat.

Hac formula vti poteris, vt ſanctum hunc patronum, ac aduocatum tibi concilies, & hoc aut alio modo, quem Dominus inſpirauerit, cum ſanctis conuerſari aſueſces, vt demum eorum ſanctitatis, & gloriæ particeps efficiaris. Ad quod hortatur nos Leo Papa: [Confirmate, inquit, amicitias cum ſanctis Angelis, intrate in ciuitatem Dei, cuius vobis ſpondetur habitatio, & Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, Martyribus ſociamini; vnde & illi gaudent, inde gaudete. Horum diuitias concupiſcite, & per bonam amulationem eorum ambite ſuffragia.

Cum quibus enim fuerit vobis conſortium deuotionis, erit & communio dignitatis.] Ita quaruntur occaſiones, vt cum ſanctis, & Angelis conuerſemur, & opere ſequamur illos, quorum conuerſatio in cœlis eſt. Nobilis profectò, & delectabilis, ac vtilis occupatio. Quid enim illuſtrius, quàm ſanctorum, id eſt, magnatum cœleſtis curiæ, habere conſortium, & illos familiares habere, quibus nullos excellentiores poſſumus inuenire? Quid delectabilius, & dulcius, quàm cum illis miſcere colloquia, quos & veriſſimos amatores experti ſumus, qui pluſquam

*Sanctorum
inuocatio
in terris
præſentia
eſt cohabitationis
in cœlis.*

*Ser. 5. de
Epiph.*

*Nobilis,
delectabilis,
& vtilis talis
occupatio.*

quat
gunt
lis
lius
ferer
coni
beno
qui
& in

P
m
cur
secu
ind
ten
nis
cum
M
ſine
re,
tam
Pha
tius
com
ſtri

quam amicos, & cognatos, & fratres nos diligunt, & libentissime nostras necessitates, ut illis subueniant, exaudiunt? Quid tandem utilius, quam illos alloqui, qui prouisi sunt ad miserendum, potentes ad succurrendum, & Deo coniunctissimi ad eum nobis placandum. Hæc bene perpensa, ac seriò considerata facient, ut, qui proficere gestiunt, ad eos subinde orandos, & interpellandos accurrant.

CAPVT III.

De die uocationis nostræ singulis annis celebrando.

POST hunc primum cuiuslibet anni diem, quò nostræ conuersationis patronum elegimus, aut quasi diuinitus datum accepimus, occurret nobis in decursu dierum alius dies, in quo seculo renuntiauius, & habitum religiosum induimus. Hunc nisi nos pessima ingratitude teneat, æquum est, ut non sine magnæ gratitudinis significatione, quasi diem festum agamus, ac cum ingenti deuotione celebremus.

Mos fuit apud antiquos, natales dies suos non sine lætitiæ notis, & sine celebritate transigere, cuius rei (ut nunc prophanos authores omit-
tamus) testis est sacrorum librorum historia. De Pharaone, in Genesi sic legimus: *Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat, qui faciens grande conuiuium pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum, & pistorum principis.* De Antiocho

In more apud antiquos natales dies celebrare.

Genes. 40. 20.

1. Mach. verò sic in Machabæis: *Ducebantur Iudæi cum amara necessitate in die natalis Regis ad sacrificia.*
 6. 7.
 Marc. 6. De Herode autem Marcus sic ait: *Cùm dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilææ.* Hi natalitia celebrarunt, quibus mundo nati sunt, & ad miseras, & ad mortem ex vulua matris educti, ideoque natalem suum aliorum tribulationibus imbuerunt, & funesta morte fœdarentur. At Ecclesia sancta alia natalitia fœliciora celebrat, eorum selectissimorum virorum, qui piè, sanctèque viuentes, dum ex hac vita mortali decedunt, Deo & cœlestibus exoriuntur. Quorum natiuitas, quia ad veram, & immortalem vitam est, nō à nobis vitam, aut bona temporalia adimit, sed bona spiritualia, & cœlestes thesauros illorum, qui Deo nascuntur, impetratione restituit. [Nam, vt Bernardus ait, sanctorum natalitia nobis & auxilio, & exemplo, & humilitati seruiunt. Auxilio, quia cùm in cœlis magnates, & potentes sint, nihil à summo rerum conditore postulant, quod non, ad inuocantium eos vtilitatem, consequantur. Exemplo, quia cùm in terris visi sint, & cum hominibus conuersati, non declinarunt ad dexteram, nec ad sinistram, sed viam regiam tenuerunt, donec ad illum peruenirent, qui dixit: *Ego sum via, veritas, & vita.* Vt nobis viam eundi ad ipsum sua conuersatione monstrarét. Humilitati verò; nā hominū passibiliū, & nobis similiū vitā difficilem existimamus, & eos, quos fœlices putamus, quāuis diuina gratia possimus, tamen sequi nō audemus.]

*Sanctorū
 mortes,
 natalis
 eorū dies
 sunt.*

*In vig.
 Petri, &
 Pauli.*

*Auxilio,
 exemplo,
 & humi-
 litati ser-
 uiunt.*

*Ioann.
 14. 6.*

Inter hos duos natalitios dies, illum scilicet, quo homines seculo, & morti nascuntur, & illū, quo sancti beatis spiritibus aggregantur, vocatio religiosa media est, qua relicto seculo Deo nascimur, non vt statim eo perfruamur, sed vt illi famulemur, sanctēque viuamus, & post sanctam vitam ipsum possidere, eoque perfrui possimus. Hęc natiuitas nobis etiam est non sine ingenti lætitia, & exultatione celebranda, qua non ad eam lucem editi sumus, quæ nobis est, muscisque communis, sed ad eam lucem sanctæ, & immaculatæ vitæ procreati, qua Deo nunc viuere perfectè incipiamus, post huius verò mortalitatis cursum, perpetuò cum illo regnemus. Et quidem ex quacunque parte vocationem religiosam consideremus, causas inueniemus, quæ nos ad eam lætissimè celebrandam inuitent. Si enim illa mors est, qua mūdo morimur, & negotia profana deserimus, erit profectò illa, de qua scriptum est: *Melior est dies mortis diē natiuitatis.* Cùm dies natiuitatis sit ad miseras, & ad pericula salutis introitus: dies autem huius mortis sit multarum curarum temporalium liberatio, & à peccandi occasionibus exsolutio. Quòd si dies natiuitatis, cùm videlicet ad mortem, & miseras nascimur, lætus nobis est dies; quo religionem intramus, lætior, atque celebrior esse debet, siquidem in eo, si non omnes, at multas mūdi huius miseras exuimus.

Si verò religiosa vocatio, est ablatio quædam, cuius beneficio à delectationum visibilibus & verbis separamur, vt iustitiæ panis sit nostra

Religiosa
vocationis
dies,
medius
inter alios.

Ingenti
lætitia
celebrāndus.

Est mors,
qua mūdo
mori-
tur.
Eccles.
7. 2.

Ablatio
visibili-
um de-
lectanti-
um.

rese

Genes.
218.

refectio, quis non videat, eam esse quotannis solemniter peragendam? Ad cuius mysterium exprimendum, cum ablactatus est Isaac, fecit Abraham pater eius grande conuiuium, vt magnitudo celebritatis vtilitatem huius spiritualis ablationis ediceret. In die natalis conuiuium fortè instructum est, sed conuiuium paruum, quod nulla memoria dignum censeatur: at in die ablationis, qua à lacte seculi segregamur, fiat conuiuium magnum, quo eius ingens præstantia signetur. Si demum vocatio ad religiosam vitam dies natiuitatis est, qua curis spiritualibus non cruciantibus, sed mulcentibus, incipimus viuere, non sine lætitia, & celebratione relinquatur, ne ei, qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen suum, inueniamur ingrati. Leui, seu Matthæus eodem die vocationis suæ fecit

Natiuitas, qua Deo viuere incipitur.
1. Petr.
2. 9.

Lucas 5.
29.

Lib. 5. in
Luc. ad
cap. 5.

Domino conuiuium magnum in domo sua, vt ex beneficio suscepto ostenderet signa lætitiæ. Et meritò quidem, quoniam ad spirituales delicias vocabatur. [Qui enim, vt inquit Ambrosius, domicilio Christum recipit interno, maximis delectationibus exuberantium pascitur voluptatum.] Quid nos facturi sumus, qui, cum ad religionem vocamur; ad Apostolicam vitam vocamur, & spe sanctissimarum deliciarum implemur?

Hic dies quo pacto celebrabitur. §. 1.

Gertr.
exercit.
2.

Sed quo pacto dies hic spiritualis natalis, seu religiosæ vocationis celebrandus est? Possem te, ô religiose, perfectionis amator, ad deuotissimam virginem Gertrudem remittere, cuius exerci

exercitio, & ter for-
bam
In vig
aliqua
qua
dispo
ris, te
ius tan
rum a
Nolo
ingres
gens l
mi De
ca, sub
patre
inos i
pro in
tuam
comm
ad pac
es, &
filij, ac
diuin
similia
toris
conuoc
due, e
est ora
eripui
tebor,
ni De

exercitium secundum, est conuersionis celebratio, & primæ uocationis repetitio. Sed, ut breuiter formulam huius celebrationis tibi præscribam, sic festum diem tuæ uocationis perages. In uigilia illius diei te ieiunio, aut abstinentia aliqua, & corporis maceratione, & publica aliqua humilitatis, & mortificationis ostensione dispones. Ipso autem die, cum primùm surrexeris, tempus meditationis in consideratione huius tanti beneficij, & in feruentissima gratiarum actione, atque in laudibus diuinis inlumes. Nolo, ut in hac meditatione aspicias religionis ingressam, ut obsequium Deo factum, sed ut ingens beneficium, sicut re uera est, de benignissimi Domini manu susceptum. Reliquisti modica, suscepisti maxima; pro vno parente multos patres, & pro paucis propinquis, fratres plurimos inuenisti, delicias exiguas, & umbratiles, pro ineffabilibus, & stabilibus, & uoluntatem tuam præposteram pro Dei uoluntate rectissima commutasti. A tumultu ad serenitatem, à bello ad pacem, ab Ægypto ad paradysum translatus es, & à duris operibus luti, & lateris ad statum filij, ad occupationes honorificentissimas, & ad diuinam familiaritatem euocatus. Hæc, & alia similia mente uolens, ad laudes Domini liberatoris tui assiduè canendas, te tota deuotione conuertere. Dicque illi: *Laudabo nomen tuum assiduè, & collaudabo illud in confessione, & exaudita est oratio mea. Et liberaisti me de perditione, & eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor, & laudem dicam tibi, & benedicam nomini Domini.*

*Aliqua
corporis
afflictio-
ne, medi-
tatione,
& gra-
tiarum
actione
celebran-
dus.*

Eccles.

51. 15.

16.

17.

Con

*Missæ ce-
lebratio-
ne, vel
Eucharis-
tiæ sum-
ptione.*

Confessione præmissa, in qua te de ingrati-
tudinè erga tantum beneficium, & de annis tepidè
in religione impensis, accuses, ad grâtiâs agen-
das Missam celebrabis, aut, si sacerdos non es,
sacrum Eucharistiæ sacramentum accipies. Et
id quidem eo affectu, vt, qui nihil proprium ha-
bes, quod Domino pro ingenti dono vocatio-
nis offeras, ei filium suum vnigenitum per do-
nationem Patris æterni tuum thesaurum fa-
ctum, quasi in compensationem tribuas. Sed
quia donum, quod offers, in immensum vo-
cationis beneficium acceptum superat, confi-
denter propter illud noua beneficia postulabis,
vt scilicet Dominus, qui cœpit in te opus san-
ctitatis, ipse perficiat, per seuerantiam in arrepto
statu tibi concedat, & te in omni virtute, & præ-
sertim in sua familiaritate promoueat,

*Sãcti, &
fratres ad
agendas
Deo gra-
tias inui-
tandi.*

Tu autem pusillus es, & penitus insufficiens
ad reddendas pro tanto beneficio debitas gra-
tias; quare orabis beatam Virginem, omnèsque
Sanctos, præcipuè aduocatos, & patronos tuos,
vt pro te Deum laudent, & se pro beneficio in te
collato gratos exhibeant. Fratres etiam tuos ro-
gabis, vt eo die in gratiarum actionem pro te
Missas celebrent, & si dies festus fuerit, ad com-
munionem sacram accedant, & orationibus se
tibi in affectus gratitudinis comites præbeant.

*Verba,
qua gra-
titudinè
sonent,
cum aliis
miscèda.*

Hæc sunt sancta, & pura, ac Deo grata conui-
uia, hi ladi, & choreæ immaculatæ, quæ hoc vo-
cationis die instituendæ sunt. Festiua autem col-
loquia non desint; nam si (disciplina religiosa
minimè prohibente) loquendum sit, ea verba in
hoc die natalis tui cum fratribus misceas, quæ
grati-

gratitudinem sonent, quæ te tuæ vocationis, & status amatorem ostendant, & quæ diuinam misericordiam in te collatam prædicent. Crede mihi, frater, quia hæc pusilla nõ sunt, nec ab his qui aliquid se esse putant, despicienda. Dominus enim, qui pro omni beneficio gratias petit, pro hoc ingenti beneficio, seu beneficiorum cumulo maiores gratias requirit. Vide autem tu, an gratum animum habeas, si hunc diem celeberrimum, atque sanctissimum, in quo à seculo eductus es, perinde, atque alios in vanitatibus perdas, & nulla memoria tanti beneficij facta transire permittas. Hunc verò affectum gratitudinis ignoranter parui pendes, qui ab eo, qui nullius indiget, sæpe operibus antefertur. [Nã, vt inquit Ambrosius, alius fructum accepti beneficij, vt aurum auro, argentum argento rependit, alius laborem, alius, haud scio an etiam locupletius, solum restituit affectum. Quid enim si reddendi nulla facultas suppetit? in beneficio reddendo plus animus, quàm census operatur, magis que præponderat beneuolentia, quàm possibilitas referendi muneris.] Si ergo non habes opera, quæ rependas, quia tepidus es, atque imperfectus, saltem affectum gratitudinis, & laudis, & cor simplex, & humile, quod dona reuerenter, & grato animo suscipit, offerre non cesses, illud sufficiet, vt gratus habearis, & faciet, vt noua beneficia merearis accipere.

*Deus pro
vocationis
beneficio
magis
resgratias
requirit.*

*Gratitudinis
affectus
operibus
antefertur.*

*Lib. de
offic.*

cap. 32.

CAPVT IV.

*De vita spiritualis actibus innouandis, ac
primo de renouationis necessitate, &
quibus constet.*

*Societatis
religiosæ
non profes-
si bis
in anno,
tria vota
renouant.*

CONSUETUDO nostræ Societatis est, regulæ ipsius mandato firmata, vt bis in anno, qui necdum ad professionem solemnem, nec ad gradum coadiutorum formatorum admissi sunt, tria vota sua, quibus religiosi facti sunt, repetant, & in spiritus renouationem incumbant. Cuius repetitionis votorum, ac renouationis spiritus tantum est momentum, vt operæpretium ducamus, paulo latius hanc rem explicare, & eius necessitatem, & partes, ac modum, seu ritum edicere.

*De necessitatis huius renouationis cau-
sis. §. I.*

*Renoua-
tionis ne-
cessitas
ex motus
natura-
lis, &
violenti
discrimi-
ne com-
probatur.*

Primum autem ex discrimine motus naturalis, & violenti, huius rei necessitas manifestè colligitur. Inter motum namque à natura profectum, & aliqua externa vi contra naturam corpori violenter impressum hoc Philosophi discrimen inueniunt, quòd ille (vt vel oculis ipsis perspicitur) in fine celerior, ac velocior est: ille verò quo magis protrahitur, eò est cunctantior, & segnior. Si moles magna naturaliter è superis deorsum descendat, celeriter moueri inchoat; at quo propius ad centrum accedit, eo

velo

velocius, vt in eo quiescat, motum perficit,
 & consummat. Sed si lapis violenter sursum
 proiectus feratur, magna celeritate ascendere
 incipit; at post parum remisso impetu suo pon-
 dere grauatus lassescit. Hinc necessitas spiri-
 tus innouandi nobis obscure patescet. Natura
 enim nostra per peccatum corrupta in hoc
 malum certè maximum incurrit, quòd deor-
 sum ire, & ad vilia, & abiecta seculi huius
 descendere, quasi naturale illi est; sursum
 verò ferri, & ad spiritualia; & cœlestia an-
 helare, violentum. Et quidem virtus secun-
 dum naturam rationalem hominis, vt Tho-
 mas Aquinas non minus verè, quàm subti-
 liter disputat; & vitium ac peccatum con-
 tra naturam; quia verò per originalem cul-
 pam primi parentis appetitus à ratione defe-
 cit, & iugum eius exculsit, & rationem
 quasi sua importunitate, & immoderantia
 subiecit; hinc ortum habet, vt homo, cui
 appetitus dominatur, virtutem tanquam in-
 sulfam horreat, & in vitia, ac peccata, vel-
 uti in alimenta suauia, propendat. Inclina-
 tus ergo, & propensus ad malum, quo
 nequior est, eo vehementius, & effrenatius
 in malum tendit, & ex parte appetitus auer-
 sus à vero bono, quo diutius in illud fer-
 tur, eo tardius, & tepidiùs ire se sentit.

Quid itaque faciet spiritualis vir, vt semper
 proficiat, vt semper non lentis passibus in
 perfectionem eat? Illud quidem, quod iacu-
 lator, vt sagittam per multa terrarum spatia
 proiciat. Vt quemadmodum iste primùm sa-

Quasi
naturale
est, homi-
ni vilia
sequi,
spiritalia
violenti-
um.

D. Tho.
 12. q. 71.
 art. 1.

Optimū
erga pra-
uam in-
clinatio-
nem re-
mediū.

I. Alvarez de vita rel.

R r

gittam,

gittam, quanto potest impetu, versùs locum à se destinatum iacet, & iam deficientem, & in terram cadentem, iterum leuat, & proiicit, & sic multoties impetus impressioem multiplicans ad finem sui itineris ludens, & semetipsum oblectans, mittit; sic iustus ad perfectionem contendens in initio conuersionis suæ mentem suam magno feruore quasi impresso impetu puritatem iaculatur, & post aliquot menses tepefactam nouo feruore concepto versùs eandem puritatem impellit, & sic per tempora feruorem innouans ad magnam perfectionem peruenit.

Vita mortalis proprium, omnia senescere.

Huius vitæ mortalis proprium est, vt omnia senescant, & sensim ad interitum eant, nullisque aduersùm nos emergentibus incommodis sola temporis lapsione ad senectutem tendimus, & ad mortem properamus. De ipsis cælis incorruptilibus dixit sanctus Dauid: *Opera, Domine, manuum tuarum sunt cæli, ipsi peribunt, quia à præsentis statu mutabuntur, tu autem permanes. Et omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorium mutabis eos.*

Psalm. 101. 26. 27.

Si autem cæli quasi senescant, quia mutatione, & innouatione indigebunt, quanto magis corruptibilia ad vetustatem festinabunt? vel si per cælos, vt Augustinus mysticè vult intelligi, sanctos intelligamus, illi certè non tantum, quantum ad corpus, quod instar vestis atteritur, sed etiam quantum ad spiritualem animæ vitam, quasi ad senectam, & vetustatem eunt, quia nonnullam qualitatem corruptibilem mutantes, ad tepiditatem, segnitiamque proficiscun-

Suaetud, quo ad spiritalem animæ vitæ, senectæ.

fieif
prin
imp
seru
patr
nect
feme
sanè
est,
tabin
inne
& de
[
vis
præ
cant
tium
pere
prop
ante
& fr
scas.
raitu
quer
nos
Eua
Quis
pisti
igitu
susce
vera
te ob
est a

fiſeuntur, & mundi curis facientibus ab illo primo, quo inchoarunt, feruore deficiunt, donec impleatur illius Pfalmi poſtrema prædictio: *Filij ſeruatorum tuorum habitabunt*, id eſt, vt in cœleſti patria ad deſtinatam meſuram ſanctitatis proſecti, ſtabiles, & immutabiles permanebunt, & *ſemen eorum in ſeculum dirigitur*. Habitabimus ſanè in illa domo Dei, ſi filij ſeruatorum, id eſt, Apoſtolorum, imitatione fuerimus. Habitabimus, ſi ſemina noſtra, id eſt, opera noſtra innouauerimus, quæ nos ad regnum præcedant, & domum præparent.

[Noli ergo eſſe ſterilis, ait Auguſtinus, ſi vis habitare, præmitte foetus, quos ſequaris, præmittendo, non ferendo. Filij tui te deducant ad terram promiſſionis, terram viuentium, non morientium. Cum hinc uiuis in hæc peregrinatione, illi antecendant, ſuſcipiant propter refectionem carnalem. Filius Ioseph antecellit Iacob in Aegyptum, & ait patri ſuo, & fratribus ſuis: *Ego præueni præparare uobis* Præcedant ergo filij tui, præcedant opera tua, quales filios præmiſeris, talis & ſequeris.] Hac itaque conditione nos Eccleſiaſticus ad iuſtitiam prouocat: *Da, & accipe*, inquit, & *iuſtifica animam tuam*. Quis prohibet, ſi ira interpretemur? Accipiſti à Deo auxiliũ, vt bene operareris. Da igitur illi bona opera, & cooperare gratia ſuſceptæ, vt iterum nouam accipias, & ſic ad ueram iuſtitiam, & ſanctitatẽ peruenias. Ante obitum tuum, operare iuſtitiam, quia non eſt apud inferos, id eſt, in ſepulchro, & poſt

mortem ingenire iusticiæ, & bonorum operum cibū. At si irreplexit lassitudo, & vigor intepuerit, teipsum iterum excita, & ad fortiter, & strenuè operandum coge. *Quia omne opus electum, id est, feruèdè factum, iustificabitur, & qui operatur illud, honorabitur in illo.*

Ecclef.
14.21.

Vtilissi-
ma desi-
deriorū,
& bono-
rum ope-
rum in-
nouatio.

2. Co-
rinth. 4.
26.

Ibidem.

Est bono-
rum cæ-
lestium
exordium.

Psalm.

102.5.

Quomo-
do aquila
ad iuue-
tutem re-
deat.

Ad Dia-
sidium,
tom. 4.

Hanc desideriorum, & bonorum operum in-
novationem viri iusti, & spirituales salutis cupi-
di semper utilissimam putauerunt. Vnde Paulus
de se, ac de iustis loquens ait: *Propter quod non
deficimus, sed licet is, qui foris est, noster homo
corrumpatur, tamen is, qui intus est, renouatur
de die in diem. Quia spem, ait, resurrectionis
habemus, propterea non deficimus, sed licet
caro nostra laboribus afflicta per singulos
dies veterascat, spiritus verò quotidie miti-
tur iuuenescere, ad maioremque splendorem,
& feruorem venire. [Qui, ut inquit Anselmus,
renouatur quotidie proficiens in sanctitate,
dum transfert amorem à temporalibus ad æter-
na, à visibilibus ad intelligibilia, à carnalibus ad
spiritualia, & ab istis cupiditatem frenare, vel
munire, atque illorum se charitate alligare, di-
ligenter insistit.]*

Hanc autem inuolutionem esse bonorum
cælestium à nobis desideriorum exordium
regius Vates non obscure significat: *Benedic,
ait, anima mea Dominum, qui replet in bonis de-
siderium tuum, renouabitur, ut aquila, inuentus
iua. Tunc scilicet, ô anima, immensis bonis re-
pleberis, cum instar aquilæ renouaberis. Sed
quæ est ista aquilæ renouatio? Hieronymus
certè de aquila hæc scribit: [Aquila quando
senue*

fenuerit, grauantur ipsius pennæ, & oculi, quæritque fontem, & erigit pennas, & colligit in se calorem, & sic oculi eius sanantur, & in fontem se ter mergit, & ita ad iuuentutem redit.] Augustinus verò sic: [Dicitur aquila, cum senectute corporis pressa fuerit, immoderatione rostri, crescentis cibum capere non posse. Pars enim rostri eius superior, quæ supra partem inferiorem aduncatur, cum præ senecta immoderatiùs creuerit longitudo eius incrementi, non eam sinit os aperire, vt sit aliquod receptaculi interuallum inter inferiorem partem, & vncum superiorem. Nisi enim aliquod interuallum pateat; non habet morsus, quasi forcipem, vnde, velut tondeat, quod transmittat in fauces. Crescente itaque superiori parte, & nimis aduncata, non poterit os aperire, & aliquid capere. Hoc & facit vetustas. Prærugatur languore senectutis, & inopia comedendi languescit nimis, vtraque re, atate, & egestate accedente. Itaque modo quodam naturali in mensura reparanda quasi iuuentutis aquila dicitur collidere, & percutere ad petram ipsum quasi labium suum superius, quo nimis crescente edendi aditus clauditur, atque ita conterendo illud ad petram excutit, & caret prioris rostri onere, quo cibus impediatur. Accedit ad cibum, & omnia reparantur, erit post senectutem tanquam iuuenis aquila. Redit vigor omnium membrorum, nitôr plumarum, gubernacula pennarum, volat excelsa sicut antè, fit in ea quædam reuertio.]

In Psal:

Myſtica
viris ſpi-
ritualibus
imitan-
da.

Hæc eſt ergo ſpiritualis renouatio, ſi te, & anima, aquis compunctionis immergas, ſi nouum feruoris calorem concipias, ſi veteres pennas, id eſt, contractam ex occupationibus veruſtatem, pellas, ſi roſtrum, nempe ea, quæ te à fumendo cibo orationis impediunt, conſtanter abiicias. Tunc deſideria perfectionis ſopita ſe erigent, tunc quod cupiebas, quod poſtulabas, pro quo lugebas, & gemebas, à Domino conſequeris. Tuc canes cum ſancto Iob: *Gloria mea ſemper innouabitur, & arcus meus in manu mea inſtaurabitur.* Nam ſi gloria honorem, ac dignitatē, & arcus fortitudinem, & robur ſignificant; certè dignitatem auges, & fortitudinem prouehis, aut hæc à Domino aucta experiris, cum feruorem, & deuotionem augere contendis.

Vniuerſa
mortalia,
ne pro-
ſus inter-
eant,
aliquan-
do reno-
uantur.

Vniuerſa, quæ in hac mortali vita eſſe habent, aliquando innouantur, ne pereant, & quæ non innouantur, quantumuis diuturna ſint, tandem tandem intereunt. Regna innouantur, & ideo Samuel ad populum ait: *Venite, & eamus in Galgala, & innouemus ibi regnum.* Ciuitates reædificantur; quare *Ionathas habitaturus in Ieruſalem, cepit edificare, & innouare ciuitatem.* Tempſa inſtaurantur; nam & Iſraelitæ poſt captiuitatem venerunt innouare, & ſulcitare templum in loco ſuo. Amicitia reſarciuntur: unde & *Ionathas miſit viros Romam ſtatuerè, & renouare cum eis amicitiam* Imò & ipſe homo poſt peccatum eſt paradifo eiectus eſt, ne ſe elu ligni renouans, etiam quoad corpus in perpetuum viueret. Denique *miſit illum Dominus Deus de paradifo voluptatis: & antea præmiferat; nunc ergo ne forte mittat manum ſuam, & ſumat*

Genſ.

3. 23.

Genſ.

3. 22.

ſumat

sumat etiã de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Qui ergo vult perfectè viuere, ad constituta tēpora seipsum renouet. Innouet regnum suum, quo super cor suum, & affectus eius regnat. Recedificet ciuitatem animæ suæ, & quod ex virtutibus lapsam per incuriam est, erigat. Instaurat tēplum spiritus sui, in quo habitat Deus, & sanctorum desideriorum accessione extruat. Amicitiam ad Deum aliquantulum tepesactam actibus orationis accendat. Mittat per imitationem Christi manum suam ad lignum vitæ, vt postmodum foeliciter, & nunc in hac vita viuat, vt sanctum decet virum, & contractas ex humana conuersatione imperfectiones relinquat. Si inueteraui inter inimicos suos, id est, inter immoderatos affectus, & assiduas imperfectiones suas, vt iuuenescat, & renouetur, ab eis toto conatu discedat. Hoc enim esse ad iuuentutem, aut ad sapientem infantiam redire docet. Petrus Apostolus dum ait: *Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones: sicut modo genii infantes rationabile sine dolo lac concupiscite.* Annon sapiens infantia est, quæ nõ quodcunque lac, licet palato suaue, sed lac rationabile, lac sine dolo, lac, quo crescat, in salutem æternam, concupiscit? Sed hanc profectò induit, qui peccata, & imperfectiones deponit, & quod melius, & perfectius est virtutis, assumit.

Idem faciendum perfectionem exoptantibus.

Psalma. 6.8.

1. Petr. 2.1.

De aliis causis inuolutionis. §. 2.

His causis necessitatis spiritus renouandis tres alias libet adiungere, quas B. Pater Ignatius

*Tres re-
nouatio-
nis fines.*

Constit.
par. 4.
cap. 4.
num. 5.
quibus-
dā omif-
fis.

Lib. 11.
de Abra-
ham,
cap. 1.
Libro 2.
de in-
quistio-
ne pacis,
par. 3.
cap. 1.
*Quid de-
notio &
illius fru-
ctus.*

tetigit, cum votorum renouationem fieri præcepit. Ad hoc enim illam induxit, vt cum repetitione votorum religiosorum exactam eorum custodiam, si in aliquo prætermiffa esset, resumeremus, atque in ea, & in omnibus rebus spiritualibus ad quandam nouitatem, & spiritualem vigorem reuocaremur. [Ad deuotionis, inquit, augmentum, & ad excitandam, qua Deo obstricti sumus, obligationis memoriam, & ad maiorem in uocatione confirmationem, bis singulis annis congruum erit, vota renouare.] Nitimur ergo spiritum, & actus nostros virtutis, & religionis innouare, vt in deuotione crescamus, quam Ambrosius ordine primam virtutum, & fundamentum ceterarum vocauit, nos verò fontem omnium spiritualium bonorum vocare possumus. Est enim vera deuotio, vt alio loco à nobis dictum est, illa promptitudo animi, qua strenuè, & diligenter sanctis actibus inhæremus, vt Deo placeamus, & debitum ei cultum, venerationemque præstemus. Sine hac bonæ cogitationes fugiunt, sancta desideria languent, sermones inanes ex ore profluunt, virtutum actiones cessant, aut eas noxius tepor, & tristitiæ affectus inficiunt. Hanc deuotionem non in eodem loco omnes inueniunt. Nam, vt Bernardus de ea loquens ait: [Non omnibus eodem modo data est gratia ista.] Porro Thomas in latere, Ioannes in pectore, Petrus in sinu Patris, Paulus in tertio cælo secreti huius gratiam sunt assequuti. Nos autem indubiè in actuum nostrorum innouatione inueniens eam.

Deuotionem quidem generat, inter alia recordatio beneficiorum Dei, vnde & idem Bernardus eam secundum vnguentum nominans ex his, quorum sponsa meminit, cum dixit: *Quia meliora sunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis*; scribit in hunc modum: [At verò secundi huius aromata terra nostra nequaquam profert, sed procul, & de vltimis finibus ea nobis conquirimus. Nempe *omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est; descendens à patre luminum.* Fit enim vnguentum istud de diuinis collatis humano generi beneficiis. Fœlix, qui sibi studiosè colligere, & ante mentis suæ oculos digna cum gratiarum actione reducere curat. Profectò, cum fuerint in vasculo pectoris pi&illo crebræ meditationis contusa, atque contrita: deindèque igne sancti desiderij simul decocta omnia, & demum impinguata oleo lætitiæ, erit vnctio longè pretiosior, excellentiorque priorre.] Sic ille. At vitæ spiritualis actuum innouatio, (vt postea videbimus) beneficiorum Dei recordationem, & meditationem continet, illorum trium præcipuè, quòd Deus relictis multis cœtaneis nostris ad vitam religiosam nos vocauit: quòd tepidè viuentes, & locum, vbi alij proficerent, otiosè occupantes patienter sustinuit; quòd occasionem emendationis, & feruentoris vitæ nunc nobis impertit. His sanè bene consideratis, atque perpensis deuotio extincta suscitatur, aut remissa mirum in modum augetur. Sanat Dominus hac ratione hominem à languoribus suis, & dicit illi occulta inspiratio: *Ecce sanus factus es; iam noli peccare: & vi-*

Recordatione beneficiorum Dei instauratur.

Cant. I.

I.

In Cant.

I. Serm.

10.

Iacobi

1.17.

IOAN. 5.

14.

res illi subministrat, vt de cetero sibi caueat, & feruidus, ac deuotus per viam virtutum incedat.

Memoria obligatio- nis inno- uatione actuum quaritur. Memoriam deinde obligationis, qua Deo ob- stricti sumus, innouatione actuum nostrorum inquirimus, sine qua nostræ vocationi satisfacere minimè valemus. Memoria enim eorum, quæ acturi sumus, agendorum, & memoria debito- rum exsolutionis, & recordatio beneficiorum, gratiarum actionis initium est. Qua sublata, & mente obliuionis vitio illigata nec facies id, ad quod teneris, nec debita exsolues, nec pro do- nis acceptis, quorum minimè recordaris, gra- tias ages. In tantum memoria operi coniuncta est, vt sæpe in Scripturis sanctis pro ipsa actione

Abac. 3. sumatur. *Cum iratus fueris*, inquit Abacuc pro- pheta, *miseriordia recordaberis*. Id est, in nos tuas
2. miserationes effundes. Et B. Virgo: *Suscepit Israel*
Lucæ 1. puerum suum, *recordatus misericordie sue*. Hoc
54. est, faciens cum illo misericordiam suam. Ange-
Actuum lus quoque ad Cornelium: *Orationes tue, eleemo-
10.4. synæ tuæ, ascenderunt in memoriam in conspectu Dei*.
Id scilicet assequutæ sunt, vt Deus tui misertus ad

Triplici memoria à malo anima custodi- tur. filij sui cognitionem vocaret. Meritò autem hic modus loquendi inductus est, quoniam recorda- tio excitat affectum, & impellit ad opus; quæ, si desit, neque desideratio boni, cuius obliti sumus, tangimur, neque ad opus incitatur. Bernardus sanè triplici memoria propriæ professionis, cœ- lestis patriæ, & æternæ pœnæ existimat animam ab omni malo custodiri. [Ne ergo, inquit, à me-
Serm. de m. & diuino. tripl. indic. propr. hum. & diuino. memoria repellat Deum irruens turba plurimarum cogitationum, quæ solent effluere tanquam

vilis

vilis plebs in atrium, ponatur ad eius portam ianitor, cuius nomen est, recordatio propriæ professionis: aut cum turpibus sese cogitationibus senserit animus prægauri, increpet se, & dicat sibi: Tunc hæc debes cogitare, qui sacerdos es, qui clericus es, qui monachus es: Cultor iustitiæ debet in se quiequam iniquum admittere? Decet seruum Christi, amatorem Dei tale aliquid ad modicum meditari? Hæc dicendo excludet fluxum illicitæ cogitationis, per recordationem propriæ professionis. Similiter ad portam voluntatis, in qua solent manere carnalia desideria, tanquam in domo, domestica familia, statuatur ostiarius, qui vocatur, recordatio cœlestis patriæ. Hic enim potest prauum desiderium quasi cuneus cuneum expellere, & ipsum, qui ait: *Ecce Apoc. 3. 20.* *sto ad ostium, & pulso, sine cunctatione recipere.* Iam verò ad thalamum rationis talis, & tam ferrox adhibendus est custos, qui nemini parcat, sed quicumque hostis siue clam, siue palam ingredi præsumperit, procul eum arceat; & sic sit recordatio gehennæ.] Est igitur magni momenti memoria obligationis nostræ, vt apud Dominum fideles inueniamur. Renouatio verò nostri spiritus, quã modò tractamus, manifestè hanc memoriam accersit. Postea enim dicemus, ad eã requiri, vt recordemur beneficij vocationis ad gratiarum actionem, peccatorũ, & imperfectionũ, quas admisimus, ad contritionem, & eorũ, quæ facere debemus ad nouũ concipiendum feruorẽ. Memoria beneficiorũ ad alia postulanda vocat, postulatio verò nouas miserationes impetrat. *Memor fui dietrã antiquorum* (quãdo nimirũ à seculi periculis, &

Renouatione memoria salis accersitur.

Nouas miserationes impetrat. Psal. 142. 5.

mise

miseriis me vocasti) meditatus sum in omnibus operibus tuis, quæ mecum fecisti, & in factis manuum tuarum meditabar, in donis scilicet, quæ mihi dedisti. Hinc autem quid sequutum est?

6. *Expandi manus meas ad te per ferventem orationem, anima mea sicut terra sine aqua tibi per magnum ampliorum donorum desiderium, quod tu animam meam gratia irrigans, & donis vestiens gratum habuisti. Memoria peccatorum dolorem, dolor spem, spes autem, quæ non confundit, veniam assequitur. Recordare,*

Thren.
3. 19.

10.

ô anima mea, paupertatis mea, (in quam peccando incurri) absinthij, & fellis, quæ delinquendo hausi. Memoria ræmor ero, non obliuiscar delicta, à me patrata; & tabescet, humiliabitur, ac deicietur anima mea. Hæc recolens ad penitentiam in corde meo ideo sperabo. Misericordia Domini, quia non sumus consumpti: quia non defecerunt (quibus me sustinuit, & indulgentiam prærogavit) miserationes eius. Memoria tandem eorum, ad quæ tenemur, nos prouidos facit, & curam laborandi ingerit. Formica

Prou. 30.

25.

Formica-
rum in-

stinctus
admi-
randus.

Ad Psal.

48. in

illud:

Simul in-

spiciens,

& stul-

tus peri-

bunt.

ea populus infirmus naturæ instinctu ad tempus futurum attendens, preparat in messe cibum sibi: ne post collectos manipulos, si non sibi prouiderit, esurire cogatur. [Tu ergo intellige, vt scribit Augustinus, in quo malo sis modò, & prospice, vt in bonis sis in posterum. Intelligendo, in quo malo sis, non eris insipiens; & prospiciendo tibi in futurum, non eris imprudens.] Magni ergo ponderis est ista renouatio, ex qua tam multiplex, & salutaris memoria procedit.

Hac denique innouatione stabilitatem in ac-
cepto vitæ instituto, & perseuerantiam in pri-
mo religiosè viuendi proposito comparamus,
qua nihil magis necessarium esse perspicitur.
*Non enim, qui cœperit, sed qui perseuerauerit usque
in finem, hic saluus erit.* [Parum est, inquit Cy-
prianus, adipisci aliquid potuisse, plus est, quod
adeptum est, posse seruare.] Sicut & fides ipsa,
& natiuitas salutaris non accepta, sed custo-
dita viuificat. Nec statim consecutio, sed con-
summatio hominem Deo seruat. *Homo sanctus,*
inquit Ecclesiasticus, *manet sicut sol: nam stultus
sicut luna mutatur.* Stultis autem non merces
promittitur, sed pœna, suppliciumque decer-
nitur. Optimè ergo dixit Basiliius: [Id tibi per-
spectum velim, frater, & persuasum, non cum,
qui bene cœpit, continuè debere decerni per-
fectum ex quacunque delineatione pij operis,
sed quisquis legitimo cursu stadium istius semel
absoluit vitæ, hic Dei iudicio comprobatur.]
Audeo dicere, vniversi fideles, qui à suo fine
deficiunt, & in æternum pereunt, ob vitium in-
stabilitatis damnantur. *Quia nimirum, vt ait
Paulus, primam fidem irrisam fecerunt, & in eo
bono, quod cœperunt, minimè perseuerarunt.*
Si verò absque stabilitate, & constantia salus
non est, quónam modo perfectio salutis, & proba-
tata, ac perfecta virtus erit?

Accipe nunc quo pacto renouatio stabilitatis
sit causa. Cùm tempus præteritum malè con-
sumptum, & in distractionibus, & imperfe-
ctionibus impensum respicis, quod temporis
tibi superest, redimere, & bene collocare, & ad
pristi

*Stabilitate
in arre-
pro vita
instituto
renoua-
tione cõ-
paratur,
& que no-
ti illa in-
terfit.*
Matth.
24. 14.

Lib. x.
epist. 5.
Eocl. 27.
12.
Epist. ad
Chilon.

1. Tim.
5. 12.

*Quomodo
perse-
uerantia
renoua-
tione
causetur,*

præſtinum feraorem te redigere geſtis: Sicut qui in lapidem impegit, & cecidit, citiùs ſurgere, & velociùs ambulare contendit. Ita ſpiritualis vir, per ignauiam in via ſedit, feruentiùs ſurgit, & currit, vt iam non deſideriis hominum, ſed voluntati Dei, quod reliquum eſt in carne viuat temporis. Cum dignitatem tui ſtatus, & pretioſum donum vocationis intueris, in eo permanere, & quæ ad permanentiam ſunt neceſſaria præſtare conſtituis. Si enim ſenator, aut dux, aut rex nolunt ſuas dignitates perdere, quomodo tu, ſi magnitudinem tui ſtatus agnoſcis, in animum induces aliquid facere, quo illum poſſis amittere. Dices proſectò cum magna exultatione: *Bonum eſt nos hîc eſſe. Quia nimirum coniectaris, illam benedictionem tibi paratam, quæ habetur in libro Ruth: Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenâ mercedem recipias à Domino Deo Iſraël, ad quem veniſti, & ſub cuius confugiſti alas. Cum ſancta propoſita intermiſſa reſumis, ſtabilitatem in vitæ puritate antea cepta proponis. Propoſitum autem efficax opus ſequitur, & quod erat inchoatum, perficitur. Dixit Iudas Machabæus ad populum: *Aſcendamus nunc mundare ſancta, & renouare.* Poſt hoc verò propoſitum, templi emundationem, ac reædificationem legimus, & quid faciant propoſita reſumpta, perdiſcimus. Ex his ergo omnibus liquet, innouationem ſpiritus diligentiffimè eſſe faciendam, ex qua tot comoda, & vtilitates oriuntur.*

Quando fiet renouatio. §. 3.

Iam his auditis, & animo conſideratis, renouationis deſiderio, ô vir religioſe, flammæ, & quibus

1. Petr.
4. 3.

Matth.
17. 4.

Ruth 2.
12.

1. Mach.
4. 36.

quibus temporibus sis renouandus inquiris. Omne tempus huius vitæ tempus innouationis est, quod ad hoc nobis concessum est, vt vetustate hominis terreni deseramus, & nouum hominem Christum sequentes in nouitate vitæ ambulemus. Sed quia hoc loco de speciali quadam innouatione loquimur, qua aliquantulū tepefacti ad pristinum feruorem redimus, ea frequenter assumenda est, quia frequenter cadimus, & nō multis diebus in desiderii perfectionis intepefcimus. Et quidem Thomas à Campis author piissimus circa præcipuas sanctorum solennitates huic innouationi insistendum præcipit: [Circa principalia festa, inquit, renouanda sunt bona exercitia, & sanctorū suffragia feruentius imploranda. De festo in festum proponere debemus, quasi tunc de seculo migraturi simus, & ad æternū festum peruenturi.] Sed vt aliquid facilius dicamus, bis singulis annis (vt constitutum est) te innouabis, & quasi noua indumenta virtutis indues. Si enim per singulos annos hyeme, & vere, indumenta corporis mutas, & ea pro tēporis necessitate innouari vis, cur non etiam vestimenta animæ refarcies, & in melius innouata mutabis.

Dies natales hominum celebrantur (vt supra vidimus) non solum illorum, qui peccatis dediti sunt, vt voluit Origenes, sed & eorum etiam, qui virtuti sunt consecrati. Et tu in professione religiosa Deo, & nouæ vitæ natus es, cur non eam latitiæ signis, & noua approbatione perficies. Dies etiā mortis fidelium anniuersaria celebritate colitur, & pro eis incruentū sacrificiū offertur. Tu verò in religiosa similiter professione

mortuus

Omne
vita tem-
pus reno-
uationis
est.

Circa
præcipuas
sanctorū
solenni-
tates illi
insisten-
dum.

Bis sin-
gulis an-
nis præci-
pue fa-
cienda.

Professio-
nis dies
non sine
latitia
transi-
genda.

Hom. 8.
in Leuit.

mortuus es mundo, & actibus eius, vt Deo viuas, & per nouam conuersionem inter sanctè viuentes degas. Hunc ergo diem mortis, quæ utique melior est die natiuitatis, non sine celebritate recoles. Dies præterea baptismi, quo scilicet quis per aquam regenerationis abluitur, à viris spiritualibus (quod B. Gertrudis faciebat) non sine gratiarum actione, & celebritate transigitur. Professio autem religiosa, vt Hieronymus, Bernardus, & alij docent, est quasi alter baptismus, quo à pristina conuersione mundamur, & ad nouam vitam generamur. Non igitur sine celebritate relinquatur. Deo consecrati instar templi sumus, quotannis diem huius consecrationis festum agamus. In milites electi iurandum militare repetamus. Tanto beneficio donati animum gratum erga donatorem monstremus. Nec tantum semel, sed & bis hæc renouatio fiat, vt subinde inflammemur, qui sæpe tepesfacti ad segnitiam conuertimur.

Quibus constet renouatio. §. 4.

*Tribus
constat
renouatio.
De grat.
& lib.
arb. ad
finem.*

Iam audi, in quo posita sit ista renouatio. Bernardus tribus constare docet: [In his tribus, inquit, interior renouatio consistit, rectitudine scilicet intentionis, paritate affectionis, recordatione bonæ operationis, per quam sibi bene conscia memoria enitescit.] Rectè quidem. Nam si intentionem amplius, & amplius rectificamus, si affectus magis, ac magis emundamus, si actiones pias, & bonas, quibus pro ratione status intendimus, sollicitius expolimus, non
dubium,

dubium, quin ad quandam spiritualement reuocabimur. Sed vt hæc consequamur, sciendum est, renouationem ad spiritum pertinere, & in reditu ad Christi imitationem, aut, si ab ea non discessimus, in maiori huius imitationis perfectione constitutam esse. Id Paulus dicit: *Renouamini spiritu mentis vestra*, id est, Spiritu sancto descendente in mentem vestram, & induite *nouum hominem*, scilicet Christum, *qui secundum Deum creatus est*, & quasi de nouo formatus in vobis, *in iustitia, & sanctitate veritatis*, id est, per veram iustitiam, & sanctitatem. Renouationis itaque subiectum est spiritus, siue mens nostra, author, seu causa efficiens est Spiritus sanctus, forma verò, imitatio perfectior Christi per veram sanctitatem, atque iustitiam. Spiritui sancto huius renouationis auctori sumus cooperaturi: vult enim vt humano modo, scilicet cognitione, & voluntate crescamus. Imitationem autem Christi secessione à malo, & auctione boni sumus prouecturi. Hæc autem, o vir religiose, cum Dei gratia consequeris, si ita procedas.

Tres, vt minimum, dies ad hanc renouationem faciendam, sicut ad magni momenti negotium assumes, in quibus licet ab ordinariis occupationibus, quæ succidi non possint, non te omnino subtrahas, tamen sic quasdam moderaberis, & sic alias in totum pones, vt tempus ad prolixam meditationem, & longam lectionem, & ad solita deuotionis officia tibi non desit. A colloquiis autem inutilibus penitus abstinerebis. [Quia, vt Gregorius scribit, sæpe animus, qui renouari in Deo per praua colloquia iterum ve-

In perfecta Christi imitatione constituta.

Ephes. 4.

23.

Per dies tres illi insistentiam.

Lib. 12.

Epist. 1.

Ind. 7.

cap. 25.

terascit. [His tribus diebus quædã erũt exercitia communia, quædam verò vnicuique dici specialia. Communia erunt tria, corporis calligatio, externa apud fratres humiliatio, & spiritualium librorum lectio.

Aliquam
extraor-
dinariam
corporis
afflictio-
nem assumen-
dam.

Quod ad corporis castigationem attinet, his diebus præter ordinariam carnis afflictionem ex consensu prælati, aut magistri spiritualis aliquam extraordinariam assumes. Cum enim aliquid magnum à Domino volumus obtinere, solemus corporis castigatione præparari, vt sicut mater pusionis lacrymis flectitur, ita Dõ s̄nus, qui tenerrimè nos diligit, fletu, & afflictionibus nostris ad dandum prouocetur.

Deus illa
flectitur.

Jonæ 3.

7.

Iudith

9. I.

3. Reg.

21. 28.

Sic rex Ninine cum omnibus suis ieiunio, & sacco, & cinere peccatorum indulgentiam obtinuit. Sic Iudith cilicio, & cinere capiti imposito Holofernis superbiam fregit, & vires Assyriorum contriuit. Sic Achab ieiunio, & sacco, & humilatione commertam à se indignationem auertit. Tu autem cupis erratorum veniam impetrare, Deum placare, & hostem infestissimam ignauiam prosterne. Equum est ergo, vt his diebus maiori cura corpus affligas, & in hoc atdens desiderium tuæ renouationis, ac maiotis perfectionis ostendas.

Lib. 3.

cap. 12.

Externa

humilia-

tiones fre-

quentioras.

De externa humiliatione nihil occurrit dicendum præter id quod supra diximus de retinendis propriæ despicientiæ signis, quæ his diebus frequentius, vel ad propriam necessitatem, vel ad aliorum exemplum, & ad conseruationem sanctæ consuetudinis in nostram religionem inuectæ, sunt etiam ab antiquioribus, &

gra

gravioribus Patribus usurpanda. Certè Ioannes
 Mauburnus vir pius, & doctus, & de disciplina
 religiosa expositione bene meritus vnam igno-
 rantiam tepidorum, & malorum religiosorum
 putat, has externas humiliations spernere, &
 de earum exercitatione detrahere. Hos namque
 religiosos per vulpes intelligens, quæ demo-
 liuntur religionis vineam, sic ait: [Aggredien-
 tes primò, & principaliter vinearum fructus,
 deuastare sacrae religionis vsus, & consuetudines
 bonas, & laudabiles conantur demoliri. Hæc
 sunt humilia deuotionis, & mortificationis e-
 xercitia, vt petere veniam ante mensas, comede-
 re de pauimento, rogare orationes fratrum, &
 huiusmodi. Hæc arguunt in hunc, vel consim-
 lem modum pro calliditate proprij sensus.
 Quid, inquit, vobis cum his nouitatibus,
 humiliationsibus, laboribus rusticanis, alijs que
 phantasiis: Quare non sufficiant vobis regula, &
 religionis statuta? Non estis obligati ad rari-
 tas. Quibus constanter respondendum, quod huius-
 modi mortificationis, & humiliations exercitia
 non sunt noua, recentia, & adinuentitia, sed anti-
 qua sacrae religionis, primaria, & fundamenta
 instituta, imò fructus religionis, sine quibus
 parum sunt regula, & statuta, quemad-
 modum viror, seu flores absque fructu. Non
 quam hæc vulpes taliter dicerent, si spiritum
 Dei, & sanctorum Patrum haberent. Per huiusmo-
 di exercitia religio incepta, & increuit, vt patet
 ex Climaco, Cassiano, & Patrum institutis; & ex
 illustribus viris, & Sanctorum regulis; vbi apparèt
 innumerabiles exercitatio nos, & humiliations

*Tp idire-
 ligiosi vul-
 pes sunt
 religionis
 vsus co-
 nantes de-
 moliri.*

Rosetū
 tomo 2.
 cap 3.
 mēb 3.

*et vult
 -catam
 -chabur
 -ria cap
 b mion
 -mabur
 sig
 h 28
 -mion*

etiam in summis prælatis. Quemadmodum de sancto Malachia commemorat Bernardus. quòd etiam tempore Episcopatus sollicitus ipse sua vice coquinam egit, & scultellas lauit.] Hæc ille. Ista non tantum à secularibus, si ea nouerint, verum & ab imperfectis quibusdam religiosis contemnuntur, & quasi ludicra habentur. Sed verè sunt seria, & cum deuotè ea ex compunctione fiunt, miram in modum vtilia, cum illo facto Dauidis similitudinem habent, quo *subliebat, & saltabat coram Domino. Qui* huius egregij facti causa ab vxore contemptus, respondit ei: *Ludam, & vilior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis.*

2. Reg. 6. 16.
22.

*Bonus hu-
milatio-
nis ludus,
quo dia-
bolus il-
luditur.
Epist.
82 ad
Ogeriũ.*

Sic boni religiosi, & feruidi quasi ludunt, vt diabolo, ac superbix illudant, & apud ancillas Domini, hoc est, animas sanctas, gloriosiores appareant. [Bonus ludus, inquit Bernardus, quo Michol irascitur, & Deus delectatur. Bonus ludus, qui hominibus quidem ridiculum, sed Angelis pulcherrimum spectaculum præbet. Bonus, inquam, ludus, quo efficitur opprobrium abundantibus, & despectio superbis. Nam re vera quid aliud secularibus, quàm ludere videmur: eum, quod ipsi appetunt in hoc seculo, nos per contrarium fugimus, & quod ipsi fugiunt, nos appetimus? More scilicet ioculatorum, & saltatorum, qui capite misso deorsum, pedibusque sursum erectis, præter humanum vsum stans manibus, vel incedunt, & sic in se omnium oculos defigunt. Non est hic ludus puerilis, non est de theatro, qui scemineis, fœdisque anfractibus prouocet libidinem,

dinem, & actus sordidos repræsentet. Sed est ludus iocundus, honestus, grauis, spectabilis, qui cœlestium spectatorum delectare possit aspectus. Hoc casto, & religioso ludo lubebat, qui dicebat: *Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.* Hoc ludo, & nos interrim ludamus, vt illudamur, confundamur, & humiliemur donec veniat, qui potentes deponit, & exaltat humiles, qui nos latificet, glorificet, in æternū exaltet. ¶ Nulla ergo tibi imperfectorum ratio sit, imitare perfectos, & ad innouationem spiritus humilitate te para. Deus humiles exaltat, humilium votis annuit, ægrotorum curam gerit, illisque salutem, sanitatēque restituit; sanos verò, id est, superbos, qui his medicamentis se non egere putant, irridet, atque contemnit.

De lectione id dicendum censeo, vt ea legas, non quæ curiositatem pascant, sed quæ compunctione, & bonorum desideriorum excitatione proficiant. Lectio autem regularum tum commaniam, tum muneris tui, huic temporis accommodatissima est, vt in eis, tanquam in speculo, tuas fœditates videas, & te ad munditiam comparandam, atque ad emendationem accingas. Leges eas, non cursim, & festinanter, sed paulatim, & consideratè, vt meditatio lectioni coniuncta multa statuatur postmodum faciendæ, & vitandæ, quæ cura diligens profectus adimpleat. Liber sacer, aut spiritualis (authore Gregorio) quasi argenti vena est, quem ad hoc legimus, vt quasi effodientes terram thesaurum compunctionis, & deuotionis

Corint.
4.9.

Paula-
tim, &
artitè la-
gendare-
gula.

18. Mor.
cap. 14.
Liber sa-
cer, argenti
vena.

eruantis. Hunc autem thesaurum minime reperies, si attentio, & meditatio lectionem non sequitur, vel si non ad afficiendum animum ordinetur. In hoc ergo regularum speculorum pulchritudinem, aut fecunditatem considerabis. Cum enim regulæ contineant mandata, aut consilia diuina; aut ea, quæ sunt Dei voluntati conformia, merito (vt alio loco diximus) speculo comparatae sunt. De quibus etiam illud intelligi potest Leonis Papæ: [Artifex misericordia Dei splendidissimum in mandatis suis speculum condidit, in quo homo mentis suæ faciem inspiceret, & quam conformis imagini Dei, aut quam dissimilis esset, agnosceret.] Et ad idem

Speculo
regulae
comparantur.
11. Quæ
dragel.

Gregorius, specula mulierum, ex quibus factum est labrum, mysticè interpretans ait: [Specula mulierum sunt præcepta Dei, in quibus se sancta anima semper aspiciunt, cogitationum vitia corrigunt, & quasi renitentes vultus, veluti lex reddita imagine, componunt. Quia, dum præceptis dominicis solerter intendunt, in eis proculdubio vel quid in se celesti viro placeat, vel quid displiceat, agnoscent.] Assumes itaque legendo regularum specula vt in illis teipsum hisce diebus inspicias, & quod minus est, compositum emendes, quod verò emendatum est, perficias, & polims.

2. Mor.
cap. 1.

Exercitia particularia horum trium dierum orationem, ac meditationem deuorant. Deberes enim in quolibet die quatuor horis meditationi vacare, & diuersa exercitia ad manum habere. Primum diem gratiarum actioni, pro

Quomodo
meditatio
triduo
dies distri
buitur.

vo
hoc
con
ctur
uiar
bis.
ris
die
insp
ea a
lo l

P
log
De
die
nost
ter
ipi
no
uer
fui
de
qu
uo
od

pro
voca

vocationis religiosæ beneficio consecrabis, & hoc magnum donum considerabis. Secundum compunctioni, & detestationi tuorum defectuum dedicabis, & tuam malitiam, & ignauiam, & ingratitude[m] mediteris, & lugebis. Item & eodem die generaliter confiteberis, & rationem conscientia[e] reddes. Tertio die, quomodo tibi in posterum sit viuendum, inspicias. Sed quia hæc vtilissima sunt, volo ea ad tuum vsum in sequentibus capitibus paulo latius exponere.

CAPVT V.

De primo die renouationis, quo nos Deo gratos exhibemus.

P O S S V M V S quidem de nobis spirituali-
 ter intelligere, quod Moses ad Pharaonem Via trium dierum ad spirituale sacrificiū peragēda. Exod. 3.
 loquens de populo Hebræorum dixit: *Dominus Deus Hebræorum vocauit nos; ibimus viam trium dierum in solitudinem, vt immolemus Domino Deo nostro.*] Ipse Dominus Deus eorum, qui confi-
 tentur nomini eius, vtique nos vocat, vt nos ipsos immolemus per repetitionem votorum nostrorum in gloriam eius, & sic spiritu renouemur. Ipse suadet, (nam hæc inspiratio eius fuit, ex qua tot, ac tanta bona promanare videmus) vt viam trium dierum conficiamus, qua animus seipsum bene dispositum, & deuotum, ac collectum ad hoc holocaustum in odorem suauitatis immolandum inueniat.

Primo die se præparabit gratitudine. Secundo die se disponet compunctione. Tertio die desiderata, ac spiritus concepta suorum morum emendatione. Vel potius his tribus diebus tria Deo sacrificia offeret, vt quarto die feruentius, ac deuotius semetipsum, vt holocaustum gratissimum, immolet. Hæc enim tria sacrificia esse, Bernardus palam testatur, dicens: [Tria sunt sacrificia: Pia contritio habens butyrum humilitatis, & absynthium indignationis: digna operatio habens oleum discretionis, & actum confusionis: gratiarum actio habens balsamum deuotionis, & bonum gratitudinis.] Per hæc sacrificia ad offerendum illud holocaustum venimus, quo iuxta Gregorium, omne quod habemus, omne quod viuimus, omne quod sapimus, Deo vouemus. Paupertas omne, quod habemus, immolat, castitas omne, quod viuimus, obedientia omne, quod sapimus, vt sic Deo in totum oblata illi soli in æternum viuamus.

In sentē.
tiii.

*Tria reli-
gionis vo-
ta holo-
caustum
sunt.*

Hom.
20. in
Ezech.

*Sacrificiū
laudis pro
vocationis bene-
ficio pri-
mo die of-
ferendum.*

Psal. 49.
14.

Ad hunc itaque primum diem pertinet sacrificium laudis, & gratiarum actionis pro insigni religiosæ vocationis beneficio, quod, qui non magno pretio habet, ingrattissimus est. Gratiarum actio sacrificium est laudis, quod præcedat redditionem votorum necesse est. Sic enim possumus interpretari illud Dauidis: *Immola Deo sacrificium laudis; & redde Altissimo vota tua.* Cùm enim non solum ore, sed ex intimis præcordiis Deum pro beneficio vocationis laudaueris, tunc

tunc vota paupertatis, castitatis, obedientiæ, quibus illigatus es, alacriter repetes, & fideliter adimplebis. Hoc sacrificium gratissimum est Domino. Nam *sacrificium*, inquit, *laudis honorificabis me*; & illic, idest, in eo sacrificio iter est, quo ostendam illi, qui huiusmodi sacrificium immolauerit, *salutare Dei*. Diliget Dominus gratum, è contra verò auersabitur, & odio habebit ingratum. Quòd si pro paruis beneficiis cõparatione aliorum gratias quærit: vnde & à filio vnigenito pro quinque panibus hordeaceis gratias exegit, pro hoc maximo beneficio non requiret? [Certè peremptoria res est, inquit Bernardus, ingratitude hostis gratiæ, inimica salutis. Dico ergo vobis, quoniam pro meo sapere, nihil ita displicet Deo, præsertim in filiis gratiæ, in hominibus conuersationis, quemadmodum ingratitude. Vias enim obstruit gratiæ, & vbi fuerit illa, iam gratia accessum non inuenit, locum non habet.] Tu autem filius es gratiæ per Dei misericordiam, & homo conuersionis, qui iam à seculo ad Dei perfectum obsequium conuersus es, vide, ne tantum beneficium obliuiscaris, & vt ingrattissimus gratiæ dono priueris.

Si in te magnam aestimationem beneficij vocationis non senseris, time, ac treme, ne gratiam vocationis amiseris. Hæc enim non est, corpore tantùm ad modum statuæ, in cœno- bio habitare, sed mente tanti doni dignitatem, & valorem agnoscere, & secundùm

Deo est
gratissimum.
Psal. 49.
23.

Deus pro
omnibus
beneficiis
gratias
requirit.
Serm. 2.
de Euãg.
7. panũ.

Magnam
estimatione
ne voca-
tionis non
sentire,
prauum
iudicium
est.

illud mores emendare, & vitam iuxta regulam instituire. Si autem te pœniteret vitam mutasse, aut frigidus, & indeuotus, & non bene erga tuum statum affectus, in eo peristeres, haudquam vitam eo dignam ages, nec mores tuos iuxta regulam, & instituta compones, nec te pronum ad regulæ custodiam, & tui abnegationem senties. At qui sic se habet, licet corpore in cœnobio degat, sua tamen culpa gratiam vocationis perdidit. Curandum ergo tibi est, vt eam recuperes. Huius verò initium erit, beneficium vocationis agnoscere, & animum erga Dominum, qui te vocauit, gratum induere. Nam ex hoc orietur, vt iuxta vocationem tuam viuere enitaris, & ad gratiam vocationis redire. Quam Dominus, cuius dona sine pœnitentia sunt, paratus est restituere, si nos, quod in nobis est, sua gratia faciamus, & ad feruorem pristinum remeare curemus.

*Quomodo
recuperā-
da.*

*Quatuor
medita-
tiones cui-
libet diei
assignan-
tur.*

Ad hanc gratiarum actionem tam multis nominibus debitam beneficiis vocationis meditatione te incitabis. Et quoniam, si nostrum consilium tibi placuit, quatuor horis hoc die orationi, seu meditationi es vacaturus, volo tibi aliquam opem ferre, & quatuor meditationes proponere, (quod etiam in duobus sequentibus diebus faciam) vt ad gratiarum actionem pro hoc insigni beneficio pronoceris. Ex quibus considerationes, quæ tibi placuerint, assumes; reliquas verò in aliud tempus renouationis reseruabis, vel in totum dimittes. Te igitur his orationis temporibus ante Christum Dominum

minum Angelis circumseptum attenta consideratione constitue, vel certè fidei oculis Deum in sua Deitate, sicut re vera est, præsentem intueri. Postula ab eo humiliter, & deuotè, ut tibi oculos mentis aperiat, quibus magnitudinem beneficij vocationis, religiose cognoscas, & pro eo immensas gratias agas. His autem pro more præmissis, locum Isaia, de vinea Domini Sabaoth ad meditationem adduces, ita dicentis: *Vinea facta est dilectio mea in cornu filij olei. Et sepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit eam electam, & edificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea.*

Isaia 5.
1. 2.

*De vinea religiose vite, ad quam
Deus nos vocauit.*

MEDITATIO I.

I. Punctum. Considera, quisnam tu, & qualis eras in seculo. Vnus profectò ex illis, qui erant in foro otiosi. Utinam otiosus, & non supra modum flagitiosus. Quanta mala, & peccata admittebas, quàm sine metu iniquitatem velut aquam bibebas? quàm multa inania, & absurda, & profana in posterum à te assequenda, aut agenda cogitabas? Deus autem non breui tempore, imò fortè multis annis patienter te errantem pertulit, peccantem dissimulando expectauit, persistentem in flagitijs in infernum non coniecit, pro malis bona reddidit, & beneficia tum communia omnibus, tum tibi specialia non negauit. Vocabat, & reuebas, extendebat ipse manus suas, & non exaudiebas. Quòd si aliquando ad mentem redibas, post modicum bona

Benigne
Deus hominem in
seculo peccantem
pertulit.
Math.
20. 4.

ta pertasus ad consueta flagitia repedabas. Ipse autem patienter agebat propter te, nolens te perire, sed cupiens te ad pœnitentiã reuerti. Vide igitur, & adora benignissimum patrem iam non tantùm recipientem eum, qui à se recesserat filium, & abierat in regionem malitiæ longinquam, verùm & post ipsum ex amore clamantem, eumque benignè quarentem.

*In voca-
tione se
benignif-
simū Pa-
trē ostendit.*

2. Dominus in vocatione tua se benignissimum erga te patrem ostendit, quia non contentus te ad pœnitentiã, & communem iustitiã vocare; sicut vocat plurimos, cum paucis ad vitam vocauit, & ad vitam religiosam, ac ad iter perfectionis allexit. Nec solùm hoc, verùm & congrua vocatione inuitauit, & bonam voluntatem, principium omnis boni, vt sibi vocanti obedire, immisit, & te efficaciter respondere fecit. Sed attentè perpende, vnde te hic amantissimus pater eduxit. Profectò tanquam alterum Noë te eripuit de diluuiò: tanquam Abraham de Vr Chaldæorum: tanquam Loth de Sodomis: tanquam Israël de seruitute Pharaonis. Nam inanibus curis immergebaris, concupiscentiæ igne accendebaris; pessimis hominibus, quorum exemplo caderes, cingebaris, & dæmonis seruitute premebaris. Eduxit te de manu hostis tui, scilicet seculi, qui totus in maligno positus est, & te per portas quinque sensuum oppugnabat, imò & non semel expugnabat. Eduxit te de innumeris malis, à quibus non eximuntur, qui mundo seruiunt, in quo, quanta sint vana, quanta fœda, quanta molesta, quis enumerabit? Eduxit te de multis miseriis; nam si
pauper

*Seculum
malorum
sentina.*

pauper eras, ob defectum temporalium te miserum reputabas, si diues, miser eras, cui bona à Domino, data in abusum erant, & ad perditionem iuuabant. Pericula autem ex quibus eductus es, quis animo complectatur, quae deesse non possunt in mari seculi, in deserto mundi, in exilio prophanæ vitæ? Ab his omnibus malis te eripuit non rogatus, sed oppugnatus à te, & mille peccatorum generibus ad te deserendum prouocatus. *Consistentur ergo Domino misericordiae eius, & mirabilia eius filiis hominum. Quia contriuit portas areas, & vectes ferreos confregit. Quia non dedit te in captionem dentibus eorum. Quia animam tuam sicut passerculum, eripuit de laqueo venantium. Laqueo contrito tu liberatus es, & adiutorium tuum in nomine Domini.*

3. A deserto te Dominus abstulit, in quo à bestiis, scilicet à dæmonibus, conculcareris, & in lectissima vinea cõstituit. Ecclesia est *vinea magna Domini Sabaoth, & vir verè fidelis germen eius delectabile.* At in hac vinea magna sunt aliæ vineæ numero vitium minores, sed Domino vineæ charissimæ, & fructu sanctitatis, & bonorum operum abundantissimæ, & gratias, ac donis refertissimæ. Est autem magna similitudo religionis, & vineæ. Hæc multitudo vitium confitatur, & ordine dispositarum, illa congregatio religiosorum regulis, & institutis optimis ordinatorum. Qui quidem optimè vitibus comparantur. Vitis vuas fert, ex quibus vinum exprimitur. Religiosus fructus suauissimos virtutis profert, ex quibus vinum sacræ doctrinæ expressum vino à sola scientia sine virtute educto mirum

Psal.

105. 15.

16.

Psal.

122. 6. 7.

8.

Isaia 5.

7.

Ecclesia

est vinea

magna,

minores

religiosi

ordines.

in

in modum antefertur. Vitis foliis, & pāpinis ornata omnibus arboribus pulchrior, spoliata omnibus deformior inuenitur. Religiolus modestia & silētio, & virtutibus vestitus formosior, his orbatus vniuersis hominibus fœdior, & cōtēptibilior iudicatur. Illa in terra plantata, & aquis irrigata est fœcundissima, euulla inutilissima, & nulli vsui nisi igni accommodata, secūdum illud Ezechielis: *Quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorū, quæ sunt inter ligna siluarū.* Et concludit, quod nihil vile ex eo fieri potest. Hic in suo statu manēs, & gratia vocationis rigatus, est virtutū feracissimus, ab eo verò reiectus est sterilissimus, & omnibus abominandus. Plātauit ergo te Dominus in vna harū vinearū istarū, vt vitis esses, vt fructus perfectionis ferres, vt musto sancti Spiritus abūdares. Hoc inestimabile beneficium est. Sed expende, in qua istarum vinearum te Dominus collocauit, vt de tuo statu læteris, & ei conuersatione satisfacere enitaris, & spiritu gratitudinis replearis.

Ezech.
15. 2.

De eximia perfectione huius vineæ.

M E D I T A T I O II.

I. Punctum. Vineæ hæc, ò vit. Dei in qua plantatus es, (sine præiudicio aliarum, quas debes suscipere) perfectissima est, & fructuum feracissima. Quod intelliges, si finem, si media, si opus spectes. Finis eius primus, & generalis, est maior gloria Dei, quam ex regula ipsa in omnibus tui magnis, tū paruis inquiri. Finis autem proximus, est magna, & exquisita perfectio animæ tuæ, & aliarum animarum totius mundi (si opus fuerit

Finis, media, & opus Societatis.

fuer
con
rata
qu
ar
tio
om
net.
prop
tu
que
tion
tium
liter
imp
qu
voc
ad h
dum
tico
nis
pria
non
mun
ne
ex ill
veloc
Vita
Nan
orab
quie
cedis
bat;

fuerit) peragratiōe quærita, & itinerum, & incommoditatum multarum perpeſſione procurata. Quo fine omnium religionum finis, & quid amplius continetur, & vita Apoſtolica arripitur, & Chriſti Saluatoris noſtri conuerſatio tibi imitanda proponitur. Hic, inquam, finis omnium ſanctarum religionum finem continet. Quoniam religiones ſolitariorum ſolum propriæ perfectioni, & contemplationi vacant: tu ſimiliter ex inſtituto propriæ perfectioni quærendæ, & orationi mentali, ac contemplationi exercendæ vacas. Religiones mendicantium in ſalutem animarum incumbunt: tu ſimiliter, qui vnâ earum profiteris, ex inſtituto impenſe in ſalutem animarum incumbis. Et quid amplius habes, quod proprium ſit huius vocatiōis tuæ? Sanè, quòd ea vōto, & inſtituto ad hanc ſalutem quærendam per totum mundum debes diſcurrere, & inter infideles, & hæreticos, (ſi oportuerit) commorari. Hic etiam finis vitam Apoſtolicam ſequitur, qui & propriam ſanctitatem quærebant, & ſuos labores non in vno loco ſtantes, ſed per vniuerſum mundum diſcurrentes in animarum conuerſione, & ſalute collocabant. Es namque tu vnus ex illis, quibus à Domino dictum eſt: *Ite Angeli veloces ad gentem conuulſam, & dilaceratam*, &c. Vitam denique Chriſti ſaluatoris imitatur. Nam ſi illè ad tempus ſedebat in deſertum, & orabat; tu quoque ſingulis diebus in locum quietum ad orandam, & contemplandum ſecedis. Si ipſe aſcendebat in templum, & docebat; tu etiam ex vocatiōe tua in urbibus, & templis

Eius fine omnium religionum finis continentur.

Vitam ſequitur Apoſtolicam.

Iſaiæ 18. 2.

Chriſti inſtitutum imitatur.

Lucæ 5. 16. Ioan. 7. 14.

Matth.
9. 35.

*templis viâ Dei doces. Si ipse omnes ciuitates, & ca-
stella ad docendû circuibat,* tu itidem ex propria
vocatione habes, vt vniuersum mûdû, aut partê,
quæ tibi obtigerit, ad idem munus obeundum
circumles. Ad magnâ itaque perfectionem vo-
catus es, ne sis obliuiosus, ne ingratus, sed affe-
cta gratias ago, & vita ad hanc perfectionem
status tui consequendam velociter curre.

*Quindocim vir-
tutes, qui-
bus ex re-
gula ani-
mæ ad
propositû
finem iu-
uantur,
media
illius sunt.*

2. Si media, quæ habes ad fructus ferendos om-
nis perfectionis, probè intelligeres, mirû in mo-
dû lætaberis, & nihil vltra requireres. Hæc sunt
eæ virtutes, aut virtutû actiones, quibus ex regu-
læ præscripto vites huius vineæ excoluntur, seu
animæ nostræ ad propositû finem iuuantur, quas
breuiter attingo; tu verò eas nõ cursim medita-
beris. I. Est cura castigationis corporis, nõ vna, &
eadem omnibus in commune proposita, quæ in om-
nes quadrare nõ posset, sed iuxta vires, & necessi-
tatem cuiusque nõ sine cõsilio prælati, aut Magi-
stri spiritus sapietèr inuecta. II. Maior, & exquisi-
tior cura abnegationis mētis, qua propriû iudi-
ciû reprimitur, voluntas abnegatur, & sensus, &
affectus strenuè cohibētur. III. Multiplex, & diu-
tina probatio, vt te bene tētatiuac mille experi-
mentis probatû inter religio cognoscas, & tu te
cognoscat, & in tui æstimatione non cæcutias.
IV. Conscientiæ clara, & humilis manifestatio,
qua tu ipse prælato vt Patri in bonis, & malis te
ipsum aperis; vt in bonis dirigaris, & in malis
eius cõsiliis emēderis. V. Non rara spiritus reno-
uatio, qua segnitiam deponis, & ad dies iuuentu-
tis, ceu spiritualis quædã aquila, id est, ad perditû
feruorem reuertaris. VI. Profunda humilitas, vt
in

in loco infimo te contineas, & nihil altum penitus ambias, & ad nihil intra, aut extra religionem ambiendum speciali voto te liges, ad eò vt inter nos (vt bene nosti) non solum culpa, sed & ignominia sit, verbo, aut signo ad dignitatem, aut locum speciosum aspirare. VII. Paupertas tam nuda, vt neque cellam obseratam habeas, neque in ea comestibilia, quanto minus alia pretiosiora admittas, neque acum sine facultate Prælati dare præsumas. VIII. Castitas sensuum custodia, & insigni modestia roborata, qua Angelicam puritatem æmulari teneris. IX. Obedientia tam prompta, vt sine vlla contradictione non solum in communibus, quæ sæpe incidunt, verum in magnis, ac difficillimis, vt in profectioe ad Indos, vel hæreticos, ac ad barbaras nationes parere debeas. X. Lectio spiritualis, quæ mentem rîgat. XI. Oratio mentalis, quæ miro modo purificat. XII. Eucharistiæ frequentia, quæ maxime roborat. XIII. Sublimis, & utilis in animabus saluandis occupatio, quæ ad maiorem circumspectionem obligat. XIV. Temporalium obliuio, quæ affatim suppeditantur, vt nihil te detineat. XV. Maxima in Christo vnio, & spiritualis amicitia, quæ in hoc statu non sine oblectatione detineat. His ad tuum finem consequendum iuuaris, & pro singulis ex toto corde gratias ages.

3. Opus autem multo vehementius, quam supradicta nos ad gratitudinem mouet. Quid est opus? Quod hæc omnia hactenus per gratiam Dei non tam sunt in codicibus scripta, quam in cordibus, & in operibus exarata. Implet

Opus est futurum virtutum exercitium.

I. Aluarez de vita rel.

T t namque.

Hebr. 8.
10.

namque Dominus in regula, ac legibus Societatis, quod de tota lege Christi, cuius hæc regula est pars, scribit Paulus, *Hoc est testamentum, quod disponam domui Israël post dies illos, dicit Dominus: dando leges meas in mentem eorum, & in corde eorum super scribam eas.* Quid enim, si tu, & alij non multi similes tui minus perfectè viuunt, an alij socij tui imperfectè quoque viuunt?

*Quanti
suo exē-
plo præ-
lucant.*

An non vides illos, quanta sollicitudine suarum mentium puritatem quærant, & in salutem animarum incumbant. Ita vt neque propter se aliorum salutis obliuiscantur, neque propter alios propriæ perfectionis curam deponant? Annon vides, illos pauperrimos nihil penitus possidentes; simplicissimos, nihil in corde ab oculis Prælatorum abscondentes; mansuetos, ignominias, & persecutiones ferentes; humillimos, sui contemptum, & nihili pensionem in omnibus quærentes; nihil nisi Christum, & eius gloriam cogitantes. Annon vides, quàm strenuè mortificationi se tradant, à curis parentum, & cognatorum, & negotiorum secularium se eximant, quàm expediti per mundum ad Dei gloriam quærendam discurrant? Absit arrogantia, frater, quia hæc aliena sunt, Dei nos protegentis sunt, quamdiu ipse custodierit, tamdiu durabunt. Absit, inquam, arrogantia, inter eos viuus, qui optimis exemplis te docent, & tuam duritiem emolliunt, & ad oscitantiam deponendum impellunt. Non dices, volo esse perfectus, & socij me impediunt, & me irrident, & verbis, & factis à regulæ custodia auerunt. Imò omnia te ad bonum protrocant, ad
perfe

perfectionem instigant. Esto gratus Domino, qui inter eos te constituit, à quibus ad salutem, & mentis puritatem prouocaris.

De spirituali muro, & munditia, & generositate huius vineæ.

MEDITATIO III.

I. Punctum. Nunc considera dona magna, & ineffabilia, quibus Dominus hanc suam vineam exornauit. *Sepiuit eam*, inquit Propheta, & cum audis sepem, non protectionem aliquam infirmam, aut communem intelligas, quia eam aduersus hostes inuisibiles, & visibiles muro inexpugnabili circumcinxit. Hinc ortum est, vt portæ inferi vsque modò non præualuerunt, nec (vt de benignitate Domini speramus) præualebunt aduersus eam. Murus eius multiplex auxilium Domini est. Nam & ad ipsam etiam dicitur: *Ne timeas, quia ego tecum sum; ne declines, quia ego Deus tuus: confortauit te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera iusti mei.* Murus eius Angelus in custodiâ illius deputatus est. Angelus magnus, sicut ipsa ad magna opera est vocata, qui immittit se in circuitu eius, & eripiet eam. Murus eius ipse Dominus eius est. Nam & ego ero ei, ait Dominus, *murus igneus in circuitu, & gloria ero in medio eius.* Ipse Iesus auctor est, & fundator eius; qui non sine speciali prouidentia suo nomine illam insigniuit, vt in medio eius esse intelligatur. Hoc triplici muro te ab hostibus inuisibilibus defendit: quo modo enim è seculo ueniens peccatis assuetus nullies non cecidisses, nisi

Multiplex vineæ protectio.

Murus varia Dei auxilia.

Haic 41. 10.

Murus Angelus.

Psal. 33. 8.

Murus ipse Deus Zachar. 2. 5.

si hoc muro cingereris? Ab hostibus quoque visibilibus protexit, non solum à malis, sed & à bonis, qui per ignorantiam persequentes hanc vineam, putabant se obsequiū præstare Deo. Ipse autem conatibus persequentium restitit, vt eum patrem agnoscamus, & cor gratitudinis plenum erga ipsum habeamus.

Lapides electi impedimenta proficiendi amota significant. Impedimenta sunt discolori. 2. *Et lapides elegit ex ea*, id est, amouit, vt esset munda, & abiecit ab ea. Prorsus ab hac spiritali vinea, id est, ab hoc statu nostro, quantum fieri potuit, omnia impedimenta perfectionis sublata sunt. Discolori enim & imperfecti vsque ad contemptum suæ salutis impedimento sunt aliis malo exemplo suo, ne fructificent; qui velut lapides obduruerunt, & omnem succum gratiæ ad viuificandum fructum ablegarunt. Hi statim, atque deprehenduntur, si emendari nolint, & iam post multos annos foras mittuntur, quia, cum non sint ex nobis, nobiscum permanere non possunt. Et hac ratione vinea amputatur, cum in ea, quidquid est inutile, ac noxium, abscinditur. Sed quos alios lapides, & quæ alia impedimenta reiecit? Certè omnia illa, quæ solent vitam religiosam fuscare, aut in totum delere. Impedimentum perfectionis, est ambitio, & procuratio dignitatum.

Procuratio dignitatum. Hæc ita radicitus sublata est, vt voto ad nullam dignitatem, nec intra religionem, nec extra ambiendam obstringamur. Impedimentum est, cura rerum temporalium corpori necessariorum? Hæc penitus est remota; quoniam in valetudine, & in ægitudine quæque necessaria cum magna charitate nobis ministrantur. Impedimentum est discolori

discordia? Hac nemo non videt, quàm longè sit à cœtibus nostris, quos omnes amor in Christo, & vinculum charitatis agglutinat. Impedimentum est distractio? Sed hanc cura Prælatorum de medio tollit, exitus ad ministeria admittentium, & ad vanitates, & ineptas consalutationes sua autoritate vetantium. Impedimentum tandem est aulicismus, & seclarium negotiorum admissio? At hæc omni conatu eliminare curamus, & væ illis, quorum causa id non omnino perficimus. Itaque lapides ab hac vinea selecti, & abiecti sunt, vt manens terra bona, & optima vites abundanter fructificent.

3. *Et plantauit eam electam.* Ita factè, nam optimo germine, & probatissimis, ac selectissimis surculis eam impleuit, vt optimum ex ea vinum exprimeret. Et quinquam hi surculi? Possimus intelligere Ignatium, & sanctos Patres fundatores nostros, quorum virtus eximia fuit. Sed aliter interpretor. Surculi probatissimi sunt spirituales sensus, & altissima perfectionis dictamina, quæ agricola, id est, S. Pater noster Ignatius in nostris mentibus seuit, quæ in ipso tyrociniò accepta nobiscum crescunt, & nisi euellantur, aut impediuntur, selectissimos virtutis fructus faciunt. Ab ipso ingressu ô frater, dic mihi, quid audisti? quid didicisti? quo lacte educatus es? In omnibus tum magnis, tum paruis solam diuinam gloriam quærito. Non tam timore pœnæ, & spe gloriæ, quàm ex nudo, & puro, & vehementi amore res facito. Non literas, non talenta, non dona naturalia, sed virtutes, sed sanctitatem, sed spiritum communicationis cum Do-

Distractio.

Aulicismus, & seclarium negotiorum admissio.

Surculi Ignatius & alij Patres fundatores possunt intelligi.

Altissima perfectionis dictamina, qua in ipso tyrociniò mētibus inseruntur. Quæ illi sunt.

662 *De vita religiosè instituenda,*
mino in primis charissima habeto. Conscien-
tiæ secreta, vt regaris, & à tentationibus libe-
reris, Prælati aperito, & in omnibus ad eos ac-
currito. Humilitatem, & tui contemptum in
primis diligit. Mundum, & omnia mundana,
honores, famam, magni nominis existimatio-
nem, & alia similia despice. Christum, & eius
insignia, ignominias, despectus, & afflictiones,
nulla tamen à te data iusta occasione, suscipito.
Iugi orationi, & contemplationi te tradito.
Promptissimam in omnibus obedientiam ser-
uato. In negotio castitatis quasi hominem te
esse nescito. Ad animas saluandas intentionis
rectitudine, omnium virtutum exercitatione, &
literarum apparatu te disponito. Ad sacerdo-
tium promotus Dei beneplacitum, tui perfe-
ctionem, & animarum conuersionem solum cu-
rato. Ac tandem vitam Angelis cognatam, &
planè cœlestem instituito. Hæc sunt virtutum
germina menti tuæ ab exordio tuæ conuersio-
nis insita. Annon fuit tibi Deus, benignissimus
Pater, qui tam sublimem doctrinam te docuit,
qui eius exercendæ ardens desiderium iniecit,
qui secundum illam te inchoare fecit? Plantauit
te vtrique vitem electam; pro tam insigni bene-
ficio gratias referto, & tam generoso germi-
ni virtutis fructu respondere curato.

*Turris in
medio a-
dificata,
studium
orationis
est.*

De turri, & torculari vineæ huius.

MEDITATIO IV.

I. Punctum. Perge adhuc meditando, &
admi

admirare alia dona Dei, quæ in hanc suam vineam contulit. *Edificavit turrem in medio eius.* Quæ autem est turris? Est orationis mentalis studium, quod hæc religio ex professo complectitur. Ex hac turri præterita, & præsentia, & futura intuetur, & in cœlestibus contemplandis suspenditur. Sed Deus in hac turri orationis edificanda in Societate est admirabilis. Nam donum orationis verè Apostolicum ei communicat, quòd mentes orantium in cœlestia effert, & ab actionibus externis animarum salutis necessariis non retrahit. Illud quidem quod Paulus his verbis expressit: *Sive mente excedimus, Deo; sive sobrii sumus, vobis. Caritas Christi urget.* Non enim paucos inter nostros Socios vidimus, ita Dei amore captos, ut & mente Deo excedant, & ac si non essent in mundo omnia visibilia relinquunt, & ita animarum amore vinctos, ut ad minimos, & contemptibilissimos, & ad minima eorum curanda sollicitissimè se demittant. Insuper illud donum orationis infundit, quod mores componit, sensus, & affectus cohibet, mundum contemnere facit, & vitam purissimam instituit. Quod tamen donum ex vita æstimamus, ex conversatione probamus, non ex sensibili consolatione, aut ex aliis, in quibus non est vera virtus, expendimus. Ex hac turri omnia agenda, & vitanda, quoad substantiam, & modum, inspicimus, acta examinamus, & minùs polita ac limata perficimus. Ex hac turri, tu qui vitis es, & simul, in quantum tui curam geris, agricola es, si sapis, te ipsum custodies, ne fures te fructu virtutis spolient, racemòsque diripiant.

Admirabilis
Deus in
societate
illa communi-
canda.

2. Corinth. 5.
14.

Quæ ex
illa videantur.

ripiant. Si iam in eam aſcendiſti, gratias age ei, qui te in tanta ſublimate poſuit; ſin minus, ora, vt te ponat, & gratias referre non deſinas, quia ex inſtituto ad hanc altitudinem vocat.

*Torcular
donum
mortifi-
cationis.*

*Qualis
hoc no-
mine di-
gnuſi.*

2. *Et torcular extruxit in ea.* Quod eſt torcular? Eſt donum mortificationis, & abnegationis, quod in hoc ordine noſtro eminere cognoſcimus. Non de veſte hiſpida, & horrida, non de ciliciis, & flagellationibus, & ieiuniis, ſed de omnimoda abnegatione iudicij, & voluntatis, affectuum, & ſenſuum, gloriamur. Illa quidem admittimus, & exercemus, ſed hæc magis diligimus, & in maiori pretio habemus. Illum, qui inter noſtros, hæc, & illa habet, ſuſpicimus, eum verò, qui exteriori aſperitate contentus, interiorẽ abnegationem non habet, contemnimus, vel potiùs eius miſeremur, & non parum illuſum putamus, & ad ſanam mentem reuocare contendimus. In hoc torculari ſenſus, & affectus noſtri comprimuntur, & quamuis ipſi patiantur, ex eis tamen dulciſſimum puritatis liquorem elicimus. Hoc torcular oleum, & mel abundanter effudit. Nam qui interiora ſua ſic abnegant, atque mortificant, fiunt erga proximos miſericordes, & dulces. Cùm enim per ex-

*Dilecto
facta vi-
nea, quia
ad Chri-
ſti gloriã
eius no-
mine, &
imitatio-
ne inſi-
gnitur.*

perimentum ſciant, quàm aſperum ſit ſeipſos vincere, ſciunt compati infirmitatibus aliorum, & eos ſuauius ad ſui victoriam exhortari. Et cùm per abnegationem à ſe omnem amaritudinem inordinatorum affectuum abiiciant, dulces eos proximi, & blandos inueniunt, & libenter ad illos accedunt.

3. In hac vinea Deus te collocauit, atq; plan-
tauit;

tauit; quam factam esse dilecto, & in cornu filio olei plantatam, nullatenus dubites. Facta quidem est dilecto, id est, ad honorem, & gloriam Christi Iesu, qui filius dilectus est Patris. Eam ipse Christus suo nomine insigniuit, ex ea vberimos fructus plurimarum animarum ab ipsa conuersarum collegit, & in posterum ex laboribus eius gloriam sibi, & honorem aggregare non desinet. Plantata est in cornu, in loco excelso & sublimi, quia in altissima perfectione fundata. Siue in potentia, & robore, quia in magna fortitudine, & potestate aduersus peccata, & dæmones constituta. Plantata tandem est in filio olei, hoc est, in loco vberi, inde est quod tam abundanter fructificat. Vel in loco misericordiarum pleno; inde est, quod tantis miserationibus, à suo creatore datis, abundat. Vide, frater, in quo loco sis, quem statum habeas, ad quam Deus te perfectionem vocauerit, & time, ne tantis bonis ingratus existas.

His ergo, aut aliis similibus, considerationibus hoc primo die te ad gratitudinem excitabis, & ex silice cordis tui ignem amoris, & scintillas gratiarum actionis elicies. Conclude autem meditationem his verbis ex Augustino, & aliis acceptis: [O lux animæ meæ, Deus meus, vita mea, & lumen oculorum meorum, per quod video: en illuminasti me, quia cognosco te, quia viuo per te. Et gratias tibi ago, licet viles, & exiles, & impares beneficiis tuis, sed quales habet mea fragilitas offero, pro eo, quod expectans expectasti, & mihi intendisti, & ad pœnitentiam vocasti. Voce enim grandi into-

*Plantata
in cornu,
quia in
altissima
perfectione.*

*In filio
olei, quia
in loco v-
beri.*

*Quomo-
do medi-
tatio fi-
nienda.*

nasti, & rupiſti ſurditatem meam, cor meum concuſſiſti excitans illud, vt aduerteret ſuorum vulnera peccatorum, & vulnerum ſentiret dolorem, deducens ad portas inferi, & præparata iniquis ſupplicia monſtraſti. Magnam igitur Domine Deus, erga me pietatem, oſtendiſti, qui, cum in cunctis beneficiis ſis amabilis, amabilior es in iſta vocatione, in viſceribus pietatis. Nullum enim ſpernis, neminem abiicis, neminem perhorreſcis, niſi, qui te forte amens exhorruerit. Dona igitur tua ſunt hæc, Domine, mihi à te miſericorditer indulta, quòd tam longanimiter expectaſti, nec unquam peccatis meis, quo minus mei miſereris, vinci potuiſti; ſed oblitum tui, de te admonuiſti, auerſum à te taliter, & totiens reuocaſti.] Hæc, & alia, cor amore emollitum, ſine verbis externis intra ſe proferat, & diuina gratia præuentum, & adiutum, quod potuerit, faciat, vt ſe pro hoc eximio beneficio gratum oſtendat, & ad reſpondendum illi per vitæ emendationem ſe diſponat.

C A P V T VI.

De ſecundo die renouationis, quo de vita antea tẽpore compungitur.

*Secundo
renouationis die
anteacta
vita deplorandi
deſectus.*

CONSIDERATIS primo die admirandis beneficiis, & donis, quæ vna religioſa vocatione continentur, & gratiis Deo actis, qui te dignatus eſt vocare, iam ſecundo die ſpiritum

tum compunctionis à meditatione tuæ antea-
 ctæ vitæ exortum exquires. Pono te bonum re-
 ligiosum esse, & vitam non indignam statu tuo
 agere, & adhuc tecum loquor, & puto quia
 non pauca habes, ob quæ non modicum com-
 pungaris. Compunctio ergo ad renouationem
 spiritus magnum momentum habet. Hæc enim
 est, quæ delictorum, & imperfectionum mac-
 culas diluit, & efficacia proposita emendatio-
 nis infert. Idcirco à Domino pro sacrificio sus-
 cipitur, & non contemnitur, quia ea animus
 à peccato mundatur. *Sacrificium Deo*, inquit,
spiritus contribulatus: cor contritum, & humili-
atum Deus non despicies. Sacrificium hoc in
 isto die diligentissimè offeres, [quoniam, vt
 inquit S. Ephrem de compunctione loquens,
 sanitas animæ est, illuminatio mentis est, com-
 punctio remissionem peccatorum nobis ac-
 quirat.] De ea sub nomine pœnitentiæ La-
 ctantius pulcherrimè ait, casuum nostrorum
 esse remedium, ac Deo gratissimum sacrifi-
 cium. [Vltimum ergo remedium, inquit, il-
 lud est, vt confugiamus ad pœnitentiam, quæ
 non minimum locum inter virtutes habet, quia
 sui correctio est, vt, cum fortè aut re, aut ver-
 bo lapsi fuerimus, statim resipiscamus, aut nos
 deliquisse fateamur, oremusque à Deo veniam,
 quam pro sua misericordia non negabit, nisi
 perseuerabimus in errore. Magnum est pœni-
 tentiæ auxilium, magnum solatium, illa est
 vulnerum, peccatorumque sanatio, illa spes, il-
 la portus salutis, quam qui tollit, viam vitæ
 sibi amputat, quia nemo esse tam iustus potest,

*Multum
 valet cõ-
 punctio,
 & à Deo
 pro sacri-
 ficio sus-
 cipitur.*

*Psal. 50.
 19.*

*De iudi-
 cio.*

*In epi-
 tome c.
 9.
 Est casuum
 humano-
 rum re-
 medium.*

vt numquam sit ei pœnitentia necessaria.] Et post pauca. Hæc sunt, quæ debet cultor Dei exhibere, hæc sunt victimæ; hoc sacrificium placabile, hic verus est cultus, cum homo mentis suæ pignora in aram Dei confert: summa illa maiestas hoc cultore letatur: hunc vt filium suscipit sibi, quia donum immortalitatis impartitur.

Renouationi peccatorum deploratio valde proficua.

Lib. de interpellatione Dauid.

Erubescendum de minus exacta votorum custodia.

De non adimpletis propositis.

Eccl. 2. 16.

4. Hexamer. c. 8.

Vt itaque renoueris, debes hodie tua peccata, imperfectionesque lugere, & ita ad amplio-rem saltem gratiam venire. [Quia, vt inquit Ambrosius, rectè renouatur, qui de tenebris peccatorum in lucem virtutum mutatur, & gratiam, vt qui tetra prius colluione sordebat, supra niuem albenti nimis fulgore resplendat.] Debes vota, quibus Deo consecratus es, inspicere, & si ea minus perfectè custodisti, de hoc vehementer erubescere. [Si enim Esau, vt inquit alio loco Ephrem, ab iis, quæ cum damno suo pepigerat, recedere noluit, quomodo tu pauca, quæ pro salute tua fecisti, rumpere audebis? Si Herodes, quæ in suam promiserat perniciem, seruauit, & tu à fœderibus, quæ

aternæ vitæ gratia pepigisti, resilies?] Debes tandem proposita tua, licet non voto firmata, in memoriam reuocare, & si ea non seruasti, magno pudore suffundi. *Va enim his, qui perdid-derunt sustentiam, & qui dereliquerunt vias re-ctas?* Et Ambrosius: [Si te lunæ contristat occasus, quæ se semper reparat, ac reformat, multo magis contristare te debet, si anima profectu vir-tutis impleta cum fuerit, postea per inconstan-tiam mentis, atque incuriam à suo deflecta pro-posito

posi-
pien-
iuxta
æqu-
tecu-
exig-
& D
bit,

A
com-
conc-
pund-
sunt
pund-
loru-
fuit
& se-
mala-
rens
patr-
pisci-
muli-
horu-
[Per-
ficer-
tion-
cuti-
circ-
raru-
firm-
pun-
ritat-
ptæ

posito studia sua sæpe commutet, quod est infipientiæ, & inscitia.] Defectus tuos & culpas iuxta beneficium vocationis collocabis, & an æquum fuerit, illi ignavia, & tepore respondisse, tecum expendes. Cum multa receperis, multa à te exigentur; vide, quæ in manibus es gestaturus, & Domino oblaturus, cum te ad iudicium vocabit, & tua interiora, & exteriora discutiet.

At quæ, inquis, sigillatim meditabor, vt compunctionem de erratis meis, doloremque concipiam? Gregorius quinque causas compunctionis exponit. Nam primò aut: [Quatuor sunt qualitates, quibus iusti viri anima in compunctione vehementer afficitur. Cum aut malorum suorum reminiscitur considerans, vbi fuit: aut iudiciorum Dei sententiam metuens, & secum quærens cogitat, vbi erit: aut cum mala vitæ præsentis solerter attendens, mœrens considerat, vbi est: aut cum bona supernæ patriæ contemplatur, quæ, quia nondum adipiscitur, lugens conspicit, vbi non est. Post multa verò ex Paulo, & Iob in confirmationem horum adducta, quintam causam addit, dicens: [Perfectam scilicet animam ista compunctio afficere familiarius solet, qua omnes imaginationes corporeas insolenter sibi obuiantes discutit, & cordis oculum figere in ipso radio incircumscriptæ lucis intendit. Has quippe figurarum corporalium species ad se intus ex infirmitate corporis traxit. Sed perfectè compuncta hic summopere inuigilat, ne, cum veritatem quærit, eam imaginatio circumscriptæ visionis illudat, cunctasque sibi obuiantes

Quinque
compun-
ctionis
causa ex
Gregorio.
23 Mor.
cap. 21.

ima

imagines respuit. Quia enim per illas infra se lapsa est, sine illis super se ire conatur, & postquam per multa indecenter sparsa est, in vnum se colligere nititur; vt si magna vi amoris praualet, esse vnum, atque incorporeum contempletur. Vnde aliquando ad quandam inusitatam dulcedinem interni saporis admittitur, ac raptim aliquo modo ardenti spiritu afflata renouatur, tantoque magis inhiat, quanto magis, quod amet, degustat; atque hoc intra se appetit, quod sibi dulce sapere intrinsecus sentit, quia videlicet eius amore dulcedinis sibi coram se viluit; & postquam hanc vtcumque percipere potuit, quid sine illa dudum fuisset inuenit. Cui inharere conatur, sed ab eius fortitudine, sua adhuc infirmitate repellitur; & quia eius munditiæ contemperari non valet, flere dulce habet, sibi que ad se cadenti infirmitatis suæ lacrymas sternere.] Sic ille. Hæc quinque profectò ad te poteris ac comodare, & illis ad compunctionem induci. Dum scilicet consideras, vbi fuisti, & statum feruoris, quem perdidisti: aut dum expendis, si de bono in malum, & de malo in peius cadis, vbi eris: aut dum meditaris, in quanta vitæ tepiditate es; aut dum vides in quali perfectione, quam adepturus fuisses, non es: aut denique dum orationis tuæ qualitatem inspicias, quia adhuc inter tyrones, & incipientes sedes.

Quatuor
alia ex
Bernard.
di.

Bernardus quatuor alias causas compunctionis assignat, supposita consideratione nostrorum peccatorum, quas eius verba sanè melius

liffua melius, quàm noſtra declarabunt. [Por-
 rò, inquit, ſenſum ex integro recuperalle te
 ſcias, ſi tuam conſcientiam quadruplici ſentis
 compunçãoe morderi, pudore gemino, & ge-
 mino metu.] Et poſt pauca. [Et tu igitur in
 tua pro te lamentatione formam habens pro-
 pheticam Deum cogita factorem tuum, cogi-
 ta & benefactorem, cogita Patrem, cogita
 Dominum. Ad omnia reus es; plange per ſin-
 gula. Ad primum, & vltimum reſpondeat ti-
 mortuus: ad duo media pudor.]

Pater ſanè non metuitur, cùm pater ſit. Pa-
 tris enim eſt, miſereri ſemper, & parcere. Et
 ſi percutit, virga, non baculo percutit: & cùm
 percufferit, ſanat. Paterna vox eſt: *Percutiam,*
& ego ſanabo. Non eſt, proinde, quòd à pa-
 tre formides, qui, etſi quandoque feriat, vt
 emendet, nunquam tamen, vt vindicet. At ve-
 rò cogitantem, quòd Patrem offenderim, eſt
 certè quod pudeat, etſi non quod terreat. Vo-
 luntariè genuit me verbo veritatis; non ſtimulo
 carnalis cupiditatis excuſit, quemadmodum
 genitor carnis meæ. Deinde etiam non pepercit
 vnigenito pro ſic genito. Ita ipſe quidem Patrem
 ſe exhibuit mihi, ſed non ego me illi viciffim fi-
 lium. Quàm fronte attollo iam oculos ad vul-
 tum Patris tam boni, tam malus filius? Pudet in-
 digna geſſiſſe genere meo; pudet tanto patre vi-
 xiſſe degenerem. Exitus aquarum deducite oculi
 mei, operiat confuſio faciem meam, vultum meum pu-
 dor ſuffundat, occupetque caligo. *Deficiat in dolo-
 re vita mea, & anni mei in gemitibus.* Proh pudor
 quem fructum habui, in quibus nunc erubeſco:

*Deus, Pa-
 ter, quem
 offendiffe
 ſummæ
 ingrati-
 tudinis
 eſt.*
 Deut.
 32-39.

Pſal. 68.

8.

Pſal. 30.

11.

Galat. 6.

8.

Si

1. Ioan. Si in carne seminavi, de carne non metam, nisi corruptionem. Si in mundo, & ipse transit, & concupiscentia eius. Quid? Caduca, vana, & prope nulla; & quorum finis mors est, infelix, & insanus præferre non erubui æterni patris amori, & honori. Confundor, confundor audire: Si ego pater, ubi est honor meus?

Malach. 1. 6.

Benefactor, cuius bona multis com- pensasse, valde pudendum.

Sed etsi pater non esset, obrueret me beneficiis. Instaurat aduersum me testes (vt alia innumera taceam) huius corporis victum, & vsum temporis huius, & super omnia sanguinem dilecti filij clamantem de terra. Pudet ingratitude. Quamquam ad confusionis cumulum, arguar etiam reddidisse mala pro bonis, & odium pro dilectione. Minimè quidem mihi à benefactore, sicut nec à patre timendum. Verus quippe beneficus est, dans affluenter, & non improperans. Non improperat dona, quia dona sunt, & beneficia sua mihi dedit, non vendidit. Denique sine pœnitentia sunt dona eius. At quanto de illo benigniùs, tanto de me indigniùs sentire cogor. Erubescere, & dole nihilominus, anima mea, quoniam etsi illum non repetere, & non improperare decet, nos tamen omnino dedecet, ingratos, immemorésque extitisse. Heu! quid vel nunc tandem retribuam Domino pro omnibus, qua retribuit mihi?

Iacob. 1. 5.

Psal. 115. 12.

Quàm seuerè Deus peccata punit, cogitandum, ad timoris affectum excitandum.

2. Corinth. 1. 3.

Quòd si segnior fortè suas partes minùs excutitur pudor; timor sanè excitetur in adiutorium. Excitetur, vt excitet. Sepone parum pia vocabula benefactoris, & patris, atque ad austeriora conuerttere. Nempe qui legitur: Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis: legitur

legitur nihilominus *Deus ultionum Dominus. Legitur Deus iudex, iustus, & fortis. Legitur terribilis in consiliis super filios hominum. Legitur Deus zelans. Quòd pater est, quòd beneficus est, tibi est, quòd Dominus, ac Creator, sibi. Etenim propter semetipsam fecit omnia, Scriptura teste. Qui ergo quod tuum est, tibi defendit, ac seruat; putas, & pro se aliquando non zelabit? putas, sui non requiret principatus honorem? Propter hoc irritauit impius Deum, quia dixit in corde suo: Non requiret. Et quid est in corde suo dicere, non requiret; nisi non metuere, quod requirat? Sed requiret, vsque ad nouissimum quadrantem: requiret, & retribuet abundanter facientibus superbiam. Requiret à redempto seruitium, honorem, & gloriam ab eo, quem plasmavit. Esto, quòd dissimulet pater, ignoscat beneficus: sed non Dominus, & Creator. Et qui parcit filio, non parcat figmento; non parcat seruo nequam. Pensa, cuius sit formidinis, & horroris, tuum, atque omnium contemptus factorum, offendisse Dominum maiestatis. Maiestatis est, timeri: Domini est, timeri, & maximè huius maiestatis, huiusque Domini. Nam si reum regie maiestatis, quamuis humanæ, humanis legibus plecti capite sancitum sit, quis finis contemnentium diuinam omnipotentiam erit? Tangit montes, & fumigant, & tam tremendam maiestatem audet irritare vilis puluiculus vno leui flatu mox dispergendus, & minimè recolligendus?] Hæc, & multa alia, optimè Bernardus, quæ potentissima sunt compunctionem excitare, & ad dolorem incitare.*

I. Alvarez de vita vel.

V v

Sed

Psalm:
93. 1.
Psalm.
7. 12.
Psalm.
65. 5.
Exod.
20. 5.
Exod.
20.
Efat. 48.
Psalm. 9.
13.

Sed si alia via incedere vis, cogita, quòd Dominus in illo loco Isaïæ de sua vinea subiunxit: *Et expectavi* (nimirum ipse Deus) *ut faceret uvas, fecit autem labruscas.* Labrusca fructus est vitis siluestris, quem ob suam insauitatem noſter gustus exhorret. Talia fuerunt opera tua, non dico apertè mala, quia hæc illis verbis designantur: *Vna eorum una fellis, & botri amarissimi,* sed opera bona tantis imperfectionibus aspersa, vt Dominum quasi ad nauseam prouocauerint, & eius cordi minimè ex toto placuerint. Vt autem hæc sigillatim mediteris, vide quomodo te habuisti erga Deum tuum, erga statum tuum, erga fratres tuos, & erga teipsum, & licèt non segniter uixeris, multa reperies, de quibus vehementer compungaris.

Isaïæ 5.

2.

*Vinam
labruscas
facere, ut
hominem
bona opera
multis
imperfectio-
nibus
deturparet.*

Deuter.

32. 32.

De imperfectionibus anime respectu Dei.

MEDITATIO I.

Quam paruum deplorata præterita delicta, expendendum.

I. Punctum. Expende ergo quàm imperfectè, ac tepidè obsequutus es Domino Deo tuo. I. Præterita peccata in seculo facta o quàm remissa compunctione diluisti, & quàm exiguis, & quasi per vim extortis lacrymis planxisti, quæ si lacrymis sanguinis, & in abundantia aquæ maris fleuisses, necdum pro dignitate ad ea interimenda decertasses. Eum ad indignationem prouocasti, qui Deus est tuus, qui dominus omnium, qui potens est, peccata vel momentanea æterno igne punire, qui

qui non solum potest, verum & voluit, & iuste voluit multorum iniquitates, & aliquorum, quos tu forte nouisti, & cum quibus conuersatus es, pœnis gehennæ mulctare. Ignoras autem, an hic Deus terribilis in consiliis super filios hominum tibi pepercerit, an verò auersam adhuc à te voluntatem seruauerit. Et tamen rides, & otiaris, & vanis inhæres, & fortassis ex falsa confidentia, & præsumptione omnia tuta, & secunda suspicaris. II. Nunc post conuersionem tuam, quàm parùm leuia peccata times, imò quàm sine timore in ea millies incurris. An cogitasti aliquando, quanta sint numero peccata venialia, quæ singulis diebus admittis? Certè si Deus numerum eorum aperiret, præ admiratione animo concidisses, & tuam infelicitatem mirum in modum deplorasses. Hæc est, frater, prudentia tua, hæc sollicitudo placandi illum, quem certissimè scis à te fuisse offensum, & nescis esse placatum, nouis eum quotidie delictis lacessere, nouis culpis, & innumerabilibus ad iram prouocare. Esset autem excusabile, si hæc peccata ex subreptione, aut mera infirmitate manarent. Sed quomodo te non despicias, & exitum ex hac vita non timebis, cum tam multa admittas, quæ oscitantia, aut etiam malitia parit, & animus tuus necdum in timore Domini radicans aduertenter, & scienter committit. III. Intentio tua, qua Deo seruis, quàm impura est, & amore proprio scœdata. In omnibus, quæ cogitas, quæ operaris, te ipsum quæris, tuam consolationem, aut commoditatem,

Quam
facile le-
uia mil-
lies com-
mittau-
tur.

Intentio,
qua Deo
seruitur
tur quæ-
ritur amore
proprio
suscipitur.

aut honorem inquiris. Cuius ſignum eſt, quòd amara, & humiliata, & tibi minùs commoda, licet Deo magis grata, aut omnino fugis, aut trifti vultu, & repugnanter admittis. Vnde erga Dominum necdum cor filij induiſti, ſed potiùs cor mancipij, aut mercenarij habes; nam licet ſeruias, & in bona opera incumbas, tamen in ea propter temetipſum incumbis. Et poſt tot beneficia accepta adhuc non didiciſti illi propter ſuam ſolam bonitatem placere, & nihil aliud ſpectare.

*Quàm
vare Deo
pro bene-
ficiis col-
latis gra-
tia reſe-
vantur.*

2. Es quoque erga Dominum ingratiſſimus. Pro communibus beneficiis gratias non agis, aut tepidiſſimè agis, quæ tamen Deus tuus ex ardentiffimo amore in te confert, & quamvis communia ſint, & dicantur, quoniam omnibus hominibus exhibentur, tamen ex ſpeciali charitate, & providentia erga te, tibi conferuntur. Beneficia ſpecialia non agnoſcis ex mera oſcitantia, aut ea ſcire non curas. Ac proinde pro eis grates non reſers, ſed more porcorum donis è cælo demiffis vteris, & bona tibi data quaſi comedis, oculos verò in eum, qui mittit, non attollis, & ideo ingratus, & indignus novis beneficiis exiſtis. II. Parum, aut nihil operaris pro Domino. Vide, quàm multa, & magna, & ineffabilia Dominus noſter Ieſus Chriſtus operatus eſt pro te: quàm magna, & mirabilia ſancti, & perfecti viri operati ſunt pro Chriſto, etſi vitam, & opera tua cum illorum operibus, & conuerſatione contuleris, ſat ſcio, de tua puſillitate, & tepiditate confunderis. Deus, ò frater, ſemper largus, & munificus fuit erga te, tu autem avarus, & parcus erga il-
lum,

*Quàm
parum
pro illo
opera-
tur, cum
multi
fuverint
Chriſti,
& ſan-
ctorum
labores.*

lum, ob cuius honorem, & obsequium pauca
& exigua facis, & aded cæcus es, vt per super-
biam tuam alios iudices, & tibi aliquid esse vi-
dearis, & de vita tua quasi de aliqua re magna
glorieris. Inspice illam, & videbis esse instar po-
mi exterius quidem pulchri, interiùs verò pu-
tandi. Nam sub hac specie religionis ad minus
repiditas se abscondit, & non sincera & pura
intentio delitescit. III. Nullum habes desi-
derium patiendi pro Domino Deo tuo, imò
labores refugis, & vel minimam mole-
stiam pertimescis. Ipse pro te multa & vix
tolerabilia passus est, tibi relinquens exem-
plum, vt sequaris vestigia eius. Tu verò non
curas vicem ei rependere, neque crucem
tuam tollere, neque ipsum ad caluarium
præeuntem sequi, sed magis crucem exhor-
res; & virtutem crucis, & afflictionis nes-
cis. Sancti multa, & dura, & acerba pro Do-
mino passi sunt, & hæc est via regia, qua in
perfectionem itur, laborum & afflictionum
perpassio. Tu tamen diuerticula quæris, &
aliam viam, qua in cælum eas, insipiens
ingrederis. Non legisti, *quia oportebat Chri-
stum pati, & ita intrare in gloriam suam.* Er-
go oportet Christianum pati, vt eiusdem
gloriæ particeps fiat. Pateris quidem, & li-
benter nescio quas corporis castigationes vo-
luntate propria suscipis. At hoc pati puerorum
est, si ab aliis illata mala non patienter, gratan-
tèrque suscipias.

3. Memoria Dei in te rara ac valde re-
missa est: & cum ipse te in suis manibus scripse-
rit,

Quam
exili pro-
ficiendâ
deside-
rium.

Lucæ
24. 26.

Rara, &
remissa
in mente
Dei re-
cordatio.

rit, & muri tui ac protectio tua in oculis eius ſit ſemper, tu tamen vix illius recordaris, aut potiùs cogitationem præſentia eius relinquis, & ad vana ac impura deſluis. Vide, quanta vi te in Dei cogitatione contineas, & quanta facilitate ad viſibilia, quæ te ſatiare non valent, cogitanda ſcendas. Et ſi cogitatio ſignum eſt animi, & index amoris, iam tandem agnoſce, quàm à Deo ſis amore diſiunctus, & quàm rebus creatis adiunctus, ſiquidem illum tam diſſiciliter cogitas, & hæc tam facilè, ac promptè cogitatione contrectas. O magnam inſelicitatem tuam, quòd ſexcentis remediis & ſignis indiges, vt Deum aliquando oculis mentis aſpicias, & ſine vlllo excitatorio rerum viſibilium quæ te inſciant, recordaris. I I. Irreuerenter in

*Magna
in conſpe-
ctum Dei
irreue-
rentia.*

conſpectu diuinæ maieltatis aſtas, & illum, quem Angeli adorant, in cuiuſque præſentia poteſtates contremiſcunt, tu non tam venerariſ, quàm irrides. Certè, ſi vt Deum precariſ, regem ſeculi precariſ; ſi vt Deum alloqueriſ, principem aliquem loqueriſ, apud homines, qui te viderent, inſipientiſſimi, & irreuerentiſſimi notam incurreret. Nec refert, quòd corpore, & externa ſpecie reuerenter te gerat, ſi mente, & cogitatione coram tremenda maieltate inania, aut illi tempori inepta reuoluit, & relicto Domino cum creaturis ludis. Hinc aurem tuam

*Langui-
dus zo-
liis hono-
ris Dei,
& ani-
marum
proſectus.*

cæcitatem intelliges, & quàm humiliter de Deo ſentias, quàmque longè ſis à notitia Dei, quam ſancti habent, ſiquidem ſine timore, & reuerentia in conſpectu eius aſſiſtis. III. Tandem admodum languet in te zelus honoris Dei, &

ſalutis

salutis animarum, quam ipse tantopere exoptat, & à seruis suis curari postulat. Languet zelus, quia tuam perfectionem feruenter non quaris, sine qua modicum satis in hac negotiatione proficies. Nam sicut, quod non est calidum, non calefacit, ita ordinariè, qui ad perfectionem non anhelat, alios non perficit. Languet profectò zelus in te, qui non semel otio torpes, cum laborare posses, qui humiles functiones, licet animabus vtiliores, auerfaris; qui in ipsis ministeriis tuam laudem, & honorem aucuparis; qui contradictionibus, & malorum detractionibus à bonis cœptis auerteris. Vide ergo in his quàm parùm fidelis sis erga Deum, & de tua paupertate compungere, & quàm modicum spiritu creueris, euidenter agnosce.

De defectibus anima comparatione ad suum statum, & ad Superiores.

MEDITATIO II.

1. Punctum. Nunc considera, quantum defeceris erga statum religiosum, ad quem Deus misericorditer te vocauit, & erga Superiores, ac Prælatos, quibus pro bono animæ tuæ te subiecit. I. Sanctam religionem non dilexisti vt matrem, sed vt nouercam neglexisti. Hinc nec boni spiritualis eius zelum habes, neque relaxationem sese iam in aliquibus insinuantem sentis, neque ei, quia primum illum feruorem perdidit, ex corde compateris,

Quàm parùm religionis bonum zelum, conside-randam.

neque in te saltem ad pristinum statum, in quo puritas, & simplicitas, & omnis perfecta virtus vigeant, reuocare contendis. Imò ac si esses m̄cipium bello captum, aut pretio emptum, de eius pauperie nequaquam tristaris, sed tuis cōmodis, & tuæ voluntati faciendæ totus inhæres. II. Non custodisti perfectè legem matris tuæ, nec regulas, & institutiones obseruasti. Harum quædam magna, & difficilia, quædam parua, & facilia præcipiunt, sine quibus tamen non custodiuntur magna. Tu tam illa, quàm ista transgressus. Illa, quia difficilia, si non ex toto, at ex parte præteristi, & nunquam cor tuum domuisti, vt contemptui tui, & seculi, & renuntiationi omnium rerum, & omnimodæ subiectioni, & mentis, ac corporis puritati te accommodares. Hæc, quia facilia, neglexisti, & tibi imposuisti, vt sine his maiora conquireres, & ad perfectionem ascenderes. A qua tamen o quàm alienus es, quia illa sine magnis, & perfectis virtutum actionibus nemini datur, nec eadem sine paruis, quæ initia sunt, aut tegumenta magnorum ingreditur. Meritoque de te malo filio bona mater religio conqueritur, quòd murum eius, scilicet maiora mandata, dissipas: & antemurale, nimirum minora mandata, dissoluis, vt non ædificator in te, & in aliis religiosa vitæ, sed destructor habearis.

III. Religiosa opera si non prætermittis, at imperfectissimè, & tepidissimè facis. Quàm tepida est oratio tua, quàm distracta diuini officij perceptio, aut eiusdè cœlestis sacrificij oblatio, quàm sine cōpunctione conscientie examinatio, quàm

Quàm imperfectè illius regula, & institutiones obseruentur.

Quàm tepidè religiosa opera efficiamur.

sine

sine utilitate spiritualis lectio, quàm exigua corporis castigatio, quàm negligens ministeriorum exequutio. Hæc omnia, & alia similia, iniuriæ sunt matris religionis, quia ex culpa tua, in vnam eius partem, scilicet in teipsum, qui pars illius es, tot fœditates congeris, & in te tepidè viuit, quia tu tepidè, & imperfectè viuis, & alios tuo exemplo ad similem vitam imperfectam trahis.

2. Quæ in religiosa vita laboriosa, aut externa specie abiecta sunt, (nam re vera nihil, quod propter Deum suscipitur, est abiectum) si in tua potestate situm sit, fugis; si non sit, molestè sustines. Et aded cæcus es, vt occasiones detestendi & proficiendi fugias, aut iniuquo animo perferas. Quis enim ambigat, causas patiendi pro Domino esse instrumenta proficiendi, & merita, quibus præmia æterna sequentur cumulandi. At tu non quidem cæcitate percussus, sed prauo affectu superatus, laborem declinas, otium & ignauiam desideras, ministeria humilia horres, speciosa, licet minùs tibi vtilia, concupiscis. Hac autem ratione hoc malum in religionem importas, vt religiosæ functiones oculis secularibus aspiciantur, & sicut fit in seculo, humilia declinentur, alta verò querantur. II. Disciplina rigorem tua conuersatione non promoues, imò vel omnino tollis, vel saltè imminuis. Cùm enim strenuos, & feruidos, non sequeris, sed negligentes, & tepidos imitaris, quid aliud facis, quàm disciplinam euertere, & aduersùs illam relaxationi vires tribuere. Nam quemadmodum si multi aduersùs vnum infur-

*Abiecta
munia
vel sus-
cipiuntur,
vel mole-
stè susti-
nentur.*

*Discipli-
na rigor,
vel omni-
no tolli-
tur, vel
immi-
nuitur.*

gant, illum vincunt, ita si multi tepidi aduersus vnam religiosam disciplinam insurgamus, illam tandem tandem prosternemus. Factus es ex agmine tepidorum, qui non verbo, sed opere (quod potentius est) disciplinam impugnant. Et beneficiis à matre religione respondes, eius pulchritudinem destruendo, quæ à custodia disciplinæ tota dependet. III. Temporalia, quæ tibi ad vsum erogantur, sine debita humilitate, & sine signis gratitudinis accipis; quin & aliquando, ac si tibi deberentur ex iure non humiliter, neque vt pauper petis, sed vt Dominus, si meliora & accomodatiora non dentur, inuerecundè conquereris. Ideo & religioni onerosus, & ministris molestus, & fratibus malo exemplo tuo damnosus existis. Nec didicisti ea, quibus vteris, ceu pauper custodire, & bene tractare, sed, ac si esses diues, vis ea prodigaliter & breui temporis spacio consumere.

Temporalium ad vsum erogatorum prauus vsus.

Superiores non debito honore prosecutus.

3. Superiores tuos non es debito honore prosecutus. Nondum scis eos loco Christi habere, aut in eis Christum aspicere, & in personis eorum Christum honorare. Nihil aliud in illis, quàm purum hominem intueris. Ideo veneratio tua erga illos non tam est spiritualis, quàm politica. Et quemadmodum seculares prætorem venerantur, ita tu superiorem veneraris. In quo, si quid minùs perfectum videas, à quo, si quid durum audias, eum quasi imperfectum, aut imprudentem spernis. Quare? Quia nescis in imagine testea Christum agnoscere, & in homine minùs perfecto summum

num Prælatum contemplari. II. Imperfectiones obedientiæ tuæ, qua Prælati obedis, quis edicat? Obedientiam quidem habes, sed in rebus facilibus, non in difficilibus; in rebus sublimibus, non in humilibus; in rebus tuæ voluntati conformibus, non in repugnantibus. Unde non tam Prælati, & Deo obedis, quàm tibi ipsi. Obedientiæ tuæ in opere est absque fedulitate, in voluntate absque promptitudine, in iudicio absque subiectione, quam præpostera intentio fœdat, quia hominibus placere cupis, & quæ imperfectionibus suis ipsos Prælatos contristat. III. Quoties detractio Prælatos offendisti? Quam si non verbo profers, (nam hoc imperfectissimorum est) saltem in eam corde, & voluntate consentis. Quoties eorum acta temerè iudicasti, mandata damnasti, & ea minùs prudentia esse saltem corde dixisti. Dignus profectò, qui ob detractio- nes tuas lepra percuteretur, sicut Maria soror Moyse, & sic malum obmurmurationis sentires. In his tuam ingratitudinem erga religionem, quæ te aluit, & Prælatos, qui te gubernant, agnosces.

*Multa in
obediendo
imperfe-
ctiones.*

*Prælati
detractio-
ne offensi.*

De defectibus animæ erga fratres.

MEDITATIO III.

I. Punctum. Unicuique mandavit Deus de proximo suo, ne scilicet illum offenderet, & non aliter, quàm seipsum diligeret. Tu autem multis ac variis modis hoc mandatum præte

*Exigua
fratrum
æstimatio
ponderã-
da, &
dolen-
da.*

præteristi. I. Fratrum tuorum nullam, aut satis exiguam æstimationem habuisti, facilis ad despiciendum illos qualibet ex causa, difficilis ad æstimandum. Hoc ideo, quia ex malignitate cordis tui oculos habes apertos quidem ad videndos defectus illorum, clausos verò aut omnino cæcos ad ipsorum virtutes considerandas. Necdum assueuisti, Deum in fratribus meditari, & eos, vt Christi imagines, intueri, ac defectus eorum, vt puluisculum imagini Dei adiunctum, aspicere, quem facile fraterna charitas detergit, auersio autem exaggerat. Hinc oritur, vt eorum non multam rationem habeas, sed magis despicias, atque contemnas.

*Imbecil-
lus erga
illos a-
mor.*

II. Non diligis fratres sicut teipsum, sed te vna, illos autem alia mensura metiris. Nec intelligis, quòd pondus, & pondus abominatio est apud Deum. Imbecillitas amoris est, quòd illos non æstimas, quòd facile iudicas, & damnas, factus iudex cogitationum iniquarum, quòd illis obloqueris, quòd malo exemplo ledere non vereris. Quia charitas tua erga Deum, & proximos infans est, & tenera; idcirco in multis, saltem leuioribus legem non implet. Nam cum plenitudo legis sit dilectio, qui dilectione debita caret, mandata perfectè non exequitur, & in multis malum operatur. III.

*Aliqui
carnali-
ter dile-
cti, quod
periculo-
sissimum
est.*

Quosdam quidem ex fratribus, vt debes, non diligis, alios autem nimis, & carnaliter diligis, & in re periculòsissima incautè procedis. Sancta quædam dicebat, se magis timere amorem, quàm diabolum; & meritò, quoniam amor passio vehementissima est, & aliorum origo,

origo, à qua, si frenum timoris Dei frangitur, miser homo per grauissima peccata raptatur. Tu tamen hanc bestiam amoris indomitam non timuisti, & aliquos bono prætextu, quia nimirum boni, & spirituales erant, immoderatissimè dilexisti; oculos mentis claudens illi veritati; quòd, si cauti non simus, amor spiritualis, transit in naturalem, & amor naturalis facilè transit in carnalem, vt qui spiritu coeperunt, carne consummantur.

2. Scriptum est: *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.* Tu autem vis ab aliis supportari, ac sustineri, non tamen in animum inducis aliorum onera portare ac sustinere. Defectus tuos leues iudicas, quos alij sufferant, defectus verò aliorum importabiles, quos sustinere nolis. Ac proinde molestus es fratribus, eos tuis defectibus, & culpis ad tristitiam prouocando, & molestior nihil nec minimum, patienter sustinendo, & molestissimus tuam impatientiam excusando. II. Dictum etiam est Pauli: *Honore inuicem præuenientes.* Proximos autem honore non præuenis, non festinas illos honorare, & reuerentiam exhibere, tibi que præferre, sed elatione turgidus, ab æqualibus salutem, vis supra tuum meritum honore affici, & reuerentia præueniri, & honoratiorem locum, ac sedem accipere. Eo autem ipso, quòd honorem aucupas, à sapientibus, qui ex signis externis tuam superbiam deprehendunt, contemptui habent, permittitque Dominus, vt vnde pralationem cupiebas, despicientiam recipias.

Ad Gal.
lat. 6.2.

Proprij
defectus
leues, alieni gra-
uis sup-
portatu
iudican-
tur.

Honoris
obsequia
proximis
non ex-
hibita.

*Bono
exemplo
non inci-
tati.*

ciptias. III. Fratres bono exemplo non ædificas, nec ad bonum incitas, imò tuis imperfectionibus in eos similes maculas, & culpas importas. Si verbis ad bonum exhortaris, & factis ad malum allicis, irrisor virtutis inueneris. Et similis es illi, qui vna manu aniculæ escam ostendit, & altera, vt fugiat, & auolet, percutit. Si autem verba similia sint factis, ac dictis tuis, & libertatem, & spiritum relaxationis diffemines, quid te pestilentius, quid religiosæ vitæ perniciosius? qui eùm deberes eam in te, & in fratribus seruare, destruis, & quam optimam iudicasti, sermonibus, & operibus ad tuam damnationem disperdis.

*Non ad-
iuti in
labori-
bus.*

3. Posses quidem fratres tuos in multis iuuare, consilio docere, exhortatione erigere, verbo consolatorio lenire, aut certè viribus corporis in obsequiis, quæ illis demandantur, opem ferre, nec fecisti. Et cùm tu velis, cùm laboras, omnium manibus suffulciri, numquam manum admoues, vt laboris alterius ad meritum & ostensionem charitatis fraternæ particeps efficiaris. Frater, qui adiuuatur à fratre quasi ciuitas munita. Sed quia fratres tuo adiutorio non roboras, meritò permittente Domino, cùm adiutorio eges, illud non inuenis, & solus, ac infirmus derelinqueris. II. Miseriis fratrum non condoles,

*Eorum
miseriis
compassionis
affectibus
non sub-
ueniunt.*

neque spiritualibus, neque corporalibus, & quasi insensibilis factus, aut potiùs lapideus, vel ferreus absque affectu debitæ compassionis inueniris. Christus Iesus videns miserias Hierusalem copiosas profudit lacrymas, videns etiam sorores Lazari plorantes fletu, ac lacrymis, eis

com

compassus est, in quo præiuit membra sua charitate viuentia, quorum est flere cum flentibus, & mala sustinentibus condolere. Vide ergo, ne tu ab hoc sanctissimo capite sis abscissus, qui ex doloribus, & afflictionibus proximorum sensu compassionis non tangeris, & quasi non esses cum illis membrum eiusdem mystici corporis, quæ mala ipsi patiuntur, non percipis. **III.** Similiter de bonis fratrum tam ad animam, quam ad corpus spectantibus non gaudes. Quid dico non gaudes? Inò non semel inuidia victus de ipsorum donis, & bonis tristaris. Quasi à te profectus, & virtus alterius surriperetur, ita ex eo quòd illi inest, mœrorem sentis. Quasi à te talentum alterius à natura concessum tolleretur, ita in te ex eius consideratione dolorem reperis. Non dicis ex corde; crescas in mille millia, cum vides fratrem dilectum, aut honoratum, aut tibi Prælatum, sed eum imminutum, ac tuis pedibus suppositum velles. Quæ signa sunt manifesta immoderatissimi amoris, quo teipsum amas: superbix, qua turges: & magnæ cæcitat, qua hæc temporalia, vt umbra transeuntia, aliquid esse, & valere putas.

*Bonis non
congaui-
sum, inò
ex de il-
lis trista-
tum.*

*De defectibus anime in seipsa, siue per
respectum ad se.*

MEDITATIO IV.

I. Punctum. Erga Deum minùs pius, & erga proximos minùs iustus cognitus es, at in teipso, te minùs sobrium, & moderatum inò plane inordinatù, atque immortificatum inspicias.

I. Immodestus es in externis actionibus, & in
tuis

*Immode-
stia in
externis
actibus
ob pre-
sentia
D. i. de-
fectum.*

tuis moribus inordinatus. Non sicut in die considerationis diuinæ præsentia, cuius est omnia intueri, ambulas, sed quasi in nocte præcipitationis incedis. Ad virtutem modestiæ omnium virtutum minimæ, quam tyrones edocemus, nunquam te accommodasti, nec secundum præscriptum eius tuos mores direxisti. Quod si, dum terrena, & facilia dicimus tibi, non intelligis, quomodo cœlestia, ac difficiliora percipies.

II. Loquax es, & citatus in lingua. Bestiam istam non domuisti, malum istud inquietum à te non abiicisti, phialam istam plenam veneno mortifero non deseruisti. Enumera tu, si forte poteris, verba ociosa, & inutilia vnus dici, verba adulatoria, detractoria, excusatoria, mendacia, quibus quædam supra modum auges, alia citra modum attenuas, & alia huius generis, & intelliges linguam tuam quasi fontem esse malitiæ. Quam quia nunquam obturare curas, ideo à luce, qua diuina sancti intuentur, repulsus, cæcus, & sine dono orationis persistis.

III. Corpus tuum hostem infestissimum salutis tuæ, blandè, ac molliter tractas, & minimè, vt posses, & deberes, iusta censura castigas. In cibo, in potu, in vestibus, & in aliis huiusmodi, multa superflua illi subministras, vt sicut equus indomitus bene pastus, & impinguatus aduersus spiritum insurgat, & illum in aliquod graue peccatum præcipitem agat. Tam stultus es, vt hosti tuo seruias, vt desideriis eius obedias, vt eius, qui cum diabolo in tuam mortem spirituales conspirat, voluptatem & delicias inquiras. Dum autem facis curam carnis in desideriis,

*Verborū
effrenis
licentia.*

*Corporis
immoderatis
amor.*

deriis, miseram animam tuam squalidam, & famelicam dimittis. Certum est enim, quia Dominus, carnis delicias inquirenti delicias spiritus negat.

2. Videbis te esse vecordem ad fugiendum malum. Nam licet per gratiam Dei peccata grauius fortiter, ac constanter fugias, at peccata leuia & imperfectiones, & immortificationes, quæ te illigatum, & compeditum tenent, ne spiritu progrediaris, & ad diuinam communicationem admittaris, animosè non fugis. Hinc fordes oriuntur animæ tuæ, ô frater, hinc fœtores cogitationum, & affectionum tuarum, hinc paupertas, ac nuditas tua, quia virtutum puritatem, & fragrantiam, ac pulchritudinem non indues, quousque hos exuere immunditiæ pannos enitaris. II. Hoc malum aliud æquale, aut peius sequitur, quod valde pusillanimis es ad sectandum bonum. Quis enumeret occasiones, quas quotidie virtutis augendæ perdis? Quis merita, quæ transire permitis? Mercator lugeat, & barbæ capillos euellit, si ex negligentia sua aliquod vile lucrum amittat. Tu autem non luges, imò rides, & ludis, & otiaris, quamuis tot vitam æternam lucrandi occasiones amittas. Nescio, an minus sis prophanus, quàm Esau, qui abiit paruipendens, quod primogenita vendidisset. Imò multo insipientior; nam ille temporalia amisisse contempsit, tu verò spiritualia, & cœlestia perdidisse pro nihilo ducis. III. Discurre postmodum per sensus, & appetitus, & per vires animæ tuæ, & nihil non infirmum, non vulneratum, non mille excessibus.

*Vecordia
in fugiendis malis.*

*Pusillanimitas
in sectando bono.*

*Sensus
mille facti
excessibus.*

sibus fœdatur reperies. Confer hæc tua cum sensibus, & affectibus, & viribus Iesu Christi, Domini nostri, & quàm dissimilis sis illi, euidenter agnosces. Venisti ad hunc statum, vt illum imitareris, vt in vita tua imaginem vitæ eius depingeres. Nunc verò post tot annos neque primam huius imaginis lineam duxisti, nec primum gradum scalæ ascendisti, nec ad initium imitationis Domini appropinquasti.

Escli. 3. *Tres species odiuit anima mea* (verba sunt
25.2. Spiritus Dei) & *aggrauor valde anima illorum.*
Pauperem superbum, & diuitem mendacem, & senem
Elatio in fatuum, & insensatum. I. Si bene consideres, tu es
pauperie virtutis, & scientia. pauper superbus, qui cum sis sapientiæ, ac virtutis inops, sapientis tamen, & studiosi nomen aucupas, te sciolum, & virtute præditum existimas, & honorem literatis, & perfectis debitum ambis. Ingredere, obsecro, cor tuum, perferutare intima tua, & vide, quid de te sentias, quàm occultè, imò & quàm superbè te aliis præponas, & quàm timidus despicientiæ, & contemptus existas. An non hoc est, pauperem superbum esse, in tanta tenuitate virtutis, virtutis nomen exquirere, & de his, quæ non habes, gloriari? II. Tu quoque es diues mendax. Ad diuitias pertinet cognitio boni, & mali, quam habes, non enim ex ignorantia delinquis, tot regulis, & documentis instructus. Ad mendacium verò vitæ ratio, qua inter homines cõuerfariis, ac si esses cognitione eorù, quæ expediunt, vacuus. Paulus dixit in persona peccatorù: *Velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio.* Sed tu dices: Scire adiacet mihi, velle autè id boni, quod scio, ex culpa mea non inuenio,

In diuitiis m. n. d. setum.

Ad Rô. 7. 18.

nio,
 ritia
 mini
 & d
 Tu f
 breu
 mult
 atate
 ille,
 non
 res c
 ad re
 doce
 es, c
 ergo
 infer
 & fe
 H
 com
 niam
 læ su
 com
 scien
 solun
 atqu
 Anse
 imp
 bâr,
 mati
 tand
 fere
 Don
 cõte

nio, nec volūrate, & operibus illi, quā habeo, no-
 titiā cōsentio. Ecce diuitias paratas in malū do-
 mini sui. Nā *qui scinit, & nō fecit, multis vapulabit,*
 & ob sciētīā nō pramiū, sed pœnā accipiet. III.
 Tu senex tandē fatuus, & insensatus. Si enim alij
 breui tempore ad perfectionē peruenerūt, & tu
 multo tempore eā nec à limine salutasti, meritò
 ætate quasi cum senibus computaris, & tamquā
 ille, qui post multos annos puerorum ingenium
 non reliquit, fatuus, & insensatus diceris. Debe-
 res quidem esse magister propter tempus, quo
 ad religionem venisti. Rursus tamen indiges, vt
 docearis, quæ sint elementa filiorū Dei, & factus
 es, cui lacte opus est, non solido cibo: Formido
 ergo, & pauor te teneant, ne ille Dominus, qui
 insensus est pauperi superbo, & diuiti mendaci,
 & seni fatuo, te ob hæc tria mala derelinquat.

Hæ, aut aliæ considerationes te in spiritum
 compunctionis inducent. Aliæ, inquam, quoniam
 niam, si maiores his defectus, & culpas habes, il-
 læ sunt tibi imprimis lugendæ, & ad habendam
 compunctionem meditandæ. Illud tamen tibi
 sciendum est, spiritum compunctionis non esse
 solūm incipientiū, sed esse quoque perfectorum,
 atque sanctorum. Vnde in Augustino, Bernardo,
 Anselmo, & in aliis Sanctis multa leges, quibus
 imperfectiones, quas se habere putabant, defle-
 bāt, & se peccatores cōfitebātur. In cuius confir-
 mationē referā tibi quædā S. Ephrem verba no-
 tanda, vt ex eo discas, quā ratione debeas teipsū
 flere, & tuos excessus accusare. [Peccaui, inquit,
 Domine, peccaui, & nō sum dignus respicere, ac
 cōtemplari multitudinem cœlorū præ multitu-

Lucæ 12.

47.

In senen-
tate fa-
tuitas.Compun-
ctio ad-
huc per-
fectorum
propria.Notanda
S. Ephrē
verba.Tom. 1.
tit. Non
esse ti-
dēdam,
&c.

692 *De vita religiosè instituenda,*
dine iniquitatum mearum. Quia ob modicam
voluptatem ignem æternum pro nihilo repu-
taui, regnumque tuum cœleste non sum con-
sequutus. Quid igitur infœlicissimus ego mor-
taliū faciam? Plangam meipsum noctu, diē-
que, donec tempus adhuc suppetit, quo lacry-
mæ meæ suscipi possint. Sed dona mihi, Domi-
ne, lacrymas compunctionis, qui solus bonus
es, & misericors, vt iis tibi supplicem emunda-
ri maculas cordis mei. Væ mihi, quid agam,
quo pacto gehennam ignis, & tenebras exte-
riores, vbi fletus est, & stridor dentium, effu-
giam? Væ mihi, quid faciam? Quomodo tar-
tara, sempiternaque tormenta, & vermem num-
quam moriturum euadere potero? Væ mihi,
quid faciam? Quomodo comminationes im-
piorum, qui tormentis præsumt, Angelorum
subterfugiam? Quoniam horrendi sunt, & abs-
que misericordia. Quis dabit capiti meo aquam,
& oculis meis fontem lacrymarum, vt sedens
fleam dies ac noctes, Deumque, cuius prouo-
caui iram, placatum reddam.] Hæc, & multa
alia ibi. Qui ergo peccatores peccando imitatus
es, in fletu, & planctu Sanctos imitaberis, &
tam intimè excessus tuos curabis agnoscere, vt
notitia hæc per Dei gratiam, ingentem quan-
dam contritionem pariat, hæc autem excessus,
& peccata tua diluat.

C A P.

De c

H
confe
timæ
tuam
comm
titud
nem f
alteri
ri, ve
hanc
sequer
tas co
teri, c
litus s
grotat

De c

Vt a
regula
tem in
quas (i
mus) a
rali co
nec po
ligione

CAPVT VII.

*De confessione generali ab vltima inchoando,
hac die facienda.*

HAc eadem die, quam in affectu compun-
ctionis impendis, si commodè fieri possit,
confessione generali eorum, quæ à tempore vltimæ confessionis generalis perperam fecisti, tuam conscientiam emundabis. Si, inquam, commodè fieri possit, quoniam aliquando multitudo se renouantium, similémque confessionem facientium, aut occupatio superioris, vel alterius spiritualis Patris confessionem excepturi, vel alia causa id non permittit. Et necesse est hanc humilitatis actionem anteuertere, vel insequentem diem differre. Cùm verò ad id facultas conceditur, vtile videtur, in hac die confiteri, cùm animus compunctionis affectu emollitus se humiliùs, & veriùs, accusabit, suásque ægrotationes ad perfectiorem medelam aperiet.

*Secunda
renouationis die
confessio
generalis
semestris
facienda.*

*De confessione generali, quæ fit in initio
conuersionis. §. I.*

*Ex regula Societatis nominantes initio conuersionis generaliter confitentur.
Exam. c. 4. num. 42.*

Vt autem priùs aliquid de hoc more nostro à regula ipsa inducto dicamus, nos cùm Societatem ingredimur, maculas totius vitæ, vel certè quas (si confessionem aliquam generalem fecimus) ab vltima inchoando contraximus, generali confessione diluimus. In quo nec primi, nec postremi sumus, quoniam & antiquiores religiones, vt ex Bonauentura colligitur, hanc

X x 3 semper

semper consuetudinem tenuerunt, & recentiores eandem à nobis innouatam, & in vsum adductam vtiliter vsurparunt. Estque saluberrimum virorum spiritualium consilium, vt exuentes veterem hominem, & nouum per spiritualem vitam induentes à generali confessione hoc opus incipiant, & quasi omnes rationes cum Domino concludentes, & debita antiqua prout possunt exsoluentes chirographum suorum debitorum rescindi faciant, & nouam vitæ rationem instituunt. Habet autem hæc generalis confessio plurimas vtilitates à nobis ex parte alio loco notatas, quas hîc breuiter attingemus, vt eorum, qui hunc morem in vsum induxerunt, sapientiam à Domino datam agnoscamus.

Plurimas id habet vtilitates.

Libro de exterminat. mali, & promot. boni par. I. cap. 7. 6. I. Omnium peccatorum consideratione facilius illorum dolor comparatur. Ipsorum malitia augetur cognitio. Genes. 1. 31.

Hac confessione detestatio, ac dolor peccatorum efficacissimè comparatur, dum homo non vnum, aut alterum malum suum, sed omnia simul mala à praua sua voluntate profecta, quasi vno intuitu, peruidet, & inde condignam tam miseræ calamitatis tristitiam concipit. Multorum enim malorum simul in nos irruentium attentata cogitatio mirè animum contrahit, & dolorem, ac eorum detestationem incutit. Deinde cognitio malitiæ peccatorum augetur. Nàm sicut de singulis rebus creatis dictum est in Genesi, *quòd essent bonæ*, de omnibus autem simul acceptis propter mirabilem dispositionem, & incredibilem pulchritudinem ex ea resultantem, *quòd essent valde bonæ*: ita singula peccata seorsum sumpta apparent satis mala & fœda, ac omnia, quæ admisimus cogitationibus, verbis, & operibus, simul considerata, propter

propter insignem nostram erga Deum ingrati-
tudinem noscuntur pessima, atque fœdissima.
Insuper defectus particularium confessionum
supplentur, quas non rarò in sæculo sine debita
detestatione peccatorum, sine firmo proposito
emendationis, & sine exacta conscientia exami-
natione fecimus. Quod ergo minùs his speciali-
bus confessionibus exoluimus, vna hac genera-
li restituimus, vt pro nostra tenuitate omnia pec-
cata, quantum possumus, detestantes ad veram
& omnimodam malorum nostrorù deletionem
attendamus. Præterea humilitas non nata gene-
ratur, genita promouetur, promotâ perficitur. Si
enim homo magnus in seculo peccator fuit, in-
tuens beneficia Dei, & praua ac distorta itinera
vitæ suæ, & deliria affectuum suorum verissimè
se deiicit, & vita ac luce indignum ducit. Si in-
nocens extitit, agnoscens se in magna mala non
cecidisse, quia à Deo custoditus est, non permit-
tente, vt in ea mala caderet homo, in quæ absque
dubio impingere potuit, vt Augustinus ait, siqui-
dem in ea cecidit aliter homo, non parum se de-
primit, dum præcipitiù, in quod ibat, nisi teneretur,
conspicit. Si beneficiis singularibus afficitur,
post turpem vitam, & in non mediocrem purita-
tè extollitur, oculos in sua peccata coniiciens ad
imitationè Pauli se ob peccata propria minimù
esse fatetur, & non sanctù, aut perfectù virù, sed
persecutorè & cõtumeliosù vocare nõ veretur.

Ad hæc, feruor ac desiderium fideliter Deo
seruiendi succenditur. Nam quis, rogo, videns
quanta & quàm immania flagitia patrauit, &
quàm ingentia sūt onera sustinenda pœnarum,

*Defectus
particularium
confessionum
generalium
supplentur.*

*Humilitas
mirè
accrescit.*

Solil.

15.

*Desiderium Deo
fideliter
seruiendi
succenditur.*

quæ debet ; & quàm magna , & benigna fuerit erga ipsum misericordia Dei , aut tepidè diligere , aut minùs strenuè obsequi suo domino , ac benefactori sustineat ? Verè , *cui minùs dimittitur , minùs diligit* , & è contra , *cui multa dimittuntur , magis diligit* , id est , maiorem diligendi , & seruiendi occasionem habet . Qui ergo quasi vno aspectu videt tot ac tanta peccata , aut sibi iam dimissa (vt probabiliter credit) aut statim dimittenda , hoc incitamentum putat , vt vehementiùs diligat , & fideliùs seruiat . Et sicut exhibuit membra sua seruire iniquitati ad iniquitatem , pari modo nunc exhibet eadem seruire iustitiæ in sanctificationem . Tandem homo hac omnium suorù peccatorum inspectione , & ponderatione , ad patientiam aduersorum roboratur , vt ea aduersa sustinendo deleat , & ad alios instruendos eruditur , vt eos detestari peccata doceat , & compassione proximorum peccantium tangitur , dum in simili miseria quam ipse in se detestatus est , illos cecidisse animaduertit . Hæc sunt generalis confessionis commoda semel factæ (non enim sine necessitate ad scrupulos nutriendos iteranda) propter quæ & nobis in initio conuersionis mandata est , & omnibus , vbicumque Deo seruire incipientibus , ex consilio supererogationis iniuncta .

In societate ad fixum gradum non admissi bis in anno consistuntur .

De generali confessione annua , vel semestri . §. 2 .

Præter hanc generalem confessionem ipso ingressu in religionem factam , religiosi nostri in aliquo gradu Societatis stabiliti semel in anno , nondum

nondum verò ad gradum fixum admissi bis in anno generaliter confitentur. Non quidem totam vitam præteritam euoluendo (quod sæpe molestum, aut inutile, aut etiam perniciosum esset, & scrupulosum, ac dubietatum incitamentum) sed ab vltima, quam ante annum, vel ante sex menses fecerunt, inchoando. Huius autem confessionis eadem sunt vtilitates proportionem quadam quæ illius primæ in initio conuersionis factæ. Sed præter has alias quoque habet, & quidem pretiosissimas, quarum obtentu est diligenter, ac fideliter vsurpanda.

Prima vtilitas est. Nam vir spiritualis huius confessionis exercitio intimè seipsum agnoscit, & conferendo hos menses, vel hunc annum cum priori, & nouas culpas, cum antiquis, an profecerit, an verò defecerit, manifestè deprehendit. Secunda. Grauitatem culparum suarum animaduertit, quæ non aliter, quàm vulnera gladio acutissimo inflicta, principio quidem minimè sentiuntur, postea verò membra non paruo dolore diseruciant: principio modica, & nullius momenti apparent, post aliquod verò tempus, passione impellente, sedata culpæ qualitatem aspiciunt, & de nostra oscitantia erubescimus. Tertia. Affectum, passionemve sibi dominantem intelligit. Hoc namque genus imperfectionum à iactantia, seu elatione, illud ab ira, & indignatione, aliud autem ab ignauia, ac tepore spiritus dimanasse, quasi manu discretionis tangit. Cognitis autem morborum radicibus, facilius est, eis remedium adhibere, & ad sanitatem redire. Quarta. Virtutem discretionis

*Eximia
huiusmodi
commoda
confessionis.*

1. *Proprij
status in-
terioris
cognitio.*

2. *Grati-
tatis cul-
parum ani-
maduer-
sio.*

3. *Domi-
nantis
passionis
affectus
innoce-
scit.*

4. *Virtus
discretio-
nis au-
disceatur.*

ad eò vitæ spirituali necessariam addicit. Quia dum seriem suorum malorum considerat, & radices ipsorum inquirat, & inuenit, artem, qua illa curatur, comparat, & vt medeatur proximorum casibus, ex seipso doctrinam captat. Quinta. Desiderium perfectæ emendationis accendit. Cùm enim anima prima die tot Dei miserationes in se effusas computauerit, & in hoc secundo tam magnam ingratitude suam peccata propria examinando, & ponderando cognouerit, quid aliud faciet, nisi spiritum compunctionis induere, & se ad desiderium emendationis prouocare?

5. *Desiderium emendationis accenditur.*

Vlt. ad maiorem puritatem peruenitur.

Postrema. Ad maiorem puritatem, quæ finis est totius renouationis, peruenit. Sicut enim vas semel lotum, si iterum lauietur, mundius, & splendidius redditur; ita anima non semel, sed multoties confessionibus particularibus lota, & munda facta, per hanc generalem ad maiorem mundiciam, & puritatem reuocatur, assequiturque illud à sancto Dauide tantopere concupitum, & tam humiliter postulatum: *Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.* Nam per nouum contritionis motum, & per abundantiorum infusionem gratiæ, ad maiorem mundiciam, & decorem adducitur. Horum ergo bonorum fit particeps, qui hanc confessionem non segniter facit, & per hunc magnæ humilitatis actum Domino placeat, & regulam obseruare contendit.

Psal. 50. 4.

De modo in hac confessione seruando. §. 3.

In hac autem confessione, vt rectè & fructuosè fiat

fiat, aliqua sunt à nobis seruanda. Illud autem *In Confessario*
 præcipuum est, & in omni confessione intelli- *Christus cogitan-*
 gendum, vt in sacerdote, cui confessionem fa- *dus.*
 cimus, non tam hominem, quàm Deum cogi-
 temus, & in conspectu supremi iudicis Christi,
 quem fallere nequaquam possumus, nos ipsos
 statuamus. Auditis peccatis tuis, ô frater, ait sa-
 cerdos: Ego te absoluo. Quis autem potest à
 peccatis absoluerè principaliter, ac peccata di-
 mittere, nisi solus Deus, aduersùs quem admis-
 sa sunt? Igitur licet reuera homini confitear-
 ris, tamen primò ac præcipuè Christo ipsi, cu-
 ius minister vicem gerit, tua peccata confite-
 ris. Ex hoc primo optimè præstito, ac viuida
 fide cognito multa bona consequuntur. Nam *Nihil omnino*
 si Christo ipsi, quem nulla latet nec minima *celadum,*
 cogitatio, tua peccata pandis, nihil omnino à *etiamsi*
 te cognitum celabis, & sincerissimè, omnia pec- *aliàs con-*
 cata etiam occultissima patefacies. Ridiculum *fessum.*
 enim esset, in hac confessione leuia dicere, quæ
 vel sanctus quisque de se posset asserere, siquid
 verò graue in eo semestri commisisti, impruden-
 ter reticere. O iam illud cōfessus sum, & obtenta
 facultate à prælato eligendi Confessariū, illi, qui
 placuit in oculis meis, peccatū detexi, & veniam
 obtinui. Nunc de hoc tuo facto nihil dico, quo
 propriū pastorē reliquisti, ne secaret, ne vreret,
 ne sanaret, ne occasionē iterum cadendi præcidi
 iuberet; ad alium verò accessisti, qui te palparet,
 qui exterius tantum vlcus obduceret, qui medi-
 camentū efficax, ne iterum caderes, fortè appli-
 care nesciret. Non puduit te peccare, & puduit te
 ad tuum prælatū accurrere. Dum modicum pu-
 dorem

dorem vitas, magno rubori sustinendo te exponis. Nam fortè Dominus, vt tuam superbiam puniat, præposito tuo in foro exteriori notum faciet, & seuerè multabit, quod in foro animæ cognitum oleo lenitatis curaret, & ita se haberet, ac si illud omnino nesciret.

Confessio generalis inducta, vt iam confessio, noua cõpunctione mundentur, & cõgruum eis remedium à sacerdote adhibeatur.

Sed relinquamus ista. An ignoras, cõfessionè generalem ad hoc esse inductam, vt iam confessio dicantur, & nouæ compunctionis lauacro, ac maioris humilitatis actione magis magisque mundentur? An ignoras, hanc confessionem ad hoc exerceri, vt sacerdos non solum doctus, sed & spiritualis, & qui possit esse perfectionis magister (tales namque ad has confessiones excipiendas eliguntur) omnes animæ tuæ recessus agnoscat, & malis tuis malagma conueniens adhibeat? At quo pacto remedium dabit, quæ ratione te ad perfectionem prouehet, si ab eo

Quod ignorat sacerdos curare nequit, unde omnia ei manifesta.

grauia, quæ admisisti, & ipse audiens curaturus erat, abscondas, & leuia, ac nullius momenti tantum aperias. Nec dicas mihi, quia iam sanus factus es, & per specialem confessionem, quam apud illum à te electum sacerdotem à peccato mundatus, ad quod (vt magis rem vrgeamus) numquam in posterum es reuersus. Esto enim, hoc ita esse, quod non inficior. Sed animaduerte, longè alium esse statum tuum, postquam in grauia cecidisti, ab eo, quem haberes, si non cecidisses, ac Deo fidelitatem seruasses. Prudens namque consiliarius aliud consilium dabit nobili, qui à die, qua in palatium ingressus est, semper regi fidelis extitit, aut ei, qui postquam est in regis obsequium ascitus, ab eo per rebellionem

Simile.

lionem

lionem defecit. Sic alia auditurus es à Patre spiritali gubernandi talento prædito, cum in sola peccata leuia incidisti, aut cum in aliquod graue peccatum lapsus es. Nam tibi ad tantum malum progresso, & in domo sanctorum in crimen lapsus, maior cura satisfactionis, & vitandæ occasionis incumbit. Effunde itaque, sicut aqua, cor tuum, ut nihil eorum, quæ manifestanda sunt, occultum remaneat, nihilque eorum, quæ aperta esse debent, per minorem claritatem lateri cordis agglutinatum adhæreat.

Ad quod propositum notanda Ioannis Climaci verba subiicio, quæ te ad sinceram anime confessionem possunt. [Noli, fili, inquit, atque Domino obediens, spiritu elationis decipi, neque peccata tua ex persona alterius magistro denuncies. Neque enim licet absque verecundiæ rubore æterna confusione liberari. Aperi, denuda, detege medico vulnus tuum. Dic age, noli confundi. Meum vulnus est, Pater, mea plaga, cuius mihi causa fuit, non aliud, quam mea negligentia. Nemo huius auctor extitit, non homo, non spiritus, non corpus, non aliud quidquam, nisi desidia mea. Esto, dum confiteris, habitu, spe, cogitatione, ut condemnatus reus, demissis in terram luminibus, atque si fieri potest, magistri, aut medici pedes, ut Christi pedes, lacrymis riga. Solent nonnunquam demones nos, ut aut non confiteamur, hortari, aut certe, ut hoc veluti ex alterius persona faciamus, siue ut alios quosdam peccati nostri insimulemus auctores. Sicut certum est, consuetudo plurimum valet, & cuncta ex ea pendent, eamque sequuntur,

*Sincera
confessio-
nis forma
ex Cli-
maco.
Gradu
4 de obe-
dientia.*

tur, omnino lògè ampliùs ea valebit in bonis, cū potentissimū habeat adiutorè Deū. Noli, ô fili, annis plurimis laborans lassescere, donec in te ipso beatissimā inuenias requiè. Quòd si teipsū in initio toto animo ignominii expouisti, ne indignū putes, adiutori ac magistro tuo, tamquā Deo, vultu, animoque demisso, culpas tuas confiteri. Vidi enim reos quoque miserabili omnino habitu, vehementioriq; cōfessionis, & supplicationis vi duritiā ac seueritatē emolliuisse iudicis, illiúsq; iracundiā in misericordiā cōuertisse. Quocirca Ioannes quoq; Domini præcursor, antequā baptismi lauacra donaret, ab accedētib; cōfessionis humilitatē requirebat. Nō quidē vllō eorū ipse indigens, sed eorū saluti modis omnibus consulens.] Huius sanctissimi viri dictis acquiescere, & modis omnibus conscientiaē abdita prælato per confessionē reuelare non metuas. Deus ipse adest tuos sermones audiens, tuā submissionē excipiēs, tua peccata humilis cōfessionis virtute detergēs. Ille prælato non tui cōtemptū, sed æstimationē, nō odiū, sed amorē immittet. Dumque tu homini dicis miseras tuas, Deus tibi indulgētiā, & gratiā, vt emēderis, benignè cōcedit.

Hoc documento per misericordiā Dei, pauci apud nos indigent; scribitur autem, vt si quis eo indigens, in hunc tractatū inciderit, legat quod sibi expedit. Cōmunitè autē omnes conscientias prælatis nostris apertas habemus, & nihil eorū, quæ eos scire oportet, ab oculis ipsorū abscondimus. Tu ergo si vnus ex his multis es, qui, tamquam filius Israēl, non carne, sed spīritu, in luce ambulas, ad confessariū in hoc opere, tamquā ad

Chri

Ex consideratione Christi in confessione plurima bona conquiritur.

C
cil
&
au
Na
fil
ma
cōf
pie
guā
tē d
de
gnu
agn
cui
sti f
nos
pre
his
inne

A
oner
vias
strā
dita
inter
scien

Christū, accurre. Tunc te aperire non solum facillimū senties, verū & alia bona cōquires. Nā & reuerenter coram illo astabis, in quo filiū Dei audientē te, & peccata tua remittentē agnoscis.

Nam quis non reueratur illū, in cuius persona filiū ipsum Dei representatum, & operātem animaduertit? Illum humiliter audies, & monita ac cōsilia eius nō aliter, quā à cœlo demissa suscipies. Deus enim eū docebit, vt te doceat, & linguā eius erudit, vt te sincerē, & modestē audientē de rebus ad salutē vtilibus instruat. Illi, in his, de quibus monuit, diligēter obedies. Quia indignum putabis, ei non obedire, in quo Christum agnouisti, per cuius os filiū Dei loquentē audisti, cuius salutaria monita nō ab humana, sed à cœlesti sapiētia profecta existimasti. Cū autē omnis nostra perfectio in obediētia sita sit, qua diuinis præceptis, & consiliis paremus, certū est, quòd, si his Patris spiritualis monitis obedieris interiorē innouationem quā cupis à Domino cōsequeris.

Reuerentia in illius conspectu.

Humilitas in audiendo.

Diligentia in obediendo.

Interioris renouationis adeptio.

C A P V T V I I I .

De conscientia aperienda hac die Pralato.

Pralato conscientiam aperire à regula præscriptum. Quid inter generale confessionē, & conscientia manifestationem.

ALIVD onus nobis à regula impositum est, si fortē onus dici potest, quod nos multis oneribus liberat, & agiles ad incedendum per vias spiritus facit, vt Pralato conscientiam nostrā aperiāmus, & ei omnia cordis nostri abscondita manifestemus. Est autem magnū discrimen inter generalem confessionem, & hanc conscientiaē manifestationem, (quæ duo, vt diuersa, distin-

distin

*stationē
discrimi-
nis sit.*

distinctis regulis præscribuntur) quod oportet explicare. Confessio ad forum occultissimum poenitentiae pertinet, extra quod nihil omnino eorum, quæ ibi transiguntur, reuelare licet. Conscientiæ verò manifestatio pertinet ad forum medium secreti naturalis, quod prælatus, qui arcana subditi audit, prout iste voluerit, seruare debet. Confessione conscientiae puritas, & peccatorum remissio quæritur; manifestatione conscientiae directio vitae, & consilium ad rectè in via spiritus procedendum procuratur. Confessione sola peccata panduntur, manifestatione conscientiae non peccata, sed propensiones animi, tentationes, boni instinctus à Domino iuspirati, ac vno nomine bona, & mala reuelantur. Confessio ipso actu sacramentali perficitur, quo completo sic se habet confessarius, ac si nihil audisset: in manifestatione verò conscientiae ianua aperta superiori relinquitur, vt possit, tanquam Pater, aliquid, quod ruborem non iniiciat, interrogare, & suarum monitionū executionem exigere. Illa tandem fit vni ex Patribus ad confessiones excipiendas designatis, qui possunt religiosos à peccatis absoluere. Hæc autem redditur prælato ipsi, vt ex his, quæ audit, possit virtutem sui subditi agnoscere, atque eum in via spiritualis salutis dirigere. Quia verò hæc manifestatio conscientiae nõ solum utilis, verum & apprime necessaria est, vt serui Dei, præsertim iuniores, tutò per viâ spiritus incedât, & in mentis sanctitate proficiant, volumus ad gloriâ Dei, & ipsorū utilitatē, quid hæc manifestatio sit, paulo latius explicare, & eius mirabiles utilitates edicere.

Quid

Quid sit conscientia manifestatio. §. 1.

Conscientia igitur manifestatio est omnium
 occulorum nostrorum tum malorum, tum bo-
 norum in conspectu Prælati sincerissima, verissi-
 maque ad euepiendum consilium, quo in via spi-
 ritus non erremus, & ad habendam directionem
 aperta. Qui agrotus cupit à medico ab agridi-
 dine liberari, suam ei agridinam, & caulas, &
 radices, & remedia adhibita, & quare suo iudicio
 non conualefcit, exponit. Qui litigans vult in li-
 te ab aduocato iuari, omnia, quæ sibi prodesse
 possunt, vt ea prouehat, & omnia, quæ obesse, vt
 ea auerrat, aut sui primat, libenter de tegit. Qui
 iter suscepturus desiderat non errare, ei, qui iter
 bene nouit, se ducendum committit, & siquid
 impedimenti habeat ad progrediendum, vt ab il-
 lo duce suo dirigatur, pandere non erubescit. Tu
 autem, frater, viam spiritus ingressus es, tibi satis
 incognitam, & non paucis, nec paruis periculis
 circumseptam. Sine duce, cui impedimenta pro-
 grediendi manifestes, per eam securè transire nõ
 poteris. Animi morbos habes, cõsque depellere
 concupiscis, aut saltem ambiguitatibus quateris,
 nec quid in multis rebus factõ opus sit, per te
 ipsum intelligere vales, quare industriũ virum,
 & hic sit Superior, à quo erudiaris, & saneris. Ac-
 curre ad illũ tamquam ad patrẽ, qui te benignè
 excipiet; tamquam ad præceptorem, qui te doce-
 bit; tamquam ad medicum, qui te curabit; & tam-
 quam ad consiliarium, qui sanctis consiliis &
 monitionibus te eriget. Dices illi simpliciter, &
 apertè, quòd tu ipse de te cognoueris, certa vt

Est o-
 nium m-
 occulto-
 rum, tum
 bonorum,
 tum ma-
 lorum, in
 conspectu
 Prælati
 ad spiri-
 tus di-
 rectione
 aperta.
 Eius re-
 cessus
 vrbis si-
 militudini-
 bus cõ-
 probatur.

I. Alvarez de vita vel.

Y y

certa,

Quid

706 *De vita religiosè instituenda,*
certa, dubia vt dubia, & breuiter omnia, vt in
sensu ac iudicio tuo sunt.

*Bona, &
mala
sincere
mani-
festanda.*

Hæc conscientia manifestatio ad id ordi-
natur, vt in via spiritus dirigamur, & in interio-
re homine gubernemur, quare verissima sit
oportet: ita scilicet vt nec vitia nostra celemus,
nec Dei dona aut virtutes nobis datas abscon-
damus, sed omnia, prout sunt, maneant oculis
nos gubernantis aperta. Neque enim ex hac
manifestatione nostrorum occultorum quari-
mus, vt boni, & sancti habeamur, quod insignis
esset hypocrisis, neque vt contemnamur, ac viles
putemur, quod in hoc proposito magna esset
ignorantia, sicut si quis accersens medicum,
vulnus, aut dolorem, quem non habet, habere
se fingeret; sed tantum intendimus, vt ei, qui
nos regit, simus omnino perspecti. Ille autem
haudquaquam nostrum statum agnosceret, si
propter ineptam humilitatem bona celantes,
aut mala fingentes, vel propter superbiam mala
occultantes, aut bona, quæ non habemus,
ostentantes mentiti fuerimus. Basilius sanè hanc
simplicem veritatem in manifestatione con-
scientia ad finem eius, id est, profectum spiritus,
consequendum exegit. [Debet autem vicissim
vnusquisque, ait, eorum, qui inferiores sunt, si-
quidem memorabilem vllam facere progressio-
nem studet, & ad perfectionem vitæ illius, quæ
præceptis Domini nostri Iesu Christi est consen-
tanea, peruenire, cum nullum animi sui motum
apud seipsum celatum tenere, tum in sermone
nihil non diligenti antè cura consideratum pro-
ferre, sed mentis suæ arcana aperire fratribus

*Ad spiri-
tus pro-
fectum
valde
utilis.
Reg. 26.
fol. disp.*

his,

his,
hibi-
rant.
gnur
prob
huiu
dine
peruc
tumi
aliis
tur,
pluri
tem,
sumu
bemu
tus or
Il
viror
star A
sissim
hi ve
dilige
clarif
reneb
eumq
itaqu
tate
bris
dat.
lumin
aliqu
grana
to iac

his, quibus datum illud negotium sit, ut adhibitis facilitate, & misericordia agrotantes curant. Hoc enim modo fiet, ut & quod laudem dignum sit in nobis, confirmetur, & quod minus probandum, congruo remedio sanetur, atque ex huiusmodi mutua exercendi inter nos consuetudine per modicas accessiones ad perfectionem perueniamus.] Sic ille. Fratres autem, quibus datum hoc negotium erat, illi profectò erant, qui aliis præficebantur, ac superiores constituebantur, quia vnus Prælatas omnibus subditis (qui plurimi erant) audiendis non sufficiebat. Nos autem, qui in qualibet domo non multi admodum sumus, vnum Præpositum siue Superiorem habemus, cui ad eruditionem, ac profectum spiritus omnia etiam occulta detegamus.

Istud namque est hominum carnalium, & virorum spiritualium discrimen, quòd illi instar Ægyptiorum à Domino percussorum densissimis tenebris, & tetra caligine subruuntur; hi verò instar filiorum Israël, quos Dominus diligebat, & à seruitute liberare constituerat, in clarissima luce versantur. *Facta, inquit, sunt tenebre horribiles, in vniuersa terra Ægypti: ubique autem habitabant filij Israël, lux erat.* Sint itaque corda nostra in luce, gaudeant claritate, nihil habeant offusum superbiæ tenebris, quod ab oculis nos gubernantis abscondat. In piscina aquæ perspicuæ, quam sol illuminat, sordida verò non scedant, nec motus aliquis inordinatus perturbat, minima arena grana videntur, & omnia, quæ in patimento iacent, clarissimè perspiciuntur. Sic in

Iustorum proprium est, lucem veritatis amare, malorum detestari.
Exod. 10 22.

conscientia spiritualis viri, quam suæ gratiæ motu Christus illustrat, quam nullum desiderium permanendi in aliquo peccato inficit, nullusque motus elationis, cui consensus præbeat, inquietat, omnia sunt oculis Superioris aperta, ad eò, ut prima tentationum initia sint illi clara, atque perspicua.

Societatis Iesu nomen hoc sua iure deposcit.

De Christi Societate gloriamur, Christi socij vocamur, mutuæ charitatis glutine coniuncti putamur; quid autem hæc Societas, & hæc mutua charitas postulet, non est æquum ignoremus. Hæc quidem duo conscientia claritatem exigunt, omnem duplicitatem à nobis, qua vnum dicimus, & aliud sumus, & omnem obcuritatem auertant. Ad hoc namque trahi potest, quod Ioannes Apostolus ait: *Si dixerimus, quod societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus.* Hæc Societas cum Christo per fidem, & charitatem est, fateor. In tenebris autem ambulare, est errores, aut iniquitates admittere, non inficior. Sed etiam de Societate ratione perfectioris status intelligi potest. Si enim gloriamur de eo, quod in ordine Societatis Iesu viuimus, tenebras autem conscientia sequimur, & nostra interiora occulta deferimus, certè opere ipso mentimur. Professio quippe Societatis est, sed vita Societatis non est. Vox quidem Iacob, sed manus sunt Esau. Quoniam vitæ Sociorum Iesu proprium est, tenebras, & simulationes, & hypocrifes auersari, claritatem verò, & veritatem, ac simplicitatem diligere.

1. Thec.
salo. 5.
5.

Omnes vos, inquit Paulus, filij lucis estis, & filij

filij Dei: non sumus noctis filij, nec tenebrarum. Si tantum donum accepimus, vt filij lucis, & socij Christi simus, non in tenebris, sed in meridie ambulemus. Vt quemadmodum in meridie nihil quantumvis exiguum, absconditur, ita in conscientijs nostris, quas Christus sol verus illuminat, nihil nec minimum ab oculis Superioris abscondatur. Hæc est via certa ad habendam conscientiam mundiciam. Nam qui ambulat in luce, non offendit, neque in crimen impingit. Si autem impegerit, & ad suum gubernatorem accurrat, eiusque vulnus aperiat, manu eius subleuabitur, & ad pristinam mundiciam redigetur. Et verè, si in hac luce ambulamus, sicut & ipse Dominus, cuius vexillum sequimur, est in luce, statu, ac vita, societatem habemus adinuicem, & sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato. Quia quod iniquum Prælatus noster agnouerit, Christi sanguinem applicando sanabit, & quomodo ad vomitum non reuertamur, ipse docebit. Itaque hæc conscientie manifestatio nihil aliud sonat, quam occultorum nostrorum patefactionem, vt à magistro perfectionis, qui est noster Prælatus, dirigamur, & doceamur, & in bono roboremur, atque, si malum aliquod plusquam ordinarium admisimus, ad salutem, si iam sani non sumus, vel ad statum, ex quo iterum non cadamus, reuocemur.

Quæ sint manifestanda. §. 2.

Sed priusquam huius rei momentum explicemus, quæret aliquis, quamnam sint Præ-

Conscientia claritas via ad habendam cordis mundiciam.

1. Ioan. 1. 7.

lato manifestanda? Ad hoc respondeo: Omnia interiora nostra, tum bona, tum mala. Bonorum nomine intelligimus inspirationes Domini, quibus ad sanctitatem vocamur; bona desideria, quibus ad bonam conuersationem incitamus; virtutum profectum, quo thesaurum meritum augemus; orationis donum, quo Domino per intellectum, & sanctum affectum adhaerescimus. Malorum nomine intelligimus tentationes, propensiones ad malum, tepiditatem spiritus, distractionem mentis, & siquæ sunt alia augmento nostræ virtutis obstantia. At peccata, siquæ admisimus, non sunt in hac manifestatione propalanda, sed confessioni relinquenda. Neque enim nos stulti sumus, vt, quod Deus non præcepit, nec consuluit, præcipiamus, aut consulamus, aut vile animæ saluti putemus. Vera igitur mala, id est, peccata, ante, vel post manifestationem conscientia sunt confessione propalanda: ea verò, quibus ad malum prouocamur, quæ mala dicuntur, quia initia malorum sunt, in reddenda conscientia ratione pandenda. Vnde perspicitur, quàm vile sit, eidem scilicet Prælato & confiteri, & conscientiam aperire, vt plenius nos agnoscens, melius possit consilia dare, & ad perfectionem promouere. Hoc autem quod vtilius est, non est ex regula præscriptum, sed arbitrio cuiusque relictum, vt scilicet Prælato conscientiam aperiat, & eidem, vel alteri ex designatis Patribus per confessionem sua peccata patefaciat.

Sunt ergo omnia interiora nostra Prælato manifestanda, vt ipse nos omnino cognoscat, & consilio,

Qua bona sunt detegenda.

Qua mala.

Peccata confessioni relinquenda.

Vtile est, Prælato & conscientiam aperire, & confiteri.

consilio, atque adhortationibus in perfectionem dirigat. Quod Cassianus de religiosis sui temporis differens, & quomodo per omnimodam mortificationem ad perfectionem informarentur, docens, hæc subdit: [Ad quod ut facile valeat peruenire, consequenter instituuntur, nullas penitus cogitationes prurientes in corde perniciose confusione celare, sed confestim, ut exorta fuerint, eas suo patefacere seniori, nec super earum iudicio quidquam suæ discretioni committere, sed illud credere malum esse, vel bonum, quod discussit, ac pronunciauerit senioris examen. Itaque fit, ut in nullo circumuenire iuuenem callidus inimicus velut inexperum ignarumque præualeat, nec ulla fraude decipere, quem peruidet, non sua, sed senioris discretione muniri, & suggestiones suas, vel ignita iacula, quæcumque in cor eius iniecerit, ut seniorem celet, non posse suaderi. Aliter quidem subtilissimus diabolus illudere, vel deicere iuniorem non poterit, nisi cum eum, siue per arrogantiam, siue per verecundiam, ad cogitationum suarum velamen illexerit. Generale namque & euidens indicium diabolicæ cogitationis esse pronuntiant, si eam seniori confundimur aperire.] Sic ille. Qui licet de malis detegendis solum loqui videatur, tamen de bonis quoque manifestandis est intelligendus, quia sæpe mala, ut ignaros decipiant, specie boni se contegunt, aut si aperte bona sint, in qua mensura admittenda sunt, non omnes intelligunt. Sunt namque cogitationes bonæ velut quædam bonorum operum aut desideriorum instrumenta, quæ bene in usum as-

*In more
id apud
antiquos
religio-
so.*

Collib.
4. de
iollit.
rechane.
cap. 9.

sumpta profunt: indiscretè tamen admissa non parum officiant.

*Prælati
refractor,
consilia-
rii. præ-
ceptor, &
amicus
in se ien-
dus.*

Cogitabis, vt hoc non difficulter facias, & vt confidenter te detegas, id quod verum est, Prælatum non tantum esse Prælatum, sed esse quoque fratrem, consiliarium, præceptorem, atque amicum fidelissimum. Non enim est impossibile maiorem, vt amicum, diligere, & cum reuerentia & obedientia amicitiam copulare. Nonne Dominum, ac creatorem omnium ita reueremur, vt etiam amore amicitie tenerè diligamus? Si ergo ei altissimo ac maximo, cui in cunctis seruire debemus, nos abiecti & pusilli amicitia iungimur, cur absurdum putabimus, Prælatum vt superiorem aspicere, & vt nos fideliter amantem amare? Hic amico fidei, & prudenti tua occulta manifestabis, vt emolumentis veri amici à Sapiente descriptis non careas.

*Ecl. 6.
16. 14.
15.*

Amicus fidelis, inquit, medicamentum est vite. Qui inuenit illum, inuenit thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna portio auri, & argenti contra bonitatem fidei illius. Cum remedia ad vincendas tentationes parat, erit quasi medicamentum vite. Cum documenta ad virtutes assequendas declarat, erit quasi vere diuitia. Cui tristitiam, & anxietatem depellit, nihil in his quæ delectant, fidelitati illius poterit comparari. Optime certe Augustinus, aut quisquis auctor est libri, sic scribit: [At quæ felicitas, quæ secularis, quæ iucunditas est, habere eum quo æquè audeas loqui, vt tibi? Cui confiteri non timeas, siquid deliqueris? Cui

*De amico
fide-
li cap 5
tom. 4.*

*Fid. iis
amicus
in ignis
felicitatis.*

non

non erubescas reuelare, in spiritualibus si quid profeceris? Cui cordis tui omnia secreta committas, & commendes consilia? Quid igitur iucundius, quàm ita vnire animum alterius, & vnum efficere de duobus, vt nulla iactantia timeatur, nulla formidetur suspicio, nec correptus alter ab altero doleat, nec laudantem alter alterum adulationis notet, vel arguat? *Amicum*, Eccl. 6. ait Sapiens, *medicamentum est vita*. Non enim validior, vel efficacior est vulneribus nostris medicina, quàm habere, qui omni incommodo occurrat compatiens, omni commodo occurrat congratulans, vt iunctis suis hūmeris onera sua inuicem tolerant, & quòd vnusquisque propriam leuius, quàm amici portet iniuriam.] Hæc ille. Hunc amicum in Superiore absque dubio tu habes, commenda illi secreta tua, vt cum aliis, quæ statim referemus, hæc emolumenta consequaris.

Imitare illum, qui in domum suam fidelissimum amicum excepit, qui nihil omnino ei abscondit, sed vel paupertatem, ac rerum omnium penuriam, vt sibi condoleat, & prout potest, subueniat, vel diuitias, & gemmas pretiosas, vt sibi congratuletur, & consilium ad eas seruandas, & augendas præbeat, securè manifestat. Ita & tu huic Prælato tuo, & vero amico tuo omnia interiora pande, vt secundum tuam exigentiam tecum se habeat. Si pauper es, si tepidus, si tentatus, tuas miseras aperire ne metuas. Nam Prælati non ob id te despiciet, sed magis tibi ex corde condolebit, & consilio suo ad egrediendum è cœno tepiditatis, & luto

Imitandus amicus, qui amicum hospitio excipit.

tentationis non parum opis afferret. Ipse homo est, eadem quæ tu, aut etiam grauiora passus. Et legit in Paulo: *Fratres, etsi preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu temerè.* Sciet utique subdito compati, ne ob duritiem animi, & elationem à Domino deseratur. Si autem ditès es, si feruidus, si donis Domini cumulatus, ob metum inanis gloriæ tuas opes manifestare ne timeas. Tu enim non laudem humanam, sed à periculis immunis esse, & ut donis augearis, Prælati instructionem quæris. *Ezechias* quidem legatis Regis Babylonix *suos thesauros ostendit, & Deo displicuit, quoniam ad ostentationem ostendit.* Tu verò non ad ostentationem, sed ad obedientiam, & ad capiendam instructionem dona tua pandis, vnde securus esto, quòd in hoc Domino minime displicebis.

Galat.
6.1.

4 Reg.
20.13.

Humiliter, simpliciter, & confidenter in manifestatione procedendum.

Aperi conscientiam tuam Prælato humiliter, ut ab eo cognoscaris, & non melior quàm sis, aut sanctior, aut deuotior existimeris. Aperi simpliciter, sine ambagibus, sine obscuritatibus, sine excusationibus, ut conuenientibus remediis, aut adhortationibus adiuueris. Aperi confidenter, ut verbo Prælati, quem Dominus in sermone dirigat, consoleris. Ne fugias illum, quem ipse Deus tibi in pastorem dedit, quem tibi ad salutem præfecit, ut pastoris regimine per iustitiæ semitas sine offensione ducaris. Sit conscientia tua coram illo, ceu stagnum aquæ mundissimæ, in quo omnia tua contempletur: sit ut speculum purissimum, in quo

quo vel minima ad te spectantia intueatur: sit velut aër serenus, atque perspicuus, in quo nullæ sunt latebræ, sed quidquid est in agro cordis ad lucem veritatis manifestè perspicitur. Non illudat tibi diabolus, dicens: Hoc nihil est, hoc parum refert, non est cur illud manifestem. Nam si nihil est, cur illud manifestare erubescis? Si autem aliquid est, & semen alicuius mali, quare illud ad tuam salutem non deteges? Itaque omnia Præfato patefacienda sunt, magna, & parua, bona, & mala, prospera nostro spiritui, necnon aduersa, vt nos cognoscat, & sine offensione in perfectionem dirigat.

Parua etiã detegere nõ erubescendum.

*Hanc manifestationem necessariam esse,
quia ad nostrum regimen nobis
sufficientes non sumus. §. 3.*

Nunc rationes inuestigemus, quare hac conscientia manifestatione opus habeamus. Ac prima ex notitia propria pusillitatis emergit. Nemo enim, quantumuis sapiens, & eruditus, idoneus, ac sufficiens est, vt à seipso gubernetur. Quod enim in rebus humanis euenit, & in rebus spiritualibus reperiri necesse est. Nemo, quantumuis arte medicinae polleat, sufficiens est, vt sibi medeatur; quare solent medici, cum ægrotant, alios minùs etiam peritos accersere, à quibus curentur. Nemo, quantumuis prudens, in negotiis arduis sibi ipsi fit, sed aliorum consilium audit, & secundùm illud negotia disponit. Ita profectò

Prima manifestationis necessitatem ostendens ratio, propria pusillitatis est.

Nullus nõ in via spiritus consilio indiget.

nullus

nullus est, licet spiritualis, & in virtutibus exercitatus, qui ad curandas plagas animæ suæ, & ad tentationes superandas, & ad virtutes assequendas, & vno nomine ad profectum spiritus prouehendum, alterius consilio non indigeat. Te ergo, ô frater, ad regendum teipsum insufficientem reputabis, & pro consilio ad Prælatum accures. Nec refert, quòd sæpe tu probè noris, quid sit ipse responsurus. Aliam enim fructum habebit in te idem omnino remedium, quatenus à te excogitatum, vel quatenus ab illo præscriptum. Et vt ab illo, si sapias, erit tibi vtile, ac tutum, vt verò à pharetra tui ingenij proficiscitur, erit tibi suspectum.

Doctrina §.
Quid B. Dorotheus de se scribat.
 Nouerat hoc optimè B. Dorotheus Abbas, de seipso in hunc modum scribens: [Cum essem adhuc cum ceteris in cœnobio, reponebam semper omnia apud Abbatem Ioannem seniore, neque aliquando sustinui quidquam facere præter eius voluntatem. Quòd si mihi aliquando cogitatio, & mens mea respondisset, dixissetque: Quid nunc turbare senem pergas? Hoc tibi dicturus est: Quòd ego iratus in cogitationem huiuscemodi meam referebam, anathema tibi. Quidquid iudicij est tibi, quidquid discretionis est, quidquid prudentiæ, quidquid intelligentiæ, id omne tibi à dæmonibus est. Rectè igitur statim ad Patrem proficiscebam, sapiusque accidit, vt id ipsum mihi senex responderet, quòd antea cogitatio mea præmeditata erat. Inlultabat illa igitur postmodum mihi. Quid ergo? En, vt dixi, est. Quid senem importunus perturbasti? Cui ego contra respondebam: Nunc

bonum

bonum est, nunc id tibi fuit à Spiritu sancto. Quidquid enim tuum est, omne malum est, à dæmone, & ab habitu vitioso. Sicque sustinui numquam cogitationi meæ credere, nisi Patrem consultassem prius.] Hæc ille. Ex cuius verbis non est eliciendum, omnem cogitationem ad remedium tentationum, aut ad salutem animæ ante consultationem Patris spiritualis oblatam, à dæmone esse (quis ita sentiat, cum Dominus sine ministerio hominum multa bona nobis inspiraret) sed prius, quàm Patrem audiamus, nisi manifestam veritatem contineat, debere nobis esse suspectam. Vel certè, licet bona sit, non ita efficacem fructum habituram; ac si à nostro gubernatore dimanasset, si solùm à nostro iudicio prouenisset. Sicut enim moneta argentea, vel aurea, quamuis eiusdem omnino ponderis, & valoris, alia est autoritate regia fabricata, quia sic vera est, & probata; alia verò à priuato homine domi clam excusa, quia sic falsa est, & adultera; sic vnum, atque idem remedium tentationis, vt à me excogitatum, erit minùs utile, vt verò à Superiore dictatum, & cum humilitate susceptum, vtile & efficax ad vincendum inuenietur.

Nemo itaque ad vitam spiritus peragendam est sibi sufficiens, sed, vt à multis tentationibus liberetur, & in perfectionem dirigatur, præceptoris eget industria. Ad quod maxime faciunt Ioannis Climaci verba notanda: [Quicumque ex Ægypto egredi, Pharaonemque cupimus effugere, prorsus Moyse aliquo ad Deum, ac post Deum mediatore nobis opus est, qui pro nobis

Cogitatio, quæ ad remedium tentationum ante Patris consultationem offertur, vel suspecta, vel inefficax est.

Simile.

Nemo ad vitam spiritus peragendam sibi sufficiens.

Gradu 1.

nobis medius inter actionem, & contemplationem stans manus extendat ad Deum, ut hoc duce directi peccatorum traiciamus mare, atque Amalech vitiorum principem fugemus. Seducti igitur sunt, qui sibi ipsis confidentes, nullo sibi duce opus esse arbitrati sunt. Et illi quidem, qui ex Ægypto egressi sunt, Moysen, qui verò ex Sodomis fugerunt, Angelum Dei habuere ducem. Atque hi quidem, qui ex Ægypto profecti sunt, eos significans, qui animarum suarum morbos per medicorum curam, & diligentiam sanare cupiunt: qui verò ex Sodomis fugere, illos designant, qui miseri immunditiam corporis exuere votis omnibus desiderant. Quocirca Angelis etiam, videlicet æquali, ut ita dixerim, adiutore homine, opus habent. Nam secundum vulnere putredinem peritissimo etiam artifice, & medico egemus.] Alio verò loco idem Patet signum veræ obedientiæ autumat, Patrem spiritualementem in omnibus, quæ agimus, quasi præsentem intueri: [Quocirca absente Patre, inquit, eius nobis faciem fingimus, ipsūque nobis astare putamus, congressūque omnem, aut sermonem, aut cibum, aut somnum, aut aliud quodlibet eiusmodi, quod sibi ingratum fore putamus, fugimus, & auersamur, tunc re vera obedientiam liberam, & minime adulteram nos arripuisse sciamus.] Sic ille. Vide, quam verè à Patris spiritualis gubernatione pendamus, quòd vel etiam absens nobis proficit, dum mens nostra in his, quæ agit, quasi præsentem illum videt, & quod præsens suo consilio non facit, ipsius consideratio in absentia

*Inuat
spiritua-
lem Pa-
trem in
omnibus
præsen-
tem in-
tueri.
Gradu
4.*

tia su
indig
suffic
con
mus
magi
tatio
actio
bigat
gere
tur.
prius
mus
pufil
cient
los in
re tar
fecto
dit, &
& sar
muel
à Do
dò ac
hac s
docer
Paul
conu
tur,
Ingre
oport
scens
aliis
cum

tia supplet. Prorusus ita est, quòd adiutorio eius indigemus, & ad regimen nostrum nobis ipsis sufficientes non sumus. Quare? Quia in nostræ conuersionis initio magna ignorantia laboramus; quod fortè in donis Domini parum est, magnum aliquid esse putamus, & remedia tentationum, ac rationem pugnandi, & naturam, actionesque virtutum nescimus. Tunc quis ambigat, hominem pædagogo, ac instructore indigere, à quo de nunquam sibi cognitis doceatur. Quare? Quia etiam in statu profectus proprius amor nos decipit, & aut plus, quàm possumus per indiscretionem aggredi, aut minùs per pusillanimitatem inchoare permittit. Proficientes ergo magistrum quoque habeant, vt illos in his, in quibus errauerint, instruat. Quare tandem? Quia Deus humilitatis amator profectos ipsos ministerio aliorum hominum erudit, & minores non semel ad docendos maiores, & sanctiores assumit. Sciebat forsitan hoc Samuel adhuc in adolescentia positus, qui vocatus à Domino cucurrit primùm ad Heli, & secundò ac tertio vocatus ad eundem festinauit, & hac sapienti humilitate Deum se loquentem ac docentem audire meruit. Expertus est autem Paulus, qui ab ipso Christo vocatus, atque conuersus ad hominem inferioris meriti mittitur, vt ab eo doceatur, auditque à Domino: *Ingrederet civitatem, & ibi dicitur tibi, quid te oporteat facere.* Iam verò grandis factus, noscens hanc esse Domini voluntatem, vt vni ex aliis discamus, ad Apostolos proficiscitur, & cum illis Evangelium confert, ne fortè in vanum

Incipientes, ob ignorantiam sibi ipsis insufficientes.

Proficientes ob periculum indiscretionis.

Profecti, quia Deus ministerio hominum vult illos erudire.
1. Reg. 2. 5.

Actor. 27.

Galat. 2.

curre

720 *De vita religiosè instituenda,*
curreret, aut cucurrisset. Si autem nemo sibi sufficit, si quisque adiutorio alterius indiget, manifestum est, quia illi se debet manifestare, ac detegere, à quo desiderat adiuuari. Si enim spiritualis magister meas cogitationes videret, si mea desideria, meas tentationes, measque necessitates inspiceret, superflua videretur ista detectio. At cum ipse mea interiora non norit, necesse est, ut ego ipse illa detegam, ut ab illo instructionem accipiam.

*Predictam manifestationem conscientia
necessariam esse, ut aptè à Superioribus
gubernemur. §. 4.*

Non tantum insufficientia propria cuiusque ad ducendum seipsum, sed etiam natura ipsa religiosæ gubernationis hanc conscientia manifestationem omnino exigit. Duo sunt in Ecclesia gubernationum genera, alterum politicum & seculare, quod status conservationem, & externam reipublicæ pacem, & augmentum respicit: alterum Ecclesiasticum, seu religiosum, & spirituale, quod in animarum puritatem, ac perfectionem, ut in finem tendit. Vnumquodque autem eorum notitiam gubernandorum fini congruentem requirit. In illo vita externa subditorum cognoscenda est, & mores, qui oculis patent, inspiciendi: an scilicet subditi pacatè vivant, an leges civium, & scita maiorum custodiant, an verò è contra leges spernant, & ab aliis aliena rapiendo, vxores proximorum

Duo in
Ecclesia
gubernationum
genera,
Seculare
alterum,
alterum
Spirituale.
In primo
subditorum
notitia
multum
necessaria
ad rectam
gubernationem.

mor
mili
infe
eor
verg
gub
tus p
In
re v
da,
bern
ditu
tent
tatu
nem
prof
titia
gube
pta c
ta pu
tum
adul
spiri
riore
quar
in op
tion
noce
tem
ab il
dita,
nibu
natio
I.

morum violando, cades patrando, & similibus flagitiis insistendo reipublicæ damnum inferant. Si enim hæc non cognoscerentur, & eorum peccatorum, quæ in damnum aliorum vergunt, remedium non curaretur, finis huius gubernationis minimè staret, & reipublicæ status pessum iret.

In hoc verò gubernationis spiritualis genere vita subditorum interna non est ignoranda, nec recessus conscientiæ à spirituali gubernatore prætereundi, quomodo scilicet subditus interiùs se exerceat, an, & qua ratione tentationes vincat, in quarum præcipuè virtutum exercitationem incumbat, quam rationem orandi teneat, & quousque in hoc dono proficiat, & alia huius generis, sine quorum notitia Prælatus quasi casu & fortuito subditum gubernabit, & in perfectionem dirigere, & apta consilia dare non poterit. Nam sicut peccata publica, & damnum civibus inferentia statum reipublicæ labefactant, vt sunt seditiones, adulteria, homicidia; ita peccata secreta statum spiritualem animarum eneruant, vt sunt interiores consensus in peccata grauiora, licet nunquam (quod tamen data occasione difficile esset) in opus exirent, & superbiæ, & odia, & ambitiones, & inuidiæ. Imò & hæc aliquando magis nocent, quàm externa peccata. Nam ab his saltem pudor, & infamia, & timor pœnæ dimouet, ab illis verò, quæ ab oculis hominũ sunt abscondita, nec pudor, nec infamia, nec pœnæ ab hominibus inferendæ timor auertit. Sicut ergo gubernatio politica radices peccatorum publicorum

Magis in secundo.

Interna peccata aliquando magis nocent, quàm externa.

refecare debet, & pacem ac iustitiam externam cordibus subditorum inserere, ita gubernationis spiritualis est radices quoque peccatorum occultorum abscindere, & in interiori virtute, & mentis puritate subditos promouere.

Religiosas familias morose seculariū regi, grāde malum esset.

Et quidem nullum maius malum religiosis familiis euenire posset, quàm si more rerum publicarum secularium regerentur, & ceremoniarum, ac externæ disciplinæ obseruatione, & virtutum sola specie contentæ ad earum veritatem non attenderent, & solam pacem, & exteriorem ædificationem, & scandalorum amotionem inquirerent. Tunc quippe (quod ad vitam subditorum attinet) essent nihilo meliores, imò ex parte nequiores, quàm externæ respublicæ. Cōsidera mihi has, quatenus in politica tantum gubernatione se continent, & ecclesiasticam ministrorum euangelicorum gubernationem excludunt, & videbis, quantis iniquitatibus, & flagitiis fordeant. Nam & in eis lupanaria permittuntur, & multa peccata grauissima, quia proximo damnum non inferunt, dissimulantur, & nulla ratio peccatorum interiorum habetur. Dicemusque illis, quod de quibusdam

Math. 23. 27. Dominus dixit: *Similes estis sepulchris dealbatis, quæ a foris apparent speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia.* His secularibus communitaribus in eo euentu similes essent religiosæ familiæ, si solam virtutum speciem curarent, & interiorē perfectionem animarum non quærerent. Plenæ essent inuidiis, odiis, ambitionibus, prænsationibus, impuris cogitationibus, & desiderijs, quæ in serico qualis est

vita

vita religiosa, multo nequius quàm in sacco, scilicet in vita seculari, apparent, ac tetriùs olerent. Diceremúsque de illis non sine luctu: *Pax, pax, & non erat pax.*

Est ergo gubernatio religionum gubernatio spiritualis, & interior, est gubernatio animarum, quæ exterioris quidem disciplinæ magnam rationem habet: hanc verò non propter se ipsam, nec propter externum aliquem splendorem, nec propter bonum nomen apud homines captandum, sed propter ipsissimam perfectionem, & animarum puritatem inquirat. Hinc necessitas manifestationis conscientiarum nostrarum elucet; nam Prælatus quomodo animas, quas non agnoscit, gubernabit? quomodo in perfectionem diriget? quomodo morbos interiores curabit, & apta cuique medicamenta præscribet? Cùm autem ipse homo sit, qui in abdita conscientiarum non penetrat, non potest animas, quas regit, agnoscere; nisi ipsæ se detegant, & proprias conscientias aperiant. Est religiosus status veluti contractus quidam, quo homo Deo, & Prælato vicem Dei gerenti se ipsum, vt regatur, & in perfectionem ducatur, tradit: & Deus ex altera parte, in eo quòd hominem per Prælatum reget, & ducet, suum verbum interponit. Ille verò, qui conscientiam à Prælato abscondit, non se tradit, vel (vt melius loquar) postquam se tradidit, iterum se surripit, & pacto stare renuit; quare manifestum est, quòd propriæ gubernationi, ac regimini impedimentum apponit. Sit aliquis, qui litem habeat, & aduocatum dato stipendio ad suum patro-

Jeremias
6. 14.

Religionum gubernatio spiritualis, & interior, exterioris disciplinæ rationem habet propter interiorum tantum perfectionem.

Religiosus status, veluti contractus est.

724 *De vita religiosè instituenda,*
cinius accersat, nonne si aduocatum fallat, & ei
veritatem non aperiat, ipse sibi est causa dispen-
dij? Ita prorsus, si te Prælato, vt tibi dux esset
salutis, & magister perfectionis tradidisti, &
postea ab illo te abscondis, & tuam conscientiam
non aperis, & alius, quàm sis, te esse mentiris,
absque dubio bonæ tuæ gubernationi obsistis, &
es tibi ipsi causa ruinæ.

*Vs patri
aperien-
da con-
scientia
Superiori.*

*Psalm.
36.5.*

Fac igitur quod dico, fili mi, si cupis in cæ-
lum duci Superioris industria, aperi te illi, tam-
quam patri amantissimo, vt consiliis suis te in
finem optatum deducat. Acquiesce verbis Pro-
phetæ, dicentis: *Reuela Domino viam tuam, &
spera in eo, & ipse faciet.* Reuela, inquam, Deo
non in se, qui omnia nouit, sed in tribunali
misericordiæ, quod in religione posuit, & in Præ-
lato, quem sui loco substituit, omnes recessus
animæ tuæ, vt ab ipso gubernaris, vt in bono pro-
ueharis, & in malo saneris. Præstat sanè hunc sen-
sum, & ea, quæ nos ad hanc manifestationem
moucant, ex ore Ambrosij sanctissimi Doctoris
Lib. de audire. [Bene ait, reuela, id est, aperi conscientiam tuam, ne eam seculi istius grauet umbra, vel carnis. Prorumpentia semina, si fuerint obumbrata, tenuantur, Soli obiecta pinguescunt. Quid de seminibus loquor? Ipsas arbusculas, quo minùs se in altum subiiciant, umbra silæstris internecat, & prohibet brachia ramosa diffundere. Pulchrè autem dixit: *Reuela ad Dominum viam tuam*; quia natura hominum pronò peccato, velut quoddam menti nostræ velamen obducit, ne nostra Domino peccata fateamur, qui pòtest vulnera nostra sanare,

vt

vt erubescat quis ore proprio postulare medicinam, ne coram hominibus sua prodantur opprobria. Premittit igitur se intra hominem conscientiam, cum latere non possit, & tamdiu differt, quoad vulnus efferrueat, vt iam non fidei salubritate, sed immedicabili atrocitate vlceris detegatur: *Reuela*, inquit, *ad Dominum viam tuam*, id est, aperi viam tuam, noli abscondere, sicut abscondebatur Cain, qui latere cupiebat: *Omnis enim, qui malè agit, odit lucem*. Reuelabat David viam suam, qui ait: *Dico ego opera mea Regi*. Aperi sensum tuum, vt nihil sit, quod timeas reprehendi. Reuelauit & Paulus, qui præsumpsit dicere: *Nihil mihi conscius sum*. Deo itaque nos manifestare debemus, vt spiritus noster ab eius spiritu dirigatur. Sed rogo, quidnam sit manifestari nos Deo, *cuius oculis*, vt ait Paulus, *cuncta nuda sunt, & aperta*.] Certè illud est, conscientiam nostram, & omnes recessus illius, Prælato detegere, cuius ore ad nos loquitur Deus, cuius prudentia regit, cuius adiutorio in finem optatum perducit. Ergo spiritus noster, vt à spiritu Dei regatur, Prælati sapientia regendus est, & in omnibus ordinandus. Qui enim dictum Prælati refugit, à Dei gubernatione se subtrahit. Habes igitur, ô frater, in magistro spirituali magistrum Deum, à quo per illius vocem instruueris, & dum huic conscientiam tuam aperis, Deo aperis; dum magistrum aut Prælatum interrogas, Deum interrogas, vt eius responsione per os spiritualis Patris enunciata docearis,

Gen. 4.

Ioan. 3.

20.

Psalm.

44. 2.

1. Cor.

4. 4.

Hebr. 4.

13.

Manifestare nos

Deo, est

Prælato

cordis ar-

cana pate-

facere.

Ut perfectionem consequamur. §. 5.

Finis
manife-
stationis
anima
perfe-
tio
est ad
quam il-
la mirifi-
cè iuuat.

Finis huius nostræ gubernationis est propria cuiusque perfectio, ac animæ puritas in perfecta charitate, & omniū virtutum adeptione consistens, ad quam consequendam conscientie manifestatione mirificè quisque disponitur. Quem admodum enim cupidus addiscendæ alicuius artis maximum præceptori, cui se docendum tradit, adiumentum præstat, si impedimenta discendi tum externa, tum interna, atque etiam si adiuuantia, & facilitatem addiscendæ artis afferentia patefacit, ita cupidus perfectionis nõ minimum opis in spiritualem Patrem confert ad se erudiendum, si ei impedimenta perfectionis, vt sunt vitia, & inordinatæ affectiones, & tentationes, ac similiter, si iuuamina perfectionis, nempe bona desideria, sancta exercitia, & Dei inspirationes, quibus tangitur, & initia virtutum à se conceptarum aperiat. Perfectionis studium, non minus quàm humanæ artes, & scientiæ præceptorem, à quo doceatur, requirit. Cui illud aptare possumus, quod Hieronymus de intelligentia sacrarum literarum scripsit: [Agricolæ, camentarij, fabri, metallorum lignorumve cæsores, lanarij quoque, & fullones, & ceteri, qui variam supellectilem, & vilia opuscula fabricantur, absque doctore non possunt esse, quod cupiunt. Quod medicorum est, promittunt medici, tractant fabrilia fabri. Sola Deo seruiendi ars, quam sibi omnes passim vendicant, scribimus indocti, & eam sine præceptore habere præsumimus.]

Perfe-
ctionis
studium
non mi-
nus quàm
aliæ ar-
tes, præ-
ceptore
indiget.

Epist.
roz. ad
Paulin.

Ad idem quoque propositum Cassianus ait: Etenim cum omnes artes ac disciplinae humano ingenio repertae; & quae nihil amplius, quam vitae huius temporariae commodis profunt, licet manu palpari queant, & oculis perueri, recte tamen sine instituentis doctrina nequeant comprehendi, quam ineptum est credere, hanc solam non egere doctore, quae & inuisibilis, & occulta est, & quae non solum oculis, sed ne animo quidem, nisi corde purissimo, perspicere poterit, cuius error non temporale damnum, nec quod facile reparatur, sed animae perditionem parit, mortemque perpetuam. Habet enim non aduersus visibiles, sed aduersus inuisibiles, atque immites hostes diurnum, nocturnumque conflictum, nec contra unum, seu duos, sed contra innumerabiles cateruas spirituale certamen, cuius casus tanto perniciosior cunctis, quanto & infestior inimicus, & congressus occultior. Et ideo semper seniorum summa diligentia sunt sectanda vestigia, atque ad eos cuncta, quae in nostris cordibus oriuntur, sublato confusionis velamine deferenda.] Qui ergo per nos ipsos sine duce ad perfectam virtutem contendimus, non mirum si a cepto desistamus. Nam perfecta virtus admodum est difficilis, quam nescio quis Philosophus in summitate palmae verticem altissimi montis occupantis depinxit, ut eius accipiendae difficultatem, necnon & longanimitatem ad eam possidendam demonstraret. Quid enim aliud montis altitudo, ad quam facilis non est accessus, nisi difficultatem, & quid palma post multos annos primos fructus emittens, nisi longanimitatem designat.

Coll. 2.
cap. 11.

*Perfecta
virtus
admo-
dum dif-
ficilis.*

Refert
Pier. lib.
50.

*Plus aliis
artibus
indiget
præcepto-
re.*

Si autem facilia, & oculis omnium expoſita ſine præceptore non diſcimus, quo pacto perfectionem difficillimam, & animæ latebris inſidentem ſine præceptore diſcemus? Sed operæ pretium eſt, nos ab hoc doctore, qui non eſt alius præcipue, quàm Præſatus, agnoſci, ut ſalutis itinera doceamur. Mirum enim eſſet, quòd fabri debeant materiam, circa quam operantur, agnoſcere, an apta ſit ad opus, & qualitatibus neceſſariis diſpoſita, & magiſter perfectionis poſſit ſine detrimento ſui laboris hominem, quem docet, ignorare. At profectò te ignora- bit, & ſine debita luce procedet, ſi tu teipſum celes, & alium, quàm ſis, te eſſe dicas, & animæ tuæ, quæ ſuſceptura eſt diſciplinam, ſtatum abſcondas. Et ſicut faber ferrarius tempus tereret, ſi ferrum durum, ac frigidum igne emol- litum putaret, & ex illo quidpiam operis facti- tare præſumeret: ita Præſatus (quod attinet ad te promouendum) oleum, & operam perderet, ſi, cum ſis vitiis ac prauis affectibus plenus, te mortificatam præſupponeret, & non lac puero- rum apponeret, ſed ſapientiam perfectorum doceret. Res eſt plena difficultatis, quòd quis ſe emendet, atque perſiciat. Ad quod optime, & grauitè Baſilius ait: [Quapropter con- uenit ipſius conſtitutionibus nullatenus ad- uerſari, ſed perſuaſum eſſe, quòd omnium dif- ficillimum eſt, ſeipſum cognoscere, ac emrare, propterea, quòd ingenitus eſt hominibus ſui amor, & quiſque per fauorem erga ſeipſum ve- ritatis iudicium celat. At verò ab alio cognoscere, ac curari, facile eſt, quum proprii amoris affe-

*Ardua-
res eſt,
aliquem
ſe emen-
dare &
perſicere.
Conſt.
monaſt.
cap. 2.
ad finē.*

*Ab alio
curari,
facile.*

ctus,

etus, in his, qui alios iudicant, veram dinationem non perturbet.] Si autem munus Prælati est, te, non tantum in exterioribus, sed etiam in intimis, & occultissimis emendare, & perficere, tu ipse iudex esto, an sit possibile emendare, quæ ignorat, & perficere, quæ an iam iam perfecta, & polita sint, nescit. Item, an possit ab ignorantia liberari, nisi tu ipse te aperias, & quod in te latet emendandum, vel perficiendum edicas.

Accedit ad hoc, quod Dominus suavissimè vniuersa disponens homines vult per homines in via perfectionis dirigere. Vnde Cassianus illud factum Domini, mittentis Paulum ad Ananiam commemorans sic ait: [Quis ergo tam præsumptor & cæcus sit, qui se audeat suo iudicio, ac discretionis committere, cum vas electionis indignis coapostolorum suorum se collatione testetur? Vnde manifestissimè comprobatur, ne à Domino quidem viam perfectionis quempiam promereri: qui habens vnde valeat erudiri, doctrinam seniorum, vel instituta contempserit, paruipendens illud eloquium, quod oportet diligentissimè custodiri: *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi seniores tuos, & dicent tibi.*] At profectò Seniorum ac Prælatorum doctrinam videtur contemnere, qui se ipsum abscondendo facit, ne in anima sua operatum assequatur effectum. Bernardus quoque eundem locum Pauli tractans ait: [O sapientia suauiter vniuersa disponens. Eum, cui tu loqueris erudiendum, de voluntate tua mittis ad hominem, vt socialis vitæ commendetur vti-

*Homines
Deus per
homines
velle in
via per-
fectionis
dirigere,
Pauli
probat
exemplo.
Coll. 2.
cap. 15.*

*Deut.
32. 5.*

*Ser. 1. de
conuers.
Pauli.*

litas, & edoctus per hominem, discat & ipse secundum datam sibi gratiam hominibus subuenire. Ingredere ciuitatem. Videtis, fratres, non sine diuino consilio factum esse, vt hanc ciuitatem Domini virtutum ingrederemini, diuinam discere voluntatem? Planè, qui te salubriter teruit, & conuertit cor tuum ad desiderandam

Actor. 9. voluntatem suam, ipse tibi dixit: *Surge, & ingredere ciuitatem.*] Hæc ille. Sed nunquid ingreditur ciuitatem, vt audiat, quid eum oporteat facere, qui seipsum Prælo non aperit? Equidem puto, quia corpore ciuitatem Domini, hoc est, religionem ingreditur, animo verò foris stat. Illum enim, qui est in ciuitate, in ciuitate reperies, si autem animum tuum Prælati in religione non reperit, sed magis contra consuetudinem eius mendacis, aut ambagibus in regionem mundi abiisse suspicatur, quomodo non formidandum est, quod solo corpore, non verò animo, & vita statum religiosæ conuersationis intrasti. Si itaque cupis perfectionis arcem obtinere, præceptoris magisterium non deseres, &, vt meliùs docearis, ipsi, quæ impedire possent, aut iuuare disciplinæ susceptionem, deteges.

Vt in discretione crescamus. §. 6.

Discretio, Nemo ad perfectionem sine discretione, & humilitate peruenit, nemo etiam sine conscientie claritate discretionem, & humilitatem acquisiuit. Humilitas initium est perfectionis, ac vniuersarum fundamentum virtutum, sine qua nec virginitas placet, nec alia virtus oculis diu-

nis ar
lis di
nomi
dece
redd
dispo
mus s
fenest
perfec
tus ru

Dis
& hum
Ioann
inquit
quiri
prima
agend
rum r
cio cr
acqui
indica
stituti
iuuen
rumet
ci se
poteri
rum v
eius ca
tation
dia ne
niorum
vt pat
& ant

nis aridet. Discretio verò lucerna vitæ spiritua-
lis dicitur, & sol splendidissimus nostræ mentis
nominatur, & actuum humanorum gubernatio
decernitur, sine qua virtutes ipsæ incompositæ
redduntur, & terræ, ac pulchritudine debitæ
dispositionis orbantur. Quamobrem sicut do-
mus sine fundamento corruit, & sine luce per
fenestras immissa sordescit, ita omnis nostra
perfectio sine humilitate, & discretione peni-
tus ruet, ac suum decorem amittet.

Discretionem verò ab humilitate pendere,
& humilitatem conscientiæ claritate probari,
Ioannes Cassianus euidenter asseruit: [Vera,
inquit, discretio non nisi vera humilitate con-
quiritur, cuius humilitatis non fictæ hæc erit
prima probatio. Si vniuersa, non solum, quæ
agenda sunt, sed etiam, quæ cogitantur, Senio-
rum reseruentur examini, vt nihil quis suo iudi-
cio credens illorum per omnia diffinitionibus
acquiescat, & quod bonum, vel malum debeat
iudicare, eorum traditione cognoscat. Quæ in-
stitutio non solum per veram discretionis viam
iuuenem recto tramite docebit incedere, ve-
rumetiam à cunctis fraudibus, & insidiis inimi-
ci seruabit illæsum. Nullatenus enim decipi
poterit quisque, qui non suo iudicio, sed maio-
rum viuæ exemplo. Nec valebit ignorantia
eius callidus hostis illudere, qui vniuersas cogi-
tationes in corde nascentes perniciose verecun-
dia nescit obtegere; sed eas maturo examine Se-
niorum vel reprobatur, vel admittit. Illico namque
vt patefacta fuerit, cogitatio maligna marcescit,
& antequam discretionis iudicium proferatur,
serpens

*Discretio
ab humi-
litate pē-
det, hæc
autē con-
scientia
claritate
probat. Coll. 2.
cap. 19.*

serpens teterrimus velut è tenebroso, ac subterraneo specu virtute confessionis protractus ad lucem, & traductus quodammodo, ac dehonestatus abscedit. Tandiu enim suggestiones eius noxiæ dominantur in nobis, quamdiu celantur in corde.] Sic ille. Quod verò de remedio tentationum dicit, statim tractabimus, nunc veram humilitatem conscientix manifestatione probari, vel ostendi, ex eius sententia sciamus.

*Humilitatis mu-
nia in
cordis
manife-
statione
inueniun-
tur.*

Et quidem harum duarum virtutum alteram occultorum nostrorum apertione probari, & ostendi, alteram verò conquiri manifestum est. Humilitas enim cognitioni nostræ vilitatis ininititur, despicientia propria exercetur desiderio, vt ab aliis despiciamur, augetur, & propriis submissionis ac modestiæ actibus perficitur, & roboratur. Ille autem indicium cognitionis sui ipsius præbet, qui ab alio regi concupiscit, & vt melius gubernetur, omnia sua interiora præfidi aperit. Ille se despicit, qui neque in bonis sibi ipsi fidit, sed alterius consilio perficit. Ille despici appetit, qui fragilitatem suam ab oculis hominis non abscondit. Ac tandem ille actibus humilitatis inhæret, qui instar pueruli cuiusdam cum magna simplicitate cogitationes, & desideria sua pandit, vt superioris probentur, vel improbentur examine. Ipsa ergo manifestatio conscientix exercitatio est humilitatis, sicut è contra occultorum obuelatio, ne despiciamur, vel ne alterius consilio regamur, apertum est elationis indicium.

*Discretio, quæ
auriga
virtutum
est, occultorum
detectione
cû præceptore
perdiscitur.*

At discretio, quæ à Bernardo vocatur, & merito, auriga virtutum, nostrorum occultorum

rum
docer
pe di
inter
dium
inter
mum
tem,
initio
discre
lati,
ipso a
Deo f
ipsa r
quæ v
tem a
gerun
manif
qualit
men a
eriam
eam d
ni nec
inquit
filiis
corde
tentar
ta sp
tim
quam
tidie
le no
enim

rum deteptione, & mutua cum alio, qui nos docere possit, collatione perdiscitur. Est quippe discretio scientia spiritus, qua in omnibus inter duas nimietates excessus, & defectus medium tenere nouit, qua inter malum, & bonum, inter bonum, & melius, inter melius, & optimum apertè sapienterque discernit. Scientia autem, & recta aliquorum cognitio, præsertim in initio magistri doctrina comparatur. Ergo hanc discretionis scientiam auditione doctrinæ Prælati, qui magister est discretionis, addisces. Ex ipso audies, quæ cogitationes, & desideria à Deo sint, quæ verò ab spiritu maligno, vel ab ipsa natura promanent, quæ sint apertè mala, quæ verò velamine bonitatis obtecta. Vt autem audias, & discas, necesse est, vt quæ in te geruntur, aperias. Nam si ipse hæc, quia non manifestantur, ignoret, nec poterit eorum qualitatem ediscere, nec mali, & boni discrimen assignare. Certè Dionysius Richelius hoc etiam inter alia à viro religioso poscit, vt ad eam discretionem perueniat, qua in via Domini nec mente, nec carne deficiat. [Interea, inquit, si nouitius in anno probationis consiliis acquiescat, discretè procedat, totòque corde Deum quærat, sinceriter, & constanter tentamentis non cedens, & cordis sui secreta spiritualibus Patribus pandens, præsertim Abbati, priori, & suo magistro nunquam, aut rarissimè deficiet corpore, imò quotidie fiet alacrior, atque robustior.] Quod ille nouitijs suadet, ego omnibus dico. Omnes enim in propria causa saepe fallimur, & quasi nouitij

In insti-
tut. no-
uit. prol.

734 *De vitâ religioſè inſtituenda,*
nouitij ſumus, & adiutorio inſtructoris indi-
gemus.

Vt tentationes ſuperemus. §. 7.

*Ad vi-
tandas
tentatio-
nes, illa-
rum ma-
nifeſtatio
plurimè
iuuat.
Eccl. 10.
11.
Coll. 2.
cap. 11.*

*Illas non
detegens
ſolus pu-
gnat, &
facile
vincitur.
Eccl. 4.
10.*

Non tantùm ad perfectionem, verùm & ad ſalutem quoquomodo obtinendam opus eſt nobis tentationes vincere, & diabolum ſpiritu-ali ſaluti inſidiantem ſuperare. Ad hoc autem quanti referat ipſas tentationes Præſbitero manifeſtare, quis ſtylo explicare ſufficiet. Illud ſanè Salomonis: *Si mordeat ſerpens in ſilencio, nihil eo minus habet, qui occultò deſtrahis*; ita ſecundùm aliam verſionem refert Caſſianus: [Si momorderit ſerpens non in ſibilo, non eſt abundantia incantatori, ex quo neceſſitatem aper-riendi tentationes colligit. Nam ſi per confeſ-ſionem, ſiue conſenſum ſuggeſtio, ſiue cogita-tio diabolica incantatori, cuiquam ſpiritu-ali ſcilicet viro, qui carminibus ſcripturarum me-deri protinus vulneri, & extrahere de corde vi-ri conſuevit noxia venena ſerpentis, patefacta non fuerint, ſuccurrere periclitanti periturò ve non poterit.] Qui ſuas tentationes non detegit, cum inſeſtiſſimo hoſte ſolus pugnat. Cùm ergo infirmus ſit, & inexpertus, facilè illidetur, & illiſus non facilè quouſque ad magiſtrum pro re-medio, & adiutorio accurrat, reparabitur. *Vt enim ſoli, quia, ſi ceciderit, non habet ſublenantem ſe.* Ac proinde vtile eſt illi ipſo initio ſugge-ſtionis fideliffimo amico, id eſt, Præſbitero ſe pan-dere, vt à caſu liberetur, & ſi ex propria cul-
pa, & infirmitate ceciderit, vt ad ſurgendum
adiuuetur.

Hæc

Hæc est, secundum Bonaventuram, societas appetenda, societas scilicet viri perfecti, qualis Prælatus esse supponitur, cuius præsidio subditus ad perfectionem ducatur, & à diaboli incurfibus liberetur. Ad quam societatem applicare possumus, quod Salomon de omni bona, & secundum Deum inita societate disseruit. *Melius* Eccl. 4. *est ergo, ait, duos esse simul, quàm unum, habent enim emolumentum societatis suæ.* Quòd si melius est militem militi sociari, quàm solum esse, quanto condncibilius erit, duci peritissimo ad regimen, & adiuumentum iungi? Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Vtique, si à diabolo impulsus fueris, Prælatus vim, & qualitatem tentationis noscens quasi fulcrum se apponet, & te, ne cadas, tenebit. Et si dormierint duo, fouebuntur mutuò, vnus quomodo calefiet? Si verò in lectulo sanctæ religionis cum tuo Superiore quieveris, & iuxta te eius monita, & consilia quasi halitus purissimi caloris habueris, facile erit, dum fueris noxiè tepefactus, ad calorem redire, & ad feruorem perditum repedare. Et si quispian præualuerit contra vnum, duo resistunt ei. Si, inquam, penè motus fueris, & penè effusi gressus tui, superior supplantanti resistet, & non tantùm vt non supereris, verùm & vt superes faciet. Quia sicut funiculus triplex, id est, ex pluribus filis sparteis contextus, difficile rumpitur, ita tentatus à viro experto, & probata virtutis adiuto, difficile superatur.

Hæc Basilius animaduertens non tantùm tentationes, sed & casus ipsos ait Superiori manifestandos, & qualiterque præcipit, vt quis culpas

Prælatus
societas
plurimū
affert ad-
iuuentis.

Non solum
tentatio-
nes, verū
& casus
manifestare Ba-
siliius mo-
net.

Reg. sul.
disput.
46.

736 *De vita religiosè instituenda,*
culpas fratris, & culpas suas Prælato, tamquam
patri, ad emendationem manifestet. Quidquid
est autem, inquit, in quo peccetur, id referri ad
antistitem debet, siue ab eo ipso, qui peccatum
admisit, siue ab iis, qui illius conscij sunt. Et post
multa. Nemo sit ergo, qui aut peccato alterius
latebras quærat, ne pro amore, quem fratri de-
bet, exitium sibi conciliet, neque suo. *Qui non
medetur sibi ipsi, frater est sua opera dissipantis.* Qui
locus Prouerbiorum aliter habetur in nostra
vulgata, & facilè ad eundem sensum accommo-
datur. *Qui mollis est,* inquit Sapiens, & *dissolu-
tus in opere suo, frater est sua opera dissipantis.* Ve-
rè enim negligens, & excors est in opere salu-
tis suæ, qui tam facilè remedium non applicat,
vt suum aduersarium vincat. Sicut negligentis-
simus esset, qui domum suam ardere conspice-
ret, & alios, qui eum iuuarent ad extinguen-
dum ignem, non aduocaret. Modus autem ca-
sus, & culpas manifestandi nostræ voluntati re-
linquitur, an in confessione, vel extrà velimus
eas aperire, adortam verò ex hoc difficultatem
inferiùs dicemus.

Prou.
18.9.

Simila.

*Manife-
sta ad
diaboli
tentamē-
ta vin-
cenda
manife-
stationis
utilitas.*

Est autem manifesta ad superandas ten-
tationes, & ad medendum casibus nostris hu-
ius apertionis conscientiarum nostrarum uti-
litas. Quoniam eo ipso, quòd Prælato meam
impugnationem, & quousque progressa sit,
an vsque ad pusillanimitatem generandam,
an vsque ad casum aperio, Prælatum, aut
magistrum spiritus quasi ad latus pro adiuto-
re mihi constituo. Nihil ergo mihi obicit
ignorantia mea, quam illius peritia supplebit:
nihil

nih
hur
bor
lius
au
tran
diab
fact
ster
lam
patr
depr
E
mul
Vnu
eloq
pere
Intro
ita lo
quit
hac
tudo
hora
est,
tidie
ferò
furtu
seme
com
frau
adm
supe
mole

nihil infirmitas, quam illius virtus & gratia humilibus, & se manifestantibus promissa roborabit: nihil inexperientia, quam longum illius pugnandi experimentum amouebit: nihil, aut parum, interna perturbatio, quam illius tranquillitas quiescere faciet. Et protinus ac diabolus se detectum videt, timidus, & pudefactus abscedit, non aliter, inquit B. Pater noster Ignatius, quam qui honestissimam puellam seducere parabat, statim eam deserit, ac patrem, vel curatorem ipsius, fraudem nouisse apprehendit.

Reg. 13.
discer-
nendo-
rum spi-
rituum.

Et sanè quod ratione probauimus, facile esset multis, & certissimis exemplis confirmare. Vnum tantum proferam, quia Ioannis Casiani eloquentia narratum non poterit non maximo-
pere ad conscientiaë manifestationem incitare. Introducit ergo Abbatem Serapionem de seipso ita loquentem. [Cùm adhuc essem puerulus, inquit, & cum Abbate Theona commanerem, hæc mihi fuerat inimici impugnatione consuetudo feralis ingesta, vt postquam refecissem hora nona cum sene, vnum paximacium, id est, paruum panem sex ferè vnciarum, quotidianè in sinu meo latenter absconderem, quod serò, illo ignorante, occultè edebam. Quod furtum, licet conuiuentia voluntatis, & inoliti semel desiderij incontinentia, sine cessatione committerem: expleta tamen concupiscentia fraudulenta ad memetipsum reuertens super admissio furti crimine grauius cruciabar, quam super esu eius fueram iucundatus. Cùmque illud molestissimum opus velut ab exactoribus Pha-

Coll. 2.
cap. 11.
Humili
manife-
statione
Serapio à
gula cen-
tationis li-
beratur.

1. Alvarez de vita rel. A a a raonis

raonis indictum mihi vice laterum singulis diebus explere non sine dolore cordis mei compellerer, nec tamen eruere me possem ab hac eorum sæuissima tyrannide, & clandestinum furtum seni manifestare confunderer. Contigit Dei nutu de hoc me captiuitatis iugo volentis eripere, vt quidam fratres cellam senis obtentu ædificationis expeterent. Cùmque refectione transacta, collatio spiritualis cœpisset agitari, respondensque senex propositis interrogationibus eorum cum de gastrimargiæ vitio, & occultarum cogitationum damnatione diceret, earumque naturam, & atrocissimam vim, quam haberent, donec celarentur, exponeret; compunctus ego collationis huius virtute, & conscientie meæ reatu perterritus, velut qui crederem, ob hoc ea fuisse prolata, quod seni fuerint secreta mei pectoris patefacta, in occultos primum gemitus excitatus, deinde cordis mei compunctione crescente, in apertos singultus, lacrymalque prorumpens: paximacium, quod consuetudine vitiosa clanculè paraueram comedendum, de sinu furti mei conscio, ac susceptore produxi, ipsumque in medium proferens, quem admodum quotidie latenter ederem, pœnitentiam, coram eo in terram submissus, cum veniæ postulatione confessus, sum, & vbertim profusis lacrymis absolutionè dirissimæ captiuitatis huius intercessionibus eorum, atque orationibus imploravi. Tunc senex, confide, ait, ô puer, absoluit te à captiuitate, etiam me tacente, confessio tua. Victorem namque aduersarium tuum hodie triumphasti: validius eû tua confessione elidens, quam

quã ip
quem
confu
secun
fit con
ideo re
yt faci
blicari
latenu
sibi te
nebris
ad lucc
rat: &
dens ta
vehem
semus.
inquit
rum e
torem
oculor
nequac
ta eius
quiden
nem su
ter eru
cordis
ruerun
liberat
Nec
ipfa ad
tatione
tualis e
exempl

quã ipse fueras ab eo tua taciturnitate defectus, quem nequaquã vel tua, vel alterius respõsione, confutans, in te nunc vsq; permiseras dominari, secundum illam Salomonis sententiam: quia non fit contradictio ab his, qui faciunt malum cito, ideo repletum est cor filiorum hominũ in ipsis, ut faciant mala. Et idcirco iam te post hanc publicationem tuam nequissimus spiritus iste nullatenus inquietabit ulterius, nec in te latibulum sibi terribis serpẽs deinceps usurpabit de tenebris tui cordis confessione salutari protractus ad lucem. Necdum senex hæc verba compleuerat: & ecce lampas accensa de meo sinu procedens tanto cellam repleuit odore sulphureo, ut vehemẽtia fetoris ipsius vix in ea residere possemus. Resumensq; senex admonitionem: Ecce, inquit, Dominus tibi veritatem sermonũ meorum e xperimento probauit, ut passionis incensorem de corde tuo confessione salubri fugatum, oculorũ fide perciperes, patefactũque hostem nequaquã locum in te ulterius habiturum aperta eius expulsione cognosceres.] Sic ille. Et nos quidem nunquam flammam de sinu tentationem sustinentium, & se manifestantium visibiliberumpentem vidimus, at milles eandem cordis oculis spectauimus, dum eos, qui se aperuerunt, cognouimus à tentatione mirabiliter liberatos, & ad animi pacem reductos.

Nec solum tentationum patefactio, verum & ipsa ad aperiendam impugnationem, seu hæsitationem profectio solet eam à corde viri spiritalis eruere. De quo in antiquorum Patrum exemplis est aliquid dignum, quod his nostris

Ipsa ad aperiendam impugnationem profectio à corde viri spiritalis eruitur.

In vitis
Patr. 2.
par lib.
de Hu-
milit. 16.
gè ante
finem.

scriptis inferatur. [Narrauerunt, inquit, de alio sene, quia perseueravit ieiunans septuaginta hebdomadas, semel in hebdomada se reficiens, hic postulabat à Deo de quodam sermone Scripturarum sanctarum, & non reuelabat ei Deus. Dixit ergo in semetipso: Ecce tantum laborem assumpsi, & nihil profeci; vado ergo ad fratrem meum, & requiram ab eo. Qui cum egressus clausisset ostium, vt abiret, missus est ad eum Angelus Domini, dicens: Septuaginta hebdomadæ, quas ieiunasti, non te fecerunt proximum Deo, nunc verò quando ita humiliatus es, vt ad fratrem tuum pergeres, missus sum tibi indicare sermonem, & aperiens ei de re, quam quærebat, discessit Angelus ab eo.] Dignus est prorsus, vt ab Angelo doceatur, qui eius humilitatem sequitur. Hinc quoque elucet, hæc manifestatio quanti sit meriti, quam Dominus in hac etiam vita quasi exsoluit Angelorum alloquio, & facit, vt cœlestis spiritus alloquatur eum, qui præ humilitate se hominis discipulum profitetur. Video autem in hac re quid simile illi miraculo, quo Dominus quosdam leprosos sanauit. Nam illi iussu Domini dum irent ad sacerdotes, *mundati sunt*, hic verò dum iret ad præceptorem, Angeli est sermone consolatus, & de his, quæ cupiebat, edoctus.

Luce 17.
14.

Solo ma-
nifesta-
tionis pro-
posito da-
mones
effugan-
tur.

Tandem ipsum se manifestandi propositum efficax est ad dæmones effugandos, & tentationes proffigandas. Nam sicut mancipium à molestia inferenda pusioni fugit, cum hic dicit, se iniuriam suam matri, aut patri dicturum; ita dæmon, cum quis ipseus technas se mani-

festatu

festatu
sæpe
Domi
præpa
& hu
cepto
defen

Vt

Alii
coman
pria cu
tas, tu
mus, l
eniufq
illi pa
quing
cuigne
non t
magis
fectun
partiri
quod
tum,
virtute
Refert
latus
spiritu
iniung
bit aut
cogno

festaturum proponit, ne detegatur, & irrideatur, sæpe ab impugnatione discedit. Atque ostendis Domine, erga humiles benignitatem tuam, quia præparationem, id est, propositum se detegendi, & humiliandi audiuit auris tua, vt solo hoc concepto proposito eos tuearis, & ab impugnatione defendas.

*Vt nobis ipsis, & fratribus, & religiosa
familia prospiciamus. §. 8.*

Alia sunt huius manifestationis conscientiaæ conamoda, ex qua profectò dependet, tum propria cuiusque securitas, tum proximorum vtilitas, tum religiosæ familiae, cuius membra sumus, bonū nomen, & splendor. Propria quidem cuiusque securitas: quoniam prælatus similis est illi patrifamilias, qui *uni seruatorum suorum dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò unum, unicuique secundum propriam virtutem*: quia videlicet non tantum iuxta vires corporis, sed multo magis iuxta vires cordis, & virtutem, ac profectum animæ debet occupationes, oneraque partiti. Neque enim omnia possumus omnes, & quod tibi vtile est, & tuis viribus commensuratum, ob meam tepiditatem, vel ob modicam virtutem, quam habeo, mihi erit excidium. Refert ergo maximè ad meam salutem, vt Prælatus mihi prudenter imperet, vt onus iuxta spirituales meas vires imponat, nec in re, quam iniungit, animi parituri virtutem excedat. Errabit autem in hoc, si me non cognouerit, non cognoscet verò, si interiora, & occulta mea ex

Matthi:
25. 15.

Ad propriam cuiusque securitatem necessariam, vt iuxta propriam virtutem onera, & occupationes à Superioribus imponantur.

me non audierit, non audiet autem, si meipsum non aperuero, & meam illi conscientiam non manifestauero. Quòd si putans me virum perfectum esse, (cùm secus res se habeat) me in discrimine belli posuerit, & ego miserè victus, & occasione prostratus interiorum, ipse manus lauabit à sanguine meo, & dicet: *Perditio tua Israël ex te: in me tantummodo auxilium tuum.* Non illi, sed mihi ipsi casus meus imputabitur, qui superbia incitatus, & tenebris obuolutus altiora me quæsiui, & ad ea, quæ mihi non expediebant, aspirauit.

*Perditio
subditi se
non ma-
nifestan-
tis ipsi,
non super-
rioribus
imputan-
da.*

Osee
13.9.

*Qui fructum optat
facere,
mitti debet,
missionem autem
mittendi non
sunt praecavere.*

Ser. 64.
in-Can-
tica.

*Multi in
Ecclesia
ministri
numero,
non vir-
tute, &
quare.*

Vtilitas quoque proximorum hoc exigit, quos minùs idonei ad ministeria, quæ tractant, rectè iuuare non possunt. Vt fructum facias, necesse est, quòd mittaris. Nam nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tamquam Aaron. Et quomodo prædicabunt, nisi mittantur. Et Bernardus: [Ex his nempe claret, & certum est, quòd publicè prædicare nec monacho conuenit, nec nouitio expedit, nec non misso licet. Si autem superior suæ insufficientiæ inscius, quia ab eo te abscondisti, te ad altum ministerium mittat, à Deo non mitteris, sed teipsum intrudis, & more Luciferi, cuius impullu tendiculas paras, in cælum sublimium ministeriorum ascendis; non ergo vtiliter & cum proximorum fructu eorum conuersioni vacabis. Hinc autem tam multi ministri Evangelij, & tam pauci ministri sunt in Ecclesia; tam multi numero, & tam pauci virtute, & meritò, quia nò cogniti in candelabro ponuntur. Quos si Ecclesiastici Prælati cognosceret, nò Ecclesiæ Del-

imò

imò nec suis iumētis forlitā præficere auderent. Hinc etiā tā multi milites, & tā angusta victoria, tā multæ lucernæ, & tā inefficax propositio doctrinæ Euangelicæ, quia milites nō victoriæ, sed suis cōmodis militant, & lucernæ in candelabro positæ, quia accēsæ nō sunt, nec ardent, nec lucēt.

Bono tandem religiosæ familiæ nomini hanc conscientiæ subditorum claritatem omnino necessariam esse, manifestissimum est. Ex eius namque defectu non pauci in loco, aut ministerio illis non conueniente positi in grauiā, & publica peccata cadunt, & sua ruina bonum nomen, & existimationem religionis inficiunt.

Licet enim malitia huius, aut infirmitas illius toti congregationi obesse non debeat, tamen hæc est iniquitas hominum huius seculi, vt quod vnus deliquit, facilè reliquis eiusdē communitalis ascribant, & infamiā vnus in omnes eius fratres aspergant. Hæc cogitatio est hominum stultorum, sed illi huic opinioni causam tribuunt, qui scandalo vitæ suæ statum sanctissimum telis sutorum peccatorum feriant. Ne ergo matrem tuam dedecore afficias, necesse est, vt te tuis Prælati aperias. Sciant illi, qua tentatione impugneris, quas vires in te habeat, an semper à te irrita fuerit, an verò è contratio te vsque ad graues casus impulerit. Sic fiet, vt sine vlla infamiæ nota ab his, quæ te possunt in peccata trahere, prudentia Prælatorum eximaris. Sic etiam non eris causa, vt sancta religio à maleuolis blasphemetur, & ob filiorum vitia contemnatur. Si verò à tuis superioribus intus & in cute cognitus in loco vel mi-

Bonū religionis nomen ex subditorū interna cognitione dependet.

Malitiæ vnus in tota religionem nefas est aspergere.

nisterio minùs tuto, aut occasionibus cadendi, exposito fueris constitutus, de diuina benignitate confide, quòd te fortitudine induet, vt non cadas, nec tuo malo exemplo decorem religionis inficias.

Post redditam conscientie rationem à Prælato interrogari postulemus. §. 9.

His rationibus cœ momento huius manifestationis edocti conscientiam nostram Prælati claræ, & apertam præbeamus, nihilque quod nobis sit compertum, illis, qui nos gubernant, occultemus. Cùm ergo tempus reddendæ conscientie rationis aduenerit, & Prælati loquendi copiam tibi fecerit, sedens iuxta illum hæc, quæ sequuntur, (vt hanc rem totam ad certa puncta reducamus,) verè, & simpliciter aperies.

An in tua vocatione stabilis, firmusque persistas. An tria vota substantialia religionis perfectè custodias. An alias virtutes exerceas, & cuius præcipuè studio delecteris. An aliquas tentationes perferas, & an eas superes, & quibus mediis, an verò illarum importunitate supereris. An in modo viuendi, quem elegisti, vel in aliquo eorum, quæ Prælati statuunt, aliquam difficultatem habeas, vt dubitationibus eximaris. An suis temporibus, & quomodo vocaliter, & mentaliter ores, & an consolationibus cœlestibus afficiaris, vel potius mentis ariditate proberis. An cum fructu magno, vel mediocri, vel nullo sacramenta confessionis, & communionis suscipias, & quotidiano examini, spiri-

Præcipua, de quibus in manifestatione reddenda ratio.

tuali

tuali lo
hæreas
in eod
quibus
animi
peritari
liaritat
auerfic

His

breuite
labis,
turum
interro
agrotu
dinis in
num v
quand
no à Pr
nem ve
ris, qu
lius co
vtilia,
hender
Basilii
lantes
inutilib
[Atque
rectè co
gitatio
si à ma
dirigan
tationis
qui spo

tuali lectioni, & aliis spiritualibus exercitiis inhæreas. An spiritu proficias, vel semper quasi in eodem statu te inuenias. An regulas serues, & quibus asperitatibus corpus domes, & quem animum ad aliquid pro Domino patiendum experiaris. An cum aliquo ex sociis nimiam familiaritatem spiritui noxiam, vel ex aduerso animi auersionem habeas.

His, & aliis similibus clarè & dilucidè, sed breuiter explicatis, à Prælato humiliter postulabis, vt siquid aliud scire velit, quod vtile futurum sit ad tuam animam instruendam, liberè interroget. Sicut enim sæpe non satis est quod ægrotus dicit, vt medicus de qualitate ægritudinis informetur, vnde & ipse quod opportunum videtur, interrogat; ita non sufficit aliquando, quod subditus de se aperuit, vt omnino à Prælato cognoscatur. Da ergo tu occasionem verbis tuis, vt liberè à Prælato interrogaris, quo ab eo ad tuam salutem curandam meliùs cognoscaris. Ipse autem Prælatus, quæ vtilia, & proposito conuenientia foreprehenderit, ea interrogare non metuat. Certè Basilius iuuenes nihil etiam super hac re postulantes asserit de intimis interrogandos, quò ab inutilibus cogitationibus metu coërceantur. [Atque etiam, inquit, qui ista ætate sunt, ij rectè educti, & mente esse attentiores, & cogitatione minus temere aberrare consuescent, si à magistris identidem interrogentur, quò dirigant mentem, quid secum versent, cogitationis.] Quanto magis interrogandi erunt, qui sponte se aperiant, & ad maius meritum,

*Post dilectam cor-
dis expli-
cationem, à
Prælato,
si aliud
scire va-
lis, vt in-
terrogas,
postulam-
dum.*

*Reg. 15.
ful. disp.*

Thren. 2. 19. & maiorem conscientie claritatem interrogari, ac examinari petunt, & cupiunt. Hi profectò effundunt sicut aquam cor suum ante conspectum Domini, quia sincerè vniuersa cordis arcana patefaciunt, & nihil cordi adhærens, id est, absconditum, aut celatum relinquunt.

Eius admonitiones ac si à Domino egredieretur humiliter, & gratanter suscipienda.

Postquam tuam conscientiam patefeceris, Prælati admonitiones humiliter, ac gratanter suscipies, non aliter, quàm si à Domino egredierentur. Nam & ipse Dominus te per superiorem alloquitur, & vt piè credi potest, eum interiùs docet, vt te vtiliter exhortetur. Actio ista non est increpationis, sed consolationis, & adhortationis tantùm. Neque apud nos permittitur, vt Prælati in hac occasione subditum etiam præposterè viuentem reprehendant, aut increpent, sed tantùm vt benignè ad bonum hortentur. Et profectò increpationem tuæ salutis causa ex ore prælati procedentem libenter deberes audire, quanto magis admonitionem. Diciturus esses, si sciperes, cum Bernardo:

Increpatione ex ore Prælati libenter audienda, libentiùs admonitio.

Scr. 39. in Cant. Ad Galat. 2. 20.

[Vtinam corripiat me iustus in misericordia, & increpet me percutiens, & sanans, occidens, & viuificans, quò audeam & ego dicere: *Uino autem iam non ego, viuit verò in me Christus.* Esto, inquit, consentiens aduersario tuo, dum es cum eo in via, ne tradat te iudici, & iudex tortori. Bonus aduersarius, cui si consentiens ero, non erit vnde aut iudex me calumniatur, aut tortor.] Sic, inquam, esses loquuturus, quia filius matris tuæ, scilicet sanctæ religionis, pugnaret contra te, id est, contra vitia tua, vt poneret te custodem in

vineis

Phil
runt ad
non ta
& mu
Platon
fensio
amicor
facient
rica, ô
re pura
etiam f
amicus
propat
nas det
& alios
& velu
secand
chrum
non co
perpet
culis,
exilio,
ipse pr
rum fa
Rhetor
iniusta
rentur.
Plut
si ille,
morbu
esse ga
verum

vineis,

vineis, & ad alios docendos erudiret.

Philosophi fidei notitia destituti vtile putarunt ad virtutem, si quis seipsum accusaret, & non tantum ab amico increpationem, verum & mulctam subiret. Vnde Socrates apud Platonem sic loquitur: [Et quidem ad defensionem iustitiæ suæ, aut parentum, aut amicorum, aut filiorum, aut patriæ iniusta facientis, nihil utilitatis affert nobis Rhetorica, ô Pole, nisi si quis contra accusare oportere putauerit, maxime quidem seipsum, deinde etiam familiares, & alios, prout quivis semper amicus iniusta fecerit, & non occultare, sed in propatulum iniuste factum producere, ut pœnas det, & sanus fiat; cogere item, & seipsum, & alios non præ timore deterreri, sed fortiter, & velut clausis oculis exhibere, velut medico, secandum, & vrendum, ita ut bonum & pulchrum, ac honestum persequatur, & dolorem non consideret, & siquidem iniusta plagis digna perpetravit, verberandum se exhibeat; si vinculis, ligandum; si mulcta, mulctandum; si exilio, fugandum; si morte, necandum; ita ut ipse primus sit accusator, & suiipsum, & aliorum familiarum, & non parcat, sed ad hoc Rhetorica utatur, quo dum manifesta sunt iniusta facta, à maximo malo iniustitiæ liberentur.

Plutarchus verò hæc scripta reliquit: [Quod si ille, qui offendit, castigantibus offerat se, morbum indicet, & aperiat vitium, nec id clam esse gaudeat, contentusque sit, si sit rectum, verum fateatur, rogétque corripientem, &

*Increpationem, & mulctam da-
mici su-
bire vtile
ad virtu-
tem Eth-
nici Phi-
losophiis.
dicant.
In Gor-
gia.*

*Tract.
Quomo-
do quis
sentiat,
se in vir-
tute pro-
ficere.*

corri

*Salutem
optanti
queren-
dum vel
sedulum
amicum
vel fla-
grantem
inimicū,
quorū in-
crepatione
vitia
exuat,
sicut
Dioge-
nes.*

corrigentem: haud lene fuerit id progressionis
insigne, vt sanè dixit Diogenes: Qui salutem
desideret, ei quærendum esse, vel sedulum ami-
cum, vel flagrantem inimicum, quò increpa-
tione, vel curatione animi vitia exuat. Quoad
verò ostendendis fordibus, aut macula tunicae,
aut lacerato calceamento, gloriaris apud alios,
& vana modestia cauilla iaciens in temetipsum
vt pusillum, aut vt gibbosum, putas agere præ-
clare: interiores verò animi fœditates, vitæ la-
bes inuidias, maleuolentias, fordes, libidines,
vt vlcera, contegis, & abscondis, quas nemi-
nem attingere, vel aspicere permittis, dum ve-
reris, ne arguare, parum profectus, imò nihil
fortitus fueris. Cæterum, qui cum his pedem
confert, præcipuè, qui ipse mordere se, & in-
sectari offendentem. Secundo loco, qui præsta-
re se castigante, alio tolerantem, & patientem
purgari se à reprehendentibus, valet, & vult; hic
verò est ei, qui amolitur, & execratur paruita-
tem, proximus.] Hi Philosophi pro virtutis
profectu necessarium putant, vt homo se alteri
non ad consilium solum, sed ad pœnam, & gra-
uissimam pœnam detegat: & tu molestum pu-
tabis, non ad pœnam, sed ad consilium, ad re-
medium, & ad leuamen te Prælato manifestare,
& eius admonitionem libenter audire? Aut vir-
tutis profectum non curas, aut gratis, & sine
vlllo pretio habere desideras, aut certè infideli-
bus delicatior es, qui intolerabile putas, quod
illi tam facile esse docuerunt, & tam audacter
omnibus imperarunt? Et illi quidem dixerunt,
sed non fecerunt: nos autem nouimus, non ado-
lescen

lescent
batiſſim
hoc do
eximia
qualis
data. H
lem vir
illos co
mores
militas
& ad op
litas,
hoc à D
tur, no
& te ſi
cias, e
dies, &
namqu
litas, &
tor ſeip
inçund

In h

Non
rum am
tioni o
est iux
deantur
mentib
pauc
opus est

tescentes solum, sed senes doctissimos, & probatissimos, qui non sine admiranda humilitate hoc documentum obseruarunt. Quorum tam eximia est virtus, tam insignis animi puritas, qualis esse intelligitur in tanta humilitate fundata. Hos tu imitari non erubescas, vt consimilem virtutem consequaris, nec indignum putes, illos conuersatione sequi, quorum vitam & mores admiraris. Et si in illis hæc insignis humilitas audita placet, cur eadem ad te translata, & ad opus redacta, displicet? Nisi fortè humilitas, & sapiens defectuum manifestatio ad hoc à Deo inspirata sit, vt audiatur, & narretur, non verò vt operibus exerceatur. Itaque & te sincerè manifestabis, & vt spiritu proficias, consilium, & admonitionem Prælati audies, & quæ iniunxerit, libenter exequeris. Hæc namque sunt certissimæ viæ proficiendi, humilitas, & obedientia, quibus perfectionis amator seipsum, vt regatur, aperit, & se ducenti incunctanter obedit.

*Probabilis
sine senæ
suo ex-
plo aliis
ad con-
scientia
manifestatione
viâ sternunt.*

In hac conscientia manifestatione nihil esse incommodi. §. 10.

Nonnulli extiterunt libertatis, & tenebrarum amatores, qui huic conscientiaæ manifestationi obloquuti sunt, quibus respondendum est *iuxta stultitiam suam, ne sibi sapientes esse videantur.* Et quidem brevissimè, quoniam bonis mentibus (in quarum gratiam hæc exaramus) pauca sufficient. Aliqua ergo huic operi, quod opus est summæ prudentiaæ, & profundæ humilitatis,

*Aliqua
contra il-
lam op-
ponun-
tur.
Prouer.
26. 5.*

1. *Novitas.* litatis, opponuntur. Primum, novitas, quoniam res videtur noua, & minime ab aliis sanctissimis religionibus vſitata. Secundum, difficultas; quoniam difficillimum est, præsertim extra confessionem, si homo obligetur suam conscientiam reuelare, & culpas proprias, ac casus detegere. Tertium, ignominia; quia ille, qui ita seipsum aperit, si quid graue commisit, saltem apud Prælaturam suam famam perdit.
2. *Difficultas.* Quartum, sacramenti Confessionis iniuria; nam si quis in confessione conscientia rationem reddit, notitia accepta ad externam gubernationem trahitur, quod est prorsus illicitum, & sanctum sigillum violatur. Sed vtinam isti *sapere, & intelligere, ac sua nouissima prouiderent,* non hæc tam inania & inepta effutirent. Illis ergo respondeamus.
3. *Ignominia.*
4. *Sigilli confessionis iniuria.*
- Deut. 32. 29.

Res est antiqua, & cum ipsa vita spirituali nata.

Res est noua? Imò tam antiqua, vt cum ipsa vita spirituali sit nata. Quid enim antiquius, quid à Patribus, & viris spiritualibus magis commendatum, quam, vt qui velit in spiritu progressum facere, magistrum habeat, à quo regatur, & cui in omnibus obediat, quomodo autem gubernabitur, si alius est, & alius putatur, & à gubernatore non agnoscitur? Lege Basilium, & Cassianum, & alios supra adductos, non quidem nouos, sed antiquissimos doctores, & fateberis, hanc eos conscientia manifestationem præcipere, & nullo pacto ad alium sensum posse trahi. Quòd si de aliis religionibus agatur, puto eas, aut ex præscripto hanc manifestationem ordinasse, aut ipso opere, & vſu san-

xiffe.

xiffe. C
tyronib
ritu dir
perspec
feste sup
quia alit
non tan
tionem
amplect

Et v
statuto
fanciuer
Carthul
piunt,
tur, &
causa à
Prælatur
nerali se
les lingu
excessib
hoc sub
fura. Qu
lis eiuse
approba
gnoscar
ri. Et pr
gno, du
in totu
apud Pr
manifest
festatio
in confe
ter, si vo

xisse. Quid enim solennius apud eas, quam tyronibus magistrum præficere, à quo in spiritu dirigantur, cui omnino volunt eos esse perspectos. Hæc autem eorum notitia manifeste supponit, ipsos suas conscientias aperire, quia aliter non possunt agnosci. Vnde quamuis non tam exactè, quàm nos, conscientiaæ apertionem seruent, tamen eam vt necessariam amplecti volunt.

Et verò quòd aliquæ familiaris religiosæ statuto aliquo conscientiaæ manifestationem fanciuerint, negari non potest. Nam & Carthusienses cum primum habitum suscipiunt, & cum ad aliam domum mutantur, & cum per longum tempus ex aliqua causa à monasterio abfuerunt, & cum nouus Prælatus domui præficitur, confessione generalis seipsum aperire tenentur. Et Cistercienses singulis annis cum suo Abbate debent de excessibus illius anni generaliter confiteri, & hoc sub excommunicationis latæ sententiæ censura. Quod decretum cuiusdam capituli generalis eiusdem religionis Sixtus IV. & Pius II. approbarunt, vt Prælatus, ait hic Pontifex, cognoscat vultum pecoris sui, & illi possit mederi. Et prædicatores, (instituto Alberto Magno, dum esset prouincialis, ex cuius prouincia in totum ordinem dimanauit) quotannis se apud Priorem sistebant, & suam conscientiam manifestabant. Neque obstat, quòd hæc manifestatio conscientiaæ ab his religiosis familiis, in confessione fit, & non extrà; quia nos similiter, si volumus, & confessione tantum conscientiam

Carthusianis aliquoties confessi generalis ex præscripto in dicitur.

tiam aperimus, & neminem ad aliud obligamus, & si casus sint alicuius momenti, nec consulimus. Illa enim extra confessionem dicimus, quæ sine rubore, & incommodo possunt Prælati sub secretum solum naturale patefieri.

*Ab aliis
religioni-
bus usus
probata
manife-
stationis
consue-
tudo.*

*De sex
alis Sc-
raph.*

cap. 7.

*Ad onus
obseruan-
tia reli-
giosa, ut
unicui-
que expe-
dit impo-
nendum
necessa-
ria.*

Numer.

4. 19.

Quòd verò aliæ ipso usu probauerint, manifestum est. Nam dicat mihi, non solum qui candido animo, sed & qui peruersa mente hæc intuetur, an sentiat, religiosas familias omnino velle filios suos à Prælati debite gubernari? Sat scio id non inficiabitur. Audiat igitur quid Bonaventura ad hoc necessarium esse dicat. [Ad statum debitum tenendum conuenit, ut rector subditorum mores, conscientias, & vires perspicue agnoscat, ut secundum quod unicuique expedit onus obseruantie regularis imponat. Non enim omnes omnia possunt æqualiter, & vnusquisque donum proprium habet ex Deo, alius sic, alius verò sic. Vnde in libro Numerorum dicitur: *Aaron, & filij eius intrabunt, ipsi quoque disponent opera singulorum, & diuident, quid portare quis debeat.* Aaron, & filij eius sunt Prælati maiores, & minores, qui debent intrare, id est, interiora cuiusque agnoscere, & secundum quod conuenit, singulis onus religiosæ conuersationis imponere.] Volunt ergo religiosæ familiæ, ut Prælati interiora subditorum agnoscant. Sed quomodo agnoscent? An diuinando, an ab ipsis subditis, quæ intus agunt, aut patiantur, audiendo? Volunt itaque, ut ipsi se detegant, quòd monitis salutaribus adiuuentur.

Non

Non
plurim
lium
spont
riente
dicant
ab an
uecta.

Re
quo et
aperie
dona
quæri
Quare
secund

meum
quo d
aperie
culare
gunt a
iuuen
regun
tis pro
stimab
lato d
in om

Di
in ape
tation
manif
sionen
tur. [
rem d
1.

Non dubito, in omnibus sanctis religionibus plurimos esse viros spirituales, qui iuxta consilium Vincentij Ferrariensis magistrum spiritus sponte quaesierunt, à quo se, & omnia sua aperiennes regerentur. Hos aduoco, hos appello, vt dicant, an hæc consuetudo sit noua, an verò ab antiquissimis temporibus in Ecclesiam inuecta.

Res est difficilis? Imò facilis. Nam rogo, in quo est hæc difficultas, in aperiendis bonis, an in aperiendis malis. Bona propria, & virtutes, & dona Dei facile deteguntur, quia natura seipsam quaerit, & ex bonis habitis honorari appetit. Quare consilium est virorum spiritualium, vt, secundum illud: *Secretum meum mihi, secretum meum mihi*, dona Dei abscondamus, & soli ei, à quo dirigimur, reuelemus. Dicis, difficultas est in aperiendis malis. Ego autem dico, si homines seculares ob amorem rerum temporalium detegunt aduocato technas, & fraudes suas, vt ab eo iuuentur, & ob desiderium salutis corporis detegunt medico radicēs aegritudinum suarum falsis probrosas, vt curentur; quare tu difficile existimabis tuas tentationes, aut etiam culpas Prælati detegere, vt à malis veris animæ libereris, & in omni virtute proueharis.

Dicā ingenuè, quod sentio, difficultas est non in aperiendis, sed in abscondendis propriis tentationibus, & defectibus; quoniam conscientia manifestationem sequetur tranquillitas, absconditionem verò inquietudo, & tristitia comitabitur. [Quidam, inquit Gregorius, eo in acriorem dolorem prodeunt, quo ea, quæ sustinent, cap. ult.

I. Aluarez de vita rel.

B b b

non

Lib. de
vita spi-
rit.

Omne id
difficul-
tate va-
cat.

Isaia
24. 16.

Difficul-
tas non
in aperi-
endis,
sed in
abscon-
dendis
tentatio-
nibus est.
7. Mor.
cap. ult.

non loquuntur. Nam si illatas molestias lingua tranquillè diceret, à conscientia dolor emanaret. Vulnere enim clausa plùs cruciant, quia cùm putredo, quæ intrinsecus feruet, eiicitur, ad salutem dolor aperitur.] Defectus, aut casus tuus, ô frater, vulnus animæ est, non negabis, quo antiquius, eò sanie refertius. Vnde tristitiæ tuæ, vnde mœtiores, vnde timores, nisi quia clausum est, & pus cute superbiæ pressum. Cùm Oseas dicat: *Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum eius: dolores parturientis venient ei.* Aperi vulnus lanceola humilitatis, vt volueris, siue per sacramentalem confessionem, siue, si res patiatur, per secretam manifestationem, sic sanies prodibit, & mens tua inquietudinem abiiciet, & tranquillitatem possidebit. Difficultas ergo ista non ex re, sed ex apprehensione, non ex insuauitate operis, sed ex elatione promanat, quam si vinceremus, facili medicamine salus nobis animæ desiderata proueniret.

Osee 3.
12.

Vnde illa
oritur.

Res est
honorifi-
centissim-
a.

Eccl. 4.
24. 25.

Res est ignominiosa? Imò honorificentissima. Quis enim ambigat, dedecus esse peccate, honorem verò, conuenienti remedio à peccato resilire? Infamiam esse, peccatum iam patratum contegere, gloriam autem ad indulgentiam, seu ad medicamentum obtinendum manifestare? Ego, hæc, aut illa dicens confusionem patior. Rogo te, *pro anima tua ne confundaris dicere verum. Est enim confusio adducens peccatum, (qua scilicet à faciendo quod debes, retraheris) & est confusio adducens gloriam & gratiam, qua ipsum vincendo patefacis.* Prælati tuus, si illi

illi tu
bit, no
est, no
ecidi
mina,
rit, no
ipsum
moru
permi
affectu
casum
nentis,
ciati D
necta d
fragilit
que exp
itaque
riclitat
terrere
potius
cundum
eos, qui
ciuntur.
quassati
guere, il
quoque
cere: T
sciam s
enim p
æstus n
extingu
iuuaret
vel sua

illi tuas misérias manifestas, vt cureris, te amabit, nemo autem, quod amat contemnit. Homo est, non Angelus, si nō in similia per gratiam Deī cecidit, at similiū est maiorū peccatorū semina, & aculeos in se sentit, quibus si nō consentit, non sibi, sed potentiæ, & misericordiæ Deī ipsum tenentis tribuit. Scit contemptores infirmorū esse Deo odibiles, quos in scēdiora cadere permittit, ne iterum superbiant, & compassiōnis affectū discant. Legit apud Calsianū, miserabile casum cuiusdā senis iuuenem tentatū contemnentis, cui dixit Abbas Apollo: [Quo telo te fauciari Dominus idcirco permisit, vt saltem in senecta disceres compati infirmitatibus alienis, & fragilitati cōdescendere iuniorū tuis exēplis, atque experiētia doceris?] Et post pauca: [Disce itaque tuis exēplis laborantibus cōdolere, & periclitātes nequaquā perniciosā desperatione deterrere; nec durissimis ferronibus asperare: sed potiū leni, blādāque cōsolatione refouere, & secundū præceptū sapientissimi Salomonis eruere eos, qui ducuntur ad mortē, & redimere eos, qui interficiuntur: nostrique Saluatoris exemplo *harundinem quassatā non conterere, & linum fumigans non extinguere*, illāque à Domino gratiā postulare, vt ipse quoque fiducialiter valeas opere, ac veritate dicere: *Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustentare eum, qui lapsus est verbo*: nullus enim posset insidias inimici sufferre, seu carnales æstus naturali quodammodo igne flagrantes, vel extinguere, vel reprimere, nisi gratia Deī, vel iuaret fragilitatem nostram, vel protegeret, vel sua misericordia communiret.] Hæc illē.

Prælati non contemnit, sed amat conscientia proditorum.

Casus senis iuuenem contemnentis. Coll. 2. cap. 13.

Proverb. 24. 12. Isaia 42. 3. Isaia 50. 4.

Prælatuſ ergo iſta ſciens, quomodo in animum inducet te contemnere, qui, ſi contemnat, contemnetur, ſi ei, qui cecidit, non condoleat, eo qui ſibi compatiatur, priuabitur.

*Confef-
ſionis ſa-
cramento
non in-
fertur
iniuria.*

*Ad ex-
ternam
guberna-
tionem
minimè
ordina-
tur, ſed
tantùm
ad ſpiri-
tualem.*

*Inſtru-
ctione
23.*

At hæc manifeſtatio conſcientiæ cedit in Sa-
cramenti confeſſionis iniuriam? Abſit, imò in
maximum honorem, quia ſic optimè prodeſt
in eum finem, ad quem etiam eſt inſtitutum.
Conſcientiæ enim manifeſtatio nobis iniuncta,
& apud nos vſitata nunquam ad externam gu-
bernationem ordinatur, ſed etiam, ſi extra con-
feſſionem fiat, ad ſolam ſubditi ſpiritualem gu-
bernationem dirigitur. Quod vt plenius ſciatur,
verba Claudij Aquauiaz piæ memoriæ Quinti
Generalis noſtri, quibus id ſeueriſſimè præcepit,
ſubiiciam. [Quapropter, inquit, animaduertant
Superiores id, quod his literis maximopere eis
iniungimus, grauiſſimèque præſcribimus, ne hæc
notitia ita vtantur, vt ſubditorum animi offen-
dantur, ſuſpicianturque, ſe ob eam rem, aut notam
aliquam, aut periculum adituros, ne minùs com-
modè à Superioribus tractentur. Quare Super-
iores, quamuis ſecretum naturale iure tantùm
teneatur, (nam de ſigillo confeſſionis nihil eſt,
quod agamus) videant tamen ſumma cura, vt ſe-
creti fides integra ſit, nihil omnino cuiquam in-
pnuendo; multo etiam minùs ad conſilium refe-
rendo conſultandi cauſa, quid factò opus ſit;
nam ex eo ſubditi à ſua aperienda conſcientia
deterrentur vehementer.] Hæc ille. Si igitur
notitia conſcientiæ alicuius, non poteſt ad exter-
nam gubernationem trahi, quamuis extra con-
feſſionem accipiatur, quanto minùs habita in cõ-
feſſio

feſſio
ſet ſa-
mane
dico
Chri
Si
tia ſu-
tione
ciend
ciat, &
tute p
poteſt
in co
confe
vt pe
nient
bantur
eſt ex
Chriſt
gare p
num,
quid
Non
feſſar
ris, &
mam
fione
emen
iuuar
nos c
quia,
tra co
conſi

fessione, quam ad gubernandum applicare, esset sacrum sacramenti sigillum frangere, & immane sacrilegium admittere. Quod certe, non dico de bonis religiosis, sed nec de mediocribus Christianis præsumendum est.

Superior itaque manifestationem conscientia subditi ad eius tantum spirituales gubernationem dirigit, ut scilicet illum doceat, & de faciendis, & omittendis erudiat, & ad bonum alliciat, & consiliis, ac exhortationibus in omni virtute promoueat. Ad hanc autem gubernationem potest, & debet conscientia manifestatio etiam in confessione habita ordinari, quia sacramentum confessionis non solum à Christo institutum est, ut peccata remittantur, sed & ad hoc, ut conuenientia remedia ad reciduum vitandum præscribantur, & demonstrantur. Id aded manifestum est ex usu totius Ecclesiae, & voluntate bonorum Christianorum, ut nullus rem tam apertam negare possit. Interroga bonum aliquem Christianum, cum ad sacramentum Confessionis accedit, quid velit? An solum ut à peccatis absoluator? Non sane, sed ut etiam doceatur, & peritus confessarius dicat illi: Vide, quia hoc restituere tenentis, & quia hoc dixisti, debes læsam proximi famam refarcire, & hanc, vel illam peccandi occasionem relinquere. Vult etiam moneri, & ad vitæ emendationem allici, & conuenientibus mediis iuuari. Hæc spiritualis gubernatio est, ad quam nos conscientia manifestationem ordinamus; quia, postquam subditus res conscientia suæ extra confessionem, aut peccata sua, siquæ alicuius considerationis admittit, in confessione Prælati

*Qua sit
hæc spiri-
tualis
guberna-
tio, ad
quam
notitia
etiam in
confessio-
ne habi-
ta potest
ordinari.
Sacrä-
mentum
pœnitenti-
æ, etiam
à Christo
institum, ut
remedia
peccatis
præscri-
bantur.*

detexerit, ab eo instruitur, & iuuatur, vt spiritu proficiat, vt, si cecidit, occasionem iterum cadendi caueat, & in omnibus honestè, & religiosè se gerat. Hæc autem quàm sancta sint, quàm plena prudentiæ, quàm ab incommodis vacua, non est, qui non videat.

Non sola peccatorum remissio, sed consilium sacramentali quaeritur confessione.

Cap. Quod quidam de peccatis & remiss.

Est cathedra sapientia.

Quòd tandem confessione sacramentali non solum peccatorum remissio, sed consilium, & spiritualis admonitio quaeratur, Alexander Papa III. euidenter expressit, dicens: [Fideles non verè pœnitentes ad confessionem admittendos, nõ quidem vt à peccatis absoluantur, quæ deferere nolunt, sed vt consiliis, & salubribus monitis adiuuentur. Fidelium etiam consuetudo firmavit, qui in aliquibus euentibus magni momenti, dimisso interim sacerdote ordinario cui confitentur, doctissimum, & grauissimum quaerunt, à quo consilio erudiantur. Est ergo illud, quod diximus, confessionis onus, quia non solum est tribunal misericordiæ, in quo peccata remittuntur, sed & est cathedra sapientiæ, in qua animæ docentur, & pulpitum exhortationis, à quo ad virtutem prouocantur, & sedes consolationis, ex qua gaudio, & lætitia replentur. Verbum ergo detractionis manifestationem conscientia mordentis ex ignorantia processit. Quæ vt re vera est, & sincerè intellecta, animas mirum in modum in perfectionem promouet, & religionum disciplinam custodit. Secundo igitur die renouationis, (vt diximus) aut alio tempore commodo conscientiam tuam, aperies, & eruditionem, qua proficias, à Prælato recipies.

C A P.

De ter.

SE c
que
ploratu
plorant
recipien
dimus,
dies ter
emenda
dimur,
mus. I
dolor e
suffici
tionis c
se, si no
stros em
biorum
sic impr
lud: Sus
vitæ seg
nouæ vi
Huic
fructus
& stabil
postea
Thoma
cursus p
est bene
nès sapi

CAPVT IX.

De tertio die renouationis quo vitam emendare decernimus.

SECVNDVS renouationis dies multum, diu-
 que nos tenuit: nec mirum, quoniam dies est
 ploratus, & luctus, & multa suppetit nobis copia
 plorandi, qui quotidie noua, & multa beneficia
 recipientes, eis multitudine peccatorum respō-
 dimus, & nunquam peccare desistimus. Sequitur
 dies tertius, dies salutis, & boni nuntij in quo
 emendationem statuimus, & ad feruorem accen-
 dimur, sicque spem salutis adipiscendæ concipi-
 mus. Hic dies in proponendo insumendus est,
 dolor enim imperfectionum imperfectus, & in-
 sufficiens inuenitur, si non proposito emenda-
 tionis cōpleatur. Quid namque proficiet dolui-
 se, si non curemus vitam corrigere, & mores no-
 stros emendare. Adaptabitur nobis illud Prouer-
 biorum: *Sicut canis, qui reuertitur ad vomitum suū,*
sic imprudens, qui iterat stultitiam suam. Et item il-
 lud: *Sus lota in volutabro luti.* Ne igitur iterum ad
 vitæ segnitiam redeamus, nos sanctis arripiendæ
 nouæ vitæ propositis communire curemus.

Huic proposito duo cōuenire debent, vt ex eo
 fructus capiatur. Alterū est, vt sit solidū, firmum,
 & stabile, quod potens sit virtutis impedimentis
 postea insurgentibus reluctari. Vt enim dixit
 Thomas à Kempis: [Secundum propositū nostrū
 cursus profectus nostri, & multa diligentia opus
 est bene proficere volēti. Quòd si fortiter propo-
 nēs sæpe deficit, quid ille, qui rarò, aut minùs fixè
 aliquid

*Tertius
 renoua-
 tionis
 dies, in-
 firmis
 propositis
 insumen-
 dus.*

*Prouer.
 26. 11.
 2. Petri
 2. 22.*

*Propositū
 debet esse
 solidum,
 firmum,
 & stabili-
 le.*

*Lib. 1. de
 imit.
 Christ.
 cap. 15.*

aliquid proponit.] Sic tamen propositum sit firmum, vt humilitate non careat, ita stabile, vt prudentiam non abiiciat. Humilitatem habebit comitem, si Deo fidentes nostram emendationem statuamus, & sine gratia illius nihil nos facturos speremus. Prudentiam verò, cùm secundum tempus, & locum ea, quæ libera sunt, ita disponimus, vt charitati seruiant, & melioribus impedimento non sint.

Non tantum generale, sed et ad specialia descendens.

Alterum est, vt non sit tantum generale, neque in communibus hæreat, sed ad specialia, & nobis vtilia descendat. Hoc autem habet, si partem huius diei discussioni religiosorum operum tradas, vt in quo defeceris, deprehendas. Itaque considerabis, quos defectus in ordinaria oratione, quos in officio diuino, quos in auditione vel celebratione Missæ, quos in studio, in ministerio, & in aliis admiseris, eosque memoriæ commendabis, vel scripto notabis, ac modos illos superandi, & rationes exquires. Statuesque apud te, quod hac, vel illa ratione eris orationis defectus emendaturus, sic diuinum officium recitaturus, hoc, vel illo modo officium tibi demandatum administraturus, & sic de reliquis, ex quibus religiosa vita componitur. Ea verò, quæ statueris, post diem oblationis tuæ, de quo statim, exercere curabis, & ad efficaciorē emendationem non simul, sed per partes, in opus assumes. Ita scilicet vt per vnā hebdomadam, vel per vnum mensem, vt oportuerit, in emendationem defectuum orationis incumbas, rursus sequenti hebdomada, vel mense defectibus, qui in diuinum officium irrumpunt, eliminandis insistas, & sic de cæteris, donec

donec
lias,

Ill
te ad

diuin

enim
peste

hunc
stis v

in vr
illis h

pidit

pauc

segn

atum

Deo

tum a

seru

ad se

ction

ad te

griti

rum

cum
paup
ledic
Dei
Dei
non
mitt
in te
& d
terr

donec omnia opera, in quibus deficiebas, polias, & ad perfectionem adducas.

Illam verò præcipua exercitatio huius diei est, te ad feruorem excitare, & omnem torporem in diuino obsequio, ac ignauiam excutere. Ego enim alia vitia, ægrotudines, tepiditatem autem, pestem appellare soleo. Sicut enim morbus hunc, aut illum, aut plures ciues infestat; pestis verò cunctos peruadit, aut saltem paucos in vrbe illæfos relinquit: ita alia vitia his, aut illis hominibus dominantur, accidia verò & tepiditas omnibus excidium afferre nititur. Et paucissimos inuenies, qui non aliquando aliqua segnitie laborent, & feruorem spiritus tepescitum, aut lassescentem persentiant. O pestem Deo odibilem! Nam vt ait Sapiens: *Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger his, qui miserunt eum.* Misit te Dominus, ô frater, quando ad se vocauit, quando ad currendum in perfectionem gratiam impertiuit. Tu autem (quod ad te attinet) molestiam illi affers, quando pigritia laboras, siquidem hærens in eadem vitiorum, & imperfectionum salebra, quasi in locum destinatum non proficisceris. Ideo semper pauper, *quia omnis piger in egestate est.* Ideo maledictioni obnoxius, *quia maledictus, qui opus Dei facit negligenter.* Ideo contemptu, & à domo Dei eiectione dignissimus, *quia omnis arbor, que non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Arbor enim es, in vita religiosa, quasi in terra bona, & optima plantata, cuius maior, & damnabilior est sterilitas, quanto selectior est terra fecunditas.

*Propria
tertia diei
exercitatio
feruoris
excitatio.*

*Alia vitia
ægrotudines,
tepiditas
pestis est.*

*Proou. 10.
26.*

*Plurima
piger mi-
seria
Prou.
20. 4.
Ierem.
48. 10.
Matth.
3. 10.*

Erinuero non ego sed Dominus ipse te arbori comparauit, te palmitem vocauit: *Omniem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum*, qui si per inertiam fructum virtutis non feceris, dignus es excindi. Imò & Bernardus vitam tuam vineam vocat, vineam si botros bonorum operum non feras, non vineam, sed solum vineæ dissipatæ, si omnia tua sordibus noxiæ tepiditatis inficias. [Viro sapienti, ait, sua vita vinea est, sua mens, sua conscientia. Nihil quippe incultum, desertumve in se sapiens derelinquet. Stultus non ita. Cuncta apud eum neglecta inuenies, cuncta iacientia, cuncta inculta, & sordida. Non est vinea stolto. Quomodo vinea vbi nil plantatum, nil elaboratum vsquam paret? Tota spinis syluescit, & tribulis stulti vita, & vinea est. Et si fuit, iam non est, redacta in solitudinem. Vbi vitis virtutis? Vbi botrus boni operis? Vbi vinum lætitiæ spiritualis? *Per agrum hominis pigri transiui*, inquit, & *per vineam viri stulti*, & *ecce totum repleuerant urtica*, & *operuerunt superficiem eius spina*, & *maceria lapidum destructa erat*. Audis sapientem irridentem stultum, quòd bona naturæ, & dona gratiæ, quæ fortè per la-uacrum regenerationis acceperat, tamquam illam, quam plantauit Deus, & non homo, primam suam vineam, in non vineam negligendo, rededit. Denique non potest vinea esse, vbi vita non est. Nam stultus quòd viuit, mortem potius, quàm vitam esse censuerim. Quomodo vita cum sterilitate? Arbor arida, & in sterilitatem versa nõnne mortua iudicatur? Et

Ioan.

15. 2.

Vita hominis vinea est, quæ virtutum exercitiis incalenda.

Ser. 63.

in Cant.

Discrimè

vineæ

stulti &

sapientis.

Prouer.

24. 30.

31.

farme
grand
tas, c
tus e
tuus
vel p
lignu
lignu
ò hom
neam
uore v
vini a
mines

Cu
ignau
licitud
rima a
ta fer
num
stomu
mnabi
lendar
ac vest
re? N
pla fra
ternæ
reddur
turæ i
Iob, m
accept
ri, re
Discip
tos an

farma

farmenta mortua sunt. *Et occidit, inquit, in grandine vineas eorum*: monstrans vita priuatas, quæ sterilitate damnatæ sunt. Sicut stultus eo ipso, quod inutiliter uiuit, uiuens mortuus est. Soli itaque conuenit sapienti, habere, vel potius esse vineam. Qui vitam habet, est lignum fructiferum in domo Dei, ac per hoc lignum uiuens.] Sic ille. In tua potestate est, ô homo, vineam esse, aut non vineam; non vineam, si iners, & otiosus uiuas; vineam, si feruore uiuidus fructum omnis virtutis facias, & vini amoris Dei, quod lætificat Deum, & homines, plenus existas.

Curabis ergo hoc die vitam tepidam, & ignauiam exuere, ac omnem feruorem, & sollicitudinem in diuinis obsequiis induere. *Plurima incitamenta feruoris.* Plurima autem sunt, & innumerabilia incitamenta feruoris. Si nihil mali facias, ipsum bonum non facere, vt optimè probat Chrysostomus, malum est. Quid enim peius, & damnabilius, quàm operarium ad vineam excolendam conductum non laborare, & victum, ac vestitum, & stipendium laborantium accipere? Nihil tibi consilia maiorum, nihil exempla fratrum, nihil instinctus, & voces Dei internæ proderunt, quia hæc omnia inefficacia redduntur, si tu eis uti, & laborare nolis. Naturæ ipsi tuæ iniuriam facis. *Homo enim, vt ait Iob 5. 7. natus est ad laborem*: & tot talenta à Deo accepta, quibus æternam vitam posses lucrari, reposita in sudario negligentæ custodis. Discipulus Christi es, & non discis, & post multos annos in eius schola consumptos ob culpam

Psal. 77.
47.

*Plurima
incita-
menta
feruoris.*

*Ser quodam de
virtut.
tom. ..*

Iob 5. 7.

pam tuam nihil proficit; viator es, & sedes, ac iter non peragis, imò nec ingredi incipis. Semina aliqua, aut initia iam virtutum habes, quæ fructum edere possent, & per negligentiam fructificare non sinis. Si non proficis, deficis: nam & ipsum non proficere, cum deberes spiritu augeri, deficere est: si vis stare, & non ulterius progredi, cades, quia impetus passionum, vt rapidus fluuius te inuoluet, & in pelagus iniquitatum, quod nunquam putaueras, ablegabit. Tandem ab ipsis mundanis hominibus, insipientissimus iudicaberis, qui pro bonis æternis non laboras, sicut ipsi pro temporalibus laborant. [Moueat nos, inquit Bernardus, ipsum quoque secularis cupiditatis exemplum. Quem enim ambitiosum vidimus aliquando contentum, adeptis dignitatibus ad alias non anhelare? Sic & curiosi cuiusque non satiatur oculus visu, nec auris impletur auditu. Quid? eorum, qui avaritiæ seruiunt; aut amatores sunt voluptatum, seu vanas sectantur hominum laudes: nonne & ipsorum insatiabilia desideria, arguunt nos negligentiam, & tepiditatem? Pudeat certè spiritualium nos bonorum minùs cupidos inueniri. Erubescat anima conuersa ad Dominum, minori affectu sectari iustitiam, quam iniquitatem antea sectaretur: est enim causa quoque valde dissimilis. *Stipendium* quippe peccati, mors; fructus autem spiritus, vita æterna. Pudeat proinde negligentius nunc in vitam, quam priùs in mortem ire, & minori studio salutis acquirere, quam perditionis augmentum. Nam vt omnino simus inexcusabiles,

Epist.

341.

*Secularis
cupiditatis
exemplum.*

Ad Rom.

6 23.

les, i
tur, &
plius
uat,
meror
ponde
Chris
depon
potius
meliù
feruo
quunt

T.
uis, &
tanto
es illi
fons c
parat
puriss
qui el
simus
omni
foelix
munc
est, c
enim
Tu è
opera

les, in via vitæ, quo citius, eo facilius curritur, & leue Saluatoris onus, quo crescit amplius, eo portabilius est. Nónne & auiculas leuat, non onerat pennarum, siue plumarum numerositas ipsa? Tolle eas, & reliquum corpus pondere suo fertur ad ima. Sic disciplinam Christi, sic suauæ iugum, sic onus leue, quo deponimus, eò deprimimur ipsi; quia portat potius, quàm portatur.] Hæc ille. Sed vt te melius ad feruorem iuuenus, & incitamenta feruoris in puncta referamus, hæc, quæ sequuntur, isto die poteris meditari.

Ad excitandum feruorem.

MEDITATIO I.

I. Punctum. Attende quis ille, cui seruis, & vide, annon iniquum, & intolerabile sit tanto, talique Domino tepidè famulari. Seruus es illius, & obsecundas illi, qui est ipsum esse, fons omnis entitatis, cui omnia, quæ sunt, comparata nihil omnino sunt. Seruis illi spiritui purissimo, Deo maximo, supremo creatori, qui est rex sapientissimus, optimus, potentissimus, pulcherrimus, misericordissimus; & omnium perfectionum pelagus infinitum. Infœlix tu, qui in obsequio tam immensi regis à mundanis hominibus regi aliquo terreno, id est, culici pusillo, seruiantibus superaris. Illi enim quid non faciunt, vt suo regi placeant? Tu è contra quàm nihil facis, & quàm tepidè operaris, vt regis tui æterni amorem lucreris?

Seruiunt

Dei magnitudo, cui inservitur, strenuum ab homine peccis famulatum.

Seruiunt illi Angeli diligentissimè, sollicitissimè, & tu tamquam Satan inter filios Dei, tepidus, & excors assistes? Si teipsum seruiendo consumpseris, & infinito conatu illi famulatus fueris, nec minimum, quod debes, exolues.

Eccl. 43.
33.

1. Cor.

6. 20.

1. Petri

1. 18.

Pretium inestimabile, quod à Deo emptum.

Nam vt Sapiens ait: *Glorificantes Dominum quantumcunque potueritis, superualebit enim adhuc & admirabilis magnificentia eius.* II. Seruus es tanti Domini, & quidem magno pretio, emptus. *Scientes, inquit Petrus Apostolus, quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de uana uestra conuersatione paterna traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incontaminati.* Ipse est pretium nostrum, quia totus nobis datus, & totus in nostros vsus expensus. An tam inestimabili pretio emptus es, o vir Dei, vt tepidè uiueres, vt oscitanter seruires, vt otio, & desidia torperes? Quis hoc credat? Certè homines pro mancipiis pretium exfoluunt tanto maius, quanto utilius obsequium ex illis sperant. Similiter Deus pro te filij vitam, & sanguinem dedit, vt ei fideliter obsequereris, & ad bonum tuum strenuè, & feruenter in omne opus virtutis incumberes.

Multis donis honestatus.

2. Vide nunc quid Deus pro te fecerit, vt cognoscas, quàm malè illi respondes, si tepidè uiuis. Profectò ille te fecit, quia est creator tuus, & ipse, qui de nihilo vniuersa creauit, te quoque ex nihilo ad esse, quod habes, eduxit. Ille te refecit, quia est redemptor tuus, & ipse, qui in mundum pro omnibus hominibus venit, te, cum homo sis, ab hoc dono redemptionis non

non e
homi
patre
medic
cibum
reris v
quo vt
ris, vt
facieta
ordina
sua ob
rum vi
tatione
nus, &
pro te
vt si op
cant. I
lit: det
sustinui
laphis,
& acer
lis tuan
compar
nes De
citudine
te ignau
riosum p
& teips
tionem
3.
strenuè
mandasti
custodiri

non excludit. Carnem pro te induit, & se verum hominem fecit, cum esset verus Deus, ut in eo patrem, & præceptorem, & pædagogum, & medicum, & consiliarium, & consolatorem, & cibum haberes; à quo diligenteris ut filius, docereris ut discipulus, dirigereris ut pupillus; à quo ut ægrotus sanareris, ut ignarus instruere-
 ris, ut desolatus consolareris, & ut famelicus facietatem acciperes. Omnia opera sua ad hoc ordinavit, ut tibi prodesse, vniuersa merita sua obtulit Patri, ut te circumdarent, cunctarum virtutum exempla proposuit, ut te ad imitationem allicerent. II. Ultra processit Dominus, & Deus tuus; nam qui tot, ac tanta fecit pro te, innumera etiam mala passus est pro te, ut si opera non te emollierunt, passiones euincant. Famem, & sitim, & lassitudinem pertulit: detractiones, contumelias, & opprobria sustinuit: ligari, & vendi se permisit: a lapidibus, colaphis, sputis, flagellis, spinis, clavis, cruci, & acerbissimæ morti se subiecit, & his malis tuam salutem, & honorem, & gloriam comparauit. I. Nunc, & has actiones, & passiones Dei tui, operibus tepidis exsolue, & solitudinem eius, qua tuam salutem quæsiuit, vitæ ignauia, & oscitantia repende; aut si id iniuriolum putas, ut re vera est, redi ad cor tuum, & te ipsum exsuscita, & ad vitæ tuæ emendationem accende.

*Malorum
perfectione
ad
gratitudinē incen-
tatis.*

3. Omnino cupit Dominus Deus tuus strenuè à te, ac diligenter serui. Nam tu mandasti, inquit sanctus Dauid, mandata tua custodiri nimis; ut sicut pretiosissima deposta

*Diligen-
ter vult
inserui
Deus.
Psalm.
118 4.*

ta

ta exquisitissimè seruantur, ita & mandata Domini tunc intelligantur bene custodita, cum exquisita diligentia complentur. Hoc etiam significat maximum illud, ac primum mandatum:

Math. 22. 37. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua.*

Qui enim totum cor, totam animam, totam mentem, & omnes vires poscit, omnem in suo famulatu sollicitudinem, & diligentiam requirit. An tepidè viuens hoc magnum mandatum implebis? An cor discissum habens, & maiorem eius partem mundo, minorem verò Deo tribuens huic præcepto satisfacies? Cur te transgressorem legis, & fractorem præcepti, reici, ac contemni non times? II. Ille autem summus Deus, qui se ita amari præcepit, in redamando non deficit, Charitate enim perpetua, & infinitate dilexit, in suis manibus te descripsit, te, ac omnia, quæ ad te pertinent ante oculos suos piissimos habet, tibi in cunctis diligentissimè prouidet, nihil, quod tuo corpori, aut animæ conueniat, ex obliuione, aut negligentia infectum relinquit. Verbo ergo, & opere in suo obsequio diligentiam petit. Verbo, quia eam præcipit, & opus suum negligenter facientem maledictum censet. Opere autem, quia speciali, ac exquisita cura, quam de te habet, ad similem curam te mouere contendit. Caue, ne eius mandata oscitanter adimpleas, & tam amabili protidentix erga te habitæ incuria, & vecordia respondeas.

In redamando non deficit.

I.
ad im
Deus
ca v
ætern
repul
vt spe
medic
uit.
& cor
mund
& spe
lij vn
exemp
tra qu
spirite
natus
vt in
cram
giosu
instru
tia (v
gnific
non st
trahan
funes
cula a
Si vic
I.

Ad

Ad excitandum feruorem.

MEDITATIO II.

1. Punctum. Conuerte nunc mentis oculos ad immensa beneficia, quibus affecit te Dominus Deus tuus, & esto tu ipse iudex, an æquum sit, ea vitæ ignauia repensare. Dominus in sua æternitate cognouit te, & à suo conspectu non repulit: dilexit te, dum te creare constituit, & vt sperare debes, elegit te, & gloriam tibi, ac media, per quæ ad eam peruenires, præparauit. Dominus statuto à se tempore creauit te, & conseruauit, atque huc vsque conseruat, mundum vniuersum ad obsequium tibi dedit, & speciali prouidentia gubernat. Dominus filij vnigeniti sui sanguine te redemit, ipsum exemplum vitæ tuæ fecit, & ad Ecclesiam, extra quam non est salus, adduxit. Dominus, vt spiritualiter viueres, vt roborareris, vt inquinatus mundareris, vt cibo cœlesti reficereris, vt in vita, & in morte remediis fruereris, te sacramentis communiuit. Ipse te ad statum religiosum admisit, instrumentis ad proficiendum instruxit, sapissimè ad se vocauit, iustitia, & gratia (vt pium est credere) ditauit, virtutibus magnificauit, sedemque in regno cœlesti, si per te non staret, promisit. *In funiculis Adam*, inquit, *traham eos, in vinculis charitatis: quomodo hi funes te à creaturis non auocant, & hæc vincula ad illum solam quærendum non obligant? Si victoriam acquireret, qui dat munera: animam*

*Immensa
eius be-
neficia,
que ini-
quum est
ignauia
repensa-
re.*

Osce

11.4.

Prouer.

22.19.

Alvarez de vita rel.

C c c

autem

autem aufert accipientium, quomodo tantis muneribus non superaris; & animam, ac corpus tuum obsequio Domini mancipare desinis. II. Si autem beneficia ipsa inseruendo sollicitudinem petunt, non minus, quæ in illis inueniuntur, eandem, imò maiorem sollicitudinem possunt. Quis enim est beneficiorum dator? Nonne Deus omnipotens, nobilissimus, amantissimus, fidelissimus, beatissimus, perfectissimus, optimus? Quis acceptor? Nonne homo miserimus, imperfectissimus, infidelissimus, flagitii coopertus, malis & peccatis imbutus? Quæ verò est donorum magnitudo? Talis, ut ipsa Deum donorum fontem in se contineat. Quæ utilitas? Profectò maxima; quia profunt non tantum presentibus necessitatibus, sed ut anima Deum cognoscat, & diligat. Et quis affectus dantis? Affectus immensi amoris, quia non indignabundus beneficia confert, vel ut absoluat ab importunitate nostra, sed ut dilectionis suæ effectus exhibeat. Et quæ tandem beneficiorum origo? Non quidem timor alicuius mali, nec spes alicuius boni, nec virtus aliqua hominis, sed imensa bonitas Dei. Qui his sex circumstantiis pensatis feruorem non concipit, saxo est durior, & gelu frigidior.

Sex circumstantia beneficiorum magnitudinis communes.

Quæ ab homine exiguntur parua, quæ in præmiis promittuntur, maxima.

2. Quæ à nobis exiguntur, parua sunt, quæ in præmiis promittuntur, maxima, & ineffabilia. Præmiis bonorū operum, quibus Deo places, homo, & eius mandata custodis, non est aurum, vel argentum, vel aliquid creatum, sed est ipse Deus summum bonum, omne bonum. Nam ego, inquit, prorektor tuus sum, & merces tua magna nimis.

mis.
redit
uent
videt
lestis
imme
tua, c
nor,
scet:
ratur,
posset
admis
quod
II. De
menta
Mome
stra e
Comp
tem c
sum p
neum
bonum
porta
me, vt
sus im
3.
mus te
me erg
perfe
Habet
mieri:
los pur
propin

mis. Deus ipse erit possessio tua, Deus erit hæ- Genes.
 reditas tua, stipendium tuum erit visio Dei vi- 15.
 uentis, & videntis, & hoc summum bonum est
 videntem videre. Domus tua futura est aula cœ-
 lestis: socij tui Angeli, & sancti: vestimenta tua
 immortalitas, claritas, subtilitas, agibilitas: opes
 tua, quia perpetuæ nunquam consumuntur: hon-
 or, quia regium, & stabile nunquam euanes-
 cet: voluptas, quia ex ipso Deo, qui non mu-
 tatur, concepta nunquam minuetur. Si in cœlo
 posset esse confusio, & erubescencia, tepidi illuc
 admissi pudore suffunderentur, considerantes
 quoddam talia bona vita minùs sollicita mercati sunt.
 II. Deinde quæ facimus, aut sustinemus, sunt mo- *Quæ su-*
 mentanea; quæ in mercedem speramus, æterna. *stinet,*
 Momentaneum enim, & leue tribulationis no- *moment-*
 stræ æternæ gloriæ pondus operatur in cœlis: *tanea,*
 Compara momentum cum æternitate, inanita- *quæ spe-*
 tem cum pondere, & utcunque intelliges excessi- *rat, æter-*
 sum præmij ad meritum. Opus ergo momenta- *na.*
 neum sollicitè exequere, & quasi factò impetu in
 bonum incumbere. Quod leuissimum est, agiliter
 porta, & ut citius peruenias, alas feruoris assu-
 me, ut æterno gloriæ pondere in cœlum admissus
 implearis.

3. Aquæ tepida facillè efficitur frigida, & ani- *A tepido*
 mus tepidus facillè in iniquum conuertitur. Ti- *ad in-*
 me ergo ne ex tepido frigidus factus, & ex im- *quum*
 perfecto planè malus æternis ignibus deputeris. *facilis*
 Habet Deus gloriam æternam, qua bonos præ- *trans-*
 miet: habet quoque pœnam æternam, qua ma- *itus.*
 los punit. Ad istam accedit, qui ad crimen ap-
 propinquat; ad crimen autem appropinquat, qui

inuerecundè in leuia peccata prolabitur, & spiritus teporem non extimescit. Quid enim faciet animus tepidus occasionibus cinctus, ab aduersariis impulsus, illecebris inuitatus, nisi Dei timore seposito, vitam voluptatem amplecti, & mortem melle illitam vitæ præferre. II. Sed non eousque, ais, mea tepiditas procedit, vt occasiones cadendi non fugiam, & ad auditum grauis peccati non horream; id solùm habet, vt incuriam in bonis operibus, & animi laxitatem non extimescam. Annon intelligis, quia facile est ex incuria ad abiectiõnem boni operis, & ex animi laxitate ad iniquitatem peruenire? Strenui uentationum superati aliquando cadunt, & tu excors, & negligens, si fortiter impugneris, non cades? Sed esto, quòd in grauia non cadas, an purgatorios ignes, & tormenta illa acerbissima, ne te aliquantulum cogas, libenter sustinebis? Expende tecum pœnam istam tepidis, & segnibus præparatam, & videbis, quàm stultum sit ab ea non resilire, nec celerem ingressum in cœlum vitæ puritate comparare.

Quilibet tepiditas grauis periculosus.

Ad excitandum feruorem.

MEDITATIO III.

Virtus pulcherrima, qua non segnes, sed diligentes potiorantur.

I. Punctum. Virtus pulcherrima est, & in edito loco posita, quam non segnes, sed solliciti & diligentes arripiunt. Eius pulchritudinem non solùm Deus diligit, & Angeli, & Sancti suscipiunt, & iusti capiunt, verùm & peccatores, atque iniqui admirantur, &

& honore prosequuntur. Et quamuis opere post voluptates suas eant, & verbis aduersus bonos oblatrent, tamen intus in animo (ad hoc impellente naturali ratione) solos illos putant felices, quibus possessio, & amplexus virtutis obtingit. Hæc sub nomine sapientiæ ante oculos Sapientis obuersabatur, quando dicebat: *Super salutem, & speciem* (seu pulchritudinem corporis) *dilexi illam, & proposui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius.* At quænam assurgunt ad virtutis obtentum, an tepidi, an ignaui, an incuriosi? Non sanè, quia prauis, aut imperfectis operibus potius virtutem destruunt, quàm promouent; sed illi, qui sibi vim inferentes, quidquid bonum, & sanctum est, strenuè operari contendunt. Vnde scriptum est: *Anima effeminatorum esurient. Qui mollis, & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis.* Hanc ergo pulchritudinem in monte positam, nunquam tepidè viuens, & absque magno conatu consequeris, II. Est etiam virtus de se suauissima, & plena voluptatis, cuius suauitatem vitiis tuis impedientibus minimè percipis. Enitendum ergo tibi est, vt vitia superes, & amaritudinem prauorum affectuum abiicias, si hanc dulcedinem es experturus. Si autem tepidè viuens, non te cogis, cum vitiis, & prauis affectibus fortiter manus non conseris, vnde nec ea superabis, sed magis in bello ignominiosè victus, atque prostratus nunquam ad gustum virtutis admitteris.

Sapient.

7.10.

Prov.

18.8.9.

Suauitatis plenissima.

*Sanctorū
exempla
attentiè
perpen-
deda, ut
imiten-
tur.*

*Tepido-
rum mi-
seria ut
declinen-
tur.*

Eccl. 22.

2.

2. Considera etiam exemplo sanctorum, in quorum conuersatione perfecta virtus enituit, ut eorum operibus, tamquam calcaribus, ad imitationem prouoceris. Si cum illis vitam nostram, ac labores conferamus, minores quàm locustæ, & pulices apparebimus. Quid tua humilitas, ô frater, ad humilitatem Francisci? Quid tua charitas fraterna ad charitatem Dominici? Quid tuus amor in Deum ad amorem Augustini? Quid tua oratio ad orationem Ignatij? Tuus zelus animarum ad zelum Xauerij: tua castitas ad castitatem Stanislai: tua obseruantia regulæ, & disciplinæ ad obseruantiam Aloysij: Eidem summo Domino, cui hi famulati sunt, famularis idem præmium, quod ipsi iam obtinuerunt, expectas: eundem statum, quem ipsi professi sunt, profiteris. Cur abiecta segnitie post illos non curres? cur eos imitari non gesties? II. E contra quoque inspicienda est miseria tepidorum, ut eis aggregari formides. Omnes boni tepidum auersantur, secundùm illud: *De stercore hominum lapidatus est piger: & omnis, qui tetigerit eum, excutiet manus.* Si tepidus es, religiosum ordinem violas, quia disciplinam fœdas, aut præteris. Locum sanctum spernis, quia in eo malum operaris. Tempus perdis, quod in occupationibus inutilibus, & colloquiis vanis infumis. Bonorum societatem turbas, quam ad auersionem erga te moues, aut malis exemplis lædis. Prouisionem temporalem immeritus recipis, cum Dominum tua mala vita tibi prouidentem impugnes. Votum frangis, aut imperfectè custodis, in cuius obseruatione non bene te geris. Co-
ram

ram Deo in religiosis actibus indignè, & irreuerenter assistis. Eos, qui elemosynis suis te reficiunt, cum tepide pro eis ores, quodammodo decipis. Locum alicuius boni, qui suæ vocationi se accommodaret, otiosus, & sine fructu occupas. Et tam cæcus es, ut nec pœnas tepidis preparatas timeas, nec tepidorum damna pavescas. Hæc autem omnia mala vno feruore, & sollicitudinè fugies.

3. Dicitis mihi, quantum debes Domino tuo, imò Domino vniuersorum? Nonne vnus es illorum, qui debent ei decem millia talenta? Nonne dixisti, quando in statum religiosum admissus es: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi? Vbi est huius pollicitationis impletio? vbi assumptus ad debitum reddendum labor? vbi fructus digni pœnitentiæ? vbi conatus, ut condigna sit pro peccatis satisfactio? An putas, vitæ ignauia, & operibus quibusdam imperfectissimis, & colloquiis, ac curis inutilibus, & ridiculis moribus te promissis stare, & tantam molem debitorum exsoluere? II. Infirmus es spiritu, & mentis viribus imbecillus, funes vitiorum, quos malis actibus contraxisti, ad perditionem te trahunt, passiones, seu affectus ad vetita pellicunt, inutilibiles te hostes ad malum impellunt, caro ad delicias vocat, mundus ad vanitates inuitat. Tu autem dormiens, negotiis inutilibus vacans, & ridens huic terribili agmini hostium resistes? Meritò formido, quòd aliquando dices: *Verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi.* Te in aliquod gra-

Multorum debitor religiosus.

Multa peccandi occasiones, & incitamenta, qua solus diligens potest superare.

Prover. 23. 35.

776 *De vita religiosè instituenda,*
ue peccatum videbis lapsum, & quia minora
non times, in maius incurres, vt semper occa-
sionem lugendi habeas. Et vè tibi, si post la-
psum non fleueris, & planctum, ac lamentum
abieceris.

Ad excitandum feruorem.

MEDITATIO IV.

Breue be-
ne operã-
do tem-
pus.

I. Cor.
7.29.

Psal. 89.
4.

1. Punctum. Fratres, *tempus breue est*, inquit
Paulus, temporis autem breuitas non otium,
sed laborem, sed diligentiam, sed feruorem pe-
tit. Si breuissimo tempore longum iter esses fa-
cturus, nõne diligenter ambulares? Nõne ve-
lociter curreres? Nõne, si posses, pennas auium
ad volandum mutuatas acciperes? Tempus au-
tem vitæ tuæ breuissimum est; nam si mille an-
ni tanquam dies hesternæ, quæ præcessit, quæ erunt,
qui tibi supersunt paucissimi anni. Imò & in-
certissimum est. Tu enim, qui aliquot annos ti-
bi ad vitam concedendos putas, fortè post vnum
mensẽ, aut post vnum diem, aut hac ipsa no-
cte morieris. Fratres, cognati, amici iam de-
cesserunt, & quidem eorum multi ætate iunio-
res, & viribus fortiores: cur mortem iam in-
stare, & ad fores pulsare non vides? Sed, ò
quàm longum iter tibi superest ambulandum.
Vis enim, (& infœlix, si non vis) sanctorum
vitam æmulari, ad perfectionem peruenire, vir-
tutem non communem, sed magnam, & reli-
gioso dignam acquirere. Ad hæc autem lentis
passibus appropinquare non poteris. Maiori
celeri

celeritate opus est, maior feruor in bene operando requiritur, ne te extremus dies aut inluto imperfectionum hærentem, aut minùs paratum inueniat. II. Mirabiles sunt dispositiones prouidentie Dei, qui est terribilis in consiliis super filios hominum. O quàm multos, cùm minùs putabant, in medio suarum vanitatum sedentes morte proripuit. O quàm multos sanctè viuentes ob occultam superbiam, vel ob aliquid aliud, quod nos omnino latet, in grauiam, & enormia peccata labi permisit. Et qui antea nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercorea. Et filij Israël inclyti amicti auro primò, facti sunt vasa testea, quibus nihil vilius, nihil fragilius. Si in viridi ligno hæc contingunt, in arido quid fiet. Si solliciti, & feruentes cadunt, tu tepidus stabis, tu tantis nominibus Deo exosus nunquam seueritatem iudiciorum eius experieris.

2. Si quis multas recepit, multa exigentur ab eo. Tu autem multa recepisti, vt magnam gloriam lucrareris, & ad non communem virtutem peruenires. Non es ex illis, quibus vnum, aut duo talenta data sunt, sed cui sunt quinque talenta commissa. Religiosus status talentum est, & quidem ditissimum, bona incomparabilia comprehendens. Auxilia gratie interiora, qualia sunt inspirationes, vocationes, desideria bona, consolationes, & alia huius generis, aliud talentum conficiunt. Auxilia exteriora, vt sunt adhortationes, spirituales libri, & sociorum exempla sanctissima, & sacramentorum vsus, quidni aliud talentum efficiant? Tempus

Psal. 65

5.
Terribilis
Deus in
consiliis,
cuius iudicia
formidanda.

Multa à
religioso
exigentur,
quia multa recepit.

vitæ, longum talentum est, & oçcasiones bene operandi, & gratiæ augmentum promerendi. Quintum verò talentum, est patientia Dei te expectantis, & ad pœnitentiam, & emendationem adducentis. An hæc talenta in sudario tepiditatis ligata custodies? an otiosa, & sine lucro Domino reddes? Vide ne seruus nequam, seruus malus, & piger in die rationis voceris. II. Quæ ignominia erit in illa die otiositatis argui, de socordia reprehendi, de tempore malè collocato damnari? Sed quæ gloria ob vitæ feruorem, & ob morum sanctitudinem beatis associari, & ab illis, & à supremo iudice laudibus magnis extolli? Honor seculi mundanos homines prouocat ad strenuè laborandum, honor cœlestis te prouocet ad sanctè viuendum. Ob coronam corruptibilem conantur pugiles aduersarium superare, aut in stadio, in quo curritur, omnes anteuertere. Ne sit in corde tuo corona incorruptibilis minoris valoris, aut pretij, vt pro ea tuas passiones non vincas, aut lentè, & post alios ambulare non metuas.

*Magna
in die ra-
tionis te-
pidorum
confusio,
magnus
Sanctorum
honor.*

*Patria
hominis
calum, ad
quam in-
dignū est
sine diui-
ziis spiri-
tus reme-
are.*

3. Qui ex Europa ad Indos venerunt, & voluntatem redeundi in patriam habent, ea cogitatione ad congerendas opes accenduntur, quòd à fratribus, à cognatis, ab amicis expectantur, qui eos sunt alacriter excepturi, atque ipsis de adeptis opibus gratulaturi. Triste autem, ac ignominia plenum putant pauperes ad suos redire, & natale solum spectare. Nos autem in cœlis fratres, cognatos, & amicos habemus; nam hîc quasi exules,

&

& relegati degimus, ac sumus ciues sanctorum, & domestici Dei. Ad nostros remeare disponimus, & ab eis excipi vehementer concupiscimus. Quæ dementia est, diuitias semper duraturas non querere, & ad ingressum in cœlum ad modum nobilitum, & potentum non anhelare. An pauper intrabis? an egenus ad ostium pulsabis? an postremo loco contentus eris? Nemo sanè in illa cœlesti patria, ac sede gloriæ intrabit inglorius. At miserum est, in mundo primas sedes cupere, & in cœlis nolle sublimem aliquem locum tenere. II. Omnes cœlites, ô frater, te diuitem, id est, virtutibus auctum expectant; Angeli, vt eorum ruina restauretur; sancti, vt ipsorum gloria compleatur. Te expectat Pater quasi filium, & hæredem, quem super omnia bona constituat: Filius, vt fratrem, cui fructum suorum laborum, & sui sanguinis valorem impendat: Spiritus sanctus, vt in te suam benignitatem effundat. Expectat demum te beatissima Virgo, vt suarum intercessionum efficaciam videat, & suæ dilectionis pallio cooperiat. Ne quæso ad locum deliciarum tepidè, & tardè vadas, sed ad aggregationem bonorum curre, & per feruorem spiritus sublimem sedem occupare contende.

Harum, vel similium rerum consideratione te ad feruorem incitabis. Huius autem feruoris finis erit, vitam emendare, & noua proposita perfectionis concipere. Quæ quidem tam efficacia erunt, vt ex corde ad manus exeant,

Dens, & sancti virtutibus religiosum onustum expectant.

Feruoris finis vita emendatio.

780 *De vita religiosè instituenta,*
& opera nostra perficiant. Si his tribus diebus
te ad gratiarum actionem pro acceptis benefi-
ciis, sed præcipuè pro beneficio vocationis in-
duxeris; si peccata tua, culpas, & imperfectio-
nes admittas defleueris; si nouum, ac efficax
propositum emendationis, & feruidæ conuer-
sationis, indueris, iam dispositus eris, vt tui no-
uam Domino oblationem facias, & quasi sua-
uissimum holocaustum igne amoris absumptum
ad diuinum conspectum introeas.

C A P V T X.

De iterata oblatione votorum.

*Trium
dierum
exercitia
ad voto-
rũ obla-
tionem
dispo-
nunt.*

QVÆ hæcenus de tribus diebus renouatio-
nis dicta sunt, animum ad sui oblationem
per votorum renouationem Deo faciendam
præparant, & ad fructum ex ipsa oblatione post-
ea capiendum confirmant. Confirmant, in-
quam, & roborant, quoniam fructus huius
oblationis est, vt homo sit totus Dei, & tam-
quam illi consecratus; quidquid est, & potest,
& vult, & habet, & operatur, in cultum eius, &
obsequium impendat. Quod profectò ille præ-
stat, qui Deo gratus existens imperfectiones,
quantum potest, à se repellit, & per vitæ nouita-
tem Deo iugiter adhæret. Præparant verò, quia
oblatio Deo grata, esse debet pura, & ab homi-
ne non inuiso procedens. Compunctio autem,
siue detestatio peccatorum, & gratitudo, &
emendationis propositum nos Deo gratos fa-
ciunt,

ciunt, & à nobis ipsis, qui sumus ipsa oblatio
 litanda, impuritatē auertunt. Mundus profē-
 & dō esse debet, qui Deo munera offert; nam Do-
 minus prius munditiā, & virtutē dantis,
 quā munus, quo ipse non indiget, respicit.
 Quod vt Scriptura notaret ait: *Respexit Deus ad*
Abel, & ad munera eius. [Itam enim iudicis pla-
 care nescit oblatio, inquit Gregorius, nisi ex
 munditia placeat offerentis. Ex dantis quippe
 corde, id quod datur, accipitur. Idcirco non Abel
 ex muneribus, sed ex Abel munera oblata pla-
 cuerunt.] Dauid quoque non omnes, sed filios
 Dei ad oblationem Deo offerendam inuitat. Af-
 ferte Domino filij Dei; afferte Domino filios
 arietum. [Quia videlicet, inquit Basilius, prius
 vult nos esse filios Dei, deinde vltro neos accede-
 re ad offerenda Deo dona.] Et post pauca: [Ex-
 pende, num dignus sis, qui Deum sanctum vo-
 ces Patrem. Per vitæ enim sanctimoniam no-
 bis peruias est ad eum sanctum, ac familia-
 ris aditus.] Tria autem, quæ diximus, com-
 punctio, gratitudo, & emendationis proposi-
 tum, ad hoc, quod iusti simus, ac Deo grati,
 conferunt.

In oblatione quoque munditia requiritur. *In obla-
 tionem mil-
 ditia re-
 quiritur.*
 Scriptum est enim: *Noli offerre munera praua,*
non enim suscipiet illa Deus. Et apud Malachiam:
Si offeratis cacum ad immolandum, nonne malum est?
Et si offeratis claudum, & languidum, nonne malum
est? Et reddit rationem optimam, qua huius
 malitia detegitur: *Offer illud duci tuo, si placuerit*
ei. Si principibus mudi nō sunt offerenda pollu-
 ta, quia id in eorum contemptum cederet, quan-
 to

*Mundus
 esse de-
 bet, qui
 Deo mu-
 nera of-
 fert.*

Genef.
 4. 4.
 Lib. 22.
 mor. c.
 12.

Psal. 18.
 1.

*In obla-
 tionem mil-
 ditia re-
 quiritur.*
 Eccl. 35.
 14.
 Malach.
 1.8.
 Simile.

to minùs offerenda sunt summo regi cœli, quia talium oblatio in eius despicientiam redundaret. Sed prædictis tribus animus noster, qui oblatio est, à labe mundatur. Non habebit prauitatem peccati, qui verè peccatum detestatur; non labem ingratitude, qui per sincerissimam gratiarum actionem gratus efficitur; non maculam instabilitatis, qui per efficacia proposita in bono cœpto progreditur. Non erit cæcus, qui magnitudinem acceptorum beneficiorum inspicit: nec claudus, qui velociter ab imperfectiõibus per compunctionem resilit: nec languidus, qui in bono, quasi in adepta sanitate permanet. Sic ergo bene dispositi, ac præparati ad renouationem, seu iteratam oblationem votorum paupertatis, castitatis, & obedientiæ accedamus. Eo die huius oblationis solito velociùs è lecto surgendum est, tamquam hi, quos magnum opus, & Deo valde gratum expectat: vel tamquam hi, quos Deus ipse ad accipienda è manibus eorum munera vocat. Audiamus Paulum dicentem: *Hora est nos iam de somno surgere, nunc enim propior est nostra salus.* Illa, inquam, salus, qua per religiosa vota mala huius seculi abieciimus, concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiam vitæ; ac eadem post paululum ad maius meritum, & in stabilitatis signum iterum offerre disponimus. *Abram* tempestiuè, & *ante lucem surrexit*, vt Deo filium suum primogenitum, immolaret, & sic promptitudinem, qua filium offerebat, ostenderet. Ita & tu, qui animam tuam, & corpus tuum, & quidquid es, & habes, Deo es oblaturus,

*Oblatio-
nis voto-
rum die
velociùs
è lecto
surgen-
dum.*

Rom.
13. 11.

Genes.
22. 3.

turus
osten
D
ni va
niam
festu
rium
pote
aliqu
teipst
ris an
te tur
digea
ribus
tellect
gemm
haber
mas
tui ob
lumen
imme
tem e
iubet
Ideo v
& qu
Po
tare o
torum
extra
dilect
stia p
mus o
[Abe

turus, vt bonam, & promptam voluntatem ostendas, velociter surge.

Deinde consuetae orationi, seu meditationi vacandum. Sed in ea quid cogitabis? Quoniam hæc renouatio semper in aliquem diem festum, è celebrioribus incidit, ipsum mysterium, quod eo die Ecclesia solenniter celebrat, potest esse orationis materia. In quo facile erit aliquid inuenire, quod in animo deuotionem ad te ipsum offerendum exsuscitet. Aut certè poteris amorem accendere considerans Dominum à te tuipsum oblationem exigere, non quia te indigeat, sed vt te sibi oblatum donis, ac muneribus repleat. Sicut enim si capsula lignea intellectum haberet, & se regi offerret, vt in ea gemmas reconderet; hoc non est bonum regis habentis repositoria aurea, & argentea ad gemmas recondendas, sed capsula. Sic Dominus tui oblationem admittit, non ad aliquod emolumentum suum, sed vt in te ex mera gratia, & immenso amore sua dona custodiat. Hoc autem est, quod dixit Augustinus: [Nihil Deus iubet, quod sibi proffit, sed illi, cui iubet.] Ideo verus est dominus, qui seruo non indiget, & quo seruus indiget.

Poteris sanctam quandam fiduciam suscitare cogitans, quod Deo gratissima est hæc votorum religiosorum oblatio, qua non aliquid extra te, sed te ipsum illi immolas, & quasi filium dilectissimum mactas. De dignitate huius hostiæ possumus sanè dicere, quod Chrysostomus de Paulo se Domino delibantè perscripsit: [Abel obtulit sacrificium, & inde laudatur, sed

*Mysteriū
quod tūc
Ecclesia
celebrat,
erit ora-
tionis
materia.*

*Deus ho-
mine non
indiget,
sed homo
Deo.*

Simile.

*Epist. 5.
ad Mar-
cellinū.
Affectus
fiducia
excitan-
dus.*

*Magna
dignitas
religiosa
oblatio-
nis.*

*Hom. 1.
de lau-
dibus
Pauli.*

si Pauli hostiam adducamus in medium, quàm cœlum à terra superior apparebit. Non enim vna tantùm est, siquidem semetipsum per singulos dies immolabat: quam tamen rursus hostiam dupliciter offerebat, cùm quotidie moriens, tum corpore suo mortificationem sine intermissione circumferens. Nam & ad pericula iugiter parabatur consummans voluntate martyrium, & naturam in se mortificando, carnis nihil minus, quàm immolatæ hostiæ Deo munus implebat, imò etiam multo amplius. Non enim oues offerebat, aut boues, sed semetipsum per singulos dies dupliciter, vt diximus, immola-

Ad Ti-
moth. 2.
4. 6.

bat. Propter quod confitendo dicebat: *Iam immolor*, sanguinem vtique suum immolationem vocans. Neque verò his tantùm sacrificiis contentus fuit, sed quia seipsum consecrauerat Deo, etiam orbem vniuersum studuit offerre. Propter quod iam hinc post sudores plurimos, ac trophæa innumerabilia transiturus pro discipulorum consolatione dicebat: *Sed & si immolor super sacrificium, & obsequium fidei vestra, gaudeo, & congratulor omnibus vobis: propter quod & vos gaudeat, & congratulamini mihi.* Quidnam igitur huic hostiæ reperitur æquale, quam Paulus sancti Spiritus cultro immolauit, quàmque in illo altari obtulit, quod supra cœlos locatum est?] Huic similis est oblatio nostra. Nam nos ipsos Deo offerimus, vt in omnibus natu-

Ad Phi-
lipp. 2.
17. 18.

ram abnegemus, ac mortificemus, & proximos nostros per ministeria ad salutem æternam adducamus.

Humili-
tatis af-
fectus
augen-
dus.

Poteris humilitatis affectum augere considerans

dera
tem
plen
& in
dissi
lani
humi
tum
grati
lum
quib
cinn
misi
prat
Nazi
Deo
etiam
dign
atqu
tion
duo
nassi
sua a
fione
obla
duci
duci
Pe
Miss
nem
reuer
quar
& pr

derans tuæ oblationis vilitatem, & indignitatem. Quis enim es tu, vas fœtidum, peccatis plenum, vt te tanto Domino offerre audeas, & in conspectu illius purissimi regis tu immundissimus apparere non metuas? Ne autem pusillanimitas fias, considera, quòd magnus Dominus humilia respicit, & munus sibi oblatum, quantumuis minimum, non contemnit. Admisit ille grato animo *argentum, & aurum* ad tabernaculum conficiendum: admisit & *pilos caprarum*, quibus nihil vilius ad saga, & operimenta concinnanda. Admisit *magna munera diuitum*, & admisit *duo era minuta viduae pauperula*, imò & prætulit magnis muneribus potentiorum. Et, vt Nazianzenus ait: [Nihil earum rerum, quæ Deo offeruntur, tam paruum est, quamuis etiam minimi momenti sit, quamuis longè illius dignitate inferius, quod non omnino accipiat, atque comprobet. Accipit ille & Pauli plantationem, & Apollinis irrigationem, & viduæ duo minuta, & publicani humilitatem, & Manassis confessionem.] Qui ex summa bonitate sua abiecta quæque, & minuta recipit, vt occasionem retribuendi habeat, haud dubiè tuam oblationem non despiciet. Humilitatem ergo fiducia temperabis, vt si humilitas retraxerit, fiducia ad offerendum animosiorē reddat.

Post orationem ex consuetudine sacrosancto Missæ sacrificio, in cuius fine ante communionem, renouatio votorum emittitur, deuotè, & reuerenter assistes, poterisque interim cogitare, quàm exiguum sis daturus, quàmque magnum, & pretiosum sis recepturus Dabis teipsum; quid

Pusillanimitas ableganda.

Exod. 25. 3.

Lucæ 21. 1.

Orat. ad Iulianū.

Missæ sacrificio deuotè adstantium, quibusque considerationibus.

abiectius, quid miserius, quid contemptibilis? Accipies Dominum maiestatis sacramento Eucharistiæ verè præsentem; quid sublimius, quid pretiosius, quid ditius? [Nam qui manducat ex hoc pane, inquit Cyprianus, vltra non esurit; qui bibit, vltra non sitit, quoniam mysterij huius sic sufficit gratia, sic reficit intelligentia, vt cuiuscunque tantæ rei innotuerit plenitudo, omnis consummationis sine inuento, Christi baiulus ipsum ferat in pectore, ipsum gerat in mente, & omni tempore habitatori suo dicta, & facta iubilatione consona laudes resonent, & gratiarum actiones decantent. Hæc ebrietas non accendit, sed extinguit peccatum: in hoc vino non est luxuria, nec mouetur ad ludum post hunc potum lasciuia. Cùm sopiuit obliuio cunctæ carnis ludibria, mira sunt, quæ sentit, magna, quæ videt, inaudita, quæ loquitur.] Gaude itaque, quoniam tam vili pretio tam pretiosam gemmam mercaris, & teipsum donans, id ipsum, quod donas, non perdis, sed in melius mutatum, & Christo iunctum recipis.

Tempore renouationis instante ad gradum altaris accedes, & genuflexus tua vota ex scripto clarè, distinctè, & deuotè repetes, teque totum Domino per hanc promissionem offerre intendes. Sed quomodo te vtiliter offeres ex tribus illis regibus Christo Domino munera offerentibus disces. Vide, quanta promptitudine suos, suæque reliquerunt, quanta celeritate venerunt, quanta deuotione toto illo itinere de nullo alio, quàm de rege nato cogitarunt, quanta libertate neglectis periculis de eo interrogarunt, quanta

Epist.
54.

*Tres ma-
gi in vo-
torum re-
nouatio-
ne imi-
san-
ti.*

quan-
diu-
oppi-
qua-
runt-
& n-
mitti-
sum-
præse-
sequ-
sunt,
illum-
ipso,
vbi h-
gati-
quæ-
ctare-
num-
dibus-
re au-
obedi-
accip-
milia-
sume-
statis-
Fac-
cello-
& qui-
possis-
te ad-
tribus-
uit; q-
genti-

quanta facilitate ciuitatem, in qua non erat, licet diuitem, & pulchrâ deseruerunt, quanto gaudio oppidū paruulum, in quo natus erat, petierunt, quanto amore, & feruore se, & sua illi consecrarent. Hæc sit, ô frater, tuæ formula oblationis, & non à formica, ad quam Salomon pigrum mittit, sed ab his viris sapientissimis, quod tibi summè conuenit, disce. Ante altare positus, & in præsentia Domini constitutus, quæ tibi ad consequendâ perfectionem impedimento esse possunt, animo, & affectu derelinque: celeriter ad illum properare decerne: de nihilo alio, nisi de ipso, aut de rebus illi gratis cogitare constitue: ubi habitet, ubi cubet in meridie, ipsum interrogatâ locis, in quibus nõ inuenitur, fuge: ea verò, quæ ipse sua præsentia nobilitat, diligenter sectare: post hæc reuerenter illum tuum Dominum adora, & magno atque ardenti affectu pedibus eius oscula fige. Offeres illi ex puro amore aurum paupertatis, myrrham castitatis, & thus obedientiæ, quæ munera ipse gratissimo animo accipiet, & in illis te ipsum ad suam pertinere familiam agnoscet. Tunc sacram communionem sumes, & quasi in pretium tui Dominum maiestatis accipies.

Facta hoc modo renouatione vel in ipso sacello manebis, vel in locum aliquem secretum, & quietum te recipies, ubi solito prolixius orare possis. Ibi immensas Domino gratias ages, quia te ad vitam religiosam vocauit; quia te sibi tribus his votis, ac religiosa professione ligauit; quod tot annis tuam ingratitude, negligentiamque sustinuit. Ora eum, vt suam in te

*Agenda
gratia &
prolixius,
& deuotius.*

patientiam extendat, vt ampliùs te expectet, vt gratiam ad incipiendum, & sanctè conuersandum tribuat, vtque in te, quod misericorditer cupit, ipse perficiat. Dicit illi: *Tuus sum ego,*

Psal. 118.
94.

saluum me fac, quoniam iustificationes tuas exquisiui. Iam, inquam, Domine Deus meus, non sum vir diuitiarum, quoniam per votum paupertatis dominatum à me bonorum temporalium excussi. Non sum seruus ventris, & carnis meæ, cuius imperium per votum castitatis abieci. Non sum mancipium propriæ voluntatis, cuius dominationem per obedientiæ votum ablegauit. Sed totus tuus sum, cui me, & mea obtuli, cui me quasi denuo iterata professione totum dedi. Saluum me fac in posterum ab innumeris imperfectionibus meis, quoniam à die conuersionis meæ utcumque iustificationes tuas exquisiui. [Alij quæruni monilia pretiosa, ego solus iustificationes tuas, quasi quædam ferta iustitiæ. Alij domum ad domum, villam ad villam iungunt, quasi soli habitare possint in terra hac, & elementum volunt occupare communitate; alij possessionem aeris ipsius vendicare; mihi in tuis iustificationibus omne patrimonium est. Nescio possidere, nisi quod tui iuris est. In tuis eloquiis spiritalis mihi cura refalsit argenti.] Iustificationes tuas quæro, has obsecro, in perpetuum inueniam. Amen.

Ambros.

Praxim huius renouationis ignitis aspirationibus, & feruentissimis precationibus dispositam leges in secundo exercitio B. Gertrudis, quod vocatur spiritalis desponsationis, & in tertio, quod vocatur professionis animæ erga Deum.

CAP.

CAPVT XI.

*De secessione ab occupationibus singulis
annis facienda.*

NON sufficiunt hæc omnia, quæ diximus, fragilitati nostræ, vt se semper à segnitie & multiplici imperfectione contineat. Quare per singulos annos ad octo vel plures dies omnino vacandum est, & spiritu quiescendum, ac penitus ab omni externa occupatione cessandum, vt mente caleamus, & à torpere liberemur. Istud profectò saluberrimum documentum non ex alio, quàm ex Euangelio ipso, & sanctorum exemplo didicimus. Cum enim conuenissent Apostoli ad Iesum, vt renunciarent ei, quæ (ipso mittente) egerant, & docuerant, dixit illis: *Venite seorsum in desertum locum, & quiescite pusillum.* Id non solùm vt corporis vires resumerent, sed multo magis, vt spiritum reficerent, & se ad primum feruorem ex occupatione languentem reuocarent. Hunc sensum indicat Theophylactus, ita scribens: [Apostoli postquam prædicauerunt, congregantur apud Iesum, vt & nos discamus, si quando in ministerium mittamur, ne nos totos ab eo, qui mittit, abripiamus, sed illum sciamus caput, & ad illum redeamus, annunciemusque ei omnia, quæ vel docuimus, vel fecimus. Neque enim satis est, si doceamus, nisi & fecerimus. Quiescere autem facit Christus discipulos, vt sciant

*Singulis
annis
ad dies
aliquot
ab omni
externa
occupa-
tione ces-
sandum,
Deoque
vacan-
dum.*

*Ex Euā-
gelio, &
sanctorū
deductū
exemplo.
Marci
6.31.
Ibidem.*

Prælati laborantes in verbo, & doctrina dignos esse, quibus detur sua quies, & non semper intendant laboribus.

Christus Et sanè optimo iure Dominus Apostolos ad
Apostolos secessum inuitauit, vt tam illis, quàm nobis
ad seces- consulere. Illis quidem; nam cum nondum
sum in- essent perfecti, & humanis affectibus subiace-
suitans, il- rent, erant per silentium, & quietem, & con-
lis, aliis- templationis studium, ab ea, quæ se ministeriis
que con- animarum immiscet, distractione curandi. No-
suluit. bis verò, vt ex Apostolis, ex ministeriorum sci-
 licet Euangelij magistris disceremus, quomodo oporteat nos animarum salutem vacare, & ad tempus nos ad silentium recipere, & ad reficiendas animæ vires in iugi contemplationis exercitatione quiescere. Si enim semper effundimus, & nunquam, aut parum infundimus, meritò timendum est, ne pauperes, & vacui maneamus. Id est, si semper mensuris animarum, & salutis aliorum negotiis subiacet, & parum vires spirituales auget, vt oneri portando sufficiat, formidare debet, ne aliquando onere pressa succumbat. Ergo præter communia orationis, & deuotionis opera, quibus nos quotidie à distractione, & tepiditate seruamus, per aliquod tempus omnino quieti spiritus, & orationi prolixæ, & colloquijs diuinis vacandum est, vt inde magnum robur trahamus, quo nos in spiritu deuotionis, & in perfectionis desiderio seruemus.

Id etiam nos docuerunt sanctorum virorum in salutem animarum incumbentium exempla. Quorum historias, ac gesta si euoluamus, manifestè

nifestè videbimus, eos frequenter à turbis, & occupationibus secessisse, vt ex quiete, & confortio Domini assiduo, vires, ad vtiliter laborandum, & in vita perfecta perseuerandum, acciperent: Vnum profectò, aut alterum in medium producam. De B. Francisco ad salutem animarum vocato hæc scribit verus eius filius Bonauentura: [Vir autem Dei solitarius remanens, & pacatus, nemora replebat gemitibus, loca aspergebat lacrymis, pectora manu tunde-
bat, & quasi occultius secretarium nactus, confabulabatur cum Domino suo. Ibi respondebat iudici, ibi supplicabat patri, ibi colloquebatur amico. Ibi quoque fratribus ipsum pie obseruantibus aliquoties auditus est clamoris gemitibus apud diuinam pro peccatoribus interpellare clementiam, deplorare etiam alta voce, quasi coram se positam Dominicam passionem. Ibi visus est nocte orans manibus ad modum crucis protensis, toto corpore subleuatus à terra, & nubecula quadam fulgente circumdatus, vt illustrationis mirabilis intra mentem, mira circa corpus perlustratio testis esset. Ibi etiam, sicut certis est comprobatum iudiciis, incerta sibi, & occulta diuinæ sapientiæ pandebantur, quamuis illa non vulgaret exterius, nisi quantum Christi vrgebat charitas, & proximorum vtilitas exigebat. Dicebat enim: Leui mercede rem impretiabilem contingit amitti; & illum, qui dedit, ad non dandum iterum facile prouocari.]

De Hugone verò Linconensi Episcopo hoc inuenimus scriptum: [Singulis annis vt mini-

In vita,
cap. 10.

B. Franciscus se-
cessionis
amicissimus, mi-
rè in illa
se exercè-
bat.

In eius
vita, cap.
23.

Hugo
Linconib.
sis Episco.
pūs mo-
nasteriū
aliquo-
ties repe-
tebat.

num semel æstiuis vacationibus ad monasterium suum VVICTAMIENSE sese conferre solebat. Ibi verò tamquam in messe fertili menti suæ de spiritualibus prouidit frugibus, quas vbertim illic ipse secuerat. Erant tunc illic viri valde spectabiles in vita strenui, in contemplatione sublimes, iique blandimenta ei nulla, tamquam vltra alios Episcopos aliquid haberet sanctitatis, apponebant, sed potius admonebant, vt videret, quantum adhuc abesset à conuersatione Patrum antiquorum. Tanta autem humilitate in omnibus se illis conformabat, vt præter solum annulum nil gestaret, vnde quòd esset Episcopus, posset animaduerti.]

Sur. in
eius vi-
ta, cap.
17.
Lauren-
tius Du-
blinensis
per sæpe
idem am-
plexatus
exercitiū.

Ac tandem de Laurentio Dublinensi Episcopo hæc leguntur: [In ea autem concauitate, quam S. Coënginus suis manibus effecisse dicitur, B. Laurentius per sæpe latitans contemplatiuis deliciis illic deuotus perfruebatur, de corpore suo minimè sollicitus, sed tamen in multa necessitate, ei deesse nolens, ter tantum in hebdomada panem, & aquam, interdum etiam olus ei præbebat, tamquam alter Moses, contemplationis diuinæ suauitate reffectus. Ibi ergo morans per quadragenas, hominum non admittebat frequentiam, nisi iam dicti Abbatis nepotis sui, qui ei cibum, qualem diximus, subministrabat, ad eumque causas & negotia populi, & ad populum sancti sacerdotis responsa, atque consilia referebat. Erat autem accessus ad eum per scalam, cuius ima pars in aqua figebatur, superior tenebatur ad rupem.] Hoc itaque fuit sanctorum virorum ingenium,
partim

partim ad vtilitatem fratrum curandam exire, partim ad propriam salutem curandam in cubiculum internæ conuersationis intrare: nunc consortia aliorum admittere, nunc verò per aliquod tempus ab occupationibus, & turbis sedere, & soli Deo ac si nihil in mundo esset, intellectu, & affectu inhærere. Et hos quidem imitatione sequi debemus, si similem feruorem, & diligentiam in diuino obsequio tenere optamus.

Tu verò, ô religiose, qui perfectionis desiderio ardes, & virtutum amore teneris, aliquando singulis annis te ab omni externa occupatione sequestra, vt tibi, & Deo intendas, vt vias tuas consideres, vt in eo, qui finis tuus est, amplexu quiescas. *Adlocum, vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant: ad eum & tu, à quo gratiam ad discurrendum accepisti, per nonnullam secessionem à negotiis, & curis reuertere, vt iterum sine tuo damno fluere possis, & agros animarum rigare. Nullatenus dubitare poteris, quòd assidua occupatione etiam bona, & vtili, spiritu fatigaris, & in boni amore lassescis; pone itaque illam aliquando, & te solitudine aliorum exonera, vt quiescas, viresque resumas. [Danda est remissio animis, inquit Seneca, meliores, acriorésque requieti surgent.] Vt fertilibus agris non est imperandum, citò enim exhauriet illos nunquam intermissa fœcunditas; ita animorum impetus assiduus labor frangit. Vires recipient paulum resoluti & remissi. Nasceatur ex assiduitate laborum animorum hebetatio, & languor.*

Eccle. i.

7.

*Vtili ad-
huc occupa-
tione
spiritus
fatiga-
tur.*

*De tran-
quillit.
vitæ,
cap. i s.*

*Arcus si-
militudo
ex Grego-
rio.*

Et ad idem Gregorius ait: [Ex studio nam-
que arcus distenditur, vt in suo tempore cum
vtilitate tendatur. Qui si otium relaxationis non
accipit, feriendi virtutem ipso vsu tensionis per-
dit. Sic aliquando in exercitatione virtus, cum
per discretionem prætermittitur, reseruetur; vt
tanto post vitia valenter feriat, quanto à per-
cussione interim prudenter cessat.] Clavis ver-
sus vnâ partem mota, feram claudit; ad aliam
verò partem voluta, aperit; sic mens exteriori-
bus intendens, ea disponit, atque custodit, sed
ad Deum, & interiora conuersa ianuam aperit
diuinæ miserationis, vt per eam thesauros do-
norum cœlestium educat. Nisi versus hanc par-
tem te moueris, & nisi à Deo, quod tribuas, acce-
peris, nequaquam habebis, quod tribuas.

*Ad frat-
de mon-
te Dei.*

*Vacare
Deo non
otium, sed
magnum
negotium
est.*

Gen. 2. 1.

Quare sapienter dixit Bernardus: [Otiosum
non est vacare Deo, imò omnium negotiorum
negotium, quoniam ex hoc otio vires proue-
niunt ad negotium, & qui scit prudenter ad tem-
pus quiescere, sciet postea strenuè, & vtiliter la-
borare. Deus ipse te, ad captandam quietem spi-
ritus, quasi suo inuitauit exemplo. De eo enim
dictum est: *Compleuitque Deus die septimo opus
suum, quod fecerat, & requieuit die septimo ab
omni opere, quod pararat.* Si ergo septem diebus,
vel non paucis mensibus, operatus es, & salu-
tem aliorum quæsiuisti, iam sabbatum, id est,
tempus aliquod quieti destinatum, libenter ex-
cipe, in quo dum ab externo opere cessas, vir-
tutes restaures, & spiritum præ onere deficien-
tiam reficias. *Legem posuit Dominus aquis, ne tran-
sirent fines suos.*] Et tu legem pone occupatio-
nibus

*Prou. 8.
29.*

nibus tuis, & modum curis tuis, ne instar aquarum irruentium te obruant, & ab stabilitate perfectionis abducant.

Ex hac ergo spirituali quiete, in qua te ipsum inspexisti, desideria sopita excitasti, proposita confirmasti, cum Deo ceu alter Iacob ad accipiendam benedictionem pugnasti: exhibis ut Moses facie splendida ex confortio Domini, & anima roborata, ut possis sine tui detrimento aliis prodesse, imò & cum virtutum augmento animas generare, & Deo thesauros saluandorum acquirere.

Quis uacationis fructus.

C A P V T XII.

De admittenda humiliter defectuum correctione.

NON est homo, qui non peccet, neque infans, cuius est unius diei vita super terram; quoniam peccatū originis parentum voluntate contraxit, licet illud propria voluntate necdum admiserit. Ab hac sententia argumentum istud incipimus, ut perfectos viros aliquando quoque deficere, & peccare sciamus. In familia autem religiosa optimè gubernata, & in qua viget disciplina, locus est correctionis, imò & ipsa religio, ut quidam scitè dixit, locus est correctionis, in quo omnes tam iuuenes, quàm senes, tam imperfecti, quàm perfecti, cum delinquant, suos defectus audiūt, & ad suarū animarū salutē corriguntur. Apud nos cōsuetudo hæc in magna est obser-

Nemo mundicia à peccato.

Religiosa familia locus est correctionis. In Societate correctionis vsus in magna est obseruantia.

obser

obseruantia, & in triclinio publicè apud alios Patres, & fratres, vel genu flexi, vel in paruula mensa sedentes, & aperto capite defectus nostros audimus, & secundùm qualitatem eorum non solùm verborum increpatione, verùm & aliquando cibi subtractione, vel alia pœnali actione mulctamur. Oportandum est verò, vt rarò admodum defectibus huiusmodi sordidemur, & ideo hanc correctionis humilem sustinentiam in annum reiicimus, ad quam nunc fratres nostri hortandi sunt. Et quidem si cum solis perfectis loqueremur, breuis admodum futura esset hæc adhortatio, quoniam ipsi, si deficient, corrigi diligunt, & concupiscunt. At quoniam omnes alloquimur, & tam sapientibus, quàm insipientibus debitores sumus, opus erit hanc rem ex professo tractare.

Patienter ferendum, quod nostri defectus patefiant. §. I.

Contentus quisque esse debet, vt defectus sui Prælato designentur.

In Confessione auidia non licet reuelare.

Hæc humilis sustinentia correctionis, aliud quid magni momenti supponit, vt quis scilicet velit, ac patienter toleret suos defectus, & culpas ab eo, qui ea cognouerit, Prælato reuelari. Quod non solùm de communibus, & leuibus defectibus intelligendum est, verùm & multo magis de casibus grauioribus, si aliquis in peccata grauia caderet, quanto periculosius est hæc, quàm illa leuia non corrigi, & lethale vulnus sine remedio relinquere. Vnusquisque itaque eorum, qui spiritu proficere student, contentus esse debet, vt sui defectus, & culpæ Prælato detegantur ab eo, qui illa cum potestate dicendi cognouerit. Vnde nunc

nunc de illis non loquimur, qui in abditissimo Pœnitentiæ sacramento aliquid audierunt, quos nihil posse dicere aded manifestum est apud omnes Catholicos, vt potius debeant vitam amittere, quàm aliquid in eo foro auditum reuelare. Quod quidem forum, sicut ab humano regimine longissimè distat, ita hoc ab illo omnino non pendet. Imò neque de illis loquimur, quibus aliquis suum casum ad petendum confitellium, & quærendum remedium aperuit, cui ipso iure naturæ obligatio seruandi secreti commissi indicta est. Sed si quis per alium modum fratris culpam sciuit, quia nimirum eam vidit, vel certis indiciis agnouit, vel ab alio, qui oculis aspexit, audiuit, potest, & debet apud nos eam Prælato ad remedium fratris detegere, & sine vlllo seruatiæ fraternæ correctionis medio patefacere.

Nunc disputationis huius explicandæ gratia communes, & leues defectus omittamus, quos nullus vnquam dubitauit, posse absque medio correctionis fraternæ Prælato dici, & de aliquo graui peccato loquamur, & quare Prælato statim manifestari possit, vel debeat, rationem breuiter assignemus. Ratio huius est, quia nos cum societatem ingredimur, iuri nostro conseruandæ propriæ famæ cedimus, & in hoc libenter, & expressè consentimus, vt nostri defectus, siue graues, siue leues, superiori vt patri, primò & immediatè manifestentur per quemuis, qui eos extra confessionem acceperit. Quare si aliquis consentiat in hoc, quòd tu eius argentum accipias, atque eo inscio in commodum eius insumas, nullam facis illi iniuriam, si illius

Nec secreto naturali commissi.

Societatem ingrediens iuri conseruanda propriæ famæ expressè cedit.

illius thecam aperias, & accepto argento cibos illi necessarios, & vestem pares; quoniam dominus est ipse argenti sui, & potest, cuiusque voluerit, vsum eius, & impendium concedere. Ita prorsus si tu ipso ingressa in religionem expressè consentias, vt culpæ in te deprehensæ Superiori aperiantur, licet non nihil tua fama, & bona existimatio fuscetur, quo efficacius emenderis, & humilitate ac spiritu proueharis, nulla fit tibi iniuria, dum quis, te inscio, facultate tamen hac à te accepta, famam tuam apud Prælatum traducit, & peccatum tuum illi detegit, quoniam tu non minus dominus es famæ tuæ, quàm ille pecuniæ.

Neque hoc repugnat præcepto Euangelij, quo dictum est à Domino: *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Quòd si non audierit eos, dic Ecclesia.* Hoc, inquam, quod dicimus, huic præcepto haudquaquam repugnat. Non quidem ex eo, quòd putemus, Dominum de solis peccatis aduersum nos admissis loqui; nam de omnibus loquitur, quamuis ad maiorem commendationem benignitatis in correptione seruandæ peccatorum in nos commissorum mentionem faciat, quæ ira efferuescente, & amore proprio instigante solemus acrius increpare. Sed ex eo, quòd ordinem in iudiciis seruandum exponit, vt Thomas Aquinas ait: [Si te, inquit, non audierit, dic Ecclesiæ, id est, Præ-

Quodl.

11.

lato

lato Ecclesiæ, tamquam iudici, ut si ei non obedi-
 erit, à congregatione præcidatur, & sit tibi,
 & omnibus *tamquam ethnicum, & publicanum.*] 17.18.
 Et hic sensus ex his, quæ sequuntur, magis sta-
 bilitur: *Quæcumque alligaueritis super terram,*
erunt ligata & in caelis. Quibus verbis potestas
 excommunicandi traditur, quam iudices Ec-
 clesiastici suscipiunt. Nos autem non ordinem
 iudicalem peruertimus, sed alium ordinem
 paternum inducimus, in quo, me volente, &
 consentiente, poterit frater sine eo, quod me pri-
 uatim, & postea apud vnum, vel duos corrigat,
 statim ad Prælatum accurrere, ac casum meum
 ad paternam emendationem, & erectionem
 aperire. Ex hoc autem constat, quod etiam si lo-
 cus de denunciatione paterna intelligatur, ne-
 que in minimo hac lege nostra ei contradicitur.
 Id enim ita sancitum est, ne frater, qui deliquit,
 de nobis tamquam de immisericordibus con-
 queratur. Qui cum possemus illum secretò cor-
 rigere, voluimus infirmitatem eius Prælato re-
 uelare. Hæc verò querimonia cessat, si ego ipse,
 qui cecidi, volo à te non corrigi, & ad maio-
 rem emendationem eligo ipsi Prælato patefieri?
 Nam bone Deus, si ego possum delictum meum
 etiam occultissimum Superiori manifestare, ut
 me adiuuet, & ad bonam frugem adducat, in
 quo opus perfectionis facio: cur non potero
 in hoc consentire, ut ad eundem finem alius me
 manifestet, ut per hunc humilitatis affectum
 ad maiorem puritatem assequendam aptior
 efficiar? Nos autem omnes cum hoc institu-
 tum amplectimur, in hoc consentimus, ut non
 seruato

*Ordo iudicialis non perueritur, sed pater-
 nus inducitur.*

o cibos
 a domi-
 que vo-
 dere. Ita
 expref-
 a Supe-
 & bona
 enderis,
 a fit tibi
 e tamen
 ælatum
 t, quo-
 æ, quàm
 angelij,
 erit in te
 solum. Si
 anem te
 vel duos,
 fiet omne
 Ecclesia.
 præcepto
 n ex eo,
 peccatis
 e omni-
 mmen-
 seruan-
 mētio-
 & amo-
 crepare.
 seruan-
 : [Si te,
 est, Præ-
 lato

seruato fraternæ correctionis ordine manifestemur; non ergo est, cur postmodum, si delati fuerimus, conqueramur.

Neque in hac re nos singulares existimus, cum alias familias religiosas in suæ foundationis initio idem obseruasse compertum sit. Religio magni Patris Benedicti olim hanc sinceritatem in detegendis fratrum defectibus custodiuit. Cui coniecturam præbent duo decreta Stephani, & Pauli Abbatum ab Smaragdo Abbate citata, quorum primum sic habet: [Si quis in quacunque parte viderit illicitum quid operari, & distulerit Priori publicare, cognoscat se esse nutritorem peccati, & per omnia æqualem peccanti, quia & animæ suæ, & illius, quem tegit, est durissimus inimicus.] Alterum sic: [Si quis autem eum, qui distractionem monasterij non ferens fugam meditari cognouerit, & non statim prodiderit, perditionis illius participem se esse non dubitet, & tamdiu à conuentu fratrum sequestrandus est, quamdiu ille valeat reuocari. Eum autem, qui peccatum fratris statim non reuelat Prælato, vocat æqualem peccanti; quoniam cum possit delicto remedium afferre, nec afferat, videtur eidem peccato præbere consensum.]

Ordo Benedictini eiusdem quem Societas correctionis habuit modum. Smarag. cap. 23.

Cap. 24.

Idem in more apud Frascanos. In constit. Farinetij, cap. 7.

Fratres etiam Minores hanc doctrinam ipso opere amplexi sunt. Nam in quibusdam constitutionibus generalibus eorum refertur decretum à S. Bonauentura, in quodam capitulo generali editum in hæc verba: [Nullus frater dogmatizet, vel teneat, quòd, cum aliquot sunt focij in crimine, non teneatur alter alterum

sup

sup
& a
ten
toti
cord
cun
fus,
fint.
nor
quo
non
ri.
mus
feru
plex
mus
T
bis,
nor
gau
dar
exor
pria
vt C
ctio
ne i
sè d
defe
fine
enal
nem
tia

superiori reuelare, qui potest, ac debet prodesse, & animarum periculis præcauere. Nam ex sententia Bonauenturæ, Magistrorum ordinis, ac totius capituli generalis definitum est, hanc doctrinam perniciosam esse, & in destructionem ordinis, & regularis disciplinæ excogitaram, cum Prælatos nosse oporteat subditorum excessus, non solum ut puniant, sed ut præcauere possint.] Hæc ibi. Et Iulius II. in statutis Franciscanorum fatetur damnandum esse dogma illud, quod habet: [Religiosum criminis socium non teneri ad denunciandum illud superiori.] Non ergo nos aliquid nouum induximus, sed quod alij religiosi ordines in suo seruiore ad assequendam perfectionem amplexi sunt, ab eis quasi mutuatum accepimus.

Tu ergo, frater, si sapias, ex corde gaudebis, quod tui defectus, siue maiores, siue minores, tuo Prælato detegantur, & causas huius gaudij attentè considerabis. Illud ex ipso fundamento vitæ spiritualis, quam es professus, exoritur. Hoc est humilitas & deiectionis propria, quam omnes in religione profitemur, & ut Christus crescat in nobis, atque ad deiectionem propriam nulla data à nobis occasione in conceptu hominum minuamur, impensè desideramus. Ad hoc autem conferet, ut defectus nostri sint superiori perspecti. Ex

Gaudendum de manifestis defectibus.

1 Gaudij causa, fundamentum vitæ spiritualis.

2. Finis religiose uocationis.

1. Aluarez de uita rel.

Ecc Hunc

Hunc autem finem multo meliùs, & citiùs assequeris, si Prælatus defectuum te à via perfectionis remorantium notitiam habeat, & eos à te per conuenientem admonitionem, & correctionem auertat. Ex eo, cui defectus aperiuntur, progreditur. Manifestantur enim, non passim omnibus, non ei, qui est hostis tuus; sed illi, qui Pater tuus est, qui te diligit, qui plùsqvam tu, tuæ bonæ existimationis cura tangitur, qui tuam famam seruare, & tueri tenetur; nec non illi, qui medicus est, qui sciet malagma conueniens apponere, & cum minimo dolore tuote ad salutem adducere.

3. Ex eo, cui defectus aperiuntur.

Deus manifesta-
tionis au-
ctor.

Psal. 38.
10.

Deus ipse fratrem tuum ad te manifestandum mouit, vel ipse Dominus per os fratris te manifestauit, an opus Domini ex optimâ intentione factum damnabis? An aduersus Dominum irasceris? *Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti,* ait Dauid: *amoue à me plagas tuas.* Et tu igitur obmutesce, & non aperias os tuum, quoniam Dominus tuos defectus patefecit, vt te per industriam Prælati curaret, & grauiores plagas à te commeritas amoueret. Considera, & plange in conspectu eius peccata tua, & erubescere, quia aspiciente te illo mundissimis oculis suis, malum admisisisti, fœditatem dilexisti, odibile amasti, & parum curabis, si alij culpas tuas sciant, aut ignorent. Quid enim obest, quod ille sciat, cuius est tecum ob delicta tua plangere, pro te orare, & maiori luce quàm tu, quia ad medendum tibi à Deo positus est, & amoris propriij caligine non offunditur, eis

rem
Præ
non
tuas
si pe
facil
laqu
appe
nem
meli
ment
cier
tuto
tuam
leue
ab h
dilex
oper
Vlc
cura
rem
non
iniqu
putr

F

P
defe
beas
incr
anim

rem

remedium adhibere. Ais: Ego absque eo, quod
 Prælatus sciat, emendabo me ipsum. Crede mihi,
 non te emendabis, aut non ita bene, & radicatus
 tuas culpas euclles. Dico, non te emendabis, quia
 si peccatum graue, & viscosum est, non est ita
 facile, imbecillum passerulum animi tui ab eo
 laqueo se extricare, nisi adsit, qui te adiuuet, &
 apposita vi laqueum abrumpat, & occasio-
 nem abscindat. Dico, non ita bene, quoniam
melius est duos esse quam unum: habent enim emalu-
mentum societatis suae. Si cecideris, ab altero ful-
 cieris, vix autem tibi soli, & ab ope alterius desti-
 tuto, quia fortè ob culpam, & imbecillitatem
 tuam nunquam surges, deficiente eo, qui te sub-
 leuet. Plurimos vidi in religione perditos, &
 ab hoc paradiso voluptatis excisos, quia latebras
 dilexerunt, quia post casum ab eo, qui poterat
 opem ferre, fugerunt, quia à medico declinarunt.
 Vlcus enim, cui medicamen non apponitur, in-
 curabile efficitur, & quod tempestiuè detectum
 remedium habebat, post tractum temporis, cum
 non os humilis confessionis, sed pus, & fœtor
 iniquitatis se prodit, non aliter, quàm membri
 putridi abscissione curatur.

*Aliquo-
rum ef-
fugium.*

*Ecclef.
4.9.*

*Plurimos
rum ca-
sus, unde
ortum
habeant.*

*Ferendum etiam libenter, quòd correctione
 eluantur. §. 2.*

Postquam in hoc gradu pedem fixeris, vt tuos
 defectus detegi, & denuntiari Prælato gratū ha-
 beas, secundus tibi tenendus est, vt paternam
 increpationem, & correctionem humili, & læto
 animo complectaris. Locus ipse, in quo stas, qui

*Religio,
locus cor-
rectionis.*

terra sancta est, id omnino exigit; nam ad hoc à Deo est destinatus, ut in eo corrigamur. In triclinio libenter comedis, quia locus est comestitionis, & in horto libenter animum laxas, quia locus est recreationis. In religione igitur libenter corrigi sustineto, quoniam locus est correctionis, sine qua inter bonos perseverare non poteris. Hoc enim mare bonorum, per quod placide ad portam cœlestis patriæ nauigamus, mortuos in morte perseverantes, vel imperfectionibus, & scurrilitatibus oneratos, & onus non deponentes à se eiicit, & cum fremitu, & indignatione repellit. Vnde Petrus Damianus ad Aripandum

*Sine illa
libenter
admissa
perseuerantia
non stat.*

Lib. 6.
epist.
78.

scribens ait: [Inter cætera sanctæ conversationis insignia, vnum præ cæteris caue, ne correptiones aliquando grauitè feras, ne qualibet occasione redargui à tuis quoque iunioribus erubescas. Quod videlicet huius loci tam familiare est, atque natiuum, ut qui corripitur, nobiscum habitare non possit. Ad hoc enim homo de seculo magisterio regularis disciplinæ submittitur, ut rubiginem, quam de mundo lenocinante contraxerat, asperæ correptionis lima detergat. Vnde est, quod sapientia loquitur in Proverbiis: *Conuertimini ad correptionem meam, et proferam vobis spiritum meum.* Si non ad blanditias, non ad oleum peccatoris quærendum vocatus es, sed ad correptionem tuorum vitiorum adductus, ne, queso, correptionem fugias, ut vtiliter in loco ad eam destinato persistas.

Proter.
1. 29.

Eam admittere signum est hominis suam
perfe

perfectionem amantis. Hic namque ad hoc statum religiosum arripuit, ut seipsum cognosceret, & reprehenderet, & emendaret. Id ipsum autem, ad quod venit, iugiter facit. Quia tamen se huic muneri imparem deprehendit; nam proprio amore ad se noscendum excacatur, & ad se corripiendum impeditur; ideo gratissimum habet à superiore corrigi, cuius manus licet sit ex charitate suavior, tamen est ex absentia amoris proprii liberior ad feriendum, atque expeditior. Imò & quamvis ipse non deliquerit, aut leuius deliquerit, propter exemplum aliorum, ut etiam Petrus Damianus ait, correptionem diligit, & ut disciplina rigor in familia religiosa seruetur, increpari, & punctionem subire non exhorret. Testimonium congregationis de se hac ratione perspectum habere cupit, & ipsa correctionis sustinentia dicit: *Quem dicunt homines, esse filium hominis?* Ut si cum dicunt esse vel loquacem, vel immodestum, vel iracundum, vel minus obedientem, defectum, ex quo notatur, à se amoneat, & virtutem oppositam quærat.

O igitur, frater, increpationem, & correctionem ob defectus, & culpas tuas humiliter & patienter admitte: hoc enim factò à diabolo ipso distingueris, & te hominem esse, qui possis saluari, fateris. Ille in eo, quòd malè cœpit, incorrigibilis manet, ideo semper in damnatione est. Hic verò, qui ab eo, quòd malè cœpit, per correctionem resilit, damnationem euadit. Quòd si homo correctionem odio habeat, eamque reiiciat, diabolum imitatur, & eius iter ingreditur. Nam, ut Ecclesiasticus ait: *Qui odit correptionem, vestit*

Animum indicat perfectio- nis ama- torem. Nemo sibi ipse sufficit corrigi ven- do.

Vt scri- pra.

Matti. 16. 17.

Correctio patienter admissa hominem à diabolo distinguit: quæ secus, as- similat.

Ecc. 1. 7.

gium est peccatoris, id est, in vestigio est peccatoris. Viam ambulat, quam caput peccatorum diabolus ambulauit, & in miseram eius sortem tendit. Ipse enim alio loco ait: *Qui odit correptionem, minuetur vita.* Qua vita, nisi illa perpetua & beata, quam parauit Deus diligentibus se.

Multa illius utilitates. Correctionis sustinentia magnas utilitates consequeris. Nam virga correctionis fructifera est, proferens flores, & fructus. Quos fructus? Certè fructus sapientiae. *Qui enim diligit disciplinam, diligit scientiam. Qui autem odit increpationes, insipiens est.* Et qui custodit increpationes, astutior fiet. Et virga, atque correctio tribuit sapientiam. Nam correctione malum à nobis vitandum, & bonum amplectendū agnoscimus. Fructus emédationis. *Disciplina quippe tua, Domine, correxit me in fine,* fecitque, vt in bono perseverarē, & *disciplina tua ipsa me docebit,* & instar pedagogi, aut magistri in bonis erudiet. *Via quoque vita custodienti disciplinam,* id est, via ad vitam. Cùm ille qui disciplinā, & correptionem non abiicit, ea emendationem suscipiat, & ad vitam æternam gradiatur. Fructus quietis, & tranquillitatis. Hinc scriptum est. *Qui acquiescit increpationibus, possessor est cordis.* Cor suum possidet, & ne huc, atque illuc perturbationibus moueatur, illud pacatum tenet. Fructus denique sanitatis. Quod Ecclesiasticus tetigit, dicens: *Quàm bonum est correptum manifestare penitentiam,* id est, verbis, aut signis se penitentem, & contritum declarare: *sic enim effugies voluntarium peccatum.* Quo vtique à nobis fugato, statim sanitas consequetur.

Hinc

Hinc autem elicitur, quàm libenter sit correctio suscipienda, quæ tam pulchros, & suaves fructus gignit. Profectò *vir prudens, & disciplinatus non murmurabit correptus*, imò de correctione impensè gaudebit. Si enim æger corpore medicamentum suscipit, cur æger animo correctionem, quæ medicamentum eius est, non libenter admittet. Hoc argumentum vberriimè tractat Basilius in hunc modum scribens: [Quemadmodum autem diximus, præfectum oportere contra affectuum concitationem medelas debilibus adhibere, sic rursus oportet eos, qui curantur, non ad inimicitiam suscipere pœnas, neque tyrannidem putare curam, quæ ex misericordia ad animæ salutem adhibetur. Turpe est enim eos, qui corporibus ægrotant, tantum medicis confidere, vt siue secent, siue vrant, & amaris medicamentis medeantur, benefactores reputent. Nos autem erga animarum nostrarum curatores, quum per ærumnosa vitæ ductum salutem nobis efficiunt, non eundem affectum habere, quum Apostolus dicat: *Et quis est, qui me exhilarat, nisi qui contristatus est ex me?* Et rursus: *Ecce enim hoc ipsum*, quodd secundum Deum contristati vos estis, quantum studium in vobis operatum est. Quare ad finem respectu facto, benefactorem conuenit iudicare eum, qui merorem secundum Deum nobis inducit.] Ne ergo increpationem, & correctionem auersantes pueris similes simus, qui vt præsentem dolorem fugiant, futuram sanitatem non æstimant, & modò illum non patiantur, ad mortem ire non metuunt.

Eccl. 10.
28.De illa
impensè
gauden-
dum.Reg. 52.
sul. disp.2. ad Co-
rinth. 7.
11.

Corre-
ctionem
detestan-
tes in
grauata
peccata
paulatim
impin-
gunt.
Prou.
15.10.
Prou.
29.1.

Exodi
4.3.
10. Mor.
cap 3.

Oran-
dum pro
detegen-
te.

Implenda
imposita
peniten-
tia.
Ani-
maduersi
peccati
emen-
sa
inisten-
dum.

Ita quidem euenit his, qui se corrigi non si-
nunt, quia dum correctionem abiiciunt, culpas,
& peccata amplectuntur, nunc minora, paulo
post maiora, postea maxima, donec in aeternam
mortem precipitantur. Hinc illud: *Qui increpa-
tiones odit, morietur. Et: Viro, qui corripientem dura
cervice contemnit, repentinus ei superueniet interitum,
& eum sanitas non sequetur.* Quia nimirum cor-
rectionis absentia ita cumulus defectuum auge-
tur, vt animus, non aliter, quàm nauis, in quam
per sentinam multa aqua paulatim ingreditur,
pondere peccatorum obruatur. Proiecta à Mose
virga *uersa est in colubrum*, quia nimirum, si vir-
gam correctionis abiicias, ex eius absentia de-
uoraberis. Peruerforum enim est, auctore Gre-
gorio, verbum correctionis contumeliam aesti-
mare, & eo peiores fieri: bonorum verò, mini-
sterium charitatis putare, & eo ad emendatio-
nem adduci.

Tu ergo pro eo, qui te Prælato detexit, orabis,
& quis ille fuerit omnino non iudicabis, multo
minus inquires, aut de eo querimonias profe-
res. Ille enim fecit opus amici, & veri fratris,
dum te detexit, nec debes pro bono opere malū
illi murmurationis inferre. Correctionem hu-
milis, & tacitus audies, eamque vt doctrinam sa-
lutaris excipies. Pœnitentiam impositam patien-
ter, imò & lætanter implebis, vt ad salutem re-
uertaris. Neque enim sine magna confricatione
peccati rubigo expellitur, nec sine amara potio-
ne noxius à mensis stomacho humor eiicitur,
nec sine acri dolore vlcus à valnere remouetur.
Et tandem, quod caput est, per correctionem, &

peni

peni-
tionem
lome-
tem
illis
in pi-
feret
gunt
recti-
deris
duca

P
enim
infr
præ-
ris p
tem
mul
vt à
dem
pria
est B
à De
infr
eius
nem

pœnitentiæ susceptionem ad peccati emendationem peruenies. Vt impleatur in te illud Salomonis: *Plus proficit vna correctio apud prudentem, quàm centum plaga apud stultum.* Et ne sis ex illis, de quibus idem ait: *Si contuderis stultum in pila quasi pisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius.* Peruersi difficilè corriguntur. Tu per Dei gratiam non peruersus, sed rectitudinis amator es: fac, vt correctione emenderis, & ad bonum, quod in te desideratur, adducaris.

Prou.
17.10.

Prou.

27.22.

Eccl. 3.

15.

C A P V T XIII.

De agritudinum corporis sustinentia.

PA V C I sunt, qui non aliquando corporis morbo, atque molestia pulsantur. Dominus enim, qui amator est hominum, eos morbis, & infirmitatibus affligit: quosdam quidem, vt à præteritis peccatis purget, quosdam, vt à futuris protegat; hos, vt eorum perfectam virtutem manifestet, illos, vt meritis patientiæ cumulet; alios, vt in eis elationem reprimat; alios, vt à cordibus eorum torporem excutiat, ac tandem alios, vt ipsam naturam, quæ sibi sunt propria, agere & pati sinat. In cuius signum dictum est B. Brigittæ mortem filij deploranti, & causas à Domino eius mortis inquirenti: [Huius pueri infirmitas non est ex stellis, nec propter peccata eius, aut parentum, sed propter naturæ conditionem. In annum ergo doctrinam sustinendam in

Quos
Deus in
hominum
morbis
habet
sines.

In vita
ciuf. c.

infirmorum reiecinus; quoniam multos videmus singulis annis infirmari, & documentis patientiæ, & resignationis egere. Qui bene quidem agere nouerunt, mala autem & aduersa pati hæcenus ignorarunt; cum tamen certum sit, patientiam opus perfectum habere, quam qui non didicit, adhuc iudicatur, quamuis bona faciat in virtute pusillus.

Morbus, ut à Deo missus, accipien-

1 Reg. 2. 6. Job 5. 18. Lib. de visita. infr. c. 5. to.

Bona non adimit. Hom. 2. examer.

Cum ergo morbum aduenire, & corpori tuo adhærere sentis, illum à Domino ad tuam utilitatem mitti nosse curato. *Dominus mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit. Ipse vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt.* [Pulmone deficis, inquit Augustinus, cibum stomachus respuit, phthisi decoqueris, vinum fastidis, dysenteria sauciaris, multimodo morborum genere afficeris? Sed & hæc, si oculus habes, si cordatus es, Dei tota sunt; disciplinam patris ne abiicias, fili.] Si verò molestiæ corporis à Deo veniunt, magna sunt tibi resignatione sustinenda, & hilari vultu acceptanda. Nec si oculos mentis habemus, & ratione ducimur, difficile erit corporis morbos æquanimiter, & gaudenter amplexari. Primum quidem; quoniam non magna, aut expetenda bona à nobis adimunt. [Morbus enim, ut inquit Basiliius, paupertas, ignobilitas, mors, cæteraque id genus, quæ hominibus sunt tristitia, non propriè malis annumeranda veniunt: propterea quòd neque ea, quæ istis aduersantur, inter maximam bona numeramus, quæ quidem partim à natura prodeunt, partim verò multis etiam vtiliter accidisse videntur.] Deinde, quo-

ma,

niam
tates
tiam
aue
di it
merit
tisfac
rum
tu (a
pau
ducit
fima
go æ
datum
à Deo
lestia
gnum
liora s
scula
Stai
firmi
curan
quod
fluam
tum v
bit eu
genda
delam
nistrat
ne nin
to imp
te pro
in hor

niam multa bona inferunt. Morbi, & infirmitates corporis nobis propriæ fragilitatis notitiam tribuunt, à peccatis, & imperfectionibus auertunt, feruorem, & noua propòsita arripienti itineris, perfectionis immittunt, gratiam, & meritum augent, voluntariam pro peccatis satisfactionem suppleunt, ac Christo, qui *uir dolorum* dictus est, similes reddunt. Tandem *uirum* (ait Paulus) *in infirmitate perficitur*; quoniam patientia infirmitatum ad suam perfectionem ducitur, & mirum in modum ad præstantissima opera exercenda roboratur. Morbum ergo æquo animo sustineto, & cum à Domino datum ipsi incolumitati præfereto. Agnosce, te à Deo diligi, & ad bonum tuum, corporis molestia pulsari, eamque non aliter, quàm magnum beneficium amplectere. Quoniam *meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis.*

Statim Superiorem certiolem facies de tua infirmitate, vel eum, qui infirmis præest, & omnem curam de te in eos reice, qui tamquam patres, quod opportunum fuerit, præscribent, ac superfluam tuæ salutis curam relinque. *Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet.* Ipse docebit eum, scilicet Prælatum, cui tuam animam regendam tradidisti, quomodo sit corpori tuo medelam adhibiturus, & omnia necessaria administraturus. Hac autem fiducia, & hac abiectioe nimix sollicitudinis id consequeris, vt à Prælato impensius ac sollicitius, in præsentem necessitate prouidearis. Id etiam, vt fiduciam tuam non in hominum industria, sed in Domini voluntate positam

Multa
bona in-
fert.

Isaiæ 53.
3.
2. Co-
rinth.
12.9.

Æquo
animo
sustinen-
dus.

Prou.
27.6.

Superiori
statim
manife-
standus,
in eum
que om-
nis il-
lius cura
rejiçien-
da.

Psal. 54.
23.

Lib. I.

positam esse manifestes. [Ne videaris , vt scribit Ambrosius , de humanis actibus , hoc est, medendi peritia , herbarumque succis sperasse magis remedium , quàm de Deo subsidium potuisse. Sic autem sperans in Domino multo melius , quàm discrucians temetipsum , ad salutem (si tibi expedit) optatam peruenies.]

Admittendus medicus.
Eccl. 38.

I.

Præscripta medicamenta non respicienda.
Ibid. 4.

Promptè sumenda, nec gestibus eorum acerbitas declaranda.

Egregia B. Francisci Borgiæ mortificationis Medicus, eorum medicamenta aliis non communiare postulanda.

Medicum ad te accedentem admittes. Nam scriptum est: *Honora medicum propter necessitatem, etenim illum creauit Altissimus.* Medicamenta ab eo præscripta non respues. *Quia Altissimus creauit de terra medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illa.* Ideo herbis, aliisque rebus in terra, marique creatis varias indidit virtutes, non vt otiosa, & inutilia manerent, sed vt homini his indigenti proficerent. Et sicut aliis artibus ad incommoda corporis depellenda vtimur, ita & artem medicinæ absque vlla imperfectione ad curandos morbos vsurpamus. Si autem medicamenta fuerint minùs suauia, imò si amara (vt esse solent) & horrorem ipsi naturæ afferentia, vim tibi facies, vt ea promptè, & sine mora recipias. Signum animi necdum sibi imperantis est, atque militis delicatioris indicium, gestibus, aut verbis medicamenti acerbitatem declarare, & moras in eo accipiendo prætexere. Non sic B. Franciscus Borgia Pater noster, qui & pilulas ex aloë confectas ad maiorem sui mortificationem ore mandebat, & potiones amaras non vno impetu, (vt aiunt) sed pluribus haustibus deuorabat.

Alium medicum doctiorem præter eum, qui in Cœnobio curat, & alios fratres tuos visitat,

medicus

peritis

penitus non accerfes. Non est tua vita utilior, aut pretiosior, ut ad illam protelandam sit alius medicus aduocandus. Quod profectò superbiam olet, & non ab alio, quàm ab amore proprio minimè mortificato, aut edomito prouenire potest. Si grauitas morbi id postulet, & Prælati præter ordinarium medicum alium aduocaret, bene quidem, sed tu non te intromittas, sed in Domino omnem spem tuam ponens nihil omnino petas. Similiter medicamenta communia, quæ pauperibus conueniant, sint tibi grata; alia verò magno pretio præparanda postulare non audeas. Si te non petente præbeantur, non sine confusione, & rubore suscipias. Ad quod facit illud Bernardi ad fratres de S. Ana-

Epist.
321.

stasio: [Propterea minimè competit religioni vestræ, medicinas quærere corporales, sed nec expedit salutem. Nam de vilibus quidem herbis, & quæ pauperes deceant, interdum aliquid sumere, tolerabile est; & hoc aliquando solet fieri. At verò species emere, quærere medicos, accipere portiones, religioni indecens est, & contrarium puritati, maximèque ordinis nostri nec honestati congruit, nec puritati. Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scimus autem, quia *qui in carne viuunt, Deo placere non possunt.* Spiritualia proinde spiritualibus comparanda: & quærenda portio humilitatis, & clamandum in toto corde: *Sana animam meam Domine, quia peccavi tibi.*] Quæ ita accipienda sunt, ut verus religiosus spiritu paupertatis tactus communibus medicamentis, & facile parabilibus sit contentus. Tamen si exquisitiora offerantur, ex-

Ad Rō.
8. 9.

Psalm.
40. 5.
Oblata humiliter admittenda.

nimia

nimia pusillitate non respuat, sed humiliter admittat. Pauperes enim aliquando cibos deliciares à diuite oblatos cum gratiarum actione comedunt, & religiosi etiam feruentes, ne singulares, aut nimis scrupulosi appareant, eosdem admittunt.

Nihil omnino petere, magna perfectionis est, quòd si petatur, utile tantum erit, & modeste.

Epist. 109.

In defectibus, vel non ita placitis, aquanimitas retinenda.

Nihil omnino petere, dum morbo premeris, & lecto decumbis, magnæ perfectionis est. Scio, aliquos viros sanctos id apud se statuisse, vt nihil penitus postularent, sed diuinæ se prouidentia committerent. Si id non possis, at pete, quod tibi utile videtur pauperis affectu. Petite, inquam, humiliter, pete modeste, pete tamquam is, cui nihil est debitum, sed quidquid oblatum fuerit, ex misericordia donatum. Pro eo quod tibi datur ex corde gratias age, & verbis te illud æstimare, ac te beneficio indignum, ostende. Si negatur aliquid, vel quia non inuenitur, vel quia damnum importabit, patienter, & libenter sustine. Nam consilium Augustini est, vt si ager aliquid velit, & forte non expedit, quòd eius voluntati non obediatur. Non semper prodest, quod delectat. Ne ergo voluntatem tuam remediorum mensuram facias, sed medicis, & fratribus tibi inseruientibus promptè obedias.

Si aliquid defuerit, patientiam habe, pauper enim es, & (vt alio loco diximus) ridenda est paupertas, quæ nullam scit defectum tolerare. Si cibus insulsus, aut non bene conditus tibi apponatur, æquanimitè sustine; non ex malitia, sed ex inconsideratione, vel impotentia error enascitur. Deus ita te probat, & exercet.

Et

Et si i
frigid
bis? S
tauer
re, &
ueris
tienti
[Nec
quam
tur, &
batur.
milita
tur au
re iust
te ger
Do
& mee
in tem
tua p
mino,
trum o
statim
famula
bis. Ot
omitt
& pro
exolue
desider
re nõ d
no, & f
ad bon
Fili, in
ci. te

Et si ipse voluisset, cibum bene paratum, & potum frigidum accepisses. An eius voluntati repugnabis? Si fratres te solum reliquerint, si te non visitauerint, scias dissimulare, & sine murmure ferre, & in omnibus, quæ molestiam ingesserint, noveris omnem inordinatam tristitiam, aut impatientiam abiicere. Nam, ut inquit Cyprianus: [Nec aliud magis iniustos discernit, & iustos, quam quod in aduersis per impatientiam queritur, & blasphematur iniustus; patientia iustus probatur, sicut scriptum est: *In dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe, quoniam in igne probatur aurum, atque argentum.*] Iustus esse cupis, more iustorum vive, & in rebus molestis patienter te gere.

Dolores, ac mœrores tuos Christi doloribus, & mœroribus iunge, & sic unitos æterno Patri in remissionem peccatorum tuorum, ac in anime tue profectum offer, ut sic acceptiores sint Domino, & eorum sustinentia amplius merearis. Fratrum obsequia humili animo suscipies, & pro eis statim gratias ages, ac Dominum pro his, qui tibi famulantur, & aliquod obsequium impendunt, orabis. Orationes, & spiritualia exercitia ex toto non omittas, sed secundum qualitatem ægritudinis, & prout ipsa locum dederit, aliquid saltem eorum exolues, quod non potueris, bona voluntate, & desiderio supplebis. Deum pro salute corporis orare non dedecet, modo salus ad feruendum Domino, & sub ea conditione, si Domino placuerit, & ad bonum anime, conducibilis fuerit, à Deo petatur. Fili, inquit Sapiens, *in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora Dominum, & ipse curabit te.*

De bono patienter fer.

3. Patientia iustos ab iniustis discernit. Eccl. 2.

5. Christi doloribus iungendi proprij. Fratrum obsequia humiliter suscipienda. Spiritualia exercitia ex toto non omittenda.

Petenda salus sub conditione, si Deo placuerit.

Eccl. 38. 9.

Isaie 38.

3.

Ezechias pro salute deprecatus est Dominum, & oratio eius placuit, & corporis sanitatem impetrauit. Multi quoque, cum Dominus in terris visus est, & cum hominibus conuersatus, ab eo sanitatem carnis petierunt, quos tamen non increpauit, sed votis eorum annuens salutem, sanitatemque restituit. Non deberes tamen nimis vrgerere, nec magna importunitate, aut nimio feruore salutem corporis postulare. Non enim est hæc absolute bona, sed in rebus mediis posita; quæ in malum, & bonam verti potest. Et fortè tibi vtilior est ægrotudo, quàm sanitas. Fortè etiam magis infirmitate, quàm salute proficis, & impletur in te, quoniam *virtus in infirmitate perficitur*. Si ita ægrotudines sustinueris, ad meritum magnum tibi erunt, à quibus releuatus, tempestiuè indulgentias abiicies, & ad obseruantiam redibis, aliisque te fratribus in consuetis exercitiis associabis.

1. Cor.

12. 9.

CAPVT XIV.

De præparatione ad mortem.

SINGVLIS tandem annis conuenit, nos aliquid dies nonnullæ quietis assumere, & ad diem mortis præparari, vt labores nostri beatum finem sortiantur, qui inanes essent, & inutilis, si non pretiosa iustorum morte clauderentur. Ad hoc enim bene viuimus, vt beatè viuamus, & cum Deo in cœlesti patria regnemus. Nemo autem beatæ vitæ ac æterni regni participet

ceps
dece
mel
& m
gam
temu
tem p
do,
quod
parat
venie
bit,
uissir
quod
rali n
nebit
que i
comp
niam
die il

M
præp
iniun
inqui
infero
quia q
restam
morte
(id est
vt po
tem va
ctum
morier
L

ceps erit, si non hinc bona, ac sancta morte decesserit. Res difficilis est bene mori, quam semel tantum sumus facturi, & si tunc erramus, & malè morimur, nunquam vt errorem corrigamus, ad vitam istam mortalem redire permittemur. Summi ergo momenti est, nos ad mortem parare, & quasi ludicra pugna nos exercendo, quomodo bene moriamur, addiscere. Ad quod nos hortatus est Dominus, dicens: *Estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.* Vt autem istos inuenerit, ita nos iudicabit, & vt nos in morte iudicauerit, ita in nouissimo die aut damnabit, aut absoluet. Quia quod in particulari iudicio statuatur, in generali non mutabitur, sed firmum stabileque tenebitur. [In quo enim, inquit Augustinus, quemque inuenerit suus nouissimus dies, in hoc eum comprehendet mundi nouissimus dies: quoniam qualis in die isto quisque moritur, talis in die illo iudicabitur.]

Multis modis Scripturæ diuinæ nos ad hanc præparationem hortantur. Nam ad hoc pertinet iniuncta nobis mortis memoria: *Memor esto, inquit, quoniam mors non tardat, & testamentum inferorum* (id est, dispositio de morte subeunda) *quia quotidiana experientia demonstratum est tibi: testamentum enim huius mundi est, quod omnis homo morte morietur.* Et Nahum ait: *Contemplantur viam,* (id est, sæpe de morte cogita) *conforta lumbos,* vt possis cum tentatore pugnare; *robora virtutem valde,* ne ab hostibus supereris. Quod dictum est Ezechix Regi: *Dispone domui tue, quia morieris tue, & non viues.* omnibus dicitur, quod

Mala mors error irreparabilis.

Summè interest illius præparatio.
Lucæ 12. 14.

Epist. 80. ad Helych.

Multis modis illam Scriptura commendat.
Eccles. 14. 12.

Nahum 2. 1.
Isaia 38.

scilicet, cum tempus habemus, de nostris rebus, ac de nobis ipsis disponamus, quia absque dubio breui hinc emigrabimus. Mercatores sumus ad nundinas profecturi, merces bonorum operum paremus, quæ ibi pretio æternitatis emantur.

Apocal.
18. 12.

Quoniam qui peccata thesaurizauerint, *merces eorum nemo emet amplius.* Viatores sumus non in diuersorio, sed in patria diuitias recondituri. Ne curæ sit nobis temporalia congregare, sed bona spiritualia, quibus in æternum viuamus,

Matth.
6. 20.

augere; secundum præceptum Domini: *Thesaurizate vobis thesauros in cælo, ubi neque arugo, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiant, nec furantur.* Milites sumus cum diabolo pugnaturi, & cuique nostrum dictum est: *Memento belli, & ut milites bonam militiam.* Castra ergo muniamus, arma paremus, adiutores quæramus. Villici sumus rationem eorum, quæ administranda suscepimus, Domino reddituri; videndum nobis est, an beneficia accepta in laudem datoris impendimus, an facienda compleuimus, an non facienda vitauimus, ut cum di-

Iob 40.
27.

1. Ti-
morth. 1.
18.

catur cuique nostrum: *Redde rationem villicationis tuæ, eam fideliter reddere possimus.* Serui sumus Dominum excepturi. *Habeamus lumbos mortificatione præcinctos, & in manibus bonorum operum lucernas gestemus, ut cum venerit Dominus, & pulsauerit, confestim aperiamus ei.* Sponsæ sumus ad sponsum intraturæ, ornemus nos, & lampadibus infundamus oleum, ut intremus ad nuptias, & clausa ianua cum sponso in perpetuum lætemur. His omnibus monemur, ut parati simus ad diem mortis, ne qua hora

Luce 16.
2.

Luce 12.
35.

Matth.
25. 8.

non
imp
rem
T
remo
dici
forib
mor
mus.
quer
vitæ
tem
prox
dici
dum
vale
mus
facia
face

P
quar
ctus
dant
bus
& m
cato
met
mter
tum
ter

non

non putamus supremus iudex veniens, & nos imparatos inueniens à se repellat, & in carcerem tenebrososum coniciat.

Triplex est ad mortem præparatio, altera remota, & quasi à longè petita, si fortè aliquid dici potest longè à morte distare, quam præforibus stare, & nos iamiam apprehendere, mortalibusque omnibus dominari cognouimus. Sed loquimur more nostro, secundum quem, cum sani sumus, & aliquot annos vitæ nobis adhuc superesse coniectamur, mortem quasi longè stantem aspiciamus. Altera, proxima, cum graui ægritudine pressi à medicis desperamur, & opportuna ad emigrandum præuenimus. Tertia, media, qua cum valemus, ea, quæ postea in morte facturi sumus, quietè facimus, & ne minùs bene tunc faciamus, sæpius repetendo, & nos exercendo facere discimus.

Triplex esse potest.

De præparatione remota. §. 1.

Præparatio ad mortem remota non est alia, quam bona, & sancta vita, qua vir iustus fructus bonorum operum congregat, vt in abundantia sepulchrum ingrediatur; & de suis opibus in cælo lætetur. *Quæ seminauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua peccatorum, & flagitiorum semina, de carne & metet corruptionem damnationis æternæ. Qui autem seminat in spiritu lectissima grana virtutum & bonorum operum, de spiritu metet vitam æternam.* Hoc enim est in spiritu

Sancta vita, remota mortis præparatio.

Galat. 6. 8.

In epist. ad Galat. 1. 10.

Apocal. 14. 13.

14. 13.

Apoc.
14. 13.Apocal.
14. 13.

14.
Bona opera non solum ad bonam mortem disponit, sed & illam deponunt.
2. ad
Timoth.
4. 7. 8.

Quomodo in Deo morientem sequantur.
Luco 16.
9.

seminare, secundum Augustinum, ex fide cum charitate seruire iustitiæ, iustè, & sanctè viuentes sunt illi *beati mortui, qui in Domino moriuntur*. Si enim in Domino vixerunt, & in eo per gratiam permanserunt, quid multum si in Domino moriantur? Quisque namque in illa vrbe solet mori, in qua perpetuò viuit; vnde consequens est, vt qui in Deo viuunt, in eo etiam ab hac vita decedant, & ad vitam semper duraturam accedant. In Deo moriuntur, non tantum, quia in obsequio Domini vitam finiunt, sed etiam, quia quasi in sinu Domini requiem mortis accipiunt, vt nunquam ad pristinas afflictiones reuertantur. *Amodo enim iam dicit spiritus Domini illis, vt requiescant à laboribus suis*. Ideo autem vocantur ad requiem, quia *opera bona* ipsorum, in quibus laborauerunt, sequuntur illos. Opera ergo bona, quæ sanctam vitam constituunt, ad bonam mortem disponunt, imò & bonam mortem deponunt, dicente Paulo: *Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui*. Hæc ad vitæ sanctitatem pertinent. Sed vide sanctam mortem, quæ sanctam vitam consequitur. *In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ*. Nihil enim aliud est sanctè mori, nisi de manu Domini in mercedem sanctorum operum iustitiæ coronam accipere.

Bona opera, quibus bona vita constat, apparatus siue præparationes sunt ad bonam mortem. Hæc iustum præcunt, & tanquam seduli præcursores mansionem cœlestem illi disponunt, & *excipiunt illum in aterna tabernacula*. Hæc iustum comitantur, & vndique cingunt,

vt c
glor
iuxta
suor
sequ
rum
eoru
nardi
quon
dent
multi
de fr
quos
buntu
uimus
affert
ctum
rit. Pr
male
nardi
morte
spienti
illorum
& fec
morte
no pro
Si ig
te sand
vitam
frustre
tentè l
compe
Deum

vt coram summo iudice non solitarius, & inglorius, sed nobilis & gloriosus appareat, & iuxta gradum nobilitatis suæ, & meritorum suorum sedem gloriosam occupet. Hæc iustum sequuntur, vt in conspectu omnium Angelorum, & sanctorum laudes eius prædicent, & eorum consortio dignum annuntient. Vnde Bernardus de iustis loquens ait: [Opera illorum sequuntur illos. Ad quid sequuntur, nisi vt laudent eos in portis? Ad quid sequuntur, nisi vt multiplicentur à fructu eorum? Et accipientes de fructu manuum suarum saginentur vituli, quos ex Prophetico testimonio *cum reedificabuntur muri Hierusalem super altare Domini nouimus imponendos.*] Bona itaque vitæ bonam affert mortem, & verissimum est Augustini dictum: [Non potest malè mori, qui bene vixit. Prorsus confirmo, audeo dicere, non potest malè mori, qui bene vixerit.] Item & illud Bernardi, quòd vita pretiosam facit sanctorum mortem. Quia licet aliquando *visi sint oculis insipientium mori, & estimata sit afflictio exitus illorum, illi autem sunt in pace.* Ad pacem autem, & fœlicitatem æternæ vitæ nemo sine bona morte peruenit, nemo nisi defunctus in Domino properauit.

Si igitur bonam mortem concupiscis, si morte sanctorum defungi cordi habes, per sanctam vitam ad illam te præpara, ne tuo desiderio frustreris. Quæ in sequenti libello dicemus, attentè lege, secundùm ea actus tuos, morésque compone, sicut legeris, & didiceris, erga Deum, erga Prælatos, & congregationem,

Serm. 1.
omn.
Sanct.

Psal. 50.
20. 21.

Lib. de
discipl.
Christ.
cap. 2.
rom. 9.
Ber. Ser.
24. ex
parais.
Sapient.
3. 2.

in qua viuis, erga proximos, ac teipsum tege-
re, & sic bene mori disces, & mortem non im-
moderatè timebis. Nam, vt optimè dixit Vege-
tius, nemo id timet facere, quod se nouit bene
didicisse. Vixeris hîc, & nunc, dixit quidam, &
profectò sapienter, velut hîc, & nunc mori-
turus. Mors semper ante oculos tuos obuersetur,
eius memoria cor tuum iugiter occupetur,
vt in omnibus, quæ cogitaueris, quæ loquutus
fueris, quæ actione compleueris, ad bene &
sanctè moriendum disponaris. Hæc enim me-
moria mortis, vt Gerson ait, dat contemptum
mundi, vnde facilè contemnit omnia, qui se
semper cogitat moriturum. Dat euitationem
peccati. Nam *memorare nouissima tua, & in ater-
num non peccabis.* Dat scientiam, & securitatem
bene moriendi. Quare Ambrosius dixit: [Non
timeo mori, quoniam bonum Dominum habe-
mus. Ponit etiam hominem velut ad ostium
tabernaculi exemplo Abrahæ, & filiorum Israël
in castris. Et sicut ad os spelunçæ, vt videatur
Dominus, exemplo Eliæ. Et velut in horizonte
mundi futuri ad introitum eius, & ad exitum
carceris mundi, vt videat homo, quò tendere
iugiter debeat.

Philippus II. Hispaniæ Rex virum grauissi-
mum destinauit, vt à quodam senatu regio hu-
ius regni rationem gubernationis exigeret. Is
in progressu visitationis quendam ex senatori-
bus in Hispaniam relegauit, alium ab officio
suspendit, alium in ordinem redegit, multos
ex ministris senatus grauissimè mulctauit, &
penè destruxit; cum verò qui à secretis erat, lau-
dibus

*Mors ante
oculos
semper
obuersa-
bitur.*

*Plurimi
illius me-
moria fru-
ctus.*

*Eccl. 7.
40.*

*In testa-
mento
peregrini
2. par.*

dibus
ribus
ab ho
per i
affec
ille,
Ex ca
pi, &
pus,
per p
Dom
Dom
ô pre
ter,
per a
stitu
iudic
tolla
lio li

Ac
nam
à Lu
sum
dinis
babil
sanct
rebus
auert
illam
& d
Deu

dibus extulit, & in suo officio relinquens honoribus est prosequutus. Accidit quadam die, ut ab hoc multis viris nobilibus presentibus quasi per iocum interrogaret: Quare te nulla pœna affecimus, neque in aliquo increpuimus? At ille, qui vir erat integerrimus, ita respondit: Ex ea die, qua hoc munus exercendum suscepi, & me obsequio regis addixi, istud tempus, in quo rationem eram redditurus, semper præ oculis habui; & ideo per gratiam Domini nihil dignum feci, propter quod tua Dominatio me puniret. O sapiens consilium! ô prudentissimam responsionem! Vade tu, frater, diem mortis, & reddendæ rationis semper ante oculos habe, & sic tuam vitam institues, & tua opera dispones, ut à summo iudice tempore defunctionis tuæ laudibus extollaris, & in gloriam susceptus ab æterno exilio libereris.

De præparatione proxima. §. 2.

Ad præparationem proximam, qua ad bonam mortem disponimur, illa septem pertinent à Ludouico Blofio ex Ioanne Thaulero desumpta: [Nam cum quis ex grauitate agritudinis, ex debilitate corporis, & ex aliis probabilius indiciis apprehendit se mori, ut sanctè moriatur, hæc faciet. I. Ab omnibus rebus huius mundi intellectu, & affectu se auertet, & ad Deum Patrem cœlestem, & ad illam vitam beatam, quam sperat, amore, & desiderio se conuertet, ut in ea ipsum Deum perfectè, & incessanter amet, laudis

*Præpara-
rationem
proximā
septē fa-
ciunt.
Tract.
dicta Pa-
trum.
cap. 22.*

824 *De vita religiosè instituenda,*

perenne sacrificium immolet, & pro immensis beneficiis acceptis gratias agat. II. Dolebit de peccatis suis, quia nimirum fidelissimum Patrem, piissimumque Dominum, à quo tot, tantaque beneficia recepit, tam grauius ac multipliciter cogitationibus, verbis, operibus, ac negligentis offenderit. Eumque dolorem non ob pœnas commeritas, sed ex amore ob Dei offensam suscipiet. III. Salutiferis Ecclesiæ sacramentis se muniat, & opere quidem, si potuerit, sin minus voto, & desiderio cum perfecto nunquam peccandi proposito. IV. Simpliciter atque immobiliter Catholicæ fidei inhærebit in humili subiectione, & obedientia. Illi, inquam, fidei, quam Romana Ecclesia prædicat, quam ab Apostolorum temporibus cœtus pastorum, & doctorum Catholicorum semper docuit, & credidit. Nec dæmonis suggestionibus attendet, aut ei dubia proponenti dignabitur respondere. V. Vitam æternam per Christi Saluatoris merita se consequuturum sperabit, & propriis meritis, vt à se profectis nequaquam fideat. Christi Domini passionem, vt potuerit recolet, corpus, & animam, & vires, & bona opera, & proprios dolores, & molestias illius corpori, & animæ, & viribus, & meritis, & passionibus vniet, orabitque ipsum Dominum, vt eum suo sanguine lauet, virtutibus induat, & meritis ditet. VI. Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & ex omnibus viribus diligat, & ei vniri perfectè, & adhærere desiderabit. VII. Resignabit se ad languoris acerbicatem, ad mortis amaritudinem, ad pœnarum

rum
ro su
& or
uoca
& ex
hæc
per d

M
quan
exerc
temp
bene
lestia
sumu
ter p
dispe
natio
elige
prof
stiga
fectu
ceris
rum
sanct
intem
sam o
comm
gran
tutin
orane
in pr

rum pro suis peccatis in hoc seculo, & in futuro sustinentiam, deprecabiturque B. Virginem, & omnes Angelos, & Sanctos, præsertim advocatos suos, ut in ea necessitate sibi assistant, & ex hoc exilio ad patriam perducant] Qui hæc in extremis perfecit, bene morietur, & per diuinam misericordiam saluabitur.

De præparatione media. §. 3.

Media præparatio est huius loci propria, quam nimiram singulis annis debemus semel exercere. Quæ in hoc posita est, ut ea, quæ tempore mortis sumus festinanter, aut minùs bene facturi, quoniam morbi, & dolorum molestiæ nos interpellabunt, tempore, quo sani sumus, & validi, quietè, & sollicitè, ac feruenter præstemus, & sic nos ad sanctam mortem disponamus. In vnoquoque ergo tuæ peregrinationis anno, o frater, vnam hebdomadam eliges, in qua huic præparationi ad mortem expresso vaces. His septem diebus corporis cavitationes, virtutum actiones, sensuum & affectuum mortificationes, & quidquid boni feceris, Domino offeres in vnione sanctissimorum meritorum sanctorum, ut tui misereatur, & sanctam mortem tribuere dignetur. Ex eadem intentione, si sacerdos sis, eisdem diebus Missam celebrabis: sin minùs, saltem spiritualiter communicabis, & hoc pane coelesti ad emigrandum te communies. Tempore autem matutinæ orationis, & vespertinæ (si etiam nocte orandi commoditatem habes) ea septem, quæ in proxima præparatione ad mortem scripti-

Præparatio media in quosdam.

Per hebdomadæ illi expresso vacandum.

mus, in opus produces, & vnumquodque eorum cuique diei per ordinem exercendum assignabis. Ecce autem modum, quo id præstare poteris, secundùm quem (dum alium aptiorem non inueneris) tuam meditationem affectibus plenam efformabis.

Pro prima die.

MEDITATIO I.

Deus vltimus finis, creatura instrumenta ad illum perueniendi.

1. Positus ante Dominum, & eum tibi intimè præsentem oculis fidei aspiciens, considera eum esse vltimum finem tuum, cuius gratia creatus es, & in esse productus. Creauit te ille, vt ipsum agnosceres, super omnia diligeres, vt ei in omnibus obedires, eum imitareris, atque in eo, tanquam in centro, requiesceres. Animaduerte quoque creaturas esse tanquam instrumenta perueniendi ad Deum, quæ, si aliter eas aspicias, aut in vsum assumas, sunt instar tribulorum, & spinarum animam tuam pungentium, & à quiete deturbantium.

Omnia, qua impedimento esse possunt in via spiritus, relinquenda.

2. Prope est tempus cessandi ab itinere, & ad finem itineris perueniendi. Instat dies finiendæ nauigationis, & ad portum tutissimum appellendi. Linques ergo eo animo, ac ea voluntate omnia creata, quo iter agens, aut nauigio vectus solet molestias itineris, aut nauigationis pericula deserere, vt iam tandem cum suis in propria domo quiescat, & fructum suorum laborum percipiat. O Domine Deus meus, qui hæc omnia creata mihi dedisti, vt ad iumēta veniendi ad te, iam ea, parentes, cognatos, amicos, & reliqua libentissimè propter te intellectu, & affectu relin

relinquo. Non hæreat in illis cor meum, non ligetur illis cogitatio, aut affectio mea, sed per creata ad creatorem transcam, & ad te finem meum peruenire cupiam.

3. Aspice ciuitatem cœlestem vt patriam *Patria hominis calu uehementes affectandam.* dulcissimam tuam, ad eam desiderio te conuer-te, & affectus perueniendi ad Dominum elicere stude, vt eum incessanter diligas, vt perennes gratias agas, vt ei te in holocaustum offeras, & iam nemo te despiciat. Ora ipsum Dominum, vt te amore creaturarum expediat, & vt desideria relinquendi hanc vitam miseriis plenam im-mittat. Quod per merita Christi petes, & per intercessionem B. Virginis, & omnium Sancto-rum impetrare curabis.

Pro secunda die.

MEDITATIO II.

1. Aspicias Dominum vt creatorem, & bene- *Deus crea- tor bene- factor, & iudex.* factorem, & iudicem tuum. Creator est, qui te fecit: benefactor est, qui sanguine vnigeniti Filij sui te redemit, & innumeris beneficiis affe- cit: iudex est, qui donorum suorum arctam ra- tionem exiget, & in lucernis, id est, in exactissi- ma seueritate angulos Hierusalem, id est, ani- mæ tuæ recessus inuestigauit.

2. Nulla est ratio euadendi à seueritate hu- *Solus pec- catorum dolor il- lius seue- ritatem mitigat. Psalcm. 50. 19.* ius iudicis, & eius beneuolentiam conciliandi, nisi per peccatorum detestationem, & dolorem. Nam *cor contritum, & humiliatum ipse non despi- cit, & spiritum contribulatum in gratissimum sacrificium admittit.* Detestaberis ergo omnia

peccata

peccata tua cogitationum, desideriorum, verborum, operum, & omissionum eo feruore, ca veritate, ac si iam nullum tempus ea detestandi superesset. Odio, inquam, habebis illa, non ob aliquam infamiam, aut pœnam, imò ad omnem pœnam sustinendam te offeres, sed ob malitiam illorum, & quia sunt offensæ summi Dei. Dolebis de illis tanquam de plagis, & vulneribus animæ tuæ. Pudebit te, quòd tam indigna, & fœda patraisti, desiderabis te (si iam esset possibile) numquam peccasse, & firmiter in posterum emendationem propones.

*Illorum
petenda
vniua.*

3. Humillimè veniam peccatorum petes, Dominumque obnixè rogabis per merita dilecti Filij sui, ne ab eo loco orationis, in quo es, absque plena indulgentia, ac remissione discedas. Itémque ne peccata tua te in hora mortis inquietent, sed spe diuinæ miserationis erectus à tua cogitatione discedant. Ad id consequendum B. Virginis, & omnium Sanctorum intercessionem adhibebis.

Pro tertia die.

MEDITATIO III.

*Christus
summus
Ecclesia
Pontifex,
à quo er-
vatorum
indulgen-
tia postu-
landa.*

1. Christus Saluator noster est summus Ecclesiæ Pontifex, Pastor, & Episcopus animarum nostrarum, & magnus omnium sacerdotum Sacerdos. In hoc ergo die de manu eius fructum sacramentorum, id est, abundantissimam gratiam, desiderabis accipere. Accede ad eum tanquam ad pastorem tuum, qui habet primam ac præcipuam potestatem dimittendi peccata; & non voce corporis, sed clamore mentis confitere ei

peccata

peccata tua. Non quidem sigillatim, sed generaliter, quia nimirum peccasti cogitatione, desiderio, opere, & omissione. Quia bona opera tepidissime præstitisti, & eis innumeras imperfectiones miscuisti. Quia fratres tuos malis exemplis læsisti. Quia gratiæ talentum in sudario ignaviae ligatum tenuisti. Et quia ob nimiam ingratitude tuam eius indignationem prouocasti, luge in conspectu illius, & roga eum, ut qui Magdalena, & latronis peccata dimisit, tui misereatur, peccata tua deleat, & plenissimam absolutionem, ac indulgentiam tribuat.

2. Ipse Dominus est cibus tuus, *panis viuus*, Ioan. 6. *qui de cælo descendit*, panis intellectu, & libero arbitrio pollens, & cui vult ipse se donat, & præsentia, ac gratia sua animam pascit, & roborat. Desiderabis ergo, ut ad te veniat, ut in anima tua hospitium eligat. Offeres illi cor tuum à labe mundi, in quo quiescat, memoriam tuam, qua eius iugiter recorderis, intellectum, quo eum contempleris, voluntatem, cuius affectibus compectaris. Offeres illi sensus, & vires tuas, & quidquid es, & vales, ut omnia tua illi seruiant, & se in tanti hospitis obsequium impendant.

3. Ipse solus est, qui habet pyxidem olei sancti, olei lætitiæ, repositorium gratiæ, & sanctitatis. Si sacerdotes visibiliter fideles unguunt, ab eo gratiam, qua inuisibiliter animam unguunt, accipiunt; constitue te ante ipsum, & humiliter roga eum, ut te ungat gratia sua. *Vt, inquam, un-* Psalm. *gat oculos tuos, ne videas vanitatem, & ne aspicias,* 118. 37. *quod ipsi displiceat, utque indulgeat tibi, quidquid peccasti per visum. Ut ungat aures tuas, ne vana,*

Ioan. 6.

57.

*Panis vi-**uus, cui-**us in ani-**am de-**sideran-**do ad-**ueniens.*

Solutus gra-

tia reposit-

torium

habet.

Psalm.

118. 37.

830 *De vita religiosè instituenda,*
vana, & inutilia audias, & indulgeat tibi, quid-
quid peccasti per auditum. Vt vngat linguam
tuam, & ostio circumspeditionis claudat, & in-
dulgeat tibi quidquid peccasti per eam. Sic pro
ceteris sensibus, & membris tuis gratiam, &
auxilium postulabis, quò & peccata præterita
deleantur, & ipsa membra ad sancta opera, &
ad resistendum tentationibus roborentur.

Pro quarta die.

MEDITATIO IV.

*Fidei dog-
mata fir-
miter cre-
denda.*

1. In hac die profiteberis Catholicam fidem,
in qua per infinitam Dei misericordiam viuis, &
in cuius confessione, & credulitate mori
desideras. Nunc ergo pro hora mortis te
ante Dominum statue, eumque summam ve-
ritatem, & summam, ac primam bonita-
tem esse cognosce. Qua infinite bonus est,
neminem vult facere, & qua infinite verax,
neminem potest decipere. Et vide, quàm iu-
stum est, & debitum, vt eius dictis simpli-
citer credas, & in nullo primæ veritati con-
tradicas.

*Sigilla-
tim omni-
modo ad-
hæsione
omnibus
reuelatis
assensus
fidei ad-
hibendus.*

2. Credes actu, quanto conatu, & quanta
adhæsione potueris, vniuersa quæ Deus reuelauit,
& nobis credenda proposuit, & per singula
actus fidei producendo discurre. Credes
Deum esse vnum, vnam simplicissimam substan-
tiam, atque naturam: esse Patrem, esse Fi-
lium, esse Spiritum sanctum: esse Creatorem,
qui omnia ex nihilo fecit: Saluatorem, qui
Christi

Christi Filij sui sanguine nos redemit: Glorificatorem, qui æternam gloriam in præmium bonorum operum dabit. Credes ea, quæ ad nostræ redemptionis œconomiam pertinent: quòd Filius factus est homo, conceptus de Spiritu sancto, natus ex Virgine, passus, mortuus, & sepultus: quòd secundum animam descendit ad eam partem inferorum, vbi sanctæ animæ clausæ tenebantur, vt eas educeret, & in cœlestem patriam inueheret: quòd resurrexit, ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris, & venturus est iudicare viuos & mortuos. Credes omnia, quæ sacra Scriptura continentur, in consensu, quem Romana Ecclesia prædicat, & quicquid traditionibus acceptum credendum proponit; ac sigillatim ipsius Ecclesiæ unitatem, sanctorum communionem, peccatorum remissionem, vitæ quam speramus, æternitatem, & siquid aliud credendum est.

3. Positus in conspectu Domini, & omnium Angelorum, & Sanctorum hanc fidem confiteberis, eos tuæ confessionis testes facies, paratum ad confitendâ istam fidem coram omnibus gentibus te exhibebis, in eaque te mori velle magna asseueratione dices. Rogabis Dominum per intercessionem B. Virginis, & omnium Sanctorum, vt habitet per fidem, non solum in intellectu tuo, cum in veritate continendo, sed in corde tuo ipsum ad se, & ad res fidei afficiendo, & secundum quod fides præscribit, vitam tuam, actusque tuos ordinando.

Sancti vobis testes fidei confessionis statuenti.

Pro

MEDITATIO VIII.

*Deus rex
prouiden-
tissimus,
à quo
perpetua
speranda
beatitu-
do.*

1. Deum, vt prouidentissimum regem aspicias, qui in hoc regno mundi nihil mali sine debita pœna, & nihil boni sine debito præmio esse permittet. Et spera ab eo, quòd per merita vnigeniti Filij sui opera tua bona, quæ præcipuè sua sunt, atque ex sua gratia profecta, æterno præmio cumulabit, & te in cœlestem patriam inferet, vt eum cum Angelis, & Sanctis clarè videas, vt perfectè, & semper diligas, eoque fruaris. Vtque corpore immortalitatem, impassibilitatem, pulchritudinis claritatē, & ceteras dotes possideas.

*Agenda
gratia
Christo
propter
suam pas-
sionem.*

2. Ad Christum Dominum mente accedes, & eius pedibus prouolutus, pro acerbissima passione sua, quam pro te sustinuit, gratias ages, & eius sacratissima vulnera deuotissimè saluta- bis. Corpus, animam, vires, cogitationes, verba, & opera tua illi offeres in vnione sanctissimi corporis, & purissimæ animæ, & perfectissimarum virium eius, nec non & in vnione cogitationum, verborum, & operum ipsius. Et quidquid adhuc passus es, & in futurum, ac præcipuè tempore mortis molestiarum, & afflictionum es passurus, sanctissimis eius laboribus vnies, vt magis meritoria, & grata sint in conspectu æterni Patris.

*Vita puri-
tas exi-
genda.*

3. Postulabis à Domino Iesu, vt te suo sanguine à peccatis lauet, virtutibus suis animam induat, & meritis suis te ditet, vt diues, & stola nuptiali ornatus, & mundus effectus ingrediaris in regnum cœlorum.

Pro sexta die.

MEDITATIO VI.

I. Deus summum bonum est, & ipsa bonitas, in quo solo humana voluntas quiescere potest. In eo est omne bonum, vel ipse est omne bonum, quod voluntatem nostram potenter trahit. Ad ipsum igitur affectibus amoris nunc tende, & ab amore creaturarum te dissolve, ut ad illum ire incipias, cum quo post mortem ad tuam felicitatem perfecte copulaberis.

Deus summum bonum, in quo solo voluntas potest quiescere.

I. Ex amore Dei desiderare languere utiliter a rebus creatis te subtrahendo, & tanquam sapienter aegrotus, quæ antè placebant, auerfando. Nam ut languidus nolis ad illicita progredi, nec per superbiam erectus stare, sed per humilitatem iacere. Amare sciat tibi peccatum; & dum aliter, quàm antea operaris, amor mutet pulsum, & per mortificationem auferat colorem mundanorum, id est, omnem exteriorem excessum.

Spiritalis ex illius amore languor experientus.

II. Desidera quærere instanter: id autem facies, si Domini perfectiones, quæ te ad amandum alliciant, inquiras; si lumen ad illum cognoscendum petas; si de eo & modo quærendi Patres spirituales roges, si in nullo, quod Deus non est, cogitatione, aut affectione persistas.

Incessanter quærere desiderandum.

III. Desidera operari indefinenter, & dum vides, quia tempus breue est, omnem lapidem moue, ut in singulis virtutibus te exercitas, & nullam proficiendi occasionem amittas. Magna recepisti, ad magna te extende, ut

Indefinenter operari.

834 *De vita religiosè instituenda,*
pro modulo tuo eius, qui te dilexit, amori re-
spondeas.

Infatigabiliter sustinere. 2. Desidera ex amore sustinere infatigabiliter, ita vt propter Dominum iniurias, contumelias, opprobria, & omnia aduersa æquanimiter, & delectabiliter perferas, & ea, si non acciderint, tibi prouenire percupias. II. Appetere impatienter, ita vt præ desiderio virtutis, & rerum celestium quasi fame tabescas. Nam animus amore creaturarum vacuus, & visu, ac aliquo gustu celestium illectus, quid mirum, si in ea impatienter feratur, & nulla re mundi delectetur. III. Currere velociter, vt scilicet magno feruore in Deum tendas, & omnem torporem, ac negligentiam abiicias.

Appetere impatienter.

Currere velociter.

Audere vehementer.

Stringere indissolubiliter.

Ardere suaviter.

Assimilari perfecti, qui amoris gradus sunt.

Bernar. de amore Dei. D. Th. opasc. 61. post e. p. 21.

3. Desidera ex amore audere vehementer, ita vt motus, & impulsus à Domino, magna postulare, & ardua pro eo aggredi audeas, sicut ille, qui postulabat: *Ostende mihi faciem tuam.* II. Stringere indissolubiliter, vt scilicet intellectu, & affectu, & imitatione semper Deum teneas, & nihil possit te separare à charitate Christi. III. Ardere suaviter, vt præ amore ignescas, atque liquescas, & dulciter ardeas, & ad Spiritus sancti motus mobilis fias. IV. Assimilari perfectè, sic nimirum, quòd Dei perfectionibus induaris, & eius puritatem, prout in hac vita fieri potest, imiteris. Hos decem gradus amoris à Bernardo, & Thoma Aquinate latè explicatos, desiderijs, & postulationibus habere curabis, vt Deus te in die mortis fidelem inueniat, qui ad hoc te creauit, vt ad hunc amorem aspirares, & per eum ad perfectam

custo-
nires

i.
ni hu-
nes e-
stant
ction-
Ac p-
lunta-
volu-
in co-
pens-
volu-
subii-
2.
guor-
tem
dam-
care
cunq-
quib-
lis ip-
3.
los,
do,
terce-
tion-
geli a-
tiam

custo

custodiam suæ legis, & ad gloriam peruenires.

Pro septima die.

MEDITATIO VII.

1. Deus est Dominus tuus, non sicut domini huius seculi, qui à mancipiis suis solas actiones externas possunt exigere, sed Dominus substantiæ, & vitæ tuæ, & virium, & omnium actionum externarum, & internarum tuarum. Ac proinde nihil æquius, quàm vt eius voluntati te accommodes, & ad quodcunque voluerit, in manibus eius te relinquant. Hoc in conspectu ipsius confiteberis, de hoc impensè gaudebis, & ei, ad quodcunque de te voluerit, siue in tempore, siue in æternitate, te subiicies.

Deus Dominus non externarum modo, verum & externarum actionum.

2. Resignabis te hodie ad cuiuscunque languoris, quem tibi inferre voluerit, acerbissimam; ad mortis amaritudinem, & ad deserendam hanc vitam mortalem, cum te ad se vocare disposuerit: item, ad sustinendas quascunque pœnas in hoc, aut in futuro seculo, quibus à tuis peccatis plenè purgeris, & in oculis ipsius mundus ac purus inueniaris.

Ad dura perpetua animus obfirmandus.

3. Orabis B. Virginem, & omnes Angelos, & sanctos, per choros eorum discurrendo, vt in hora mortis suo adiutorio, & intercessione tibi assistant, & ex hac peregrinatione ad patriam æternam perducant. Angeli autem custodis tui auxilium, & præsentiam humiliter esflagitabis vt animam tuam

Sanctorum auxilia deprecanda.

836 *De vita religiosè instituenda,*
tueatur, quò conspectui Domini præsentetur.

Hæc meditationes, atque affectus poteris hoc colloquio, siue oratione concludere, magna ex parte à Ioanne Gerson desumpta.

*Gerson
suprà.
Oratio
post meditationes septem
ore desurrenda.*

Deus miserationum Domine, qui in omni tempore, sed præcipuè in hora maioris necessitatis nobis assistis, da mihi indignissimo peccatori, sed de tua benignitate confidenti, continuè mentem sanam, ne seducatur demonis illusionibus, ne absorbeatur curis, aut concupiscentiis corporalibus, & ne obsideatur inimicorum suorum oppressionibus. Da pœnitentiam veram; in contritione, per detestationem peccati, & amorem iustitiæ; in confessione, per manifestationem mearum iniquitatum; in satisfactione, per exercitium abstinentiæ, orationis, & eleemosynæ. Da communionem sacram, & vñctionem extremam re, aut affectu susceptam. Da remissionem plenam, ex tua immensa liberalitate, ex clauium ecclesiasticarum potestate, & Ecclesiæ charitate. Da Sanctorum contra aërias potestates consolationem. Da in exitu vitam æternam, quæ patria est, ad quam suspiro, quam desidero, quam in lumine fidei contemplan, & à longè saluto. Redeat, Domine, spiritus ad eum, qui dedit illum, & ingredietur domum æternitatis, claritatis, & felicitatis. Domine Iesu Christe suscipe spiritum meum, qui vtrique tuus est iure redemptionis, adoptionis, & gratuitæ desponsationis. Ac proinde dat spem firmam bonitas ad optantis, veritas promittentis, & potestas coronantis. Ti-
bi

bi gloria in secula. Amen. Adsis mihi ô Virgo benedicta, in auxilio opportuno, & vltima necessitate. Adsis mihi & tu Angele mi, adiutor præcipue. Adsint & cæteri Sancti, quos nunc inuoco, & sæpius inuocauit. Ne, quæso, deseratur pauper vester, si virtus sua defecerit, si mens conturbata nihil cogitauerit, si corpus velut mortuum languerit. Sed confortate virtutem, illuminate mentem, & seruate sensualitatem. Amen.

O R A T I O.

Domine Deus meus, qui benedicis coronæ anni benignitatis tuæ, & fructus eius, quibus ipse ornatur, & nos sustentamur, auges, dum temporibus suis copiosam pluuiam infundis; annis, quibus viuimus, benedictionem impertire efficacibus auxiliis tuis, vt eos in tuis obsequiis impendentes de tua nunc misericordia, & postea de æterna felicitate gaudeamus. Amen.



D E
OPERIBVS
 RELIGIOSIS
 SEMPER FA-
 ciendis
 LIBER SEXTVS.

*Qua sem-
 per fieri
 oporteat,
 exponere,
 huius li-
 bri sco-
 pus.*



Hic vsque quid singulis diebus heb-
 domadis, mensibus, & annis fieri de-
 beat, exposuimus; nunc quid sem-
 per fieri oporteat, breuiter expona-
 mus. Et quidem semper peccata, & vitia fugien-
 da sunt, semper virtutes lectandæ, semper bonis
 operibus insistendum, & aduersus diabolum, &
 eius dolos, decipulasque pugnandum. Atque in
 quocunque tempore ita circumspectè viuendum
 est, ita cautè, & sapienter conuersandum, vt
 quantum fragilitas nostra permiserit, in nullo
 nec cogitatione, nec verbo, nec actione peccet-
 mus, & per aliquod bonum, quod nos occupet,
 ad perfectionem curramus. Hic est intellectus il-
 lius

lias pu
 ex tota
 enim f
 de, to
 stra p
 & qua
 quidd
 mum,
 petus
 vtilis e
 ad pan
 cenda
 lis ha
 das. H
 ris br
 parter
 Hione
 & pu
 copio
 scular
 torum
 public
 here,
 cendis
 obtul
 tē nih
 mus,
 nouis
 Patru
 esse D
 uimus
 Si aut
 sibi d

lias præcepti : *Diliges Dominum Deum tuum* Math. 22.27.
ex toto corde tuo, ab Augustino signatus ; sic enim scribit quodam loco : Cùm ait, toto corde, tota anima, tota mente, nullam vitæ nostræ partem dereliquit, quæ vacare debeat, & quasi locum dare, vt alia re velit frui, sed quidquid aliud diligendum venerit in animum, illuc rapiatur, quò totius dilectionis impetus currit. Sed quia generalis doctrina minùs utilis est, si in sua latitudine se contineat, & non ad particularia descendat, aliqua specialia dicenda sunt, quæ semper, ô vir Dei, præ oculis habeas, eaque diligenter præstare contendas. Hæc autem in prima editione huius operis breuissimè perstrinximus, quoniam ipsum partem librorum *de vita spirituali, eiusque perfectione* fecimus, in quibus virtutum naturam & pulchritudinem ac necessitatem latè, & copiosè tractabamus. Nunc autem cùm opusculum istud ab alio separatum, & tamquam totum quodam ab alio minimè dependens in publicum prodit, necesse erit stylum protrahere, & de his specialibus omni tempore exercendis (id est, cùm occasio in quouis tempore se obtulerit) paulo latiùs disputare. Curabimus autè nihil eorù, quæ in illis quindecim libris scripsimus, repetere, sed argumentù huius tractationis nouis rationibus, & Scripturæ locis, & sanctorù Patrum dictis exponere. Meminerimus verò nos esse Deo, & Prælati, & congregationi, in qua viuimus, & fratribus, ac nobismetipsis debitores. Si autem his omnibus, quod suum est, quòdque sibi debetur, dederimus, iusti vocabimur, & Qua illa sint. iusti

iustitiæ partes exequemur. Septem ergo Deo debemus, septem Prælati, ac totidem congregationi, quæ nos ut filios respicit, item & totidem fratribus, quibus cum conuersamur, ac in eodem numero sunt debita, aut quasi debita comparatione nostri ipsorum: & de his omnibus assignato ordine agendum est.

CAPITULUM I.

De cogitatione præsentia Dei.

Deus per
essentiã,
præsen-
tiam, &
poten-
tiam
cunctis
præfens.
Ieremiæ
23.24.

COGITATIO præsentia Dei, est illa vera, & humilis, & sanctis affectibus plena consideratio, qua Deum nobis astantem, in nobis manentem, & nos in illo, & omnia nostra tum exteriora, tum interiora inspicientem, ac nos conseruantem, & protegentem intuemur. Est ille in omnibus locis, & rebus essentia, præsentia, potentia, qui de se ait: *Numquid non cælum, & terram ego impleo.* Est quidem in omnibus per essentiam, quoniam nusquam non est immensa ipsius, & diuina substantia: vniuersa continet, in omnia penetrat, & cuiuslibet rei intimius & verius adest, quam ipsa sibi metipso. Est per præsentiam, quoniam oculos lucidissimos sapientia suæ ad omnia extendit, cuncta clarissime videt, interiores, & absconditæ hominum cogitationes ipsum non latent, & nulla est creatura inuisibilis in conspectu eius, *omnia autem nuda, & aperta sunt oculis eius.* Est per potentiam, quia sicut omnia fecit, ita ea sua virtute conseruat, & qua-
si

Hebr.
4.13.

si humeris sustinet, & in omnibus operatur, atque ut prima, & præcipua causa effectus cunctarum rerum attingit, & omnia tuetur, atque defendit.

Hunc Dominum tuum, ô vir Dei, tam tibi intimum, tam tibi præsentem, tam sollicitè te protegentem semper cogitabis, & oculis fide illuminatis intueberis. Cogita, te esse coram illo ut est figmentum coram fictore suo, ut est seruus coram domino suo, & filius coram patre suo. Animaduerte, te Deo undiquaque circumdari, & ac si in profundo maris suæ Deitatis esses, sursum & deorsum, antè & retro, ad dexteram & ad sinistram, suâ diuinitate contineri; & intra te ipsum, ac intra penetrabile tuæ mentis abscondi. Ipsum hæbe tuarum cogitationum, & desideriorum testem, tuorum verborum, & operum inspectorem. Hæc cogitatio salubris, quòd Deus præsens adest, quòd omnia tua interiora, & exteriora perlustrat, numquam te deserat, & eius memoria in nullo te loco, aut negotio aut occupatione derelinquat. Ita vitam tuam ordines, conuersationem instituas morésque componas, ut pro humana fragilitate te à Deo aspici non erubescas. In initio cuiusque operis Deo illud offeras, in progressu oblationem sæpius iteres, in fine ipsi placere, atque eius gratia finire constituas. In otio, & in negotio solus, & aliis associatus assuesce Dominum astantem contemplari, ei te, ac tua semper dicare, eius solum beneplacitum & approbationem inquirere, ut breui tempore magnam perfectionem, ac mentis puritatem consequaris.

*Oculis
fidei ut
talis in-
spicien-
dus.*

*Talis cogitatio
numquam
deserenda.*

Oblivio Dei omnium est malorum initium, ergo memoria Dei omnium erit bonorum exordium. *Impius obliuiscitur Dei, & non est Deus in conspectu eius.* Sed quid inde sequitur? *Inquinata sunt via eius in omni tempore.* Quia oblitus est Dei, per improba & impura vagatur. *Quia oblitaes, ô anima, Dei saluatoris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata: propterea plantabis plantationem fidelem,* (quod ironice intelligendum est secundum Hieronymum) id est, numquid plantabis plantationem fidelem? Non sanè, sed infidelem, ac pessimam, & germen alienum seminabis. Iustus autem ex eo, quod Dei iugiter recordatur, in omnem perfectionem adducitur. Quare dictum est Abrahæ: *Ambula coram me, & esto perfectus.* Ac si diceretur illi, ut perfectus sis, & omni ex parte virtutibus circumseptus, cura sit tibi in conspectu Domini ambulare, atque eum testem, & inspectorem tuarum quoque cogitationum inspicere. *Si mei prauis affectus non fuerint dominati, Domine Deus meus, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo.* Nam miserandum delictum est prauis affectibus obtemperare. *Et erunt, ut complacent tibi eloquia oris mei, & sacrificia laudum tibi oblatarum.* Id autem consequatur, si meditatio cordis fuerit in conspectu tuo semper. Hæc profectò iugis cogitatio, seu meditatio Dei facit opus hominis Deo placitum, & eum reddit virtute perfectum.

Ac proinde de hac memoria Dei audacter dicam, eam esse honestissimam, utilissimam, ac

Oblivio
Dei omnium
malorum
initium:
bonorum
memoria.
Isaiz
17.10.

Ibid.

Genes.
17.1.

Psalms.
18.14.
15.

delicta
quid
re, &
ctibus
prop
mo, l
rate A
Id au
eorum
tu qu
præse
Hoc
platio
ad cla
stunt.
lis: A
lies co
Deum
ex aff
dem
uies,
inter
verò
derat
illis t
centi
consp
& æte
gitan
pe co
ac se
viuid
git, c

delicta

deliciarum plenissimam. Est honestissima, nam
 quid honestius, quàm Deum semper cogitare,
 & diligere, & ei intellectu, & sanctis affectibus
 inhærere? Quid honestius; aut magis propter
 se appetendum, quàm illud, quo homo, si non
 natura, at opere, & studio, & puritate Angelus
 efficitur, & cœlitibus associatur? Id autem Dei
 præsentia consequitur. *Angeli eorum*, inquit,
semper vident faciem Patris. Et tu quoque si
 Deum cogitans, & tamquam Deo præsens
 incedas, semper vides faciem Patris. Hoc
 discrimen est, quòd illi vident contemplatione,
 tu fide, vt ex ea venias aliquando ad claram
 visionem. Illorum quidam Deo assistunt, alij
 ministrant, secundum illud Danielis: *Millia
 millium ministrabant ei, & decies milia
 centena millia assistebant ei.* Tu similiter, si
 Deum semper cogites, ex ministrantibus, &
 ex assistentibus eris. Ex ministrantibus quidem;
 quoniam ita illi in labore Marthæ seruias,
 vt eum etiam, veluti Angelus quidam, inter
 occupationes intuearis. Ex assistentibus verò;
 quoniam illi iugiter per attentam considerationem,
 & amorem assistes, similis factus illis
 terrestribus Angelis Eliæ, & Elisæo dicentibus:
*Viuuunt Dominus Deus Israël, in cuius conspectu
 sto.* Quòd si Angeli cœlum inhabitant, & æterna
 luce perfruuntur, vt Deum intra te cogitans
 quasi quoddam cœlum habitabis, nempe cor
 tuum, quòd instar cœlorum Deum in se, ac se
 ostendentem habet, & dum tibi se per viuam
 fidem, aut per actum sapientiæ detegit, cœlesti
 luce fruëris.

Dei memoria honestissima.

Homines Angelis similis reddit.

Matth. 18.10.

Daniel. 7.10.

Reg. 17. 4. Reg. 3.14.

Vtilissi-
ma.Psalm.
24. 15.

Epist. 9.

Tobias
4. 6.Lib. de
virtute
c. 10. 7.Iob 17.
15.
Psalm.
22. 4.

Est hæc cogitatio Dei vtilissima, quæ innumera bona in animam inuehit. Optas fugere peccata, & imperfectiones vitare? Deum tibi semper præsentem habeto. *Oculi mei semper ad Dominum*, ait Dauid, *quoniam ipse enellet de laqueo pedes meos*. De quo laqueo? De laqueo vitæ, & vinculis iniquitatis. Optimè enim dixit Ignatius: [Memento Dei, & non peccabis.] Et Clemens Alexandrinus: [Hac solum ratione fit, vt quis numquam labatur, si Deum sibi ipsi semper adesse existimet.] Si oculi nobilis, aut sapientis hominis sunt instar fræni, ne peccemus, quanto magis oculi summi Dei nos continebant, ne delinquamus. Optas præcepta seruare? Deum te contuentem cogitatio. Ideo namque senior Tobias iuniori filio dixit: *Omnibus autem diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum: & caue, ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta Domini Dei nostri*. Quasi hæc recordatio Dei homini ad mandata seruanda vires addat, & legis custodiam inferat. Cupis passiones, & affectus moderari? Deum tibi astantem aspicio. [Continua enim Dei recordatione, inquit Ephræm, turpes animæ passiones recedunt, instar maleficorum prætere accedente, vnde & mundum Spiritus sancti habitaculum efficitur.] Cupis dæmonis insultus, & tentationes euincere? Deum iugiter in mente gestato. Hanc memoriam Iob, & Dauid pro armis, & tutamine aduersus insidias aduersariorum potulabant. Ille namque aiebat: *Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me*. Hic verò: *Et si ambulauero in medio vmbre mortis, non timebo*

mala

mala.
Deur
bus r
tare
into
gnos
vt di
cum
Deur
de A
sentia
dilige
bilis
cõfus
tas iu
te oc
dem
re? I
Hac
uerfa
ceas,
orna
venie
fons
salur
Et
ma.
suau
cum
oculi
suau
tium
Patr

mala, quoniam tu mecum es. Quid, quæso, est Deum iuxta nos, aut nobiscum esse, qui omnibus rebus adest, nisi nos illum præsentem cogitare? Cordi habes rectam in tuis operationibus intentionem habere? In cõspectu illius te stare cognoscito. Tunc profectò *eructabis verbum bonum, vt dices ac consecres opera tua regi.* Cordi habes cum timore, & tremore tuam salutem operari? Deum gressus tuos numerantem cõsiderato. Unde Augustinus postquam multa pulchrè de præsentia Dei dixerat, ita concludit: [Cumque hoc diligenter considero; Domine Deus meus terribilis, & fortis, timore pariter, & ingenti rubore cõfundor, quoniã nobis magna est indita necessitas iustè rectèque viuendi, qui cuncta facimus ante oculos iudicis cuncta cernentis.] Desideras tandem omnem virtutem, & perfectionem comparare? Deum tibi testem, & inspectorem præfigito. Hac recordatione flammaberis, vt eas vestes vniuersarum virtutum habere coneris, quibus illi placeas, & coram Domino Patre, & sponso deceter ornatus incedas. Omnia ergo bona pariter tibi venient cum cogitatione præsentie Dei, quæ quasi fons est ex se omnes hos riuulos deriuans, & ad salutem animæ nostræ viridarium irrigans.

Est hæc cogitatio Dei deliciarum plenissima. Si enim delectat videre pulchra, cogitare suaui, considerare amabilia, quomodo non secum ineffabilem voluptatem afferet, eum mentis oculis intuèri, qui fons est pulchritudinis, origo suaui-tatis, & omnis amabilitatis, & bonitatis initium. Cum te cogito, Domine Deus meus, cogito Patrem amantissimum, pastorem prouidentissimū, bene

Psalm.

44. 1.

Solilo.

cap. 14.

Delicia-
rum ple-
nissima.

Ecclef.
11.7.Psal. 15.
8.
9.

benefactorem largissimum, qui me ceu filium tenerrimè diligit, vt ouiculam custodit, vt amatum beneficiis afficit, quidni in tua recordatione deliciar? Si *dulce lumen, & delectabile est oculis videre solem*, quàm delectabilius erit, semper cogitare te iustitiæ solem, & solis huius autorem, qui luce tua in corde meo lucet, & ardore tuo meas iniquitates exuris. Iure optimo de tua præsentia delectabatur Propheta tuus: *Providebam Dominum, inquit, in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear. Propter hoc latitatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe.* Et ego quoque, cum te præsentem cogito, similiter delector; gaudeo quidem corde, & delector corpore, & lingua exultationem ostendo, quoniam te sustinentem me intueor, ne commouear, seu à bono dimouear, & promittentem aspicio, quòd carnem meam quiescere facies, & motus eius prauos tua virtute compelles.

Prouer.
3.6.
In vita
Dosithei.Psal. 144. 4.
Ibidem.

Si ergo tot tantaque bona, ô frater, ex vna Dei præsentia à te cogitata conquiris, rogo te, *in omnibus viis tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos.* Custodi documentum B. Dorothei, quo discipulum Dositheum erudiuit, & ad magnam sanctitatem extulit: [Nunquam cordi tuo Deus excidat, cogita semper Deum tibi præsentem, & te coram illo stare.] Imò hoc documentum ab ipso Domino per os Dauidis loquente suscipito, dum ait: *Querite Dominum, & confirmamini; querite faciem eius semper. Quæ est facies Domini, vt interpretatus est Augustinus, nisi præsentia Dei. Hanc præsentiam quære,*

vt

vt in
ipse st
prospi
talita
subi
prop
ab eo
semp
re op
minit
nobis
ria m
los à
sicut
lum r
mus:
igne,
miar
illis v
te sem
Sic vi
lande
cont
Sic
te ex
num
tem, t
& illu
patien
quom
gressu
derant
liter p

vt in bono firmeris. Ille non longè est à te : *en* Cant. 2.
ipse stat post parietem tuum, respiciens per fenestras, 9.
prospiciens per cancellos. Solus paries huius mortalitatis inter te, & ipsum diuidit, quem cum ille submouerit, & suo lumine te donauerit, quàm propè semper fuerit, euidenter aspicias. Semper ab eo amatore tuo beneficia recipis, cur non semper cum cogitabis? [Non tam sæpe respirare oportet, inquit Nazianzenus, quàm Dei meminisse. Deus enim perpetuò, & continenter nobis benefacit, in esse conseruat, & necessaria ministrat. Nam si vel minimo momento oculos à nobis remoueret, in nihilum redigeremur, sicut imago nostra in speculo apparens, in nihilum redigitur, quamprimum nos loco mouemus: & sicut calor ab aqua recedit, quoties ab igne, vel sole remouetur. Vt corpus animæ, rami arboris trunco, solares radij Soli vniti, vt ab illis virtutem suam trahant, esse debent: ita mente semper Deo vniti esse deberemus.] Sic ille. Sic vim illius carminis intelliges: *Omnis spiritus* Psalm.
laudet Dominum, dum in Dei recordatione tam 150.6.
 continuus esse, quàm in respiratione conaris.

Sic autem in hac cogitatione præsentix Dei te exercebis. Primò, Christum Iesum Dominum nostrum, siue infantem, siue adolescentem, siue virum, iuxta te, vel intra te cogitabis, & illum vel cum hominibus conuersantem, vel patientem, vel immortalem, & gloriosum, aut quomodo meliùs te inueneris, te aspicientem, & gressus cogitationum, & operum tuorum considerantem intueberis. In omni enim loco est realiter præsens secundùm immensitatē diuinitatis suæ,

Talis
 exercitij
 molis.

Orat. de
 cura
 pau.

suæ , & potest ille summus Filius Dei carne velatus cogitari, quam profectò semel assumpsit, numquam tamen deseruit, vel deseret. Post aliquod verò tempus, cùm ampliùs profeceris, & te ad altiora vocatum intellexeris, seposita omni imagine corporali, Deum in sua Deitate præsentem aspicias, & aut intra te manentem, sicut re vera est, aut te intra ipsum existentem, & quasi mari diuinitatis immersum aspicias. Omnia intra illum, & in conspectu illius cogitabis, loqueris, & facies. Ea tranquillitate animi, & modestia, & reuerentia rebus, aut negotiis intendes, qualem æquum est habeat, qui coram tali teste illis intendit. Huic cogitationi affectus voluntatis adiunges. Iam hunc Dominum tuum diliges, iam laudabis, iam illi gratias ages, iam coram illo te deiciēs, iam actus aliarum virtutum operaberis, iam tibi, aut aliis dona postulabis. In mensa, quæ fercula apponuntur, ab eius liberalitate recipies. In animi remissione in illum oculos mentis iniicies. In lecto cùm expergisceris, eum ibi astantem, & te fouentem, & custodientem magnificabis. Cùm pulchra videris, virtutis decorem ab eo petes: cùm fœda, à fœditate peccati liberari cupies. Cuncta prospera, & aduersa ex summo amore ab eius prouidentia missa cognosces. Rebus exterioribus ita vacabis, vt animo ad eum frequenter redeas, & beneplacitum eius exquiras, similis factus illis animalibus, quæ *ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis.*

Ezech.
I. 14.

Audi nunc tria media, quibus ad hanc salutarem cogitationem iuuaberis.

I. Prin

1. Principio, signa aliqua eligito, ad quorum aspectum, vel auditum Dei memineris, & cura, quotiescumque tale signum occurrerit, illud ad Dei memoriam iterandam reuocare. Hæc signa esse possunt, vel fratres, quos obuios vides, in quibus (vt postea dicemus) Deus est considerandus: vel imagines Christi, & B. Virginis, & Sanctorum in diuersis partibus domus collocatæ: vel sonus horologij auditarum horarum, vel semihorarum, vel quadrantium, & alia similia: hoc medium ex Scriptura didicimus: nam Dominus sic loquutus est ad Moysen: *Loquere filiis Israël, & dices ad eos, vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas, quas cum viderint, recorderentur omnium mandatorum Domini*, nec sequantur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes. Sic etiam implebis illud: *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.* Cum enim hæc externa in signum Dei presentis assumis, quasi ipsum amoris, & fidelitatis tuæ signaculum facis.

2. Moderatam, & discretam quamdam huius exercitij curam semper in animo geres. Nam sicut cura concionis componendæ, aut lectionis pro discipulis parandæ efficit, vt concionis, aut lectionis memineris: ita cura proficiendi in hoc exercitio faciet, vt Domini recorderis. *Ego dormio, ait sponsa, & cor meum vigilat.* Cum rebus exterioribus occuparis, quasi interioribus dormis; sed si cor tuum in hac cura vigilet, in ipso somno occupationum, ad Dominum cogitatione, & amore frequenter assurges.

I. Aluarez de vita vel.

H h h

3. In

Excitantur memoria Dei exteriora signa debent inferuire. Infrà cap. 22.

Num. 15. 38. 39.

Cant. 8. 6.

Moderata illius gerenda cura.

Cant. 5. 2.

*Instan-
ser illi in-
cumben-
dū, qui-
cunque
adsint
obices.*

*Cant. 3.
4.*

3. In studio præsentia diuinæ perseuerabis, licet millies deficias, etsi nullam consolationem sentias, quamuis nullam (tuo videri) utilitatem percipias. Tene Dominum, nec dimittas, quia si constans fueris, aliquando tandem introducet te in domum quietis, in conclaue lucis, in apothecam deliciarum, & quod numquam cogitaueras, non sine admiratione reperies. Ita tamen huiusce rei curam geras, & ita perseueres, vt tamen penitus tibi ipsi diffidas. Iugis enim hæc cogitatio præsentia Dei magnum eius donum est, quod non indiscreto conatu quaeritur, sed assiduis, & humilibus postulationibus, mentis puritate, rerum terrenarum despicientia, sensuum, & affectuum mortificatione, ac omnium virtutum exercitatione paratur. Qui in his perfectior, & cura quadam moderata, ac perseuerantia diuinæ gratiæ cooperatus fuerit, citius hoc magnum donum obtinebit, ad quod certè, qui salutem animarum intendimus, specialiter vocati sumus. Nam cum ex vna parte occupationes à nimis longa oratione, verbi gratia, quatuor, aut sex horarum nos auocent, & ex alia vitam à nobis purissimam, & spiritualissimam postulent, nullum aliud nobis remedium superest, nisi inter occupationes orare, & cor in foris, & in plateis, & in tumultibus subinde leuare, & longa spacia, in quibus nobiscum habitare deberemus, diuinæ præsentia cogitatione supplere.

CAP.

Amo b
suas in
quod
tis col
omnil
deside
cent, i
possun
dem e
ficacit
etissim
re late
manda
Dei, i
in tota
est max
mum
tissim
cepta
cepti est
rum est
tur) v
perfect
quæ est
ti amo
quam r

CAPVT II.

De charitate erga Deum.

AMOR erga Deum est motus animi à charitatis virtute profectus, quo Deo summo bono iungimur, quo ei propter seipsum suas infinitas perfectiones volumus, & de hoc, quòd eas habeat, & ab omnibus rebus creatis colatur, & adoretur, gaudemus: quòs eum ab omnibus hominibus agnosci, diligi, & seruire desideramus, & de offensis eius, quia ei displicent, impensè dolemus, & sancto zelo, quantum possumus, eas ab animabus tollimus, quo tandem ei placere, & ipsius mandata custodire efficaciter statuimus, & in cunctis, illius sanctissimæ voluntati subiicimur. De hoc amore latum est maximum, ac primum omnium mandatorum: *Diliges, ait Christus Filius Dei, Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum, & primum mandatum.* Est maximum, quoniam præcipuum opus, & Deo gratissimum præcipit, cuius gratia reliqua præcepta sunt. Vnde Paulus: *Finis autem præcepti est charitas*, id est, scopus omnium præceptorum est (quemadmodum Augustinus interpretatur) vt ad charitatem inducamur, & in eius perfectione solidemur. Ea scilicet charitas, quæ est de corde puro, quòd peccata, & impuri amores non scèdant, & de conscientia bona, quam mali mores non peruertunt, & de fide non

Amor erga Deum est actus à charitatis virtute profectus, illà propter se spectans.

De illo, est latum mandatorum primum, maximum, & primumque. Match. 22. 37. 1 Timoth. 1. 5. In Enchirid. c. penult.

ficta, quam nullus error, nullaque ignorantia eorum, quæ credenda sunt, destruit, aut turpat. Est etiam primum mandatum, quoniam ab amore tamquam à fonte omnium mandatorum custodia procedit. Ideo assertore Paulo: *Charitas patiens est, benigna est, charitas non emulatur*, & cetera, quæ sequuntur, quia velut mater fecundissima, has omnes virtutes parit, & quasi perennis fons omnium præceptorum, (quæ de actibus virtutum data sunt) observationem scaturit.

1. Corinth.

13. 14.

*Cum sit
exercitationibus
preferendus.*

De diligenti.

Deo.

*Nihil illo
iustius,
aut utilius.*

Hunc Dei amorem, ô frater, præcipuè sectaberis, eum omnibus aliis, tum externis, tum internis exercitationibus antepones; imò in illis Dei amorem inquires, ad illum augendum illas ordinabis, eisdem amorem miscebis, & quidquid cogitaueris, quidquid operatus fueris, amore condies, & omnia tua desideria ad diuinum amorem, in quo est animæ perfectio, diriges. [Ama Dominum Deum tuum, quia nihil iustius, ut verbis Bernardi utar, nihil utilius esse potest.] Quid enim iustius, quam amare illum, qui est summè bonus, qui est omne bonum, qui est auctor omnium bonorum, à quo, quidquid boni habes, recipis, per quem nunc ab innumerabilibus malis eriperis, & postea æternum malum, & omnium malorum cumulum fugies? Sed quid utilius, quam Deum amare? cuius amori in cælesti patria maius, & cumulatius præmium respondet. Amor hic aliis bonis operibus meritum tribuit, quæ, si aliquo modo ex amore non procedant, & in Deum amatum non tendant, à merito ex-

cidunt;

cidunt, & Deo grata non existunt. Amor hic omnes alias virtutes connectit, & eis vitam, perfectionem, & splendorem tribuit. Vnde postquam dixisset Paulus: *Induite ergo vos sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordia, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam,* subdit: *super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis*, id est, vinculum prædictas virtutes colligans, integrans, viuificans, atque perficiens. Vt quemadmodum in centro omnes lineæ vniuntur, & animâ cuncta membra colligantur, & calce lapides domus connectuntur; ita vna charitas, vt centrum omnium virtutum, vt vita bonorum operum, vt colligatio partium templi Domini, quæ omnes vires animæ in vnum colligit, quidquid ad sanctitatem spectat, perficit, & complet. Quid ergo vtilius, quàm vna virtute vniuersas comparare, & obtentas augere, atque in suam perfectionem adducere.

Vbi est thesaurus tuus, ait æterna Veritas, ibi est cor tuum. Thesaurus tuus Deus ipse est; propter eum omnes mundi opes, & thesauros contempsisti, cunctis rebus creatis valedixisti, vt thesaurum increatum possideres, & eorum desideria fatiares. In Deo igitur sit cor tuum, ad eum tendat amor tuus; imò & ipse amor thesaurus est, quo anima diues efficitur. Hic est primus, ac præcipuus Spiritus sancti fructus. *Fructus autem spiritus, verba sunt Pauli, charitas, gaudium, pax.* Ita est fructus, vt sit aliorum fructuum origo. Amor namque gaudium parit, quod ex conscientia charita-

Coloss. 3. 12.

14.

Thesaurus animæ Deus, vbi cor eius sit, oportet. Galat. 5. 22. Amor præcipuus Spiritus sancti fructus, & aliorum fructuum origo.

te pacata proficiscitur, & pacem, quoniam Dei amor affectus perturbantes moderatur. Patientiam generat: nam propter amorem Dei mores aliorum inconditos sustinebis, & bonitatem, aut beneficentiam, quia amore illectus proximis, quos Deus diligit, benefacies. Benignitatem producit. Quis enim, nisi amans, dulcedinem in verbis, ac comitatem seruabit, & mansuetudinem; nam quis nisi amans, vt oportet, indignationem comprimet. Fidem perficit; nam qui amat, facillè amato stabiliter credit: & modestiam, nam iuxta voluntatem amati actus externos, morésque componit. Continentiam aduehit; quoniam, qui dulcedinem amoris experitur, cibi, & potus appetitum moderatur & castitatem; nam propter purissimam illam voluptatem impuras carnis delicias aspernari dignoscitur. O magnum amoris thesaurum, qui ab Spiritu sancto procedens talibus donis animam cumulat, & vitiiis carnis, quæ antea Paulus enumerauerat, euidenter spoliat.

*Spiritus
luis anima
vita.*

1. Ioan.

3. 15.

*Mansio
in Deo.*

1. Ioan.

4. 16.

Ioan.

14. 1.

Quid cupis, ô vir Dei, vitam? Sed amor est animæ vita. Nam *qui non diligit, manet in morte*: & nos scimus, quia translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Imò quia diligimus Deum, ex cuius amore oritur amor fratrum. Quid manere in Deo? Sed amor est mansio in Deo. Nam *qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*. Quid diligi à Deo? Sed amor, vt te diligit, allicit Deum. Nam *si quis diligit me, ait filius Dei, qui verus Deus est, diligitur à Patre meo*. Et rursus: *Ego dili*

dilige
dilig
inuen
trici
dilex
tur, l
ris.
rat m
virtu
conf
tribu
gelor
eris
tuis p
tas o
ea, d
tine
mili
ctis d
Dei
veni
runt
Deu
impe
fenti
cina
char
tuum
finer
est, q
pter
A
dilig

diligentes me diligo, & qui manè vigilauerit ad diligendum, & quarendum me, absque dubio inueniet me. Quid, à peccatis eripi? Sed peccatrici mulieri remissa sunt peccata multa, quoniam dilexit multum. Et similiter tibi multa dimittentur, si multum dilexeris. Amore filius Dei efficieris. Cum scriptum sit: *Omnis qui diligit, ex Deo natus est.* Gratiam amoris matrem, & omnes virtutes eius filias, & comites inseparabiles consequeris. Earum actibus salutis meritum tribues. Si enim *linguis hominum loquaris & Angelorum, charitatem autem non habueris, factus eris velut as sonans, aut cymbalum tinniens.* Pro tuis peccatis efficacissimè satisfacies; quia *charitas operit multitudinem peccatorum*, non quidem ea, dum manent obtegendo, sed dum veniam obtinet destruendo. Vnde Chrysologus: [*Teneræ militiæ, delicati conflictus est, amore solo de cunctis criminibus reportare victoriâ.*] Amor enim Dei detestationem omniū peccatorum excitat, & veniam meretur accipere. Vniuersa, quæ acciderint, in tuum bonum vertes. *Quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Ac tandè onera importabilia carni præ dulcedine tibi data non senties. Egregiè namque dixit Augustinus: [*Sarcina illa, quæ infirmitati grauis est, leuis efficitur charitati.*] His omnibus bonis illectus Deum tuum diliges, non propter illa, tamquam propter finem, sed propter ipsummet, quia summè bonus est, quia à seipso bonus est, quia finis tuus, propter quem es conditus.

At quomodo, ais, Deum diligam? [*Modus diligendi Deum, ait Bernardus, est sine modo Deo.*]

Prouer.
8. 17.

Lucæ 7.
48.

1. Ioan.
4. 7.

1. Co-
rinth.
13. 1.

1. Petri
4. 8.

Serm.
94.

Rom.
8. 28.

Lib. de
gratia,
& lib.
arbit.
cap. 17.

Lib. de
diligen.

Modus diligendi Deum, est sine modo diligere.
D.Th. 2.
2. quæst.
27. art.
6.

diligere.] Cùm enim amor Dei sit plenitudo, ac perfectio legis, & finis omnium virtutum, quas exercemus, vt Deum amemus, & ei in omnibus placeamus, non habet alium modum, nisi vt in eo nulla sit mensura, nullus modus. Medicus quidem (similitudo est Thomæ Aquinatis) non appetit mensuratam, aut determinatam sanitatem ad aliquem gradum, sed sanitatem quantum potest maximam, & omnino perfectam. Medicamenta verò adhibet mensurata, quæ nec deficient, nec excedant, sed concupitam sanitatem efficiant. Ita profus amor Dei, qui salus est animæ, qui finis est, in quem tendimus, ad cuius perfectionem vniuersarum virtutum actibus quasi gressibus currimus, non est in aliqua mensura quærendus, sed sine modo, & ultra omnem mensuram, & intentionem procurandus. Aliæ virtutes, quæ medicamenta sunt, vel media ad amorem, medium, & modum habeant, & sicut, de iustitia, & sapientia dicitur, *Noli esse iustus multum; neque plus sapias, quam necesse est, ne obstupescas.* Ita de qualitate virtute morali dici potest, vt medium quærat, in quo ipsa consistat, & in suo modo se contineat. At quis Domine, in tui amore modum quærat, quis excedere pertimescat in te redamando, cùm sit sine modo à te sic ipse dilectus. Quem enim sensum habent illa verba: *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret; nisi sic sine vlla mensura dilexit? Nam, vt Chrysostomus ait, illud sic immensam amoris significat vehementiam. Si tu, summe Deus, modum (vt ita dicam) in me amando non te-*

Eccles.
7. 15.

Ioan. 3.
16.
Hom.
26. in
Ioan.

nes, cur ego vilis vermiculus modum in te amando tenebo? Cur, si mihi fuisset possibile, amorem meum erga te non ultra amorem omnium spirituum caelestium efferre desiderabo.

Modus ergo diligendi Deum est diligere sine modo. Vel modus est ille, quem Dominus ipse præscripsit, à quo excluditur omnis modus: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis.* Optimus quidem diligendi modus, quia in eo nullus est modus. Si huius præcepti imperfectam custodiam spectemus, in ea aliqua inuenitur mensura, quæ sufficit ad consequendam salutem. Nam ille ex toto corde censetur Deum diligere, ut Thomas docet, qui intentione sua à voluntate procedente fertur in Deum: & ex tota anima, si appetitus eius significatus per animam, reguletur per Deum: & ex tota mente, si intellectus eius vera subdatur Deo: & ex omnibus viribus, si exterior actio hominis obediat Deo. Itaque ipsum non grauius peccare, & præcepta propter Deum seruare, est aliquo modo, qui ad salutem sufficit, hoc præceptum custodire.

At tu, qui ad perfectionem tendis, qui sanctitatem sectaris, ad modum amoris sine modo niti debes. Exerce adintus gratia Dei vires animæ tuæ, & quantum valueris, dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ita ut omnem amorem voluntatis tuæ in eo colloques, & ad nullam rem, nisi propter illum, atque utili actu placeas voluntate feratis. Dilige ex tota anima, ita scilicet,

*Modus
item à
Deo præ-
scriptus.*

22. q. 44.
art. 5.

*Quis vi-
ris spiri-
tualibus
tenendus.*

licet, vt omnem motum appetitus minùs ordinatum propter illum fortiter comprimas, & omnes actus huius vitæ mortalis in ipsum dirigas. Dilige ex tota mente, ita vt Deum semper cogites, semper sitias, & intellectu, & affectu illi inhæreas. Dilige ex omnibus viribus, ita vt omnes sensus, & vires corporis actuali intentione in Domini tui obsequium impendas. Dilige ex tota virtute, ita vt omni conatu mentis illum queras. Dilige ex omni fortitudine, ita videlicet, vt strenuè omni perfectionis impedimento resistas. Eia dilige Dominum Deum tuum amore cordis, omnes cogitationes, & desideria vniuersa in eum dirigens. Dilige amore operis, cuncta mandata eius, & consilia custodiens. Dilige eum vnice, voluntatem tuam ab omnibus rebus creatis auertens. Dilige eum diligenter vniuersa, quæ ad eius obsequium pertinent, sedulò perficiens. Dilige eum purè, in nullo temetipsum quærens. Dilige eum liberè, quæcumque eius amori opponuntur, intrepidè abiiciens. Dilige eum gratis, ex eius amore nullum emolumentum, nisi eius beneplacitum, exigens. Dilige eum fortiter, propter illù mala, & aduersa irruentia perferens. Dilige perseveranter, numquam in æternum te ab eius obsequio, & desiderio diuellens. Dic cum Paulo: *Quis me separabit à charitate Christi,* & vt ipsi iungaris, omnia contemnitò, vtque illi placeas, cuncta creata pro nihilo ducito.

Rom. 8.

35.

*1. Diuini
amoris
medium
diuinarū
perfectio-
num assi-
dua, &
specialis
contem-
platio.*

Nunc media huius diuini amoris consequendi subiitio. I. Dei perfectiones assiduè contemplare, quanta sit eius sapientia, bonitas & potentia, quanta eius misericordia, & iustitia, claritas

&

& pu
& m
que
omn
cieb
optim
quia
& tib
det, &
ram
cioru
subii
tes,
confi
nis n
me p
omn
calix
Hoc
totu
uotio
& ar
2.
retur
simè
tis est
pedit
pedit
tione
optim
stude
vase
tio su
man

& pulchritudo, lenitas & benignitas, sublimitas & maiestas, largitas & suauitas, quàm infinitæque sint aliæ eius perfectiones expende. Per hæc omnia sigillatim, & deuotè discurre, sicut faciebat sponsa, quando dicebat: *Caput eius aurum* Cant. 5.
optimum, & reliqua sequuntur. Considera etiam, 11.
 quia hic immensus Deus, & Dominus te diligit, & tibi, vt filio dilectissimo, int omnibus prouidet, & tui, ac tuarum rerum diligentissimam curam gerit, & super te infinitam copiam beneficiorum effundit. Dum hæc ligna igni amoris subiicis, ita exardescet, vt in te prauas cupiditates, & seculi amorem absumat. Præcipuè autem considerabis beneficium maximum redemptionis nostræ. Nam, vt Bernardus ait: [Sed est, quod me plus mouet, plus vrget, plus accendit. Super omnia (inquam) reddit amabilè te mihi Iesu bone calix, quem bibisti, opus nostræ redemptionis. Hoc omnino amorem nostrum faciliè vendicat totum sibi: hoc (inquam) est, quod nostram deuotionem, & blandiùs allicit, & iustiùs exigit, & arctiùs stringit, & afficit vehementiùs.]

Serm.
20. in
Cant.

2. Cupiditates tuas animosè cohibe, & amorè 2. Amo-
ris proprij
abscissio.
Lib. 83.
99. 36.
 rerum, aut personarum abscinde. Nam, vt verissimè scripsit Augustinus: [Nutrimentū charitatis est imminutio cupiditatis, perfectio nulla cupiditas.] Vnde qui amorè nutrire vult, instet cupiditatibus minuendis. Opera tua actuali intentione ob Dei beneplacitum incipe, ac perface. Ea optimo modo, & sine imperfectionibus præstare stude. In omnibus cordis munditiàm exquire. In vase enim vacuo, & mundo Dominus oleum pretiosum sui amoris custodit, in immundo vero manere non sustinet. 3. Quo

3. Quotidiana illius postulatio, corporis, & animi mortificationi coniuncta.

Præcipuum, internis actibus amoris insistere.

3. Quotidie quanto maiori ardore potueris, hunc sanctum amorem postulare non cesses. Ad illum assequendum corporis castigationem, & multas mortificationes sensuum, & affectuum tuorum quasi in pretium dabis. His enim numis, amor Dei emitur. In operibus pietatis, quæ proximum iuuent, te exercebis. Sed præcipue magna assiduitate actibus internis amoris insites. Vbi cumque fueris, oculos mentis ad Dominum tolles, cor tuum in ipsam efferes, ardentissimis desideriiis hunc amorem concupisces. Iam Domino sua bona voles sic : O Domine, Deus meus, volo, vt sis sapientissimus, optimus, potentissimus, sint, Domine mi, tua bona tibi, vel potius sis tu omne bonum. Iam de eius perfectionibus gaudebis, iam millia obsequia animo finges, & ea ad honorem eius præstare desiderabis, iam de tuis, & aliorum peccatis dolebis, iam eius mandata custodire statues, iam te ac tua omnia illi offeres. His affectibus amorem à Domino obtinemus, & eius amatores efficiamur.

C A P V T III.

De timore Dei.

Quatuor
timoris
genera.

TIMOR seruorum, quo Deus timetur, est fuga peccati, ne æternis crucientur pœnis. Timor mercenariorum est fuga peccati, ne æternis gloriæ priuentur bonis. Timor incipientium, & necdum in virtute radicatorum, est fuga peccati, ne offendant, & ne in pœnam incurrant, aut gloriam amittant. Tu verò, homo Dei, æmulare

charit

charit
rum a
cati,
Dei,
anima
corent
statem
excida
ritate
mor n
mittit
autem
quam
dilige
dens
nem n
aut a
pœna
cura o
riam
ritate
rata
mium
adha
Qu
solur
lem l
scar,
ipse f
voca
Tim
sanct
geni

charismata meliora, & ad timorem propriū filiorum aspira. Est autem timor filiorum fuga peccati, & auersio ab omni iniquitate, qua filij Dei, quod Deo displicere potest, cauent, ne suas animas peccati fordibus inficiant, ne virtutis decorem amittant, sed præcipuè, ne diuinam maiestatem offendant, & ab eius gratia, & amicitia excidant. Tres illi timores priores à perfecta charitate excluduntur, de quibus Ioannes ait: *Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor pœnam habet: qui autem timet, non est perfectus in charitate.* Non, inquam, est cum charitate perfecta, quæ sincerè diligens, & amato propter seipsum placere studens pœnæ inuersionem, aut præmij amissionem non respicit, sed ei, quem amat, displicere, aut ab eo separari, metuit. Triplex hic timor pœnam habet; nam cor hominis pulsatur, & hac cura discruciat, ne in gehennam cadat, ne gloriam amittat. Qui autem sic timet, non est charitate perfectus, quoniam perfecta charitas parata est omnem pœnam subire, & omne præmij posthabere, modò id consequatur, vt Deo adhæreat, & ab eius gratia non excidat.

Quartum verò timorem perfecta charitas non solum admittit, verum & comitem inseparabilem habet, ita vt crescente charitate ipse crescat, & charitate vires accipiente maiores vires ipse sumat. Ac proinde meritò à sancto Dauide vocatur *timor sanctus permanens in seculum seculi.* Timor quidem sanctus, quoniam vel est ipsa sanctitas, nempe ipsa charitas, vel filius primogenitus illius, & omnium filiorum dilectissimus.

Charit

1. Ioan.
4. 18.

*Filialis
solius
perfecta
charitas
non ex-
cludit.
Psal 18.
19.*

Charitas enim eo ipso, quòd fideliter Deum diligit, ab eo per aliquod peccatum separari timet.

*M. met in
beatu.*

Timor etiam permanens in sæculum sæculi, quia, cum ex hac vita emigrabimus, cum non relinquimus; sed simul cum charitate perfecta, submota omni anxietate, & imperfectione per intimam ad Deum reuerentiam, in cælestem patriam inferemus. Hic est timor proprius sanctorum, ad quem ipse Propheta regius hortatur eos,

*Psal. 33.
10.*

dicens: *Timeate Dominum omnes Sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eum.* Nullam sanè habebunt egestatem, qui hoc timore cumulantur; nam is spem non minuit in cordibus eorum, sed auget, ut in oblectationem veniat illis misericordia. Cur enim non sperabunt, qui magnificam illam promissionem audiunt: *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet,*

Eccli. 2.

9.

Psal. 144. 19.

*Iob 28.
28.*

& saluos faciet eos. Ac tandem timor hic non dicitur initium sapientiæ, sicut ille triplex supra à nobis expositus, sed ipsamet sapientia. Nam *timor Domini ipsa est sapientia, & recedere à malo intelligentia.* Ad hoc quippe omnis vera sapientia tendit, ut à Deo separari timeamus, & non iam propter pœnam, sed propter offensam à malo declinemus.

*Aliqui-
bus simi-
litudini-
bus vis,
& natu-
ra illius
enoda-
tur.*

Nunc quasdam similitudines accipe, quibus vim, & naturam huius sancti, & casti timoris intelliges. Virgo pulcherrima munditiæ audissima, potentissimi regis sponsa, pretiosissimis indumentis, & splendidissimis gemmis ornata timet cadere in lutum, & se ac sua indumenta inquinare. Et id quare? ane increpetur? ane verberetur? ane supplicio aliquo afficiatur?

Non

Non s
immu
sibi ex
virgo
intell
omne
timeat
mundi
scdissi
mendi
detur,
inuitat
respons
dere in
Domini
ra est m
acerbiu
re, & c
mundif
dam ap
meo, &
cati im
eadam
vitam h
mum co
scenita
ternam
Sit e
ribus in
argento
mos, &
tere & i
ob pœa

Non sanè, sed ne suam munditiam perdat, ne immunditiam contrahat, ne in sordes maximè sibi exosas incurrat. Sit ergo anima tua, vt hæc virgo decora, se gratia, & virtutibus ornatam intelligat, se Christi sponsam esse cognoscat, & omne peccatum, omnemque imperfectionem timeat, & quantum potuerit, vitet, ne immunditiam peccati contrahat, & ne se sordibus foedissimis imperfectionum inficiat. Hanc timendi causam nobilis illa Susanna respexisse videtur, quando ab impudicis senibus ad scelus inuitata, & infamia ac mortis minis proaocata respondit: *Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu Domini.* Ac si dixisset, mala est infamia, amara est mors, sed nihil peius, nihil amarius, aut acerbius, quàm in foetorem iniquitatis incidere, & corpus meum sorde luxuriæ polluere, & mundissimis Dei oculis animam meam immundam apparere. Naturaliter quidem infamiam timeo, & mortem exhorreo, sed dono Dei peccati immunditiam magis metuo, & ne in illam cadam, bonam opinionem apud homines, & vitam hanc perituram contemno. O sapientissimum consilium castæ mulieris, quo peccati obscenitatem vitauit, vitam seruauit, & sempiternam famam acquisiuit.

Daniel.

3.23.

Sit etiam homo ditissimus, qui multis laboribus immensas opes congregauit, & auro, & argento, & gemmis affluit, & multas in vrbe domos, & prædia, & pomaria possidet. Is hæc amittere & in mendicitatem cadere pertimescit. An ob pœnam aliquam, quã à pratore, vel rege sibi

infe

inferendam perferent? An ob nobilitatis insignia, quæ à se auferenda timet? Non quidem, sed ob ipsas opes, quas habet; quia nimirum opes diligit, & nullo modo sustinet bonis temporalibus spoliari, & horrida paupertate vestiri. Tu autem si iustus es, diues es, non his diuitiis fallacibus, quas tinea corrodit, sed illis veris, & sempiternis, quas numquam (modò tu velis) tempus exedet. Opes tuæ sunt charitas, cordis puritas, mentis humilitas, sobrietas, paupertas spiritus, mansuetudo, & virtutes reliquæ. An charitas non est aurum hoc auro, quod seculares avidissimè quærunt, longè pretiosius. An cordis puritas non est argentum hoc argento corporeo multo splendidius? An virtutes aliæ non sunt gemmæ, & lapides pretiosi his gemmis, & lapillis, quæ terra, marique gignuntur sine vili comparatione pulchriores. Timebis ergo peccare ex amore istarum opum, ex amore virtutis, ne ei iniuriam inferas, ne eius decorem amittas. Timebis peccatum inuidiæ, ne perdas aurum charitatis, peccatum lasciuix etiam minimum, ne inficias argentum puritatis, peccatum superbiæ, aut alterius vitij, ne humilitatis gemmam, aut aliarum virtutum splendorem inficias. Hic videtur fuisse affectus Pauli, hic timor sanctus eius, quando clamabat: *Quis nos separabit à charitate Christi?* Tanti æstimo aurum charitatis, vinculum dilectionis, quo Christo coniungor, vt propter illud nec tribulatione vincar, nec angustia, nec fame, nec gladio, nec aliis aduersis ab illo separer, nec vllis imminentibus malis succumbam. Nec immeritò diximus, hanc vocem esse

Roman.

8.35.

sancti

sancti
Paulus
vox ca
mundiSi
patre f
illum
Is max
suo pa
pœnan
laturu
tu sim
Pater e
mè dil
Patrem
tem an
minim
fugias
omnia
ris tim
mos fo
nus hu
charit
cius)
datus
moren
non pe
sed an
indulg
vel an
rissimo
ra, ne
midat

sancti timoris; nam & vox amoris est, quatenus Paulus Christo vult inseparabiliter adherere, & vox casti timoris, quatenus plusquam omnia mundi aduersa veretur, à Christo seiungi.

Sit tandem filius dilectissimus, qui scit se à patre suo tenerrimè diligi, & vicem rependens illum quoque tenerrimè, & fidelissimè diligit. Is maximè timet facere, aut dicere aliquid quod suo patri displiceat: non quidem ob aliquam pœnam, neque enim ignorat patrem dissimulaturum, sed ne in patris incurrat offensam. Et tu similiter, ô frater, cum Domino te geres. Ipse Pater est, tu verò filius. Esto filius, qui tenerrimè diligi merearis, esto filius fidelis, qui Deum Patrem tuum ardentissimè diligas. Ex hoc autem amore timor sanctus filij procedat, vt vel minima peccata, & minimas imperfectiones fugias, non ob aliud, nisi ne Patrem super omnia dilectum offendas. Si hunc in te experiaris timorem, scito te ad Dei gloriam non minimos fecisse in virtute progressus. Vnde Cassianus hunc sanctam timorem filium esse perfectæ charitatis ostendit: [Quisquis igitur, (do verba eius) in huius fuerit charitatis perfectione fundatus, necesse est vt ad illum sublimiorem timorem gradu excellentiore conscendat, quem non pœnarum terror, non cupido præmiorum, sed amoris generat magnitudo, quo vel filius indulgentissimum patrem, vel frater fratrem, vel amicum amicus, vel coniugem coniux sincerissimo reueretur affectu; dum eius non verbera, neque conuitia, sed vel tenuem amoris formidat offensam, atque in omnibus non solum

Coll. 11.
cap. 13.

actibus, verùm verbis attonita semper pietate distenditur, ne erga se quantulumcumque feruor dilectionis illius intepefeat.] Hic ergò timor amantium est, & perfectè amantium, qui ex amore pœnam non timent, sed amato displicere, & minùs ab eo amari formidant.

Concedo ergo tibi, vt timeas Dominum, quia nescis an odio, an amore dignus sis. Vt timeas, quia postquam corpus occiderit, potest animam mittere in gehennam. Vt timeas, quia incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius, & nescis, quid de te futurum sit. Vt timeas, ne in infernam eas. Vt timeas, ne gloriam amittas; nam hic timor bonus est, & ab authore bonorum profectus. At si tibi incessit perfecti

*Propria
munia.*

amoris cupido, time Dominum, ne immunditia peccati sordeas, ne virtutis decorem perdas, ne in diuinam offensam incurras. Time, ne ab illo separeris, in quo omne bonum est, & à quo separatus omne malum, & omnem miseriam tibi accerses. Time magna peccata, quia à Deo separant, time quoque leuia peccata, & minimas imperfectiones, quia ad casum in graues offensas præparant. Dilige Dominum, & ex amore metue,

*Lib 5 de
confid.*

Cant. 3.

A natiu.

rali dif-

fert, quod

animam

hic reddi

imbecil-

lam, for-

sem ille.

ne ab illo quem vnice diligis per peccatum separeris. His duobus affectibus teneri vult Deus. [Nam timore, & amore affecta anima, inquit Bernardus, velut quibusdam duobus brachiis suis comprehendit, amplectitur, stringit, tenet, & ait: Tenui eum nec dimittam.] Si autem Deum teneris, quidnam aliud possidere cupies.

Rogo te, hunc timorem ne timeas quasi tristitiæ, & anxietati coniunctum. Est enim eius,

atque

atque
animar
[Tener
obsep
& vire
pugna
In timo
minum
ipse est
nem pu
expulit
Ad qu
[Nem
cilli sit
tem, au
omnia
iudicat
sa non
ris opu
turque
in quib
menta
bus ho
bestiar
rit. Ha
nes feli
tu pert
prouin
mum p
tur. At
tus De
Nat
castus a

atque timoris naturalis diuersa natura, hic reddit animam imbecillam, ille fortem. Vnde Cyrillus: [Tenendum est, animam Dei timore velut muro obseptā fortem esse, & quodammodo inuictam, & vires eorum, qui manus cum ea conferunt, expugnare.] Ille desperationis, hic fiducia plenam. *In timore enim fiducia fortitudinis: & qui timet Deum, nihil trepidabit, & non pauebit, quoniam ipse est spes eius.* Ille animæ impatientiæ occasionem præbuit; iste verò & timorem mundantum expulit, & inuictam tolerantiam prærogauit. Ad quod pulcherrima sunt verba Lactantij: [Nemo dubitat, inquit, quin timidi, & imbecilli sit animi, aut dolorem metuere, aut egestatem, aut exilium, aut carcerem, aut mortem, quæ omnia quisquis non exhorruerit, fortissimus indicatur. Qui autem Deum metuit, illa vniuersa non metuit. Ad quod probandum argumentis opus non est: spectatæ sunt enim, spectanturque adhuc per orbem pœnæ cultorum Dei, in quibus excrucians noua, & inuisitata tormenta excogitata sunt. Nam de mortis generibus horret animus recordari, cum immanium bestiarum ultra ipsam mortem carnificina saue- rit. Has tamen execrabiles corporum lacerationes felix, atque inuicta patientia sine vlllo gemitu pertulit. Hæc virtus omnibus populis, atque prouinciis, & ipsis tortoribus miraculum maximum præbuit, cum patientiâ crudelitas vinceretur. At qui hanc virtutem nihil aliud, quàm metus Dei fecit.] Sic ille.

Naturalis timor in animam tristitiam infert, castus autē Dei timor exultationē atq; lætitiā.

Lib. 2. in
Isaiam.

Prou. 14.
26.

Eccli.
34 16.

Lib. 6.
de vero
cult. cap.
17. ha-
bet. pag.
483.

Natura-
lis tristi-
tiam, cas-
tus ex-
ultatio-
nem in-
fert.

Psalm.
85. 11.
Eccli. 1.
11.

Latetur cor meum, inquit sanctus David, *ut timeat nomen tuum.* Et Ecclesiasticus: *Timor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis.* Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiã, & gaudium, & longitudinem dierum. Quare gloria? Quia homini decorem affert. Quare gloriatio? Quia occasionẽ præbet in Domino gloriandi. Quare lætitiã? Quia est gaudij, & lætitiæ causa. Quare corona exultationis? Quia veluti fertum nos exultatione cingit. Hic purissima voluptate afficiet cor, & vitam in longum protrahet, quoniam tristitiã dies vite auferentem expellet. [Deum, sicut oportet, timens, verba sunt Chrysostomi, & in ipso confidens, voluptatis radicem lucratus est, & omnem habet lætitiæ fontem. Et sicut in mare decidens immensum scintilla exigua facilè extinguitur; sic quantacumque Deum timenti illidentur, velut in vastum lætitiæ pelagus incidentia, extinguuntur, & pereunt.] Timebis ergo Dominum Deum tuum, ut fortis aduersus demonis insultus efficiaris, ut sancta quadam fiducia replearis, ut per aduersorum tolerantiam meritis augearis, atque ut verissimo gaudio, & exultatione ad vias Domini currendas dilaberis.

Primitiæ ad perfectionem timoris consecratur ad medium, consideratio maiestatis Dei.

Media nunc ad timorem Domini generandum, custodiendum, & augendum excipe. I. Medium est consideratio maiestatis Dei, & intenta ipsius timoris postulatio. Si consideres, quia Deus est substantia infinita, Rex regum, ac Dominus dominantium, qui lucem habitat inaccessibilem, & solus habet immortalitatem.

Cuius

Cuius
ineffab
ac Dor
gulis n
a mu
adest,
respici
maiest
dis pos
carnes
enim tu
quod t
2. T
cati. C
res, ne
dum p
mis, qu
More n
teseru
prum e
cati. V
precib
bilis, &
Itaque
peccat
miser e
3. T
dinis,
dilecti
iniuria
verò v
tua, &
amato

Cuius sapientia est incomprehensibilis, bonitas ineffabilis, potestas incogitabilis. Ipse est Deus, ac Dominus tuus, Pastor, ac Pater tuus. Ipse singulis momentis innumeris te beneficiis afficit, & à multis malis periculisq; defendit. Ipse præsens adest, & omnia exteriora tua, atque interiora respicit. Si hæc cogites, timebis utique tantæ maiestati in aliquo contraire, & ad eam David postulationem incitaberis: *Confige timore tuo* Psal 118.
carnes meas, & concupiscentias meas: à mandatis 120.
enim tuis timui. Satis est, ut ego peccata fugiam, quòd tu ea fugienda præcipias.

2. Timorem infert consideratio malitiæ peccati. Certè cum dracone, aut aspide non dormires, neque in lecto tuo animal aliquod immundum patereris. Quomodo peccato iunctus dormis, quo nihil immundius est, nihil pestilentius. More mæcipij homini vilissimo seruire times, & te seruum esse peccati non times? An nescis scriptum esse, quòd *qui facit peccatum, seruum est peccati.* Malitia peccati.
 Venenum, quod te statim perimat, nullis precibus bibere sustinebis, & factus abominabilis, & inutilis, bibis, ut aquam, iniquitatem? Ioan. 8. 34.
 Itaque malitia peccati timorem incutiat, & à peccato te retrahat, quòd à Deo seiungeris, & miser efficeris.

3. Timoris est causa consideratio pulchritudinis, & pretij virtutis. Timet sponsus sponsam dilectissimam, & pulcherrimam perdere, aut ei iniuriam inferre, aut contumelia lædere. Tu verò virtutem amasti, & exquisisti à iuuentute tua, & quasiuisti eam in sponsam assumere, & amator factus es formæ illius. Pulchritudinis, & pretij virtutis.
 Cuius

870 *De vita religiosè instituenda,*
hanc per peccatum à te abiicere, & dato repudij
libello à domo tuo pellerè, aut per imperfectiones
tuas ad tristitiam prouocare? Hæc si attentè
consideres, ad sanctum timorem incitaberis.

C A P V T I V.

De zelo honoris Dei.

Psal. 18.
comm.

18.

*Zelus est
affectus
quo noxia ab
amato re-
pellimus,
eiusque
bonū ser-
uare cu-
ramus.*

*Duplex
est à cha-
ritate pro-
fluens.*

1. 2. quæ.

38. art.

4.

Serm.
57. in
Cant.

ZELVS, authore Augustino, ab amore pro-
cedit, & inde vetus parœmia ortum habuit:
Qui non zelat, non amat. Est autem affectus il-
le, quo noxia ab amato repellimus, eiusque bo-
num tueri, & seruare curamus. Itaque cogitatio
præsentiæ Dei, ac tantæ pulchritudinis recorda-
tio amorem parit, amor verò filialem timorem,
& sponsæ zelum gignit; sicut autem duplex est
actus amoris, seu charitatis, alter, quo Deum, al-
ter, quo proximum propter Deum diligimus. Ita
duplex est affectus zeli, vt Thomas Aquinas in-
nuit, alter, quo Dei offensis nos opponimus, &
alter, quo propter Deum ab animabus proximo-
rum nostrorum verà mala, scilicet peccata, re-
mouere contendimus. Et quidem vterque zelus
quodammodo ad Deum pertinet: quia in tantum
pro animabus zelamus, quatenus eas Dei imagi-
nes, ac Dei opes esse animaduertimus. Atque ex
ardenti, & perfecto amore Dei, zelum animarum
prodire certissimum est. Quod confirmat Ber-
nardi sententia: [Hoc vera, & casta contempla-
tio habet, vt mentem, quam diuino igne vehè-
menter succenderit, tanto interdum repleat ze-
lo,

lo, & c
ter dil
dio pr
Tu
arder
esse D
tuum
lecti,
sponse
nore,
Iudæi
Eum p
ti iust
fecti
postea
periu
& cog
tenda
pro o
lorem
Phine
fodit
diuin
mul c
dauit.
zelo
obfist
res su
Ch
lum,
lit. I
temple
gnati

lo, & desiderio adquirendi Deo, qui eum similiter diligant, vt otium contemplationis pro studio prædicationis libentissimè intermittat.

Tu ergo qui Deum diligis, zelo honoris eius ardere conaberis. Serio tecum cogita, Deum esse Dominum tuum, patrem tuum, & sponsum tuum, & imitare zelum serui fidelis, & filij dilecti, & sponsæ, quæ totum suum amorem in sponso collocavit. Hunc Deum tuum omni honore, & amore dignissimum infideles ignorant, Iudæi subsannant, hæretici contemptui habent. Eum peccatores plurimis iniuriis afficiunt, multi iusti ei tepidè, & oscitanter seruiunt, & perfecti quoque non semel aliqua faciunt, quæ postea oculis domini inuisa, & displicentia reperiunt. An tu, qui hæc vides, qui hæc animo & cogitatione voluis, non laborabis pro auerenda iniuria, & curando honore sponsi tui? & pro offensis in eum irrogatis non intimum dolorem concipies? Maximè placuit Deo *zelus Phinees*, quo transgressorem legis pugione confodit, & *zelus Mathathia*, quo hostem legis diuinæ cogentem immolare Diis alienis simul cum eo, qui immolabat, iuxta aram trucidauit. Et tu similiter placebis, si consimili zelo succensus peccata destruas, peccatoribus obstitas, & pro honore Domini honestos labores suscipias.

Christus saluator tuus exemplo suo ad zelum, sicut & ad alias virtutes sectandas impellit. Ipse namque *videns ementes, ac vendentes in templo, facto flagello de funiculis, eos cum indignatione expulit, & mensas numulariorum subuertit.*

Deus, vt Dominus, Pater, & sponsum, suspiciens, vt zelo honoris eius homo inardescat.

Num. 25.7.
1. Machab. 2. 24.

Christi exemplum.

Ioan. 3.
17.

Psal. 68.

10.

*Templum
spiritale,
homo.*

Ioel. 2.

18.

Zachariae 8. 2.

Hom. 52. in Acta.

*Seipsum,
aut si solus
in mundo
esset, con-
templatur.*

Hoc autem fuisse opus zeli honoris diuini ipse Euangelista testatur. Recordati sunt verò discipuli eius, ait, quia scriptum est: *Zelus domus tua comedit me.* Sicut ergo alias Domini virtutes, ita & hanc imitari contende. Templum eius spirituale, quod tu ipse es, prophanatum est. Quot vanis cogitationibus fœdatum, quot inanibus & terrenis desideriis oppletum. In eo creuerunt spinæ superfluarum curarum, tribuli vitiorum, vitiæ inordinatorum affectuum. Id ipsum, quod in te inuenis, in aliis quoque animabus inuenies. An de hac strage templi Domini, ac de eius gloria, (quod ad nos attinet) imminuta, non intimo dolore repleberis? non eam in te, & aliis promouere conaberis? non ad honorem Dei, te & alios à contaminatione purgabis? Dominus ipse, in quem dolor, & mutatio non cadit, dicitur pro tuo bono quasi zelo commoueri. Num *Zelatus est Dominus terram suam.* Et iterum: *Zelatus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam.* Quare tu, qui vermiculus es exiguus, zelum gloriæ eius abiicies, & iustum pro peccatis in eum admissis dolorem à te repelles?

Sancti omnes ac viri perfecti hoc zelo gloriæ Domini affecti sunt, quos Chrysostomus describens ait: [Qui igne Christi captus fuerit, talis fit, qualis esset homo solus super terram habitans, ad eò nihil curæ est ei gloria, & ignominia. Tentationes autem sic contemnit, & flagella, & carceres, quasi in alieno corpore pateretur, vel quemadmodum, si adamantinum possideret corpus. Quæ autem suauia sunt in hac vita, ita videt, & non sentit, sicut nos ipsi mortui cor-

porz

pora
ma n
illos a
fectio
re,
rum
oratio
cis, &
esses,
tus te
non h
illa d
posse
Deo p
riam
Ze
cebis
poste
prom
conte
quo
amor
tural
quæ
stis, c
à te
derel
infici
eius
tepid
ctus,
sunt
deino

pora mortua. Et sicut muscæ in medium flammæ non incidunt, sed fugiunt; ita affectiones illos accedere non audent.] Si ergo viam perfectionis ingressus es, sanctorum vestigiis inhære, ita zelo gloriæ Dei te subde, vt his zelosorum qualitatibus perficiaris. Sic Deo asta in oratione, in Missæ sacrificio, in horis canonicis, & in aliis deuotionis operibus, ac si solus esses, & à nullo aspicereris. Sic ad malum incitatus te ostende, ac si corpus passioni obnoxium non haberes. Sic commodis huius vitæ illectus illa despice, quasi oblectamenta sentire non posses. Vnum curato, ad vnum contendito, vt Deo placeas, & in te, ac in aliis eius solam gloriam exquiras.

Zelum autem hunc gloriæ Domini ita exercebis, vt primò, ac præcipuè in temetipso, & postea in aliis hanc eandem Domini gloriam promouere nitaris. Præposterus enim est ordo te contempto salutis aliorum curam suscipere. In quo sanè non tam Dei beneplacitum, quàm tui amorem aut commodum, aut propensionis naturalis opus videris exquirere. Nam si Deum quæris, si eius gloriæ, & honoris zelator existis, cur tuam propriam perfectionem, quam ipse à te primo loco exigit, pro aliorum profectu derelinquis? Aut cur, vt alios mundes, teipsum inficis, & vt aliorum salutem lucreris, contra eius præceptum teipsum perdere, & in pelagus tepidæ vitæ conicere minimè formidas? [Re-

*Eniten-
dum illi
prius in
se, in aliis
postea,
Dei glo-
riam pro-
mouere.*

*De vita
solit.
cap. 4.*

ctus, & commendabilis zeli iste est ordo, verba sunt Laurentij Iustiniani, vt quisque prius se, deinde corripiat ceteros. Si verò alios corri-

pias, alios emendes, & tui correptionem, & emendationem negligas, rectum zeli ordinem prætermisisse conuinceris.]

Vide, quid idem S. Pater zelatoribus veris attribuat: [Spirituales, inquit, de quibus loquimur viri, tamquam munditiæ zelatores, amatores virtutum, & strenuissimi bellatores, obseruant suarum primordia cogitationum, vt intelligant earum qualitates, & causas, quatenus totum peccati corpus in suo ortu tenerrimum, spiritualis disciplinæ macrone transfodiant, priusquam adolescat, & ad maturam delinquendi prouehatur ætatem.] Atque alio loco quasi hunc zeli ordinem exponens ita scribit: [Amator Dei, zelatorque virtutum continuò inimicatur sibi ipsi, corpus arerit laboribus, & ieiuniis, desiderijs carnalibus reluctatur, sensus coërcet à lenocinijs voluptatum, atque aduersùs aëreas infatigabiliter dimicat potestates. Vigilat quoque corde, ne seducatur à carne, quæ semper est procliuia ad facinus, germinatque concupiscentiarum spinas, & incontinentiæ tribulos. Temperantiæ denique virtute totam vitam suam componit, nihil indisciplinatum, nihilque inordinatum in sermone, in habitu, in moribus derelinquens.] Et statim: [Nam etsi coram Deo bona sibi sufficiat conscientia, vult tamen alijs in sua conuersatione lucere, tamquam lucerna super candelabrum in Ecclesia Dei se cognoscit expositum, vt se imitantibus virtutis exhibeat lumen. Quamobrem licet valeat abundare delicijs, atque saturitati ventris frena laxare, propriæ tamen salutis memor, aliorumque solici-

Lib. de
humilit.
cap. 6.

Veri zelatoris officia, & attributa.

De regimine
Prælati.
cap. 19.

tus, n
re inte
Dei,
mò tu
lum o
in ali
fi à t
efficac
ipius
lesact
his au
torum
Te
mos l
sce, in
prum
& spir
sidera
tum r
Deo e
sily I
occide
glori
mus
di pr
impe
tæ r
proxi
instin
tin, &
& co
omni
& o

tus, necessitati potius quàm voluptati satisfacere intendit.] Hæc ille. Primùm ergo, ô homo Dei, tui ipsius miserearis; deinde aliorum: primò tui, postea fratrum curam geres; primò zelum gloriæ Dei in te perficiendo, postmodum in aliis lucrands ostendes. Quos, crede mihi, si à teipso inceperis, multo meliùs, breuiùs, efficaciusque lucraberis. Ex cura namque tui ipsius feruorem concipies, feruore & ardore calefactus verba efficaciora & validiora depromes, his autem verbis, tamquam iaculis corda peccatorum dura, & proterua transfiges.

Te itaque Dei templum considera, & proximos similiter Dei templa, ac domos esse cognosce, in quibus ipse honorari vult, & laudari. Scriptum est enim: *Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis.* Ex hac autem consideratione affectum zeli concipe, & Eliæ spiritum indue, dicentis: *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia deliquerunt pactum tuum filij Israël, altaria tua destruxerunt, Prophetas tuos occiderunt gladio.* Accendatur in corde tuo zelus gloriæ Domini, & conseruandæ puritatis domus eius. Pactum, ac voluntatem eius custodi primùm tu, ac deinde, vt alij custodiant, impensè curato: quasi altare eius in intimo tuæ mentis erige, in quo ipse adoretur, & in proximis altaria Domini ædificare contendito: instinctus Domini ex defectu feruoris in te extinctos luge, atque ab aliis quoque abiectos, & contemptos defleto; atque vt à te, & ab omnibus laudetur, & honoretur, desideriis, & operibus curare haudquaquam omittito.

Ora

*Seipsum
proximosque, vt
Dei templa, consideret.*

1. Corinth. 3. 16.

3. Reg. 19. 14.

Oratione Deum in te, & in proximis magnificari postulabis, sancta conuersatione, & virtutis exemplis Dei sanctitatem manifestabis secundum vocationem tuam, & iuxta mensurant gratiæ tibi datæ pro Dei gloria laborabis, & in his vsque ad extremum spiritum fortiter, alacriterque persistes.

*Zelo suo
homo
Dei zelum
sibi
promeretur.*

4. Reg.
19. 30.

Si hunc zelum gloriæ Dei obtinueris, Deus ipse zelum, quo te protegit, & in omni bono prouehit, omnibus notum faciet, & illa libri Regum benedictione cumulabit. *Quicumque reliquum fuerit de domo Iuda, mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum.* De Ierusalem quippe egredientur reliquiæ, & quod saluetur de monte Sion: zelus Domini exercituum faciet hoc. Quicumque, inquam, peccata fugerint, & insultus dæmonum superauerint, stabiles erunt, & firmi, & fructus virtutum facient non pœnitendos. Non excident illi, qui perfectionis statum arripuerint, sed saluabuntur, & à multis malis liberabuntur, qui fuerint in hoc monte Sion. Id autem faciet non virtus hominis, sed zelus Dei qui suos à malo eripere, & in omni bono seruare constituet. O ergo admirabile commercium! ô utilis contractus Deo quidem gloriosus, nobis autem utilitatis plenus, quo si zelum gloriæ Dei habuerimus, ipse zelum nostræ perfectionis habebit! si eius honorem quaesierimus, ipse nos vero honore afficiet, iuxta illud: *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor ego eum coram Angelis Dei.* Si eius offensas repulerimus, mala à nobis ipse repellet.

Matth.
10. 32.
1. Mediū,
illius postulatione
perseuerans.

Iam media ad zelum hunc assequendum propono.

pono
ueran
enim
bent
ris vo
Dei a
[Er
Deus
chab
accep
chiel
rursu
Dei,
non i
hic sa
& ad
excite
sant,
sione
tiam
curan
pro fa
tu pa
te ma
2
hono
rent.
imbi
timus
videa
dum i
bori p
æstim

pono. 1. Postula à Domino instantèr, & perseveranter, vt zelo gloriæ suæ te repleat. Dona enim ab eo, cuius sunt, & in cuius potestate habentur, debêt postulari. Zelus autem in Scripturis vocatur donum Dei. *Emulor vos*, ait Paulus, *Dei emulatione*, siue Dei zelo. Et Augustinus: [Emulationem suo spiritu inspirat fidelibus Deus, amoris enim est, non liuoris.] Et in Machabæis: *Phinees pater noster zelando Zelum Dei accepit testamentum sacerdotij aterni*. Et ad Ezechielem Dominus: *Ponam zelum meum in te*. Et rursus: *Auferetur zelus meus à te*. An præsentia Dei, an amor Dei, an timor Dei, an cetera bona non sunt dona Dei? Vtique. Sed id habet zelus hic sanctus, vt in eo gradu, quo ad opus exeat, & ad labores, & aduersitates pro Deo ferendas excitet, non omnibus concedatur. Multi boni sunt, qui sua salute contenti de aliorum conversione non curant, aut saltem vsque ad sustinentiam incommoditatum, & aduersitatum non curant. Pete ergo à Christo Iesu, vt sicut ipse pro salute tua tot mala, & aduersa sustinuit, ita tu paratus sis pro gloria eius, & animarum salute mala, & aduersa tolerare.

2. In illorum te societatem insinua, qui zelo honoris Dei feruent, & animarum lucris inhærent. Mores eorum, quibus cum conuersamur, imbibimus, & sensim eorum opiniones admittimus, & actiones imitamur. Quamobrem, si videas socios tuos in Dei honorem promouendum incumbere, & vt hoc assequantur, nulli labori parcere; si audias eos quanta reuerentia, & æstimatione de diuino honore promouendo loquantur,

2. Corinth.

11. 2.
In Psal.
118. ser.
28.

1. Machab. 2.

54.
Ezech.
23; 25. &
16. 42.

2. Illis insinuari, qui illo videntur incallescere.

quantur, quanti valoris, & pretij animas esse fateantur, quàm ineffabilibus præmiis boni æmulatores cumulentur, tibi soli prodesse non ferēs, & gloriæ Dei, ac salutis animarum zelum concipies, & similibus operibus vacare gesties, vt tanti boni particeps efficiaris. Duo illa nos maximè mouent, vt scripsit eloquentiæ parens, similitudo, & exemplum. Addo ego horum duorum exemplum esse præcipuum; quoniam, dum ad imitationem mouet, similitudinem infert. Elige ergo viros in socios, siue in magistros, quorum vita in hoc impendatur, vt gloriā Dei ficiant, vt proximorum salutem esuriant, vt sancto zelo ardeant ex vera charitate profecto. Ab his autem (quod non semel vidi) ad zelum incitaberis, & ad honestas, & zelo dignas actiones moueberis.

Cio. 3.
de oratore.

3. Operibus, quæ gloriā Dei promouent, animas, que iuuant, inuigilare.

3. Operibus, quæ gloriā Dei promouent, & animas iuuant, licet corde minus feruido, quantum valueris, insiste. Ipsa exercitatio cor accendit, & paulatim zelo flammabit. Sicut enim cibus numquam gustatus principio quidem non auidè sumitur; at percepta eius suauitate auidissimè manducatur: sic postquam dulcedinem, quæ est in promouenda Dei gloria, gustaueris, sancto eius zelo, & ardentissimo desiderio succenderis. [Ne dicas, vt Gregorij verba subiiciam, admonere non sufficio, adhortari idoneus non sum, quantum potes, exhibe, ne malè seruatum talentum, quod acciperas, perdere exigaris.] *Qui audit, dicat: veni,* ait Ioannes Apostolus, vt qui intus diuinam inspirationem accipis, qua ad spiritualia lucrā vocaris,

Apoçal.
22.17.

vocar
studio
inciper
Dei,

L A
Lac
tio, &
re om
venera
hensu:
uinoru
enim n
amplifi
naturæ
buta,
insigni
laudati
prura
Domini
glorifica
dicine n
ramus h
Deo nos
pusilli
à nobis
occuper

vocaris, ei minimè respondere cuncteris. Huic studio te trade, huic negotiationi cælesti vacare incipe, cuius lucris, & deliciis illectus, zelo Dei, & gloriæ eius desiderii ardebis.

CAPVT V.

De laude Dei.

LAUS, siue laudatio Dei, est maiestatis eius Laus Dei, est magnitudo eius prædicationis. ac suarum diuinarum perfectionum enarratio, & prædicatio, vt magnitudo diuinæ naturæ omnibus innotescat, & ab eis cultum ac venerationem accipiat. Breuius, & comprehensius dixit Chryostomus: [Laus Dei est diuinorum miraculorum commendatio.] Laus enim nihil aliud est, quàm eius, quod laudatur, amplificatio.] Quotiescumque ergo diuinæ naturæ magnitudinem prædicamus, Dei attributa, & perfectiones extollimus, eius opera insignia, & mirabilia manifestamus, tunc Deo laudationem tribuimus. Ad quam nos Scriptura diuina sapissime hortatur. *Qui timetis Dominum, laudate eum; vniuersum semen Iacob glorificate eum. Iubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. Offeramus hostiam laudis semper Deo. Laudem dicite Deo nostro omnes serui eius, & qui timetis eum, pusilli & magni.* Et sic sunt alia multa, quæ à nobis exposcunt, vt semper Dei laudibus occupemur, & hoc præstantissimum virtutis religio

Proæmio 2. in Psal. Psal. 22. 24. Psal. 65. 2. Hebræ. 13. 15. Apocal. 19. 5.

Pfal. 33. religionis opus diligenter exerceamus. *Benedicam Dominum in omni tempore*, ait sanctus David, *semper laus eius in ore meo*. Nulla ergo debet esse diuinæ laudationis intermissio, nulla à Dei laude, & glorificatione cessatio, sed qui Deum omni tempore magnalium operatorem esse cognoscimus, semper absque vlla intermissione laudibus extollamus, sed hoc quânam ratione in hac vita mortali fieri poterit? Audi.

Est oris, cordis, & operis, ex quibus vna perfecta coactet. Triplex est laus Dei, vna fit ore, altera corde, tertia sanctæ conuersationis opere. Has tres laudationes Propheta regius vno versiculo comprehendit: *Euda anima mea Dominum: laudabo Dominum in vita mea: psallam Deo meo, quando fuero*. Primò meminit laudationis animæ, siue cordis, à qua debent aliæ procedere. Secundò, laudationis vitæ, siue operis, quæ illam primam perfecit. Tertio, laudationis oris, quæ primæ, ac secundæ quasi decorem inducit. Ex his autem tribus resultat laudatio perfecta. Vnde Laurentius Iustinianus sic scribit:

Serm. de Eucharist. longè post mediū. [Modis omnibus, & cuncta qua valet virtute iustus Deum se velle laudare fatetur, corde videlicet, voce, & moribus. Nouerat quippe vitam sine vocali benedictione, & exultatione cordis, & sonoram verborum laudationem absque mentis eleuatione, & conuersatione probata, atque interioris sacrificium laudis sine operibus sanctis, & oratione expressa minimè placere Altissimo. Hæc tria sibi coherent quasi funiculus indissolubilis.] Talis erat sponsæ laudatio obedientis sponso dicenti

dicer
ut sig
stus in
affect
ope
te est,
in fro
semp
semp
dem

La
uinor
extoll
nedict
dabili
bened
& sup
lia dic
verba
dum I
tentio
tum lo
tem ex
tissim
& affe
Quod
mus ce
Deum
sit acc
maxim
res hu
deuoti
bes, si
I. A

dicenti ipsi: *Pone me ut signaculum super cor tuum, Cant. 8. ut signaculum super brachium tuum.* Est enim Christus signaculum in corde, cum laudatur cordis affectu: est signaculum in brachio, cum laudatur opere, & verbo. [Signaculum Christus in fronte est, verba sunt Ambrosij, signaculum in corde: in fronte, ut semper confiteamur, in corde, ut semper diligamus, signaculum in brachio, ut semper operemur.] Hanc autem triplicem laudem nos exerceamus, ut sponsam imitemur.

Laus oris est, cum vocibus magnitudinem diuinorum operum, & diuinarum perfectionum extollimus. Ut cum hæc verba proferimus: *Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabilis, & gloriosus & superexaltatus in secula: & benedictum nomen gloriae tuae sanctum, & laudabile & superexaltatum in omnibus seculis:* vel alia similia dicimus. Lauda tu Deum ore, o vir Dei, & verba sacra, vel ab Ecclesia instituta ad laudandum Dominum tanta deuotione, & mentis attentione proferto, ut appareat, te non in ventum loqui, sed velle tuis verbis diuinam maiestatem extolli. Hic est cultus Dei ipsi Domino gratissimus, verbum laudis quasi deuotione illitum, & affectu reuerentiæ, & humilitatis ornatum. Quod his verbis significauit Lactantius: [Summus colendi Dei ritus est, ex ore iusti hominis ad Deum directa laudatio, quæ tamen ipsa, ut Deo sit accepta, humilitate, & timore, & deuotione maxima opus est.] Tu laudationi tuæ hos comites humilitatem, timorem siue reuerentiam, & deuotionem adiunge. Humilitatem in laude habes, si te peccatorem, & prorsus indignum, ut

I. Alvarez, de vita rel.

K k k

Dei

Laus oris, est vocibus diuinæ perfectiones extollere.

Daniel 3 52.

Deo gratissimus.

Lib. 6. cap vltimo

Humilitas, reuerentia, deuotio, ei comites adiungendi.

Lib. de Isaac, cap. 8.

Apocal.
4.10.

Dei laudes de promas, agnosceis: reuerentiã, si exterioriùs, & interioriùs sumã maiestati te subiicis: deuotionem, si promptè, & alacriter pensum diuinã confessionis exsoluis. Audi, quomodo illi viginti quatuor seniores Deo laudes decantabant, vt ipsos imiteris: *Procidebant ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es, Domine, accipere gloriam, & honorem, & virtutem.* Ante Deum cadere, reuerentiã est, viuentem adorare, humilitatis est, coronas ante thronum mittere, deuotionis est. Laus humilis non reiicitur ab eo, qui, cum excelsus sit, benignis oculis humilia respicit. Laus reuerentiã plena non repellitur ab eo, qui, vt verus Dominus, timorem ac reuerentiam exigit. Laus verò deuota cœlos penetrat, & ad illius Domini conspectum admittitur, qui puro ac pingui sacrificio placatur.

Laus cordis est, intellectu carentem Dei laudes euoluer, de eoque magnificè scribit Psalms. 44.1.

Laus cordis est, quando sine voce exteriori, intellectu, Dei laudes euoluimus, & magnificè de eo sentimus, & variis amoris ac deuotionis affectibus ei, vt summo bono, adhaerere conamur. Ad hunc modum laudationis Psaltes respexisse videtur, ita canens: *Eruclauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi.* Primò enim cor verbum illius Psalmi iucundum, ac lætitiã plenum germinauit, aut per modum fontis Dei laudes scaturientis effudit: postea verò vox verbum corde conceptum expressit, atque detexit. *Lauda & tu Deum corde, & intra te receptum magna opera Dei ad naturam, & gratiam, & gloriam pertinentia*

tinen
tolle
lebrat
tebor
nomen
magna
inferno
re, &
ob mi
magni
potest
carnis
non ce
dis: Z
laus ei
nam m
& dor
per lau
mus, o
ni, nec
ceps di
dit. Sa
pressa r
per in a
go De
pter eas
cum eff
fic ab o
mini lau
Laus
numqu
ninz la
bonoru

tinentia considera, & propter illa factorem ex-
 tolle, & eius magnificentiam apud teipsum ce-
 lebrare ac magnificare stude. Dicit illi: *Confitebor tibi Domine in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in aeternum. Quia misericordia tua magna est super me; & eruisi animam meam ex inferno inferiori.* Quod autem statuis, exequere, & assidue corde tuo Dominum lauda, & ob mirabilia erga omnes, atque erga te facta magnifica. Hæc laudatio affectus, & cordis Potest esse diuturnior. potest esse diuturnior, ita ut quamuis lingua carnis à laude Dei cesset, lingua tamen cordis non cesset, de qua intelligit Basilius illud Davidis: *Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo.* Cum enim dubitasset, quonam modo possit homo, qui manducat & bibit, & dormit, & de rebus humanis loquitur, semper laudare Deum, respondet: [Ad hoc dicimus, os esse quoddam spirituale hominis interni, nempe mentis, quo nutritur quisquis pater in ceps diuini fit Verbi, qui panis de cælo descendit. Sanè cogitatio, quæ de Deo est, semel impressa menti, potest laus Dei rectè appellari semper in anima existens.] Absque intermissione ergo Deum aspice, eius perfectiones euolue, propter eas eum dilige, & illi te submitte, & interius eum esse dignum omni adoratione confitere, & sic ab ore interioris hominis tui nunquam Domini laudatio discedat. Laus operis, est morum, acti- numque perfectio.

Laus operis est vitæ rectitudo, & morum, actio-
 numque perfectio. Optimum namque genus di-
 uinæ laudationis est, Deum initium omnium
 bonorum nostris bonis operibus laudabilem

ostendere, & sanctitate ab eo manente eius sanctitatem prædicare. An cæli suis motibus, suo ordine, & pulchritudine non laudant Deum? Vtique laudant: quod Propheta rex euidenter expressit: *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum.* Sua ergo vita,

Psal. 18.1.

In Psal. 144.

& suis moribus, & suis actibus homo laudet Deum. [Turpe enim fuerit, inquit Chrysostomus, ut homo, qui est compos rationis, & omnibus, quæ videntur, præstantior, sit creaturâ in Dei laudibus inferior: non solùm autem turpe, verùm etiam absurdum.] Lauda & tu Deum, ô homo, vitæ sanctitate, ac bonorum operum perfectione, ita viue, ut vniuersi, qui te viderint, aut vera de te audierint, ad Dei laudes excitentur. Id à te postulauit Saluator, cùm dixit: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.* Tu lucerna es à Domino ad aliorum illuminationem accensa, non in infimo loco, sed supra montem status religiosi posita, non sub modio curarum huius mundi, sed super candelabrum alicuius sacri ministerij collocata. Lux tua, vita tua, & conuersatio tua est. Sic hæc lux splendore operum bonorum luceat, sic alios illuminet, ut ad Dei laudem prouocentur, & quadam admiratione, ac stupore sanctitatis eius in te expressæ compleantur.

Matth. 5.17.

Omnia quæcumque cogitaueris, aut concipiueris, aut feceris, ex purissima intentione ad gloriam Dei facito, ea diligenter, & cum optimis circumstantiis exsequitor, vniuersos, qui te viderint adificare curato, sic efficieris perennis

nis
tion
à te
laud
ced
honor
ferti
bi, L
De il
tum
qui
rum.
bus
Psal
Dei.
inuer
ipfa
prop
H
laude
mod
per I
dere
huiu
vita
tent
Apos
tis st
vt fa
ritua
ad ie
vnde
quid

nis quædam Dei laus, quam ipse aliis oblationibus anteponet. Hanc oblationem præcipuè à te exigit Deus. *Immola*, inquit, *Deo sacrificium laudis*. Hoc sacrificio præ omnibus à nobis procedentibus honoratur. Nam: *sacrificium laudis honorificabit me*. Nam de illo, quod sola voce defertur, dicit Dominus: *Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum*. De isto verò, quod vitæ puritate sacratur, additum est: *Qui verò fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum*. Huic ergo laudi, quæ in bonis operibus sita est, illud præcipuè competit, quod Psaltes addit: *Et illic iter, quo ostendam illi salutare Dei*. Nam in hac laude operum (vt ita dicam) inuenitur iter, quo in salutem tendimus, aut ipsa est iter ipsum, per quod in sedes æternas properamus.

Hæc autem laus operum non tantum est laude vocis, & cordis diuturnior, verum & pro modulo nostro potest esse perpetua. Non semper Deum ore laudare, aut corde in eum tendere possumus, quandoquidem somno, & vitæ huius necessitatibus interpellamur, at opere, & vita semper eum laudare valemus. In quam sententiam Basilii sic scribit: [*Potest item iuxta Apostolicam adhortationem vir cuius pietatis studiosus cuncta facere ad Dei gloriam, ita vt facta, dictaque ipsius omnia, omnisque spiritalis operatio vim laudis habeant.*] Atque ad idem Augustinus: [*Suggero remedium, vnde tota die laudes Deum, si vis: quidquid egeris, bene age, & laudasti Deum.*]

Præcipua, qua à Deo exigitur, oblatio.
Psal. 49. 14.
Psal. 49. 23.
Matth. 7. 21.
Psal. 49. 23.
Potest esse perpetua.
Supra.
Ad Psal. 34. concio. 2. fine.

do cantas hymnum laudas Deum. Lingua tua quid agit, nisi laudet conscientia tua? Et quoties tu cessasti ab hymno cantando, discedis, vt reficiaris: noli inebriari, & laudasti Deum. Discedis, vt dormias, noli surgere ad malè faciendum, & laudasti Deum. Negotia agis, noli fraudem facere, & laudasti Deum. Agrum colis, noli litem mouere, & laudasti Deum. In innocentia operum præpara te ad laudandum Deum tota die.] Sic ille. Studium ergo tuum erit, (quod alio loco monuimus) vt sis in mundo, sicut sol. Vt sicut ille, ex quo oritur, illuminare non cessat, ita & tu vitæ bonis operibus, tamquam radiis, alios illuminare non desistas. Peto nihil amplius, quàm quod Paulus in Philippensibus laudat: *Inter quos luceris*, ait, *sicut luminaria in mundo*. In quocumque loco te homines aspiciant, siue in Ecclesia, siue in foro, siue in altari, siue in horto, semper hominem videant ita circumspectum, ita modestum, atque compositum, vt non aliud, quàm morum maturitatem discant, & ad Deum laudandum moueantur. Quæ media, aut indifferentia facis, vt manducare, & dormire tam pura intentione Deo placendi, & tanta simplicitate facito, vt hæc quoque in Dei laudem redundare noscantur. Sic Deum semper laudibus effers, imò & eius latus perennis efficeris.

1. *Memorandum, conscientie puritatis.*

Iam media subiicimus. I. Stude conscientie puritati, & te senties ad laudes Dei promendas incitari. Deus namque mundos elegit, qui eum laudibus honorarent. In natali eius Ange-

li De
fuit:
nibus
simpl
ipsu
præce
centes
venit
das
cat.
obrin
Dei l
dem
alloq
ta à L
dis m
ne, &
& cor
cœlest
ab An
habita
laudat
2.
dis ag
crum
blica
merito
nem i
præsta
ad Th
actus
ex præ
in orat

li Deo laudes cecinerunt, quorum canticum fuit: *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis.* In morte eius homines simplices, & à duplicitate peccatorum alieni ipsum laudibus extulerunt. *Turba autem quae precedebant, & quae sequebantur, clamabant dicentes: Hosanna filio David, benedictus, qui venit in nomine Domini.* Animas etiam mundas nunc ad laudes suas concinendas vocat. Unde secundum gradum puritatis, quem obtinueris, magis aut minus aptum te ad Dei laudationem inuenies. Et principio quidem scies meditari, vix autem poteris Deum alloqui. Postea procedente virtute scies multa à Deo postulare, ac deinde munditiae cordis maiores vires habente iubilo, & laudatione, & gratiarum actione os animae complebitur, & cor affectibus amoris ditabitur. Iam aliquid caelestis patriae gustabis, in qua Deus semper ab Angelis & sanctis laudatur. Nam *beati, qui habitant in domo tua, Domine, in secula seculorum laudabunt te.*

Lucæ 2.
14.Matth.
21. 9.Psalm.
83. 5.

2. Meritum, & dignitatem diuinæ laudis agnosce; nam sicut in temporalibus iudicium, & honor ad exercendum aliquod rei publicæ ministerium mouet, ita in spiritualibus meritum, & nobilitas operis ad eius exercitacionem inducet. Laus Dei actus est religionis præstantissimæ virtutis moralis, quæ proximè ad Theologicas virtutes accedit. Est autem actus huius virtutis, si non præcipuus, at vnus ex præcipuis, quem per totum orbem diffundi in oratione Dominica postulamus, cū dicimus:

2. Meriti,
& dignitatis
diuinæ
laudis
agnitio.

Lib. 2. de
fermo-
ne Do-
mini,
cap. 10.

Pfal. 68.
31.
32.

Basil. ad
Pfal. 28.
August.
ad Psal.
148.

3. Maie-
statis di-
uinae, &
beneficio-
rum ma-
gnitudi-
nis consi-
deratio.

Gratis-
rū actio,
est diui-
norum
beneficio-
rum me-
moriam,
& animi
pro eis
laudem,
& obse-
quium
offerre
volentis
affectio.

sanctificetur nomen tuum. [Non enim sic petimus, inquit Augustinus, quasi non sic sanctum nomen Dei, sed vt sanctum habeatur ab omnibus: id est, ita illis innotescat Deus, vt non existiment aliquid sanctius. Est Deo vniuersis antiquis sacrificiis acceptior. *Laudabo nomen Dei cum canico, & magnificabo eum in laude: Et placebit Deo super vitulum nouellum cornua producentem, & ungulas.* Est tandem opus Angelorum proprium, vt notat Basilus. Qui secundum Augustinum hoc p̄ceptum à Deo acceperunt, vt Deum sine cessatione laudarent. Imitare ergo nunc eos in laudatione Dei, cum quibus es in æternum victurus.

3. Considera immensam Dei maiestatem, & attributorum eius perfectionem, beneficiorum in te collatorum multitudinem, & donorum effusionem: creaturarum pulchritudinem, & ornatisissimam ipsarum dispositionem: tui ipsius naturam ad Dei imaginem factam, & mirabilem animæ, & corporis vnionem. His namque mirum in modum ad Dei cognitionem, & amorem prouocaberis, & ex cognitione, & amore ad Dei laudes allicieris.

CAPVT VI.

De gratiarum actione habenda ad Deum.

GRATIARVM actio, vel gratitudo erga Deum, est diuinorum beneficiorū memoria & æstimatio, & animi pro eis laudē, & obsequiū offerre

offer-
rum
cogni-
mi o-
dan-
bean-
& no-
per v-
affect-
rimu-
uisci-
& be-
con-
puta-
rebu-
liter-
don-
nee-
cuiu-
telli-
ficiu-
bis a-
tribi-
obse-
fert
vitu-
grat-
mus
quia
T
te fe-
& gr-
glor

offerre volentis affectio. Hæc tria vna gratiarum actione continentur. Primum, vt beneficia cognoscamus, eorum non obliuiscamur, & animi oculis, ac consideratione versemus. Secundam, vt beneficiorum magnam rationem habeamus, & ea magna esse tamquam à Deo data, & nos indignos esse putemus. Tertium, vt eis per verba gratitudinem sonantia, & per similes affectus, & per digna obsequia, quantum potuerimus, respondeamus. Qui beneficiorum obliuiscitur, ingratiſſimus est: qui non cognoscit, & beneficia sibi debita putat, stultiſſimus: qui consideratione non voluit, negligentissimus putandus est: qui non in re tanti momenti, sed in rebus nihili suam collocauit industriam. Similiter qui aliqua Dei beneficia parua putat, is nec donorum magnitudinem, nec sui exiguitatem, nec donorum vtilitatem, nec finem salutis suæ, cuius gratia dantur, intelligit. Nam si hæc intelligeret, vtique sciret, nullum esse Dei beneficium exiguum, qui in rebus exiguis suum nobis amorem quasi inuolutum, & absconditum tribuit. Denique, qui verbis, & desiderijs, & obsequijs gratias pro acceptis beneficijs non refert, pessimo vitio ingratiſſitudinis sordet. Quod vitium tunc profectò eliminamus, cum verba gratiarum actionem sonantia ex corde proferimus, & auctori bonorum exilia saltem obsequia nostra rependimus.

Tu ergo, ô homo Dei, gratus esto Deo, qui te fecit, qui te redemit, qui te plurimis naturæ, & gratiæ donis cumulauit, qui dona ineffabilia gloriæ tibi tribuenda in suo regno disposuit. [Si

*Nullum
Dei bene-
ficiũ ex-
iguum.*

*Gratitu-
dinis af-
fectum
plurima
illius be-
neficia ab
homine
exigunt.*

Scr. 14.
in Psal.
*Qui ha-
bitat.*

quis oculorum lumen, inquit Bernardus, si quis vsus aurium, si quis narium, si quis manuum, si quis pedem tibi præpeditum aliquomodo reparasse videretur, si quis sopitam quavis occasione excitasse in te rationem, quis non alius tibi vehementissimè succenseret, si quando forte beneficij huius immemorem, aut benefactori deprehendisset ingratum? Enimuero Dominus Deus tuus, ipsa etiam tibi instrumenta largitus ex nihilo fecit hæc omnia.] Hæc tibi dedit Deus, & innumera alia non solum naturæ, sed gratiæ dona, quæ intellectus cogitare, aut numerare non sufficit. Vide tu, quàm æquiuere intolerabilis ingratitude argueris, si tot ac tanta beneficia obliuioni tradas, & pro illis gratias non agas.

multat.
quod dicit
deus dicit
quod dicit

*Qua illa
sint.*

At pro quibus beneficiis, quomodo, & quando sum Deo gratias redditurus? Pro omnibus beneficiis gratias ages, non quidem ea sigillatim numerando, quia hoc est impossibile, sed ad quadam capita reducendo. Grates referes pro beneficiis naturæ, & gratiæ: pro spiritualibus, & temporalibus: pro generalibus, & specialiter tibi datis: pro euentibus prosperis, & aduersis: pro præteritis, præsentibus, & futuris: pro donis tibi datis, & pro donis fratribus, ac proximis concessis: pro beneficiis cognitis, & incognitis, pro occultis & manifestis, ac tandem pro beneficiis, quæ nobis voluntariis, aut inuitis sunt præstita. Gratus ergo eris pro beneficiis naturæ, vt quia Deus te creauit, quia in esse tam multis annis seruauit, quia tam speciali prouidentia guber

gub
mult
& v
titan
Gra
quia
clesi
quia
stiu
ratio
bus
occa
renti
la s
præ
par
collo
Grati
anim
corpu
tias
niam
deris
gus,
muni
Gr
lis ad
& ad
quia
coron
rum
etiam
re cre

gubernavit, quia ingenio, & iudicio, & aliis multis donis ditavit, quia necessaria ad victum, & vestitum, & utilia ad consolationem, & lætitiā attribuit, & à plurimis malis eripuit. Gratus eris pro beneficiis gratiæ, nimirum quia suo sanguine te redemit, quia te ad Ecclesiam, & sui veram cognitionem vocavit; quia (vt confidis) sua gratia, & amicitia vestiuit; quia virtutibus decoravit; quia inspirationibus, & libris, & magistris spiritualibus docuit; quia multiplices peccandi à te occasiones auertit, quia tua peccata, irreuerentias, & repiditates sustinuit; quia tua mala sæpe dissimulavit, & exigua bona magno præmio affectit; quia tempus ad merita comparanda concessit; quia in statu perfectionis collocavit; & quia te ad suam gloriam elegit. Gratias referes pro bonis spiritualibus, quia animam decorant: & pro temporalibus, quia corpus animæ habitaculum seruant. Gratias referes pro beneficiis generalibus; quoniam cum indignus sis, ab illis non excluderis: & pro specialibus, quoniam vt indigus, & imbecillus singularibus fomentis communiris.

Gratias ages pro rebus prosperis, quia illis ad amorem Dei cognoscendum incitaris, & ad bonum animaris; & pro rebus aduersis, quia probaris, aut castigaris, aut ad maiorem coronam accipiendam disponeris. [Christianorum propria virtus est, inquit Hieronymus, etiam in his, quæ aduersa putantur, gratias referre creatori. Qui sibi sanctiores videntur, solent

Deo

*Agenda
gratia
pro ad-
uersis,
& pro-
speris
In com.
epist. ad
Ephes. 5.*

Deo referre gratias, quòd de periculis vel miseris liberati sunt. Sed iuxta Apostolum hæc virtus est maxima, vt in ipsis periculis atque miseris Deo gratiæ referantur.] Et Chryostomus: [Gratias agere oportet non solum diuites, sed & pauperes: non tantum beneuolentes, sed & ægrotos: non tantum quibus ex voto, sed & quibus præter animi sententiam sinistrè cadunt omnia. Rebus enim prosperè habentibus gratias agere nihil in se habet præcipui.] Homines prudentia conspicui solent ludi magistro gratias agere, quòd ipsos pueros insolentes verberauerit, & in officio continuerit; ita & tu in aduersis Dei beneficia cognosce, & amara quasi flagella esse, quibus corrigeris, & in bono eruditus animaduerte. Ac pro his, quasi pro insignibus beneficiis, gratias referre ne desinas.

In com.
epist. ad
Rom.
hom. 2.

Pro beneficiis præteritis, præsentibus & futuris.
In ligno vitæ, de oratione cap. 7.

Insuper gratias ages pro beneficiis præteritis, præsentibus & futuris. Pro præteritis quidem; nam si pro præteritis gratias referas, futura recipies. [Nullum enim officium, vt Laurentius Iustinianus ait, referenda gratia magis necessarium, quia maiora meretur suscipere, qui collata bona de corde non probatur delere.] Et post pauca. [Nam iugiter sibi subuenire facit, cui impensum beneficium ante oculos semper assistit.] Pro præsentibus verò, vt ea non debita, sed dona gratis tibi data esse fatearis. Qui enim bona sine gratiarum actione recipit, opere ipso, & ingratitude sua, ea non donata, sed debita mentiens dicit. Pro futuris tandem, quia ad ea recipienda spem erigimus, & quasi sinum, qui ea capiat, expandimus, & Deum in erogandis bene

beneficiis perseuerantem esse fatemur. Cassianus certè pro his omnibus gratias agendas esse docet: [Quarto loco, inquit, gratiarum actiones ponuntur, quas mens vel cum præterita Dei recolit beneficia, vel cum præsentia contemplatur, seu cum in futurum quæ, & quanta præparauerit Deus his, qui diligunt eum, prospicit, per ineffabiles excessus Deo refert. Quæ etiam intentione nonnunquam preces vberiores emitti solent, dum illa, quæ reposita sunt in futuro, Sanctorum præmia purissimis oculis intuendo, ineffabiles Deo gratias cum immenso gaudio spiritus noster instigatur effundere. Vide Christum Dominum secundum hominem pro præteritis gratias agentem: *Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me.* Quia nimirum non solum nunc, quando pro suscitacione Lazari non ad necessitatem, sed ad hominum eruditionem oro, sed & semper, quotiescumque orauit, scio à te meam fuisse orationem exauditam. Vide pro præsentibus gratias referentem: *Acceptit ergo Iesus panes, & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus.* Gratias egit pro præsentibus panibus, & pro multiplicacione eorum, vt præsentibus saturaret, & nos ad fiduciam in eo habendam erudiret. Vide pro futuris gratiarum actionis sacrificium libantem: *Nam Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit.* Gratias enim egit Patri, vt Ecclesia explicat, pro mysterio Eucharistiæ statim à se faciendo, quo panem, & vinum benedixit, id est, in corpus, ac sanguinem suum transmutauit, atque conuertit. Tu ergo

Collat.
9. cap.
14.

Ioan.
11. 41.

Ioan.
6. 11.

1. Cor.
11. 24.

ergo ad imitationem Domini gratias ages, & pro his, quæ hæcenus recepisti, & pro his quoque, quæ vsque ad finem vitæ, & per totam æternitatem recipies. Hæc namque quodammodo iam accepta sunt, quia ab eo, qui non mutatur, ad tuam sunt sanctificationem, & beatitudinem præparata.

*Pro donis
fratribus,
alijsque
collatis.*

Item gratias ages non solum pro donis, quæ tibi à Domino donantur, sed & pro illis, quæ fratribus tuis, ac omnibus hominibus dari non dubitas. Id postulat charitatis lex; nam si diligis proximum sicut teipsum, de bonis eius gaudendum est tibi, & pro eis est tibi gratias agendum, sicut pro beneficiis tui ipsius. Et si amicus tuus est alter, tu & vniuersos, & amicos diligis, ne actionem gratiarum diuidas, dum pro te eas refers, & pro altero te easdem prætermittis.

1. Cor.

1. 5.

Paulus certè non præmittebat, sed pro beneficiis aliorum gratias referebat: *Gratias ago Deo meo semper pro vobis, in gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Iesu, quod in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia*

Rom. 1.
8.

Et: Gratias ago Deo meo per Iesum Christum in omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo. Sanè beneficia aliorum non solum fratrum, aut amicorum, aut eiusdem instituti, & vocationis, verùm & extraneorum à me gratis actis quasi exsoluenda sunt, quia mihi in illis data sunt. Si enim omnes vnum corpus sumus in Christo, sic vt facultas videndi oculis meis data, mihi data est, ita quodcumque beneficium proximo impensum, mihi quoque suo modo impensum est.

Denique

Denique gratias ages pro beneficiis cognitis, & incognitis. Multa Dei beneficia cognoscis, plurima ignoras. Hæc autem, quæ magna, & innumera sunt, non debent absque gratiarum actione præteriri. Gratias ages pro donis occultis, & manifestis. Pro illis, ne ab Angelis, pro istis, ne ab hominibus ingritudinis arguaris. Pro his, quæ voluntarius, & pro his, quæ inuitus recipis. Nam certum est, multa à Domino nobis inuitis elargiri, quæ putamus non conuenire nobis, & tamen conueniunt. Et cum vnum ex bona intentione precamur, & aliud recipimus, quis dubitet nos infcios meliora, & utiliora recipere?

Pro cognitis, & incognitis.

At quomodo gratias agam? Primò quidem verbis. Verba scilicet proferendo, quæ gratitudinem sonent, & beneficiorum memoriam, & æstimationem, & dantis magnitudinem ac nostram vilitatem atque indignitatem monstrant. De hoc modo gratiarum actionis sic ait Augustinus: [Quid dicam aliud, quàm gratias gratiæ ipsius Dei. Nos enim gratias agimus, non damus, nec reddimus, nec referimus, nec rependimus gratiam, sed tantum verbis agimus, retribuimus. Et Chryostomus: [Si vluerimus offerre aliquid Deo, quid amplius offerre possumus, quàm quantum verbis gratias referimus. Ea sanè, quæ ipse exhibet, opere præstat. Quàm autem impatiuntia sunt verba, & opera.] Ad hunc modum etiã pertinet, vt quoties de aliquo Dei dono loquimur, vt de beneficio vocationis, aut promotionis ad sacerdotium, aut de aliis similibus, magnificè de eis loquamur, & Dei in nos misericordiam,

Verbis, affectibus, & operibus.

Ad Psal. 88.

Hom. 26. in Genes.

ac nostram indignitatem prædicemus. Secundò, gratias ages affectibus. Nam mente tantùm, & conceptibus, ac affectibus internis poteris Deo pro donis tibi datis grates referre, & illum laudare atque diligere. Hunc modum gratiarum

Ephes. 5. actionis disces à Paulo, dicente: *Cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus.* Quibus verbis sicut ad hymnodiam, & laudem Dei internam, ita & ad internam gratiarum actionem hortatur. Quæ profectò fit, cum Dei beneficia cogitamus, cum ea ponderamus, & magni reputamus, cum Dei benignitatem admiramur, cum nos eius aspectu indignos ducimus, & in cordibus nostris ei gratias rependimus. Tertiò, gratias ages operibus. Non quidem quasi aliquid donans, quo Deus egeat, non quasi accepta beneficia repensans (quis enim nisi insanus id putet) sed quasi opere aliquo Deo oblato animi tui gratitudinem testatam faciens. Sic in veteri lege offerebantur hostiæ in gratiarum actionem. Sic nunc ad gratias Deo agendas Missæ aliquando sacrificium offerimus, & eleemosynas, aut precatio- nes aliquas, aut corporis afflictationes ad eundem finem libamus. Hæc autem gratiarum actio gratissima est Domino, qua affectus feruorem ostendimus, & quod nobis difficilius est (nos scilicet ipsos abnegare) in eius honorem facimus.

Semper desideris.

Psal. 70. 8.

Quando gratias agam? Gratias Deo vno ex his tribus modis, aut saltem desideris continuo age, & semper, quantum potueris, in gratiarum actione mane. Hoc erat desiderium Davidis:

Reple

*Reple
rosa a
nus a
In pr
cor
sem,
igno
cum
nè ef
cipis
men
quo
intel
lia, tu
quar
cipis
si sen
semp
respe
comp
tix e
speci
inter
pios
res. S
recip
latio
euen
nò de
anim
grati
Ex
das e
I.*

Repleatur os maum laude, vt cantem gloriam tuam: tota die magnitudinem tuam. Quo loco Augustinus ait: [Quid est tota die? Sine intermissione. In prosperis, quia consolaris, in aduersis, quia corrigis. Antequam essem, quia fecisti: cum essem, quia salutem dedisti: cum peccassem, quia ignouisti: cum conuersus essem, quia adiuuisti: cum perseuerassem, quia coronasti.] Æquum sane esset, vt qui omnibus momentis beneficia recipis, omnibus etiam, si fieri posset, pro eis immensas grates referres. Non est momentum, in quo non accipias à Deo esse vitam, sensum, & intelligentiam, & omnia alia bona tum naturalia, tum supernaturalia, quæ in te sunt. Si ergo quando ab aliquo homine actu beneficium recipis, statim illi gratias agis: ingratus eris Deo, si semper innumerabilia beneficia recipis, & non semper saltem desiderio illi gratiarum actione respondes. Istud autem desiderium ita actione complebis, si bis saltem in die tempore conscientie examinis pro beneficiis generalibus, & pro specialibus illius diei gratias Deo referas. Si cum inter diu Deum præsentem cogitas inter alios pios affectus, hunc gratiarum actionis sæpe iteres. Si cum aliquod nouum beneficium notabile recipis, vt aliquam internam lucem, aut consolationem, aliquem prosperum, aut aduersum euentum, vel quid simile, nouas grates referre nõ desinas. Sic pro possibilitate tua gratum Deo animum habes, & huic obligationi agendarum gratiarum satisfacis.

Excipe tunc media, quibus ad gratias agendas exciteris. i. Omnia, quæ tibi euenerint, siue

I. Aluarez de vita rel.

LII

prospe

Bis examinis tempore.

Quando beneficium aliquod notabile recipitur.

i. Medium, quæ unquam accidunt, Dei beneficia cogitare, etiam aduersa.

prospera, siue aduersa, siue amara, siue dulcia, cogita esse, quòd sunt, nimirum beneficia Dei, ab eius benignitate profecta, ad tuam salutem ordinata, vt tibi prosint, in basilica suæ misericordiae decreta. Hæc ita esse optimè Chrysostomus exposuit: [Deus æquè est laudandus, cum & punit, & à supplicio eximit, vtraque enim sunt curationis, vtraque sunt bonitatis. Homines quidem hoc faciunt propter bonitatem, illud verò propter iram, & improbitatem, Deus autem vtraque propter clementiam. Oportet ergo eum æquè laudare, & quòd posuerit Adam in paradiso, & quòd eum expulerit, & agere gratias non solùm pro regno, sed etiam pro gehenna: eam & fecit, & minatus est, vt à vitio liberaret. Sicut medicum non solùm nutrientem, sed etiam fame excruciantem, non solùm vngentem, sed etiam vrentem, & secantem obseruamus, & miramur, etsi enim contraria sint, quæ fiunt, vnum tamen finem respiciunt. Sic salutis temporalis, Deus verò æternæ.] Sic ille. Si ita cogitaueris, ipsamet consideratio tua te excitabit, vt pro omnibus gratias referas, & in amaris quoque numquam à Dei laude, & gratiarum actione desistas.

2. Tempus mentalis orationis in beneficiorum consideratione collocare. H. in Genes.

2. Tempus mentalis orationis certis saltem anni temporibus colloca in attenta consideratione magnitudinis, & multitudinis beneficiorum Dei. Quæ ex corde tuo, licet lapideum sit & saxeum, gratitudinis scintillas extorquebit. [Non obliuiscamur Dei beneficia in nos collocata, inquit Chrysostomus, sed semper ea in mente nostra versamus, vt ad con-

tinuam

tinua
comp
mum
vita
lis a
grati
conti
ta bo
induc
3.
Dei,
vt in
cepti
de, n
quera
tum,
ui ei,
iuria
cier q
frume
in tem
num
autem
onere
acturu
Deus
abund
tem r
accipi

tinuam gratiarum actionem mentem nostram compellant.] Præcipuè autem considera primum, ac maximum beneficium redemptionis, & vitæ, ac mortis Christi Iesu, eo fine, vt pro singulis articulis conuersationis, & passionis eius gratias agas, & te in memoria tanti beneficii continenter exerceas, & in stuporem tam infinitæ bonitatis, & laudis, ac gratitudinis affectum inducas.

3. Cura diligenter, vt bene vtaris beneficiis Dei, & ea in ipsius obsequium vertas. Sic fiet, vt indies maiora recipias, & ipsa donorum receptione ad gratias referendas accendaris. Vide, ne Dominus de te, sicut de plebe sua, conqueratur: *Et hæc nesciuit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicauit ei, & aurum quæ fecerunt Baal.* Certè si in iniuriam Domini eius beneficiis vsus fueris, faciet quod sequitur. *Idcirco conuertar, & sumam frumentum meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo, & liberabo lanam meam, & limum meum, quæ operiebant ignominiam eius.* Sic autem duriter castigatus non eris immunis ab onere agendarum gratiarum, quia gratias es acturus ob beneficium paupertatis tuæ, quia Deus te percutit ad sanitatem, & spoliat ad abundantiam, vt scilicet percussus ad mentem redeas, & beneficia eius ad bonum vsum accipias.

3. Dei
beneficiis
bene uti.

Osee 2.
8.

9.

CAPVT VII.

De resignatione in voluntate Dei.

RESIGNATIO est propriæ voluntatis derelictio, perfecta cum diuina voluntate consensio, & in omnibus, quæ acciderint, tum prosperis, tum aduersis, prompta, & læta ad beneplacitum diuinum subiectio. Est quædam nuditas voluntatis, qua in tempore, & æternitate homo nihil desiderat, nisi quod existimat, Deū velle ab eo desiderari; nihil amat, nisi quod putat, Deum velle ab eo amari; nihil detrectat, nisi quod coniectat, Deum velle ab eo refutari, reijci atque contemni. Est plena quædam ac perfecta obedientia, qua animus, Dei amator fidelis, quod Deus vult, eum velle amplexatur, quod Deus vult, eum nolle aspernatur, & quasi diuina voluntate vestitur. Huic amara à Deo immissa, sunt dulcia, & dulcia à Deo oblata, sunt amara, & vtilia & amabilia habet, quæcumque Deus de nobis statuerit. Hanc perfectam resignationem habuit B. Virgo, cum cognita Dei voluntate, ac modo eam exequendi dixit ad Angelum: *Esce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Habuit & Paulus cum vocatus à Domino dixit: *Domine, quid me vis facere?* Habent & illi, qui se ad diuinam voluntatem exequendam parant, & ea non cognita atque perspecta nihil facere, aut eligere tentant.

Tu ô frater, vt B. Virginem, & Paulum, & vi-

Resignatio est in omnibus perfecta, & alacris, cum diuina voluntate consensio.

Eius exemplum in B. Virgine, & gentium Apostolo. Lucæ 1. 38. Actor. 9. 6. Verissime se homo Deo debet offerre.

ros Apostolicos, & perfectos sequaris, relinque in manibus Dei tua, & te, committe & offer te Deo, & resigna te plenè in manibus eius, vt de te, ac de rebus tuis faciat, vt placitum fuerit in oculis suis. Dic sæpe voce: *Fiat voluntas tua*. Et non mea voluntas, sed tua fiat; sed malto magis beneplacitum Domini tua amplectere voluntate. Nam sæpe ore dicimus: *Fiat voluntas tua*, & proposito ac desiderio voluntati Domini reluctamur; nos verbo offerimus, & opere retinemus; sermone donamus, & actione Deo sua volenti accipere stultè resistimus. Tu non sic, sed scito, quia tu non tuus, sed Dei es; tua non tua, sed Dei sunt; ergo aliena Domino repugnante ne contrectes, quia furti in die examinis argueris. Esto coram Domino vt tabula penitus munda, in qua possit ipse, quidquid voluerit, depingere. Esto vt lutum in manu figuli; vt te formet, aut frangat, vt efformatum aut in sublimi loco, aut in imo constituat. Respicè tua, vitam, salutem, honorem, consolationem & reliqua, quæ possederis, non vt propria, sed vt commodata, & esto paratus ea reddere ei, qui liberaliter commodauit. Ipse diligit te in infinitum, plus quàm tu te. Debes ergo te in manu eius resignare, & paratum offerre, vt in tempore, & æternitate, quidquid voluerit, efficiat.

Non te amittes hac ratione donando te Deo, & penitus in suis te manibus resignando, imò sic teipsum lucraberis, ex pusillo magis efficieris, atque in melius mutaberis. Placet hoc historia à Seneca enarrata euidenter

Donando se,
non se
amittit,
sed lucratur.
Lib. I. de
benefic.
cap. 8.

explicare: [Socrati, inquit, cùm multa multi pro suis quisque facultatibus offerrent, Æschines pauper auditor, nihil, inquit, dignum te, quod dare tibi possim, inuenio, & hoc modo pauperem me esse sentio. Itaque dono tibi, quod vnum habeo, me ipsum. Hoc munus rogo, qualecumque est, boni consulas, cogitèsq̃ue alios, cùm multum tibi darent, plus sibi reliquisse. Cui Socrates: Quidni tu, inquit, mihi magnum munus dederis, nisi fortè paruo te æstimas? Habebo itaque curæ, vt te meliorem tibi reddam, quàm accepi.] O Domine Deus, Philosophus potest hominem sibi donatum meliorem facere, & tu, qui omnipotens es, & summè bonus, me, si tibi me dederò, non meliorem facies, & non auctum & perfectum restitues? Pudeat me, quòd Æschines rerum naturalium cognitionem accipiens Socrati se in pretium donat, & ego à te esse, & vitam, & salutem, & omnia, quæ habeo, largè recipiens, non me tibi in pretium dono. Qui tuus est, securus est, quà tuus: qui tibi se donat, vili pretio illi magno beneficio, quo tu pro eo te donasti, vtcumque satisfacit, quia dat omne, quod potest. Et qui tuæ voluntati suam subiicit, eam rectificat, & sinum expandit, in quo sublimia dona recipiat.

Psal. 61. Id videretur considerasse Dauid, quando canebat: *Nonne subiecta erit Deo anima mea: ab ipso enim salutare meum. Nam & ipse Deus meus, & salutaris meus: susceptor meus, non mouebor amplius.* Multis, inquit, aduersitatibus quatuor, multis malis & afflictionibus premor, verùm id mihi vilissimum est, vt Deo subiiciar, vt eius circa me iudi

iudic
riè a
mnit
refo
qu
ad m
dent
mod
get d
mali
fend
vmo
taria
ris, t
subc
rei f
Nati
dit, &
mur
fecti
abst
men
gnat
beat
pro
plio
laud
tas c
N
hil a
mor
spec
opti

indicia, non solum patienter, verum & voluntarie ac libenter amplectar. An ignoro, quia in omnibus, quae mihi accidunt, ipse ad meum bonum respicit, meamque salutem operatur? An ignoro, quod ipse Deus meus est, qui mei, & eorum, quae ad me pertinent, benignam & specialem providentiam habet. Quod ipse salus mea, qui, quomodocumque mea disponat, meam salutem auget & prouehit? Quod ipse protector meus, qui malis poenae seu aduersis a veris malis me defendit? Illius ergo voluntati me subdam, neque unquam ab hoc proposito subiectionis voluntariae dimouear. Itaque in omnibus, tum prosperis, tum aduersis, Dei sumus, atque eius voluntati subdamur, ut semper in melius mutemur. Huius rei sanctus Iob illustrissimum dedit exemplum. Nam & in prosperitate Dei voluntati se subdidit, & eidem in aduersitate subiecit. Audi animum multimodis malis attritam, & tamen perfectissime resignatum: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.* Et quidem per hanc resignationem miseris circumdatus non miser, sed beatus remansit. Quia, ut Augustinus annotauit, pro diuitiis temporalibus, quas amiserat, ampliores statim diuitias Deo se subiiciendi, & eum laudandi percepit, & postea res suas multiplicatas obtinuit.

Nos ergo in Dei voluntate resignando nihil amittimus, sed multum felicitatis assequimur, ut Deus nos in paternam quamdam, & specialem curam suscipiat. Quod Augustinus optime cognoscens, sic scribit: [Constanter Deo

Exemplo suo id Iobus manifestat.

Iob 1. 21.

In Psal. 68.

Pater a Deo cura sibi voluntaria subiectos iur.

1. Soliloq. cap. 25. 1010. 1.

crede, eique te totum committe, quantum potes. Noli esse velle quasi proprius, & in tua potestate, sed eius clementissimi, & vtilissimi Domini te seruum esse profiteri. Ita enim ad se subleuare non desinet, nihilque tibi euenire permittet, nisi quòd tibi profit, etiamsi nescias.] O fidelem promissionem, & omni acceptione dignam, quòd si nos relinquimus, à Dei bonitate suscipimur, & eius speciali prouidentia gubernamur. Te ipsum, o frater, quasi obliuioni trade, atque Dei voluntate te relinque, solùm id curato, vt ad eum respicias, & ipsius beneplacitum impleas. Aduersa, & prospera ab eo prouenientia æqualiter admittito, & ei in aliquo reluctari indignum putato. Sunt enim non pauci, qui more seruorum irreuerenter se habentium ad dominos, ne percutiantur virgæ domini manum obiciunt. Ne resistentiæ, & oppositæ voluntatis manum opponas, sine te à Domino percuti, quia te percutit vt saneris, tibi vulnus paruum infligit, vt à morte libereris. Vox tua sit: *Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper.* Quamuis dolorem sentias, quamuis vulneribus à Domino inflictis discrucieris, tamen cor paratum ad omnia mala sustinenda non deponas. Sequere Dominum saluatorem tuum, qui, vt voluntati Patris se submitteret, *corpus suum dedit percutientibus, & genas suas uellentibus; faciem suam non auertit ab increpantibus, & conspuentibus in eum.* O optimam resignationem, qua homo se ad amara & ignobilia propter Deum parat, & onus afflictionis sibi impositum non derectat.

Psal.
37. 18.

Isaia
50. 6.

In duobus ergo vera, & perfecta resignatio consistit. Primò, in admittendis, aut dimittendis, & in faciendis, aut non faciendis his, quæ Deus vult, vt admittamus, aut relinquamus, aut quæ vult, vt faciamus, aut non faciamus. Secundò, in sustinendis libenter his, quæ ipse vult, vt sustineamus & toleremus. Primam illam partem resignationis sic pulchrè describit Bernardus: [At verò subiectionem istam triplicem esse necesse est, vt, quod certum est Deum velle, id nos velimus omnino: & quod certum est eum nolle, similiter execremur & nos. Quod autem incertum est, vtrum velit, an nolit, neque velimus ex toto, neque penitus non velimus.] Et post aliqua: [Propterea rogo vos, fratres, diligenter attendite, quia nihil mihi occurrit, quod vtilius possitis audire. Vbi certa est Dei voluntas, omnino nostra sequatur, in his videlicet, de quibus certum aliquid in Scripturis inuenimus; aut ipse spiritus manifestè clamat in cordibus nostris quid sentiendum sit; vt est charitas, humilitas, castitas, obedientia. Hæc approbemus indubitanter, & appetamus, quæ placere Deo scimus. Sed & ea omnimodis odifese debemus, de quibus certum est, quod oderit ea Deus; vt est apostasia, fornicatio, iniquitas, impatientia. In his verò rebus de quibus nihil certi possumus inuenire, nihil certum voluntas nostra definiat, pendeat inter vtrumque, aut saltem neutri parti nimis inhæreat, cogitans semper, ne fortè altera pars Deo magis placeat, & parati simus voluntatem eius sequi, in quamcumque partem eam cognouerimus inclinari.]

Prima vera resignationis pars in admittendis, & non admittendis, faciendis, & non faciendis, quæ Deo placet, sita est.

Serm.

Quomodo voluntas nostra diuina voluntati subici debeat.

At in his, de quibus voluntas Dei nobis perspecta non est, semper erimus ancipites, & nihil exsequi audebimus? Haudquaquam. Sed, vt Bernardus postea docet, Superiorem consulemus, & quod ipse præscripserit, faciemus, certi quod facimus quæ in nostra potestate sunt, vt diuinam voluntatem exsequamur.

*In sustinendis
secunda,
cuius Tob
exempli
cum To-
bia.
Tobia
2. 13.*

Secundam resignationis partem docuit exemplo suo sanctus Iob, vt vidimus. Docuit & Tobias, qui magnis laboribus pressus, ac demum cæcitate percussus, *non est contristatus contra Deum, quod plaga cæcitatatis euenerit ei, sed immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ.* Ita ergo te subiicies voluntati Domini, vt etiam propter eum aduersa sustineas, & quamuis caro obmurmuret, ea tamen voluntate rationali gratanter admittas. Hoc enim est, quod subdit eo loco Bernardus: [Porro quod dixi, voluntatem suam diuinæ subiiciat voluntati, non de concupiscentiis desideriorum, non de affectionibus dico. Illud enim impossibile est, dum adhuc in hoc peccati corpore, in hoc corpore mortis anima detinetur. Quid enim esset aliud, quàm vita æterna, tota affectione diuinam in omnibus sequi voluntatem? Sed consensum nostrum necesse est diuinæ subiicere voluntati, si pacem æternam, & pacem desideramus habere præsentem.] In hac ergo subiictione est vera pax, quæ consensum Deo subiicit, & sensum appetitus maximè moderatur, & minuit. In hac est animæ nostræ perfectio Angelicos spiritus æmulantis, & impensè cupientis, vt, sicut voluntas Dei fit in cælo, ita & in
omni

omnibus impleatur in terra. Sed quæ media ad hanc resignationem conferent?

1. Cognosce Deum esse Dominum tuum, non quidem, sicut vnus homo dicitur Dominus alterius hominis, quoniam habet ius exigendi ab illo obsequia exteriora, sed altiori quodam modo, quo vniuersa Deo subdita esse noscuntur. Nam cum ipse nos ex nihilo fecerit, sua sunt omnia nostra opera exteriora, & omnia opera interiora, vt cogitationes, ac desideria, & suæ sunt nostræ vires, atque potentia, & sua est ipsa natura, atque substantia ex animo, corporeque compacta. Quid autem iustius, quam vt is, qui totus Dei est, eius voluntati subdatur? Si enim seruus potest iure domino suo repugnare, id esset, vel quia herus præcipit, quæ non conueniunt, aut quæ non decent. Deus autem semper vult, quæ conueniunt, quia sapientia est, quæ falli non potest; semper quæ decent, quoniam sanctitas est, in quem voluntas mali non cadit. Qua ergo fronte, ô serue male, & piger, tali Domino semper bona volenti resistes, & ei, qui te diligit, & tuum bonum curat, repugnabis?

2. Cognosce item, resignationem hanc esse opus perfectissimum, ac maximè meritum, quo homo se totum Deo tradit, & nihil non illi donatum ac consecratum relinquit. Si verò alia merita quæris, cur non hoc maximum meritum conquires. Conaberis igitur, vt ad summam perfectionem diuina gratia te erigas, & vt spiritibus beatis assimileris, tuam voluntatem diuinæ subiicere, &

1. *Mé-
dium,
Deum
Domi-
num cū-
clorum
contem-
plari.*

2. *Re-
signatio-
nem esse
opus per-
fectissi-
mum,
attentius
pertra-
ctare.*

quan

De orat.
Dom.

quantum potueris, appetitum repugnantem eadem voluntati conformare. Quod etiam ex sententia Cypriani in oratione Dominica postulamus, cum dicimus: *Fiat voluntas tua sicut in cælo, & in terra.* Fieri autem petimus voluntatem Dei, ut in cælo, & in terra, quod vtrumque ad consummationem nostræ voluntatis pertinet, & salutis. Nam cum corpus è terra, & spiritum possideamus è cælo, ipsi terra, & cælum sumus, & in vtroque, id est, corpore, & spiritu, ut Dei voluntas fiat, oramus. Est enim inter carnem, & spiritum colluctatio, & discordantibus aduersus se inuicem quotidiana congressio, ut non, quæ volumus, ipsa faciamus, dum spiritus cælestis, & diuina quærit, caro terrena, & secularia concupiscit: & ideo petimus impensè, inter duo ista ope, & auxilio Dei concordiam fieri, ut dum & spiritu, & carne voluntas Dei geritur, quæ per eum renata est, anima seruetur. Si autem in hoc sensu fieri in nobis voluntatem Dei fideliter petierimus, id eo modo, quo nobis expedierit, consequemur.

1. In affectu resignationis sese frequenter exerce.

3. Exerce te ipsum frequenter in hoc affectu resignationis, non tantum ea, quæ acciderint, siue prospera, siue aduersa, tamquam de manu Domini acceptando, verum & ut fiat in te diuina voluntas sæpe desiderando, & petendo. Ad quod utilis est deuotissima precatio Lanspergij, quæ sic habet:

Dulcis Iesu, Deus meus, si mihi dares optionem, & promitteres, quæcumque peterem, te daturum, non aliud, quam hoc peterem, & hoc

millies

millies
luntas
tuum i
fiat. A

O
Dor
operun
rum bo
tas sem
ac nob
ctorum
in mag
o Dom
deria n
quibus
tribuar
ream. I
fidei, &
Da, vt
ranter
omnen
mescan
tuæ, q
tuam ir
meum
tur iug
benefic
signatã
vt vnus
cælesti

millies millies iam peto, vt laudabilissima voluntas tua secundum optimum beneplacitum tuum in me, de me, & per me, & in omnibus fiat. Amen.

Oratio pro his septem erga Deum obtinendis.

Domine Deus omnipotens, Pater optime, operum mirabilium patrator, & origo cunctorum bonorum, quæ in nobis sunt, cuius voluntas semper bona est, semper sancta & benigna, ac nobis proficua: vellem sanè omnibus Sanctorum, & Angelorum affectibus te honorare, & in magnis, atque in minimis tibi placere. Vide, ó Domine, paruitatem meam, attende ad desideria mea, & indue me his septem virtutibus, quibus pro modulo meo tibi, quod debitum est, tribuam, & coram maiestate tua gratus appaream. Da mihi, quæso, vt in omnibus semper fidei, & sapientiæ oculis te reuerenter intuear. Da, vt te fidelissimè, ardentissimè, & perseueranter ceu Patrem diligam, & vt ex affectu filij omnem tuam offensam, vel leuissimam, pertimescam. Imple me zelo honoris, & gloriæ tuæ, qui mea interiora comedat, & ad gloriam tuam impensè curandam impellat. Sonet cor meum, & os meum laudem tuam, & occupetur iugiter in gratiarum actione pro omnibus beneficiis tuis. Concede tandem voluntatem resignatam, & in omnibus tuæ voluntati subiectam, vt vnus spiritus tecum factus, ad perfectam illam cælestis regionis vnionem perueniam. Amen.

CAPVT VIII.

De amore Pralatorum.

His explicatis, quibus erga Deum ordina-
mur, alia septem exponenda sunt, quorum
obseruatione Superioribus debita, Prælatisque
perfoluimus. Ac primò, ô homo Dei, diliges
Prælatos tuos; nam si bene illos, ac te inspicias,
ex vtraque parte non minimas diligendi ratio-
nes inuenies. Ipsi namque in terris gerunt vices
Dei, à quo omnis potestas, ac dominatio descen-
dit. Propterea in Scripturis appellati sunt dii,
quia Dei dominatum, ac dignitatem participant.
Verba sunt ipsius Dei, quibus illos alloquitur:
Ego dixi, dii estis, & filij Excelsi omnes, id est, ab
vno verò Deo aliorum principes constituti. Ac
Dominus in Euangelio: *Si illos dixit Deos, ad
quos sermo Dei factus est*, id est, quos reliquis præ-
fecit, & præsidēs aliorum constituit. Si Deum in
se diligis, & in Prælatis dilige, quia non tantum
vult & præcipit in se, sed in his diis, in his filiis
suis, & in Prælatis amari. *Qui enim dixit: Di-
lige proximum tuum sicut teipsum*, & in amore or-
dinem esse voluit, vtique mandat, vt illi, quos
loco sui præsidēs fecit, si cætera sint paria, aliis
in amore præferantur.

*Diligendi
Prælati
vt Dei in
terris vi-
ces geren-
tes.*

*Psal. 81.
6.
Ioan.
10. 35.*

*Christum
repräsen-
tant, in
quibus
inspicien-
dus, &
honoran-
dus.*

Prælati quoque Christum Saluatorem no-
bis repræsentant, in eis que Christum debes
agnoscere atque inspicere. Profectò vnusquis-
que eorum potest pro suo modulo de seipso di-
cere, quod Leo Papa in caput Ecclesiæ electus
pro

pronu
ille in
omniu
tarum
etiam
Si Chri
rari, in
exhibe
lutiore
Qui vos
Qui au
riter po
& qui
odio ha
habet, o
sicut ob
Christu
latis obe
tos in ip
diligi. I
pter mat
pter for
Prælatur
gis imag
cipatam
præcipit
ab ipso
da, & or
At sū
Prælati
Nam Pra
ait: [Opo
ne trans

pronuntiauit: [Ut in persona humilitatis meæ ille intelligatur, ille honoretur, in quo & omnium pastorum sollicitudo, cū commendarum sibi ouium custodia perseuerat, & cuius etiam dignitas in indigno hærede non deficit.]

Si Christus in Prælati debet intelligi & honorari, in illis quoque debet diligi, vt honor ipsis exhibitus ex eo, quod ab amore procedit, absolutior sit atque perfectior. Verbum Domini est:

Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Lucæ 20.16.

Qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me. Pariter posset dicere. Qui vos diligit, me diligit, & qui vos, quatenus Prælatos, auersatur & odio habet, me odio habet. Qui autem me odio habet, odit etiam eum, qui me misit. Quare? Quia sicut obedientia Prælato delata, aut negata, in Christū recidit, vult namque vt sibi ipsi in Prælati obediatur; ita amor, aut auersio erga Prælatos in ipsum tendit, quia etiam vult in præpositis diligi. Diligis tu Christi imaginem, non propter materiam, quia nimirum lignea est, sed propter formam, quia representatio Christi est. Prælatum autem non diliges, qui est Christi regis imago, non mortua, sed viua, qui eius participatam potestatem habet, qui nomine illius præcipit, qui velut quidam Christus in terris ab ipso Domino in sui locum substitutus agenda, & omittenda præscribit.

At suntne aliæ rationes, propter quas sint Prælati diligendi? Sunt quidem & plurimæ. Nam Prælati sunt patres. Vnde Chrysostomus ait: [Oporteret naturales patres affectu, & dilectione transcendere, qui pater est animarum; sed

*Varia Prælati-
rū officia
suis discipulorum
morem
suo iure
deposcunt.
In 2. ad
Timoth.
hom 2.*

&

& spirituales filios non segnus affici, quàm illi sibi necesse est. Sunt deinde matres, duces, pastores, magistri, consiliarij, medici, protectores, mediatores, & nullus ferè est, quem diligas, cuius munus non in Prælatis inuenias. Sunt patres, qui te paterno amore diligunt, & in Christo per Euangelicam doctrinam generant: sunt matres, qui te blandè, cum opus est fouent, & lacte verbi diuini nutriunt: sunt duces, qui viam cœli ostendunt, & in illam terram viuentium te verbo, & exemplo ducunt: sunt pastores, qui vberissima pascua spiritualium documentorum demonstrant, & ad aquas salutes sacramentorum te dirigunt: sunt magistri, qui ignorantiam depellunt, & dæmonis fallacias detegunt, & quid faciendum, quid omittendum sit, docent: sunt consiliarij, qui bona supererogationis suadent, & in dubiis consilia saniora proponunt: sunt medici, qui oleo benignitatis, & vino sanctæ seueritatis tuis ægritudinibus medentur: sunt protectores, qui oratione, & sollicita gubernatione te à multis periculis protegent: sunt mediatores, qui apud Dominum tuas partes agunt, quorum precibus, & desideriis ad te plurimè cœlis dona descendunt. Ipsi sunt vigilantes, nam vigilant super nos, quasi rationem pro animabus nostris reddituri: ipsi sunt economi, nam alimenta, & vestimenta cum magna charitatis significatione ministrant, & non sine magna solitudine quærunt, vt ministrent: ipsi denique sunt capita nostra, & nos quasi membra, à quibus periculosum est odio disiungi, aut minima auersione separari.

An
 amabis
 ducunt
 an ouis
 queris
 natione
 ris? an
 beris?
 cies? an
 cies? an
 inuilez
 persolu
 bus sub
 membr
 gi. Con
 subditu
 dilexit,
 sit, neq
 cupient
 Hinc ill
 gnissima
 hanc rem
 eum, qu
 rem sibi
 se bene
 Disce re
 ctionis
 benefaci
 exempla
 mam, &
 Tibi a
 est vtilis
 tia, tum
 l. 2

An igitur, tu filius patrem, & matrem non amabis? an ductus ductorem te à præcipitio abducentem, & ad viam reducentem non diliges? an ouis sollicitum pastorem amore non prosequeris? an discipulus magistrum pro tua illuminatione laborantem charitate non complecteris? an consilio eruditus consiliarium auerfaberis? an æger sapientem medicum non suspicies? an protectus defensorem à tuo corde reicias? an mediatorem odio, aut malevolentia tibi inutilem reddes. Ipsorum vigilantiam amore persolue, ipsorum diligentiam in tuis necessitatibus subleuandis, subiectione responde, & tu membrum quære tuo capiti dilectione coniungi. Confundat te Rex Dauid, qui quo tempore subditus erat, eoque Saullem sibi prælatum dilexit, vt de illo semper honorificè loquutus sit, neque illi se persequenti, & necem inferre cupienti minimam iniuriam irrogari permiserit. Hinc illa vox eius ad suos sanè admiratione dignissima: *Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Domino meo, vt mittam manum meam in eum, quia Christus Domini est.* Si Dauid superiorem sibi inimicum ita dilexit; amicum, & erga se beneficium, quanto putas amore foueret. Disce religiose, & Christi imitator, & perfectionis amator, Prælatos te amantes, & tibi benefacientes diligere ab eo, qui ante Christi exempla inspecta superiorem sibi infestissimam, & minas, ac cædes meditantem amauit. Tibi autem, ô vir Dei, amor hic Prælatorum est vtilissimus, tum ad adiumentum perseverantiam, tum ad iocunditatem obedientiam, tum ad

Dauid in
Saullem
sibi præla-
tum cha-
ritatis af-
fectibus
fereba-
tur.

4. Reg.
24.7.

Amor
Prælate-
rum sub-
ditis vti-
lissimus.

l. Alvarez, de vita rel. M m m me

*Ad adiu-
mentum
perseue-
rantia.*

Lib. 1. de
baptif.
con. Do-
natist.
cap. 11.
tom. 3.

Gradu
4. de ob-
dicent.

Roma.
8. 38.

meritum ac puritatem vitæ. In adiumentum quidem perseverantiæ; nam qui Patrem, id est, superiorem, diligit, ab eius domo, atque adeò à vocatione non discedit. Causa schismatis, id est, discessionis, ab unitate Ecclesiæ, authore Augustino, est odium fratrum, & causa discessionis à vocatione, & à religionis proposito (quod non semel vidi) est odium fratrum, ac præcipuè odium superiorum. Sicut enim à malo, quod odio habes, separaris, ita & ab ea congregatione, & ab his fratribus, & ab his Prælatiis, quos odio prosequeris, si potestas non denegetur, disiungeris. Quanti verò momenti sit amor Prælatorum ad perseverantiam, docuit Ioannes Climacus in hæc verba: [Anima, inquit, que propter Deum pastori fide & charitate deiuncta est, vsque ad sanguinem sustinens numquam recedet. Et maxime si antea ab ipso in suis vulneribus fuerit adiuta, solatioque, & beneficiis affecta, memor illius, qui dixit: *Neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque creatura ulla à charitate Christi nos separare poterit.* Que autem ita colligata, & solidata, agglutinataque non fuerit, mirum valde, si non frustra in loco moram facit.] Itaque subditus odio, & auersione à Prælato disiunctus, aut causam discessionis querit, aut frustra, hoc est, sine utilitate & profectu spiritus in loco moram facit. Quomodo enim proficiet, qui initium proficiendi, charitatem amisit. Licet autem auersio non procedat vsque ad destructionem charitatis, timenda est, quia maiora mala paruum principium habent, & auersi à Prælatiis suis, quos loco

Christi

Christi
nes dec

Erit o
cundita
mus ai
facit leg
cultaten
libenter
se trahit
pam an
hjs, fac
desidera
destruct
nem infi
& iucun
præcipia
ad obed
dus, qu
mibi Pa
decerno
rior: no
obedio.

pter ame
tiam per
bus victo
Erit ta
vitæ. Na
solum pa
ex ea ad
des. In t
eum fide
filio doc
eius, ad c

Christi delegerunt, in innumeras imperfectiones decident.

Erit quoque hic amor Prælatorum tibi in iucunditatem obedientiæ. [Nam, vt Chryso-
 mus ait, amor in legislatorem facilem & gratam
 facit legem, et si videatur aliquam habere diffi-
 cultatem.] Si ergo illum amaueris, ei profecto
 libenter obedies. Amor omnes alios affectus post
 se trahit, & in bonum amati conuertit. Si quem-
 piam amaueris, facile credes ei, facile ipsi fide-
 bis, facile pro eo labores perferes, & bona ei
 desiderabis, & mala eius odio prosequeris, & in
 destructionem eorum per iram & indignatio-
 nem insurges. Manifestum est igitur quod facile,
 & incunde illi obedies, licet ardua, & laboriosa
 præcipiat. Sic Christus ex amore aterni Patris
 ad obedientiam processit. *Sed vt cognoscat man-*
us, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedi-
mihî Pater, sic facio, & ad mortem properare
 decerno. Non ex infirmitate, sed ex amore mo-
 rior: non inuitus, sed lubens ex amore vt filius
 obedio. Beatus, qui sic Prælatis obedierit, pro-
 pter amorem Christi & ipsorum, quia obedien-
 tiam perfectam habebit, & mille de suis hosti-
 bus victorias obtinebit.

Erit tandem Prælatorum amor in puritatem
 vitæ. Nam Prælati à te dilecti correctionem non
 solum patienter, verum & libenter suscipies, &
 ex ea ad morum tuorum emendationem proce-
 des. In tuis dubitationibus, & difficultatibus ad-
 eum fidenter accurres, & aut eius peritia, & con-
 silio doceberis, vel, si res sint supra facultatem
 eius, ad eum, qui te plenius erudit, remitteris.

Iucundi-
 tate obe-
 dientia.
 Ad Psal.
 3.

Ioan. 14.
 31.

Purita-
 tem vita.

Qui eò ipso, quòd à Prælato designatus ad tuam instructionem est, maiorem (Deo dante) ad te docendum lucem habebit. Interiora tua securius ei, & liberiùs aperies, alacriùs interrogabis, & reuerentiùs virtutis disciplinam audies. Quæ ab eò, quem amas, instillata, & maiori auiditate suscepta, vt pluuia temporanea magis proficiet.

*Spiritua-
lis, rectus,
ordina-
tus, &
sapiens
sit, oportet.*

Sit tamen hic erga Prælatos amor, sicut & erga alios, spiritualis, in quibus ita naturam diligas, vt ad gratiam referas. Sit rectus, vt non ob commodum, aut ob honorem tuum, sed ad implendam Dei voluntatem, qui vult in Prælati diligi, huiuscemodi amorem admittas. Sit ordinatus, vt non cor tuum occupet, sed illud vacuum, & ad amorem Dei suscipiendum, & in eo crescendum vacuum relinquat. Sit solus Deus in corde, Prælatus autem iuxta cor, tamquam ille, qui te ad Deum ducat, non qui aliquo erga eum affectu minùs moderato diuinum amorem impediatur. Sit denique amor sapiens, qui non in hominem, sed in Prælatum tendat. Nam si hominem dilexeris, cum hic Prælatus ab onere Prælationis absoluitur, & alter substituitur diuersi ingenij, minoris fortè talenti, in suauioris conditionis, non eundem ad illum dilectionis affectum senties. Volo autem omnino ad perfectionem, & quietem tuam, vt quemcumque purè, & sanctè diligas, & ob hæc, quæ necessariò mutantur, in amore superiorum non intepescas.

*1. Me-
dium, vt
à Deo ele-
ctum, da-
tūmque
Prælatū
confide-
rare.*

Iam media ad hunc amorem præscribamus.
1. Considera Prælatum, quicumque ille sit, à Deo

Deo fu-
quem v-
gubern-
sa præfi-
[Omnia
Nam d-
dum no-
quem L-
autem à
& tuam
impens-
2. A
Deum a-
Domin-
Christi
dant, p-
vnice à
non vid-
rem inc-
3. Præ-
tempora-
num an-
non alio-
quum ef-
amore, &

PRÆ
sit et

Deo fuisse electum & in Prælatione positum, quem vt ab ipso Deo tibi datum, debes ad tuam gubernationem accipere. Non enim eadem causa præsidis est, & amici, de quo dixit Seneca: [Omnia cum amico delibera, sed de ipso prius.] Epist. 3. Deliberandum de amico, non de præside. Nam de præside, siue superiore tibi deliberandum non est, sed ille omnimodis accipiendus, quem Deus, & familia religiosa constituerit. Si autem à Deo illum in caput accepisti, qui illius, & tuam vtilitatem spiritualem quærit, cur illum impensè non diliges.

2. Assuescas in Prælato non hominem, sed Deum aspicere, non seruum, sed Christum Dominum considerare. Bona præsidis, vt bona Christi suscipe, imperfectiones, si quæ incidunt, præteri. Quia si Dominum tuum, quem vnice amas, in eo contempleris, & defectus aut non videas, aut excuses, facile erit tibi ad amorem incitari. 2. Deum in eo contemplari.

3. Prælatus pro te laborat, tua spiritualia, & temporalia curat, more pij patris ad tuum bonum anhelat. Hos autem labores, has curas eius non alio sanè, quàm amore persolues. At iniquum est, velle beneficia accipere, & saltem amore, & gratitudine nolle illis respondere. 3. Animo sollicito ipsos labores euoluere.

CAPVT IX.

De reuerentia erga Prælatos.

Amor
reueren-
tia con-
iungem-
da.

PRÆLATORVM amor ita sit magnus, vt sit etiam reuerentiæ coniunctus, nihilque

M m m 3 habcat

habeat aut leuitatis, aut immoderatae libertatis, quod aut subditum dedeceat, aut Praelati dignitatem spernat. Sic erit amor nostro statu dignus.

De insti-
tut. no-
uitoru.
*Affectus
non appo-
siti.*

Nam, vt scitè dixit Hugo de S. Victore: [Reuerentia sine amore seruilis est, amor sine reuerentia puerilis.] Hi duo affectus non opponuntur, imò se mutuo augent, & iuuant; nam amor amatum reuerentia, & honore dignum censer, & reuerentia virtutem illam, aut dignitatem, quam honorat, amabilem ac dilectione dignam agnoscit. Sic videmus hos duos affectus in multis aliis pariter currere. Nam & vxores viros suos reuerentur, & diligunt: filij patres honorant, & amant: sed quod praecipuum est, Angeli & homines iusti Dei amore succensi in conspectu illius ex intima reuerentia contremiscunt. Ergo affectum charitatis erga Praelatos affectui suo venerationis perficies. Illos semper, & vbique veneraberis, & magno honore, ac reuerentia prosequeris. Debetur sanè reuerentia Praelationi, eo ipso quòd dignitatem habet super alios, & participatio quaedam est diuinae potestatis, quam Deus in quosdam contulit, vt contineant multitudines, & ad populorum, aut congregationum vtilitatem gubernent. Quòd si iniustum est debita proximis denegare, iniustum sine dubio erit praesidibus nostris ex sola Praelatione, quamuis alia desint, de nobis bene meritis, reuerentiam ac venerationem magnam non exhibere.

De ad-
uentu,
scem. 3.
Superioribus debita, quamuis discipulis.

Bernardus profectò ex duobus, quae praepositis nostris debentur, vnum reuerentiam indicat: [Tribue, ait, tribus, quae sua sunt. Redde

supe

superi
quod
dienti
est. N
maior
sublim
manif
vita,
cusati
est om
uimus
sentib
na, &
lis Pra
debet
debebi
potest
libus
Abrah
res re
maior
tiam &
quoqu
arate
rem ex
re, qu
inqua
debitu
quam i
Christ
praeb
illi
termi

superiori, redde inferiori, redde æquali, cuique quod debes. Redde reuerentiam Prælato & obedientiam, quarum altera cordis, altera corporis est. Neque enim sufficit exterius obtemperare maioribus nostris, nisi ex intimo cordis affectu sublimiter sentiamus de eis. Quòd etsi tam manifestè innotuerit indigna Prælati alicuius vita, vt nihil omnino dissimulationis, nihil excusationis admittat, propter eum tamen, à quo est omnis potestas, ipsum quem modò talem nominamus, excelsum reputare debemus, non præsensibus personæ meritis, sed ordinationi diuinæ, & dignitati ipsius officii deferentes.] Si malis Prælatis ob Prælationis munus reuerentia debetur, quanto potiori ratione bonis, & sanctis debebitur, in quibus hæc duo vnita inueniuntur, potestas, & virtus. Chrysostronius suadens fidelibus, vt honore se preueniant, & exemplo Abrahæ, qui Loth minori detulit, etiam minores reuerentia afficiant, non multum æstimat maioribus reuerentiam exhibere, quod ad iustitiam & debitum affirmat spectare. [Igitur nos quoque (verba sunt eius) non eis tantum, qui ætate sunt maiores, vel etiam æquales, honorem exhibeamus. Non est enim humilitas facere, quod necessitate debes, vel cogis: hoc inquam, non est modestia, sed debiti.] At si debitum est ætate maiores reuerentia prosequi, quàm iustius erit dignitate maioribus, & vicem Christi gerentibus honorem ac venerationem præbere.

Illi quidem, qui hoc debitum soluere prætermiserunt, grauiter à Deo mulctati sunt.

Hom.
33. in
Genes.
ad finē.

Mulctati
grauiter
irruerunt.
tes in m. a.
iores.

Cham nuditatem patris sui Noë irrisit, & filios suos in perpetuam seruitutem damnauit. Noë namque euigilans, & filij petulantiam agnoscens eum maledictione percussit. *Maledictus Chanaan, seruus seruatorum erit fratribus suis.* Filius deliquit, & filius non nominatur, sed nepos maledicitur, vt intelligeretur, (authore Augustino, ac Theodoro) ultionem illam non tantum in patrem, qui peccauit, mansuram, sed in eius posteros transiuram. Absalon Dauidem patrem elusit, ac in eius vxoribus magna contumelia affecit, at morte infelicissima suæ temeritatis pœnas luit. Nam proptiis capillis *suspensus è quercu, & tribus lanceis confossus interiit.* Digna pœna illi irrogata est, vt qui patrem contristauit, & à regia expulit, à propria matre, id est, à terra quasi repelleretur, & suspensus inter cœlum, & terram veluti ab ambobus relictus atque contemptus animam exhalaret. Pueri Bethel Eliseum irridebant, ac post eum clamabant: *Ascende calue, ascende calue:* à duobus autem vrsis è saltu egrediētibus quadraginta duo ipsorum lacerati sunt. Meritò verò, qui erga maiores irreuerenter se gerunt, pueris designantur, quia cor puerile habent, dum in prælatis & superioribus suis spectabilem dignitatem ignorat videntur.

Reuerentes magno digni premio. Christus reuerentiam suo docet exēplo.

E contra verò, qui Prælatos suos debite venerantur, magno præmio digni iudicabuntur: quos Christi imitatio condecorat. Annas, Caiphas, & Pilatus comparatione illius in oculis hominum ignorantium quamdam vmbra dignitatis,

gnitat
illi Por
Christ
fulgen
ille s
coram
reueren
tos ad
dirtur
esse vo
honora
maiore
tanta f
ditum
pro sua
stomus
tia, vt
saluato
venerat
sed & ab
trabis. I
gum, &
ad tui r
rum cor
det tibi
assequi
maiorum
Hanc
interius
dem, si
honore
mittas.
dientiam

gnitatis, & superioritatis habebant: quoniam illi Pontifices, aut gubernatores agnoscebantur, Christus verò purus homo, & nulla dignitate fulgens putabatur. Hanc umbram dignitatis ille suspexit, & propter exemplum nostrum coram illis reuerenter se habuit. Ad hanc etiam reuerentiam pertinuit, quòd leprosos à se curatos ad sacerdotes mittebat, & illos (vt lex custodiretur) iudices salutis à se datæ, ac censores esse volebat. Sed qui ita superiores non suos honorauit, quomodo putas patrem se homine maiorem reuerentia suspexit? Hæc profectò tanta fuit, vt propter eam ipsum à Patre exauditum Paulus affirmet: *Exauditus*, inquit, *est* Hebræo. *pro sua reuerentia*. In quem locum Chryso- 5-7.
stomus: [Tanta, inquit, erat eius reueren- Ibid.
tia, vt propterea eum reuereretur Deus.] Tu Hom. 8.
saluatoris vestigiis inhærebis, & reuerentia ac veneratione Prælatorum non tantùm ab ipsis, sed & ab ipso Deo, quod licitè petieris, impetrabis. Ipse enim, in cuius manu sunt corda regum, & Prælatorum, illos, quos tu reuereris, ad tui reuerentiam, & amorem, & postulatum concessionem inflectet. *Pro reuerentia accede- Eccli.*
tibi bona gratia. Quod audax, & temerarius 32.14.
assequi non poteris, timoratus, & humilis, & maiorum venerator obtinebis.

Hanc autem reuerentiam superioribus tuis *Exterius*
interiùs, exteriùsque præstabis. Interiùs qui- *interiùs-*
dem, si Prælatos maiores agnoscas, si dignos *que præ-*
honore putes, si eis te animo, ac voluntate sub- *standa.*
mittas. Paulus sanè à subditis non solam obe- *Hebræo.*
dientiam, sed & reuerentiam exigit: *Obedite* 13.17.

922 *De vita religiosè instituenda,*
propositis vestris, & subiaceret eis. Obedire est, quod
 iniunxerint, facere, de quo statim: subiaceret, est
 eos reuereri, atque illis se per delationem hono-
 ris submittere. Sic hi, qui huius seculi regibus, ac
 principibus seruiunt, obedientiæ reuerentiam
 adiungunt, & vilissimorum hominum est ac abie-
 cti personis seruentium iussa utcumque fa-
 cere, reuerentiam verò imperantibus debitam
 posthabere. Tu quisquis sis secundum natiuita-
 tem humanam, filius Dei es secundum adoptio-
 nem, seu natiuitatem gratiæ, cuius es sanctorum,
 & domesticus Dei, superior etiam tuus non abie-
 cta persona est, sed nobilis eo ipso, quod lo-
 cum Dei tenet, & ab eo prælationem accepit,
 ita ergo obedias, ut interiorum erga illum reue-
 rentiam non omittas.

*Exterior
 quibus
 consistet.*

Exteriori verò reuerentiam te geres, si Præ-
 latis consueta signa reuerentiæ ac subiectionis
 exhibeas, si aperto capite, demissis oculis, sub-
 missa voce, & paucis, aut solum necessariis
 verbis illos alloquaris, si coram illis nihil
 friuolum, aut inane, aut leuitatem sonans di-
 cas, aut facias. Prælati quidem pater est,
 non carnalis, sed spiritualis, quare & de illo
 intelligas oportet, quæ de carnali patre dicta
 sunt. De reuerentia verò ad patres habenda
 quid dicit Ecclesiasticus? *Qui honorat patrem
 suum iucundabitur in filiis,* non solum carnalibus,
 sed spiritualibus, à quibus etiam ipse honorem
 accipiet, & *in die orationis sue,* quando à Deo
 quidpiam postulauerit, exaudietur. *Qui ho-
 norat patrem suum, vita viuet longiore, &
 qui obedit patri, refrigerabit, ac reficiet,* seu
 recrea

Eccli. 3.
 6.

7.

recrea
 num,
 & auc
 domin
 aute
 latum
 patien
 tibi b
 uissimo
 ta occ
 quia,
 fecit p
 num
 filia
 mortu
 in hum
 eius in
 Prælat
 honor
 patres
 numq
 reuer
 pertin
 se reue
 sus del
 Prælat
 Christi
 dem p
 rum du
 sectus
 conteg
 Nui
 festina

recreabit religionem matrem. *Quæ timet Dominum, honorat parentes, erga quos irreuerentia & audacia signum est abiecti timoris, & quasi dominis seruiet his, qui se genuerunt.* Si cupias autem scire, quomodo sis veneraturus Prælatum, audi. *In opere, & sermone, & in omni patientia honora patrem tuum, ut superueniat tibi benedictio ab eo, & benedictio illius in nouissimo maneat.* Opere honorabis eum, si oblata occasione illi seruias, & seruorum obsequia, ei, si indigeat, libenter exhibeas. Sicut fecit presbyter ac martyr Fœlix, qui Maximianum Episcopum suum senio confectum in filia metu persecutionis latentem, ac penè mortuum, oblato cibo recreauit, & sublatum in humeros, ad urbem detulit, & apud viduam eius magnâ curam fecit. Sermone, & reuerentiâ Prælatos prosequeris, si præsentem, & absentem honorificè nomines, & non nisi, ut dominos ac patres appelles. Et si quidem nobiles seculares numquam iudices, aut senatores suos, nisi reuerenter, nominât, & ad proprium suum honorem pertinere iudicât, eos magnificare, & coram illis se reuerenter gerere, quanto magis tu, religiosus debes credere ad tuum honorem spectare, si Prælatos tuos præsentem, & absentem venereris, quos Christi locum occupare cognoscis. Omni tandem patientia eos veneraberis, si ingenium eorum durum, & asperum perferas, & si quos defectus habeat, taciturnitate, & dissimulatione contegas, de quo tamen statim dicemus.

Nunc ad media huius reuerentiæ assequendæ festinat oratio. *i. In Prælato discas Christum*

aspice

*i. Mediū,
in Prælato
Christi
aspice.*

Gradu
4.

aspicere, sic facile erit tibi ad eius reuerentiam inclinari. Sic Laurentius monachus, apud Climacum, sacrarij presbyter post quadraginta, & octo annos professionis monasticæ erga Abbatem suum dura præcipientem, & quasi ipsum contemnentem, reuerentiam conseruabat. [Is cùm inter prandendum ab Abbate vocaretur, ante illum genuflexit, & postea per vnam horam & eo amplius erectus stetit, expectans quid illi præciperet. Interrogatus autem postea, quid tanto tempore astans cogitasset, respondit: Christi imaginem pastori imposui, neque enim ab illo hoc penitus præceptum exisse, sed à Deo existimaui. Quare non coram mensa hominum, sed coram altari diuino astare me putans orabam, nullamque penitus malignam cogitationem aduersùm pastorem admittebam.] Qui simili cogitationi assueuerit, in deferenda reuerentia non deficiet.

2. *Cum
verbis
honorifi-
cis magni
facere.*

2. A minoribus incipies, & ad reuerenter loquendum semper de Prælati te coges, eorum virtutes, & talenta laudabis, quod bonum, & laude dignum habent, magnificies; ita sensim interiorem erga eos reuerentiam augebis. Virtus enim animi actibus etiam externis creatur, nata augetur, & aucta perficitur. Quamobrem dum exteriorem reuerentiam exhibes, non fictè, sed verè & ex animo, interiori augmentum præbes.

3. *Incom-
moda ir-
reueren-
tia animo
rutina-
re.*

3. Proderit, si incommoda irreuerentiæ consideres. Nam ex ea oritur, vt Prælatum præsentem verbis tuis contristes, & lædas, & eius dicta vel facta damnando, quasi in faciem ipsius

expuas,

expuas
contem-
natio-
inuen-
simil-
Hinc
hitur,
ginibu-
dixit
reuer-
priori-
bona
rimen-

A
tenax
ab itin-
sit Præ-
contra-
ex mar-
ponun-
Deum
adiuto-
ipse pe-
facite a
populu-
te com-
sertasq
gustinu-

expuas; vt etiam absentem sermone dilaceres, contemptibiliter nomines, eius gubernationis rationem irrideas, & nihil in eo, quod placeat, inuenias. Hinc fratrum scandala generantur, & similia, quæ te vident loqui, ab illis dicuntur. Hinc fama, & bonum nomen à Prælati detrahitur, & Christus in illis, tamquam in suis imaginibus, iniuria afficitur, & irridetur. Bene ergo dixit Gregorius: [Laudabile, discretumque est, reuerentiam & honorem debitum exhibere prioribus, quia huiusmodi exhibitione illa bona supradicta obtinentur, & hæc mala certe timenda eliminantur.]

In re-
gist. lib.
10. epist.
35.

CAPVT X.

De obedientia ad Prælatos.

ALIVD, quod debetur Prælati, ex sententia Bernardi, est obedientia, cuius si tenax non fueris, meritum tui status perdes, & ab itinere cæli ad præcipitium deflectes. Tuum sit Prælati obedire, quoties nihil Dei præceptis contrarium iniungunt, & bona, aut media (quæ ex mandato bonitatem induunt) facienda proponunt. Obedientia efficietis ex populo Dei, & Deum senties tibi Deum, hoc est, fidelissimum adiutorem, & in omnibus protectorem. Nam & ipse per Ieremiam ait: *Audite vocem meam, & facite omnia, quæ præcipio vobis, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.* Hac vna virtute comparata omnes virtutes menti inferes, insertasque custodies. [Obedientia enim, vt Augustinus ait, commendata est in præcepto, quæ virtus

Bernar.

sup.

Magna
vir obe-
diens sibi
bona cõ-
parat.

Ieremiae
2.4.

August.
14. de ci.

uit. cap.
12.

virtus

virtus in creatura rationali mater quodammo-
do est omnium, custòsque virtutum, quandoqui-
dem sic facta est, vt Deo subditam esse sit vtile,
perniciosum autem suam, non eius, a quo creata
est, facere voluntatem.] Hac de teipso victoriam
ac de omnibus tuis hostibus obtinebis. Viri
namque obedientis elogium est, quòd loquetur
victorias. Hac Deo tuum iudicium, tuamque
voluntatem optimum sacrificium offeres, quia
melior est obedientia, quam victima, & auscultare
magis, quam offerre adipem arietum. Hac Dei
tui voluntatem implebis, qui non vult holo-
causta, & victimas, sed potius, vt obediatur
voci Domini. Hac veram sapientiam conqui-
res. Dauid enim ait; *A mandatis tuis intellexi,*
& tu similiter à mandatis Domini intelliges, id
est, à mandatorum custodia ad veram intelli-
gentiam peruenies.

1. Reg.
15. 22.

Psalms.
118.

Hæc verò, quæ de obedientia Deo delata
dicuntur, de obedientia quoque Prælati habita
meritò declarantur, quoniam Deus in Prælati
iubet, & in illis à nobis subiectionem, & rerum
imperatarum executionem poscit. Paulum
ipse solus ad se trahit, ipse solus eum quasi bello
captum sibi subiecit, non tamen solus, sed per
hominem erudiuit. *Ingrederere civitatem,* ait, &
ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere. Voluit
quidem, vt intelligeremus, nos voci hominum
parituros, vt ei in homine pareamus. Quod (vt
ego opinor) non solum ad humilitatem nos-
tram, quæ illi est amantissima, sed & ad utilita-
tem nostram ordinavit. Ad humilitatem qui-
dem, vt qui per superbiam cecideramus, per
humi

Act. 9. 7.
Deus ho-
mines per
homines
iubet gu-
bernari
ad pro-
prium eo-
rum hu-
militatē,
& utili-
tatem.

humil-
nus hu-
quæ cr-
li prop-
tatem
fuis, &
humel-
nes del-
lenter
examin-
mors,
Ium, in-
tis con-
miendo
& secu-
& priu-
vivere
gubern-
& mul-
alibi m-
transea-
Prim-
omnia
fieri vo-
ter exse-
quæ no-
contran-
dicenti-
facine.
parentib-
per suan-
etiam q-
millo o-

humilitatem erigeremur. Et profectissimum genus humilitatis est, non tantum Deo subdi, (quod quæ creatura non faciet?) sed homini nobis simili propter Deum obedientiam deferre. Ad utilitatem verò, quoniam obedientia multis molestis, & curis nos eximit, & quasi dormientes, & humeris alienis impositos in cœlestes mansiones defert. Quod certè Ioannes Climacus luculenter expressit: [Obedientia est, inquit, in-
 examinatus atque indiscussus motus, spontanea mors, vita curiositate carens, securum periculum, immediata ad Deum excusatio, metus mortis contemptio, tuta nauigatio, confectum dormiendo iter.] His verbis declarat, quàm tutum & securum sit, abiectis propriis diffinitionibus, & priuata voluntate seposita, imperio alterius viuere; & superioris à Deo nobis dati arbitrio gubernari. At obedientiæ nobilitate, necessitate, & multiplici vtilitate prætermiſſa, de quibus alibi multa scripsimus, ad modum obediendi tranſeamus.

Primo ergo, ô frater, obediens opere, & Obediendum opere.
 omnia, quæ Superior quisque præceperit, aut fieri voluerit, velociter, viriliter, & perseueranter exsequeris. Omnia, inquam, iniuncta facies, quæ non fuerint Dei iussis, ac diuinæ voluntati contraria. Vox enim est Domini per seipsum dicentis: *Omnia, quæ dixerint vobis, seruate;* & Matth. 23. 3.
facite. Et per Paulum loquentis: *Filij obedite parentibus per omnia.* Nam si omnia, quæ Deus Colof. 3. per suam legem iubet, agenda sunt, vniuersa etiam quæ per Prælatos iubet, nullo prætermiſſo operi, mandanda sunt. Omnia etiam, à quo

à quocumque superiore iubeantur, implebis, siue ille sit maior, siue minor, siue multis Dei talentis naturæ & gratiæ dotatus, aut nullo dono vel talento conspicuus; siue bonus sit, & sanctus, aut (quod Dominus à cœtibus religiosis auertat) malus, & iniquus. Nam si bona, ac iusta præcipiat, Deus in illo iubet, qui profectò vult, siue per auream fistulam, siue per plumbeam verba transmittat, à nobis audiri. Idque manifestè Petrus Apostolus docuit: *Serui subditi estote in omni timore dominis*, non tantùm bonis & modestis, sed etiam discolis. Ea verò quæ iniuncta fuerint, velociter præstabis. *Admone illos*, inquit Paulus, *principibus & potestatibus subditos esse, dictò obedire, ad omne opus bonum paratos esse. Velociter currit sermo Dei*, vt verbis Psalmi, & Bernardi vtar; ac velociter desiderat habere sequentem. Et si ipse Dominus velociter operatus est salutem tuam, cur tu non velociter operaberis voluntatem eius. Viriliter etiam implebis, ita scilicet vt difficultates superes, & ab impedimentis non abducaris. Viriliter age, & confortetur cor tuum; nam si solùm in facilibus pareas, & onus difficultatum detrectes, non obedientiam virilem, sed puerilem habebis. Ac tandem perseveranter in obedientia permanebis. Incipere multorum est, omnium scilicet illorum, qui vitam spiritualem arripiunt, & perseverare paucorum. Exactis enim in obediendo aliquibus annis ad libertatem aspiramus, & priuilegia quærimus, aut noxia quadam autoritate, ne aliqua nobis præcipiantur, cupimus. At tu si sapias, vsque

1. Petri
2. 18.

Tit. 3. 1.

Psal. 147. 15.
Scrm. de
conuer.
Pauli.

ad me
dici in
estem
saluus

Se
volun
rati co
actum
Domi
Meu
me, vi
Quia
sumus
obedi
penite
[Prop
est pra
& cal
lionis
dient
uit, &
ad pr
ceptio
obedi
rimi
dient
macta
te, &
dilig
mam
rum a
filius
gum
I.

ad mortem non aliter, quàm nouitius vnus
diei in omnibus dirigi gratum habebis, scriptum
est enim: *Qui perseuerauerit usque in finem, hic* Ma:th.
10.22.
saluus erit.

Secundò, obediens voluntate. Quid est obedire
voluntate? Voluntatem tuam superioris volun- Volunta-
te.
tati conformare, & quod præcipitur, ac ipsum
actum subiectionis, & obedientiæ diligere. Sic
Dominus noster Iesus Christus Patri obediuit:

Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius, qui misit Ioann.
4.34.
me, ut perficiam opus eius. Quare obedientia cibus?

Quia sicut cibum voluntate, imò & voluptate
sumus, ita quod nobis præcipitur, & ipsum
obedienciæ opus libenter accepturi sumus, nisi
penitus desipiamus. Id aliis verbis dixit Basilius:

[Proprio vti arbitrio, aut illi aliquid permittere In Reg.
breuio.
quæst.
127.
est præter sanam doctrinam, & plurimum iudicio,
& calculis non subiici, contumaciæ, & rebel-
lionis periculum habet. Climacus sanè obe-

dientiam sepulchrum propriæ voluntatis voca- Gradu
4.
uit, & Bernardus voluntatem prælati subditam
ad propriam voluntatem trahere sibi ipsi de-
ceptionem parare censuit, & Cassianus à vera
obediencia propriam voluntatem in nobis inte- Serm. de
tribus
ordin.
Lib: 12.
instit.
cap. 23.

rimi existimauit, & Gregorius eandem obe-
dientiam propriæ voluntatis victimam Deo
mactatam esse voluit. Obedies ergo volunta- 2. Co-
rinth. 9.
7.
te, & obediens voluptate, quia *hilarem datorem*
diligit Deus, & hilariter fieri debet, quod ani-

mam in tantam tranquillitatem, ac merito- Const.
monast.
cap. 23.
rum accessionem infert. [Apostoli, inquit Ba-
silius, submissa mentis ceruice obedienciæ iu-
gum subierunt, alacrique animo in fora, in

I. Alvarez de vitavel.

N n n

con

contumelias, in lapidationes, in ignominias, in cruces, in varias nece processere. Hanc obedientiam is, qui secundum Deum verè est monachus, antistiti suo præstet oportet.] Latitia quidem hæc obedientiam exornans non solum eius perfectioni, sed & aliorum ædificationi deseruiet, qui non minus in obediendo, præcipuè si abiecta, & difficilia præcipiantur, quàm in patiendi hilaritatem admirantur.

Judicio. Tertio, obediens iudicio. Etiam interrogo, quid sit iudicio obedire? Est à iudicio Superioris tuo iudicio non dissentire. Est intellectum tuum sensui Prælati conformare. Est rationes convenientiæ ad res iussas approbandas inuenire. Est causas præcepti minimè inuestigare, sed iniuncta simpliciter exsequi. Est obedientiam cæcam sectari, id est, oculos carnales deponere, qui omnia prudentia humana metiuntur, & oculis spiritualibus imperata respicere, qui hac veritate contenti; quod præcipitur peccatum non est, ad applicandas manus operi subiectum hortantur. Hæc fuit obedientia Abrahamæ, utique perfectissima, de qua Apostolus ait, quod cum de posteritate à Domino nuntium acciperet, *non infirmatus est fide, nec considerauit corpus suum emortuum, cum iam ferè centum esset annorum, & emortuam vuluam Sara.* Et iterum ipse vocatus ad peregrinandum, obediuit in locum exire, quem accipiurus erat in hereditatem: & exiit nesciens quò iret. Hic, inquam, contra omnem spem humanam Deo obediuit, & in tanta senectute postea, primò verò in desertione patriæ, & propriæ quietis quietem expectauit. *Quid dicam*

Roman.

4.19.

Hebræ.

11.8.

eam d
domin
ille qu
via, a
imple
tiam p
Ioann
ditur.
quæ n
profec
iudica
go imp
& eis i
quia pe
Et c
tibi pr
non pr
quintu
sciat, a
præscri
ligiosus
dam sp
ne & c
pacto i
cutioni
non er
cedas, a
milibus
rigat, &
ducat.
ties, sic
sic eis de
torem

cam de illa obedientia, qua filium ad imperium domini occidere aggressus est, expectans, quia ille qui est omnipotens eum suscitaret, aut alia via, quam ipse ignorabat, suam promissionem impleret. Et quidem hanc perfectam obedientiam perfecti religiosi olim imitabantur, ut ex Ioanne Cassiano, & aliis manifestè deprehenditur. Nunc autem de obedientia gloriamur, si qua nobis iniungitur, exterius implemus. Sed profectò vanè, quia ex sententia Gregorij, nescit iudicare quisquis perfectè didicit obedire. Si ergo imperata discutimus, & prælatos iudicamus, & eis interiùs repugnamus, perspicuum manet, quia perfectè non obedimus.

Et quidem hæc, quæ dicta sunt, ad ea quæ tibi præcipiuntur, spectant, sed in his, quæ non præcipiuntur, sed quasi tuo arbitrio relinquuntur, quid facies? Certè, ut ea prælatus sciat, & probet, & quomodo sint faciendæ præscribat, curabis? Eorum quæ quisque religiosus præstat, quædam communia sunt, quædam specialia. Illa ex communi consuetudine & ordine religiosæ familiæ constat, quo pacto iuxta voluntatem superiorum sunt executioni mandanda. Hæc verò, ut in illis non erres, utque per indiscretionem non excedas, aut deficias, Prælato, aut ei, qui in similibus eius vicem gerit, aperies, ut ipse te dirigat, & in cælum suis monitis, & consilio ducat. Sic tineam propriæ voluntatis excuties, sic meritum operum bonorum augebis, sic eisdem bonis operibus non mediocrem decorem adicies, sic demum mille aduersarij

In 1.
Reg. ad
cap. 2.

In rebus,
quæ arbitrio cuiusque relinquuntur, Prælatus etiam consulendus.

dolos vitabis. Quidquid Prælatus, aut is, qui eius loco præest, expressè non dictavit, aut, si sciret, gratum non haberet, quasi germen propriæ voluntatis suspectum habe. Iam alienus es, eius scilicet, qui factus obediens vsque ad mortem, mortem autè crucis propter te crucifixus est. Ipse te per Prælatos regit, & vult in his, quæ ipsi præceperint, aut gratum habuerint, à teipso seruari. Non tibi cedit in bonum si te ipsum regas, & eius voluntatem per superiores monstratam prætermittas.

1. *Medium, nulli ministerio nimis sit religiosus adiectus.*

Media ad obedientiam alibi à me scripta attingere non prætermitto. Si cupis obedire perfectè, nulli operi, nullique ministerio quantumvis specioso, ac tuo iudicio, utili, sis nimis addictus, sed quidquid feceris, cum sancta libertate facito, ita vt Prælatus te semper inueniat, quasi stantem, præcinctum & expeditum ad obediendum. Conaberis etiam cor tuum ab omni eo affectu expedire, qui te poterit ab obedientia retardare. Vnde Prælatum quidem diliges (hoc enim maximè ad obediendum confert) non tamen nimis diligas, neque eius sensibus adhereris, vt in mutationibus Prælatorum scias facile huius, qui hæcenus præfuit, voluntatem deserere, & alterius qui nunc gubernare incipit, ductui te accommodare.

2. *Humilitate, & dilectione iuuare.*

2. Ad obedientiam humilitate & dilectione iuuaberis. Humilitate quidem; nam si te ipsum despexeris, ac minimum omnium reputaueris, facile te ad id, quod minorum est, id est, ad obediendum induces. Dilectione verò triplici, Prælatorum in primis (vt iam diximus)

mus) quod dictis a guntur denter in spon esse cog 3. T tia def eius; q quo affe esse, te regend esset cap ditum contrai

D

PRATIANTIAN Iuuabis tuum, tionis e tis ad D Actoru stolos s termissu profect Paulus lem ser his, qu

mus) quos si amaueris, absque molestia eorum dictis acquiesces. Deinde eorum, qui iniunguntur, ad quæ probanda, & utilia, ac prudenter iussa existimanda, ipso eorum amore permoueberis. Tandem ipsius obedientiæ, quam in sponsam assumes, & tibi honorificentissimam esse cognosces.

3. Tuæ prudentiæ exilitatem, ac experientię defectum animaduerte; te ad contrarium eius; quod iniungitur iudicandum, prauo aliquo affectu incitari crede: prælatum caput tuum esse, te verò membrum congregationis à capite regendum tibi persuade. Quod si præposterum esset caput à pede regi, ita inordinatum est subditum prælato repugnare, & eius sententię contraire.

3. Propria prudentiæ exilitatis animaduersio,

C A P V T X I.

De oratione fundenda pro Prælatiis.

PRÆLATORUM nō solum opere per obedientiam, sed etiam suis precibus, & oratione iuuabis, quam benignus Dominus ad bonum tuum, & ipsorum, & ad custodiam congregationis exaudiet. Subditorum oratio pro prælatis ad Deum oblata, quanti sit fructus, ex libro Actorum colligimus. Cùm enim Petrus Apostolus seruaretur in carcere, oratio fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo, quæ profectò eius liberationem impetrauit. Hinc Paulus orationem minorum maioribus utillem sciens, non semel postulat fieri pro se ab his, quos sine dubio minores ac subditos no-

Subditorum oratio pro Prælatiis, ut magni fructus in Scriptura commemorantur.

Actor.

125.

Coloſſ.
4.2.1. Theſſ.
ſal 5 25.
Hebr.
13. 18.2. Co-
rinth. 1.
11.Modus
illius ex
Paulo.1. Ti-
moth. 2.
1.

2.

Obſecra-
tio eſt
oratio ad
amouen-
dum ma-
lum.Oratio,
qua bo-
num pe-
titur.

uerat. Orationi inſtare, vigilantes in ea in gratia-
rum actione, orantes ſimul & pro nobis, vt Deus
aperiat nobis oſtium ſermonis. Et rursus: Fratres,
orate pro nobis. Quæ verba in epiſtola ad He-
bræos repetit. Atque iterum: In quem ſperamus,
quoniam & adhuc à periculis eripiet, adiuuanti-
bus & vobis in oratione pro nobis, vt ex multorum
perſonis, cuiusque in nobis eſt donationis, per multos
gratia agantur pro nobis.

Alio autem loco idem Paulus orationem pro
ſuperioribus fieri manifeſtè præcipit, ac mo-
dum orationis pro ipsis fundendum præſcri-
bit: Obſecro igitur primùm omnium fieri obſecra-
tiones, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones
pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus,
qui in ſublimitate ſunt, vt quietam & tranquillam
vitam agamus; in omni pietate & caſtitate. Hoc
enim bonum eſt, & acceptum coram ſaluatore no-
ſtro Deo. Hanc orationis formam in oratione
pro prælatis facienda tenebis. Obſecratio (vt
nunc quandam ex multis harum vocum inter-
pretationem ſequamur) eſt oratio ad amouendū
malum. Petes ergo à Domino, vt omnibus Præla-
tis, ſed præcipuè tuis peccata præterita ex igno-
rantia, aut imbecillitate in gubernatione facta
remittat, & in futurum ab eis, quod diuinis eius
oculis diſplicere poſſit, auertat. Oratio eſt, qua
petimus bonū. Poſtulabis igitur, vt Dominus il-
lis vitam, & ſalutem corporis præbeat, qua onera
gubernationis ſuſtineât: vt lux cœleſtis illius af-
fulgeat, qua in omnibus Dei volūtatē intelligāt,
vt ſpiritu bonum, ſpiritu ſuauiſſimo & efficaci-
tatis accipiāt, quo ſubditos ſibi commiſſos opti-
mè

mè reg-
petimu-
à Supe-
uenire
cogit
cordis
eſt grat-
ciis oſt-
pro bo-
eorum
aduerſ-
ſpiritu

Hoc
aut far-
vtilis e-
li ſent-
præcip-
ponim-
ſe anir-
illi ipſi-
nis vtr-
quibus
& aliis
nignifi-
fulas n-
& non
ille, qu-
quam
ponit
Magn-
deſide-
dona-
diam

mè regant. Postulatio est, qua illi, à quo aliquid petimus, desiderium nostrum exponimus. Ita ergo à Superioribus mala amoueri, & bona illis provenire rogabis, vt non tepidè, & ore tantum, aut cogitatione facias, sed desideris, & intentione cordis eadè impetrare cõtendas. Gratiarum actio, est grati, & memoris animi pro acceptis beneficiis ostensio. Et quidè hac voce, id à te exigitur, vt pro bonis Prælatorum euentibus, ac pro optimo eorum regimine Deo gratias agas, & è contra, de aduersis casibus, præsertim in non promouendo, spiritu religionis vehementer doleas.

Hoc orationis genere non Prælatis tantum, aut familiæ, quam gubernant, sed & tibi ipsi vtiliseris. Vnde Chrysostomus eandem Pauli sententiam interpretans ait: [Duo enim hinc præcipua oriuntur bona, quòd odium omne deponimus. Nemo enim aduersus eum inimico esse animo potest, pro quo obsecrationes facit, & illi ipsi meliores fiunt. Ecce duas huius orationis vtilitates præcipuas. Altera, quòd illi, pro quibus oras, meliores fiunt, spiritumque ad sibi, & aliis proficiendum accipiunt. Nam Deus benignissimus orationes minorum pro maioribus suas non reiicit, quæ indicia sunt humilitatis, & non minimæ insignia virtutis. Altera, quòd ille, qui pro Superioribus orat, auersionem, si quam erga illos conceperat, orationis vsu deponit, & in opus veræ dilectionis incumbat. Magna etenim dilectio proximorum est, ex vero desiderio boni ipsorum Deum interpellare, & ad donandum illis, quod profuit, diuinam misericordiam inflectere.

Postulatio est, qua desiderium orantis exponitur.

Gratiarum actio est grati & memoris animi pro acceptis beneficiis ostensio. Oratio pro Prælatis orati utilis. Hom. 6. in r. ad Timoth.

*Prælati
humiles
orationes
ſubditorū
enixè af-
ſolent po-
ſtulare.*

*In pro-
log. reg.
ſuſius
diſput.*

*Ephe-
ſior. 6.
18.*

*Libro 7.
de mini-
ſteriis
Ecele-
ſiaſticis
ritè ob-
eundis.*

*1. Me-
dii, Præ-
latum ut
caput a-
ſpicere, cu-
rari, &
periculo-
rum ſpi-
nis coro-
natum.*

Paulum rogantem pro ſe orationem fundi, Prælati humiles & ſapientes imitantur. Quorum hæc frequens vox eſt in ſubditorum conuentu: Orate pro me, vt par ſim huic oneri ſuſtinendo, vt de munere mihi commiſſo bonam rationem reddam, ac verbo, & exemplo vobis præluceam. Specialiter autem cum Baſilio poſtulant, ad loquendum de rebus diuinis in conſpectu ſubditorum, & ad docendi munus adiuuari. Ille ſic ait: [Precemur hoc mutuo, & nos conſeruis noſtris in tempore tritici meſuram demus, & vos ſermonem, velut in terram bonam amplexi, perfectum & multiplicatum in iuſtitia fructum reddatis. Eorum cadem eſt deprecatio, idemque deſiderium. Et non ſemel illa Apoſtoli verba ſibi uſurpant: *Orantes omni tēpo-
re* pro omnibus ſanctis & pro me, vt detur mihi ſermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere myſterium Euangelij. Merito autem id ſigillatim poſtulant, quoniam vt alio loco dicemus, verbum Dei omnibus in communi, ac ſingulis in particulari propoſitum, eſt vnum ex præcipuis prælationis inſtrumentum. Si ergo Scriptura monet, & ipſi præpoſiti humiliter petunt pro ſe à ſubditis orationes fieri, ne ſis tam negligens ac ingratus, vt hoc orationis pro illis factæ ſubſidium eiſdem negare præſumas.

Subiicio media, & quidem valida, quibus poſſis ad huiusmodi orationem excitari. 1. Conſidera, Prælatum eſſe caput tuum, & quidem ex amore Dei, & tui, corona ſpinea curarum cinctū, & reddendæ rationis pro anima tua periculis circumſeptum. Quis autem nõ pro capite ſuo
affiduc

affiduc
dolore
dolet, q
tempor
non m
tio tuæ
& peric
beris, &
precan
quibus
pulfas,
pro his
lationis
ceris,
rearis.

2.
ſalus, p
preſſit
tam ag
ſoſtom
ſecurit
epiſtol
dire p
tem, ſ
utilita
ſtituit.
circo n
tranqu
clitan
preces
Præla
malis
virtut

affiduè oret, præcipuè si illud videat in magno dolore & discrimine constitutum? Caput tuum dolet, quia ipsum curæ de tua salute, & de tua temporali prouisione sollicitant. Caput tuum non modico periculo expositum est, à quo ratio tuæ salutis exigetur. Et tu tantis eius curis, & periculis saltem oratione respondere cunctaberis, & vnã curam non difficilem pro eo deprecandi reiciies? Inter alias ergo petitiones, quibus quotidie ianuam diuinæ misericordiæ pulsas, hæc non postremum locum occupet, vt pro his, qui absque dubio, si bene munere Prælationis funguntur, pro te deprecantur, depreceris, vt sic laboris, ac periculi ipsorum merearis.

2. Ex Prælatorum bona gubernatione tua salus, profectusque dependet. Quod Paulus expressit illis verbis: *Vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & castitate.* Et Chrysostomus ad eadem verba: [In illorum salute securitas nostra consistit. Quemadmodum & in epistola ad Romanos, cùm eos hortaretur obedire principibus, ait: Non propter necessitatem, sed propter conscientiam. Deus enim pro utilitate communi huiusmodi principatus instituit. Quàm igitur absurdum est, cùm illi idcirco militent, & arma circumferant, vt nos in tranquillitate, atque otio simus, nos pro periclitantibus, ac nostri causa labores subeuntibus preces effundere detrectemus.] Itaque cùm pro Prælati oras, pro te oras, vt ope illorum à malis, & tentationibus custodiaris, vt in omni virtute proueharis, vt bene ad salutem animæ

2. Ex bona Prælatorum gubernatione subditorum salutem profectamque dependere, attentius meditari.

1. Tim.

2. 2.
Ibid.

938 *De vita religioſe inſtituenda,*
guberneriſ. Quòd ſi diligens eſ in orando, &
precando pro te, non minùſ ſiſ in deprecando
pro illiſ, qui cuſtodiuſ te.

3. Magni 3. Subiicit Pauluſ: *Hoc enim bonum eſt, &*
apud acceptum coram ſaluatore noſtro Deo. [Hoc ſuſci-
Deum pit Deuſ, ait Chryſoſtomuſ eadem verba decla-
meriti rant, hoc iubet.] Iubet vt pro Prælatiſ oremuſ,
eſſe per- fuſcipit orationem noſtram, & acceptam habet,
pendere. niſi quid obſtet, quando pro illiſ deprecamur.
Si hoc verbo: Deuſ vult, Deuſ iubet, ad alia
bona faciendâ impellimur, eodem verbo ad
orandum pro Prælatiſ prouocemur.

C A P V T XII.

De ſuſtinentia Prælatorum.

Prælato- **I**L L V D etiam erga Prælatoſ obſeruabiſ, vt
rum qui quos minùſ tibi gratoſ habueriſ, patienter,
tibi minùſ æquanimiterque ſuſtineaſ. Poſteſt enim euenire,
grati, vt in tua opinione, aut in rei veritate Prælatuſ,
æquani- tibi immiſericorſ, aut ſaltem duruſ, & inſuauiſ
miter ſu- obtingat, qui ſubditorum inſirmitatibuſ compa-
ſtinendi. ti neſciat, qui eorum defectuſ corrigere in leni-
tate ſpirituſ noliſ, & qui erga eoſ, qui ſibi com-
miſſi ſunt, non cor piſ patriſ, ſed ſeueri iudiciſ
induati. Dixi, in tua opinione; quoniam non
ſemel ſubdituſ in hoc iudicio ſui Superioriſ fal-
litur, & qui deberet de ſua immortificatione
pudeſieri, de duriſ Prælatiſ, quæ tamen non
eſt duriſ, ſed vigor diſciplinæ, conqueri-
tur. Dixi quoque in rei veritate; quoniam re vera
ali

aliquan
elector
præfec
mutari
auxiliu
toto ac
ceſſari
gubern
Hunc l
biſ, &
magnu
ſtinere
Vah
relique
Et qui
tu non
prude
nere d
portate
onus
ctione
non p
ſtineb
imple
ſtinea
dalun
oritu
inſua
cient
nihil
tiſ ſu
peres
At è

aliquando Prælati durus est, & insuavis, quem electores aut ad id consilium ferentes errando præfecerunt, aut prælatio & honor animum eius mutarunt; & natura quorundam ferrea, licet auxilio virtutis, & gratiæ fulcita, numquam se ex toto ad debitam lenitatem, Prælati summè necessariam reuocat, nec ingenium illud à talento gubernandi prorsus alienum domat & superat. Hunc Prælaturum tu, ô vir Dei patienter sustinebis, & tua patientia eius duritiam vinctes, vt magnum ex sustentia illius, qui potius te sustinere debuit, lucrum reportes.

Vahis, qui perdidit sustentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas.

Eccli. 2.
16. 17.

Et quid facient, cum inspicere coeperit Dominus? An tu non eris ex illis, si Prælaturum tuum, licet imprudenter se gerentem, (demus enim hoc) sustinere detrectes. Nonne legisti? Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Si Prælatus onus tuarum immortificationum & imperfectionum portat, quare tu onus ingenij duri eius non portabis, & excessum in corrigendo non sustinebis? vt legem Christi, id est, legem charitatis, implere possis, quæ sanè exigit, vt nos mutuo sustineamus, ne voluntate, ac verbis discissi aliis scâdalum demus? Vis ostendam tibi radicem, ex qua oritur, vt velis à Prælato sustineri, & nolis illius insuauitatem perferre? Audi ergo Paulum subiectentem: Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Radix huius inæqualitatis superbia est. Debes quidem putare, si sapieres, Prælaturum aliquid esse, te autem nihil. At è contra putas, te scilicet esse aliquid magnum,

Galat. 6.
2.

Intolerantia
radix
dix, superbia.
Ibid. 3.

gnum, cuius simbriam non liceat attingere, Prælatum verò esse nihilum, esse nimirum quasi mancipium tuum, ad quem pertineat tuis corporalibus necessitatibus prouidere; at animam tuam in tua manu dimittere. Et quia hoc falsò putas; nam ille est maior, tu minor, ille caput, tu membrum: ideo illum in aliquo sustinere molestum iudicas. Sanè derelinquis viam rectam patientiæ, & viam rectam reuerentiæ, & viam rectam adificationis. Nam cùm aduersus illum insurgis, & patientiam deseris, & debitam reuerentiam relinquis, & malo exemplo alios astantes, aut scientes lædis, in viam prauam diuertis; nam quæ via magis præpostera, quàm à proprio patre ex bona intentione excedente nolle aliquid pati? Cùm Dominus inspicere cœperit, cùm videlicet te in die mortis ad iudicium aduocauerit, quid facies? quem tuorum peccatorum dolorem te habuisse monstrabis, qui ad satisfactionem illorum noluisti, vultum saltem proprii patris seueriorem aspicere, nec verbum aliquod durum audire?

Causa
Prælatum minus tolerabilem facientes.
 Sed inuestigemus causas, quæ Prælatum minus tolerabilem faciunt. Durus est, inquis, quia meis infirmitatibus compati nescit. Durus est, quia me indiseretè corrigit, & omnia tum grauius, tum leuius pari sollicitudine seruanda proponit. Durus est, quia dura, & ardua, & meas vires excedentia iniungit. Durus est, quia nihil à me postulatum concedit, & in nullo condescendit. Durus est, quia verbum aliquod suaue proferre nescit, & semper quasi contemnens loquitur. Durus est, quia mihi alios
 fratres,

fratres, quos ego talentis post me relinquo, indiscretè præponit. Crede mihi, frater; quia in his omnibus, aut omnino, aut magna ex parte falleris, & quia res aliter se habent. Sed esto, ita sint, quia nunc non intendimus Prælatos excusare, sed te ad sustinentiam inducere, hæc omnia pro Domino debes patienter ferre, & extuorum consideratione delictorum æquo animo tolerare. Nam Gregorius, propositis duobus frangendæ indignationis modis sic ait: Secundus autem seruandæ mansuetudinis modus est, ut, cum alienos excessus aspiciamus, nostra, quibus in aliis excessimus, delicta cogitemus: considerata quippe infirmitas propria, mala nobis excusat aliena. Patienter namque illatam iniuriam tolerat, qui pie meminit, quòd fortasse adhuc habeat, in quo ipse debeat tolerari. Et quasi aqua ignis extinguitur, cum surgente furore animi, sua cuique ad mentem culpa reuocatur, quia erubescit sibi peccata non parcere, qui vel Deo, vel proximo saepe se recolit, parcenda peccasse. Itaque si te ipsum consideres, & quanta in ipsos quoque Superiores

Vera illi non sunt quòd si essent, propriorum delictorum consideratione deberent tolerari.
5. Mor. cap. 32.

Minus compatiens necessitatibus, vel infirmitatibus Prælati, proprii status considerari non suserendus.

Durus est, inquis, Prælati, quia meis necessitatibus, ac infirmitatibus compati nescit. Hoc duobus modis euenire potest; primò, quia necessaria non ministrat; secundò, quia necessariis in victu, & vestitu, & medicamentis attributis,

tributis, affectum solum compassionis negat. Si istud faciat, certè tu delicatus es miles, qui cupis non tantum necessaria habere, verum & more puerorum à præpositis palpari. Si in seculo esses, & sine parentibus, sicut multi, sine cognatis, inter seruos, & mancipia vitam ageres, beatum te putares, si necessaria affatim haberes, quamuis serui infidi nulla erga te compassione mouerentur. Quare statum pauperis pro Christo habens, & in religione positus compassionem petis, quam in seculo petere non auderes? At, inquis, necessaria non ministrat, ac me in media plebe natum (cùm tamen sim secundum huiusmodi genus nobilis) sicut & ipse est natus, putat. Vide, ne superflua, & non tuæ indigentia, sed tuæ impatientia subsidia, necessaria dicas. Sed ita sit, quòd necessaria desunt. Vbi est propriae abnegationis spiritus, quem amplexus es? Vbi est virtus paupertatis, quam professus es? Vbi imitatio Christi, quam exquiris, dicentis: *Vulpes foveas habent, & volucres cali nidus; filius autem hominis non habet, vbi caput reclinat.* An putas votum paupertatis nuncupationem esse, non rem, & eos pauperes esse veros, qui dicunt, paupertatem vouemus, sed indigentiam detestamur, & abundantiam ac superfluitatem diligimus? Non ergo de duritia Prælati non subuenientis conqueri, sed de occasione paupertatem exercendi lætari.

Durus est, quia me indiscretè corrigit, & æquali districtione maiora, & minima exigit. Impatientia tuæ ex hac occasione ortæ Chrysostomus incedatur: [Qui arguitur, ait, non

Lucæ 9.
58.

Indiscretus in correctione, si illa, ut medicamentum assumatur.

agrè
est. S
cat, l
rent)
ben
turba
anim
medic
tibi v
dican
cetur.
cames
dat, n
ter fe
æquat
sto fat
tia est
dorem
liter e
ligent
manda
ei, cui
Du
tia ini
difficil
Vtique
ergo v
iuncta
eius qu
De De
imposs
terdun
ciunt; r

agrè

agrè ferat. Medicina enim non inimicitiae res est. Si enim medicos, cum vrunt, nemo in ius vocat, licet saepe aberrant, (nota, licet saepe aberrant) quin viti, sectique in tantis etiam doloribus beneficos illos esse in se putant, qui tantam perturbationem suscitauerunt; quanto magis æquo animo perferre castigationem castiganti, si velut medico intentum esse decet.] Medebitur quoque tibi vtriusque medicamenti discrimen. Nam medicamentum corporale si absque mensura applicetur, te potest occidere; at correctionis medicamen, quamuis multum culpae grauitatem excidat, non obest, imò magis prodest, modò patienter feratur. Nam quod ex correctione delictum æquat, poena est, qua patienter accepta pro delicto satisfacis; quod verò excedit occasio patientiae est, qua coronae beatitudinis maiorem splendorem adiunges. Si autem Prælati omnia æqualiter exigat, nihil ad te. Tu quæ sunt iniuncta diligenter custodi, memor illius, qui mandauit *mandata sua custodiri nimis*, & Prælati rigorem ei, cui incumbit, emendandum relinque.

Durus est, quia ardua, ac meas vires excedentia iniungit. An aliquando in his arduis, & difficilibus paruisti? an ea optimè perfecisti? Vtique ais, & non aliquando, sed saepe. Non ergo vires naturæ, & gratiæ tibi datas iniuncta excedebant, imò cum à te fiebant, eius quod dicis oppositum, ipsa prædicabant. De Domino dixit Hieronymus, quòd non impossibilia præcepit, sed perfecta. Idem interdum ipso Domino inspirante Superiores faciunt; nam perfecta præcipiunt, quæ imperfectus

animus

In I. ad
Corin.
ad cap.
16. Ho-
mil. 44.

Corporale
medica-
mentum
sine men-
sura offi-
cit, corre-
ctionis
patienter
sublata
proficit.

Psalm.
118. 4.

Experi-
tia obe-
dientia
tolerabi-
lem ostē-
dit ardua
præcipi-
tem.

animus impossibilia iudicauit. Ab ipsis, ô homo, cum fiducia tractaris, vt religiosus virtute conspicuus in rebus laboriosis occuparis; eorum verò bonæ de te conceptæ opinioni malè respondes, cum de illis, veluti de duris, conquereris. Durus est, quia nihil à me petitum

*Petitis nõ
annaens
non ideo
durissia
arguen-
dus, quia
fortè non
congruunt.*

concedit. Aut bona petis, vt facultatem te mortificandi, aut mala, vt facultatem inutiliter seculares visitandi; aut media, vt recreationis gratia in prædium eundi. Illud primum (vt opinor) non negauit, vel, si negauit, quòd de se bonum est, tibi bonum non esset. Illud secundum concedere non debuit, & si concessisset, contra suam conscientiam egisset. Istud tertium dare quidem potuit, sed eo ipso, quòd medium est, & indifferens, parui pendendum est ab spirituali viro, nec propter illud malum faciendum, quale est querulari, & murmurare, & Prælatum indiscretionis accusare, quia quod parum, aut nihil referebat, non dedit.

*Minus in
loquendo
suauis, vt
verbum
asperum
atena
damnationis de-
clinetur,
libenter
suppor-
tandus.*

Durus est, quia debitam suauitatem in loquendo, & respondendo non tenet. Id forte naturale est, & nemo propter illa, quæ à natura accepit, est accusandus. Maximè si ille (vt tu ipse vides) conatur se vincere, & rigidam naturam, quam sortitus est, ad nonnullam suauitatem reuocare. Sed ita sit, quòd ex professo dure loquitur. Annon verbum asperum hominis in hac vita sustinebis, vt in futura à verbo asperro seuerissimi iudicis libereris? Annon pro Dei amore in religione verbum asperum audies, qui in seculo, aut ad honorem ambiendum, aut ad lucrum captandum, mille verba aspera per-

tulisses?

tulif
mni
Non
pon
qui
Super
ta, P
in te
det v
te m
dam
temp
alios
re? C
quan
dam
bonu
qui
tur,
minu
sam,
tunt
mire
Q
bor?
riis p
se pr
super
nime
amor
non
nis, &
stine
I.

tulisses? Durus tandem est, quia me contemnit, & alios mihi impares mihi præponit. Non solum spirituum, verum & talentorum ponderator est Dominus. Ipse nouit, cui quinque talenta, aut duo, aut vnum dedit. Superbia turgidus putas, tibi quinque esse data, Prælatus verò cuius oculus superbiæ nube in te considerando minimè obuoluitur, videt vix vnum fuisse concessum. At erret, & te maiorem minori postponat. An nescis, fundamentum religiosæ vitæ proprium esse contemptum? An ignoras, si superbias, & te supra alios erigas, te in principio vocationis errare? Qui profectò error per se magnus est, & quamuis tunc esset paruus, at secundum cuiusdam dictum, magnus erit in fine. [Non planè bonus color, inquit Bernardus, si sanctorum quispiam anxie ferre abiectiõnem suam videatur, de qua etiam non gaudere, & non gloriari minus est à perfectò.] Nullam igitur habes causam, vt à sustentia eximaris, imò multæ suppetunt, vnde Prælatorum duritiem ferre æquanimiter possis.

Quibus mediis ad hanc sustentiam animabor? 1. Considera, quid mundani homines in curiis principum commorantes ferant, quomodo se pro temporali emolamento ingenio domini superbi, & insani, & numquam sibi, neque in minimo imperantis accommodant. Tu verò pro amore regni cœlestis tantillum saltem patere, & nonnullam insuauitatem Prælati sancti hominis, & se in multis abnegantis, æquanimiter sustine.

Contemnit; vel impares præponens, propria insufficienti a consideratione.

1. Meditum, secularium hominum ob terrena commoda tolerantiã meditari.

2. *Propria tepiditas, Prælati severitatem medicinam affimare.*

In regul. cap. 7.

3. *Humilitatis perfectionem affectare, cuius gradus quartus dura perpeti.*

2. Forſitan tepiditas tua tanta eſt, vt non patre, ſed ſeuero iudice, aut etiam trierarcho indigeas, & ſi prælatum pium, & discretum haberes, in virtutis amore non creſceres. Atque adè bonum eſt tibi ingenium eius ferreum ſuſtinere, vt virtutem ferream, hoc eſt, mala tolerare ſcientem conſequaris.

3. Quartus humilitatis gradus eſt, ex ſententia Benediſti, ſi in ipſa obedientia duris, & contrariis rebus, vel etiam quibuſlibet irrogatis iniuriis patientiam amplectatur. Si ad ſupremum gradum venire optas, rogo te, ne in quarto hæreas, ſed per aduerſorum ſuſtinentiam ulterius aſcendas.

C A P V T XIII.

De diſſimulandis Prælatorum defectibus.

Non inſolitum videri debet, ſi in multis Prælati deſiciant. Prudentis ſubditi eſt, eorum diſſimulare deſectus.

PRÆLATI homines ſunt, non Angeli; in terra, non in cælo vitam degunt; quamuis ſint boni, non ſemper ſunt vſquequaque perfecti; non munus habent à deſiendi occaſionibus liberum, imò multis defectibus, & culpis expoſitum: non ergo nouum, aut inſolitum videri debet, ſi in multis ipſi deſiciant. Subditi autem boni, & prudentis eſt, ad huiuſcemodi Prælatorum defectus oculos claudere, & eos diſſimulare ac contegere. Filius carnalium parentum defectus tegit, quia eorum decus proprium agnoſcit. Hinc illud Eccleſiaſtici: *Ne glories in contumelia patris tui, non enim eſt tibi*

tibi gloria
re patris
bonus
ad ſe
prudens
ac neg
fiſtam
que in
venien
& iuſti
Idcirco
inopin
ſubditi
& hon
ctus ma
facta ra
diæ, v
detract
tione, &
verò in
proſus
riorum
Deum,
murm
Tu a
ris, Præ
videre
deſpicio
ſi forte
immedi
te ſiniſt
monem
humilit

tibi gloria eius confusio, gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filij pater sine honore. Ita bonus subditus defectus suorum Prælatorum ad se quodammodo emanare putat, quare eos prudenter abscondit. Infelix Absalon culpam, ac negligentiam patris non veram, sed à se confictam, propriam gloriam esse putabat, positusque in introitu ciuitatis cuique ad negotium venienti dicebat: *Videntur mihi sermones tui boni, & iusti: sed non est qui te audiat constitutus à rege.* Idcirco à Deo derelictus ignominia plenus, & inopinata morte sublatus interiit. Sic sunt multi subditi pessimi ingenij, & naturæ, qui se bonos, & honoratos existimant, dum Prælatorum defectus manifestant, dum vniuersa eorum dicta, & facta taxant, dum eos imprudentiæ, vel iracundiæ, vel malæ gubernationis accusant. Hisque detractionibus tacitè dicunt, se digniores prælatura, & aptiores ad præsidentiam esse, Prælatos verò indignè sublimem locum possidere. Stulti profus, & inscij: nam vnde ex dedecore Superiorum suorum honorem captant, inde apud Deum, & homines sibi infamiam, & nomen murmuratorum important.

Tu autem, vir Dei, qui ad perfectionem curris, Prælatorum tuorum defectus, & culpas non videre curabis, si videris, earum causa eos non despicias, & de eis penitus nihil loqueris, nisi fortè cum Prælato maiori, ad quem spectat immediatos Superiores emendare, si alij coram te sinistrum aliquid de eis loquuti fuerint, sermonem præcides, & Prælatorum facta, & dicta humiliter excusabis.

Itaque Prælati tui defectus non videbis, exemplo bonorum filiorum Noë, qui cum pater inebriatus esset, & nudatus in tabernaculo suo, *pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui, facièsque eorum erant auersa, & patris virilia non viderunt.* [Euidens pietatis expressus est affectus, inquit Ambrosius, quòd nudatum amictu patrem boni filij videre cauerunt, ne paterna reuerentia vel ipso minueretur aspectu: siquidem etiam ipso tacito vultu pietas frequenter offenditur.] Optima quidem & sapientiz plena ratio. Cupisne erga Prælatos amorem, & reuerentiam seruare? bona inspicere in eis, quæ te ad amorem trahant, ad venerationem alliciant: mala ne aspicias, quæ potiùs auersionem, & irreuerentiam ingenerant. Certè quidem Noë vinum vsque ad ebrietatem bibens non peccauit, quia excessus in bibèdo ab inexperientia, vt ait Theodorus, nõ ab intemperantia processit, cuius argumentum efficax est, ex sententiâ Chrysostomi, quòd numquam in posterum fuit in ebrietatè relapsus. Ideo eius casus dignior miseratione fuit, & irrisio pessimi filij grauior, atque nocentior. Ita sæpissime Prælatorum defectus aut culpa carent, aut culpam leuissimam habent, à qua oculos auertere æquissimum est; eam autem considerare & exaggerare, iniquissimum, ac animi superbi, & irreuerentis indicium. Non est autem difficile Prælati defectus nõ videre, si ad eos non attendas, si teipsum ad eos attendentem grauitè reprehendas, si erga illum quotidie vera dilectione augearis.

Aliquando tamen Prælatorum errata sunt

Genes.

9. 23.

Non videndi, filiorum

Noë exempl.

Lib. de

N. 2.

cap. 31.

Quest.

64. in

Genes.

Hom.

29.

Ob manifesta errata non despicendi.

tam
celar
quid
excid
stas
miser
minu
mede
uocer
ctibu
ac à v
est er
Greg
iora b
vt sen
prelio
nec pe
perian
que a
scant,
qui in
trema
lato e
illum
tiar, n
imò in
des, e
bus te
tam c
Domi
missa,
manda
per m

tam manifesta, vt nulla possint tergiuersatione celari, neque ab ipsis cæcis non videri. Tunc quid faciendum; ne à desiderio perfectionis excidamus? Tunc Prælatos ob culpas manifestas tu non despicias; sed filiali quadam commiseratione eis compatieris, ac pro illis Dominum exorabis, vt capiti tuo languido ipse medeatur, & ad debitam sanitatem ab ipso reuocetur. Despicientiam autem auertes, si defectibus illis multas virtutes Prælatorum contegi, ac à vento vanitatis defendi consideres. [Magna est enim omnipotentis Dei dispensatio, inquit Gregorius, & plerumque cōtingit, vt quibus maiora bona præstat, quædam minora non tribuat, vt semper eorum animus habeat, vnde seipse reprehendat; quatenus dum appetunt perfecti esse, nec possunt, & laborant in hoc, quod non acciperant, nec tamen elaborando prævalent, in his, quæ accepta habent, se minimè extollant: sed dicant, quia ex semetipsis maiora bona nõ habet, qui in semetipsis vincere parua vitia, atque extrema non possunt.] Permittit Deus in tuo Prælato culpas illas, vt seipse despiciat, non vt tu illum contempnas, vt ipse de se humiliter sentiat, non vt tu de illo ignominiosè sentias. Quin imò inde deberes illum magis suspicere, quò vidēs, eum ad suas virtutes custodiendas similibus tegumentis indigere, & permissione minorum culparum à maioribus liberari. Dimisit Dominus aliquas gentes in terra Israëlitis promissa, vt in ipsis experiretur Israël, virum audiret mandata Domini, que præceperat patribus eorum per manum Moysi, an non: Sic dimittit in cordibus,

*Multa
ipsorum
virtutes
consideranda.*

3. Dialog. cap. 24.

Iudicium

3. 4.

Ad humilitatis exercitiū desectus in prælatiis permittit Deus.

dibus, etiam perfectorum, aliquos hostes, quibus eos ad humilitatem erudiat, & ut ne præliari dediscant, efficiat. Hominis autem erit insipientis propter hoc vile tegumentum, quo Prælaturam protegi à superbia vides, illum despicere, & uniuersis eius virtutibus maculam contemptus inurere.

Nihil penitus subditis de eis loquendum. De his Prælatorum defectibus, quos vides, & alij etiam vident, nihil penitus loqueris, sed taciturnitate præteries. Sermo enim de huiusmodi culpis effusus, detractio est, detractioes autem Superiorum Deus maximè detestatur.

Numer. 12. 1. 10. Detractiones superiorum grauius Deus detestatur & punit. Quod in Maria sorore Moyse cerni potest: *Loquiturque est Maria, & Aaron contra Moysen, propter uxorem eius, Ethiopissam. Inde autem quid sequuntur est? Iratusque contra eos Dominus, abiit, & nubes quoque recessit, qua erat super tabernaculum: & ecce Maria apparuit candens lepra quasi nix.* Hoc id mihi significat, quòd Dominus maximè à detractoribus Prælatorum recedit, & specialem, qua antea tegebantur, ab eis protectionem tollit. Maria verò, quæ grauius peccauit, grauius punita est, & in suo corpore lepram pertulit, in qua animæ suæ lepram videret.

Tom. I. de morbo lingua: gæ. Ut enim inquit Ephrem Syrus: [Ex terrissima Mariæ prophetiæ lepra docemur, quam graue, ac detestabile vitium sit obrectatio. Corpus, quod lepra infectum cernebatur, velut speculum quoddam, fuit animæ, quæ non perspiciebatur, cuius indicabat maculam. Ex illa carnis corruptione patefactum est, quomodo hominis detractoris corrumpatur animus.] Nec solum hæc, verum & omnes illi, qui oblo-

quati

quati
à ter
contra
autem
& d
Feria
Licet
Moyse
missa
terram
quam
Tu ad
ctione
se pro
de Dec
in qu
murm
At a
tur. Pe
rint, s
vultus
quibus
tem pro
Quam
to suo
Certe
diri, in
men, a
trahéd
lum ce
multis
bus lib
res, cor

quiti sunt Moyſi , grauiffimè puniti ſunt , & à terra promiſſionis excluſi : *Murmurati ſunt contra Moyſem , & Aaron cuncti filij Iſraël.* Iſtis autem murmurantibus apparuit Dominus , & dixit : *Uſquequò detrahet mihi populus iſte ? Feriam igitur eos peſtilentia , atque conſumam.* Licet autem Dominus ob deprecationem Moyſi à cæde temperaret , at eos à terra promiſſa reiecit. Vnde ſubditur : *Non videbunt terram , pro qua iuraui patribus eorum , nec quiſquam ex illis , qui detraxit mihi , inuebitur eam.* Tu ad illud verbum contremiſces , quod detractiõnem de Moyſe Dominus de ſe prolatam eſſe pronuntiat. Si autem immane flagitium putas de Deo detrudere , cur audebis de tuo Prælato , in quo Deus vult honore affici , inuerecundè murmurare ?

At alij de Prælati defectibus ad me loquuntur. Penitus eos non audias , verbis , ſi pares fuerint , ſi verò maiores , grauitate , & ſeueritate vultus cohibeas , & tibi talia verba diſplicere , quibus modis potueris oſtendas. *Detrahentem proximo ſuo* , ait Dauid , *hunc perſequebar.* Quanto magis detrahentem capiti , & Prælato ſuo perſequeretur , & ab illo ſe ſubtraheret ? Certè , ſi alij ſcirent , hæc à te non libenter audiri , imò & te moleſtè ferre , quòd Prælati nomen , ac opinio laceretur , nemo coram te ad detrahendum de illo procederet. [Sed hoc ideo malum celebre eſt , inquit B. Paulinus , idcirco in multis feruet hoc vitium , quia penè ab omnibus libenter auditur.] Si tu libenter non audires , coram te vtiq; non ferueret in fratre , imò præ

Numer.
14. 1.

II.
12.

Detrahentes Prælatiſ , ſi pares , verbis , ſi maiores , vultus ſeueritate cohibendi , Pſalm. 100. 5.

Ad Ceſtiantiam eſt epiſtola Hieron. 14.

Prover.
4. 24.

pudore se comprimeret. *Remove itaque à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te.* Si illa te quæsierint, fuge ab illis, ne, si admittas ea apud te loquentia, simili malo detractionis inuoluaris. Sciant omnes, te Prælatum amare, eius bonum nomen tueri, nihilque ita à te alienum esse, quàm ad defectus eius, & culpas attendere, qui statum habes obediendi, non notandi.

1. Med-
dium,
quisque
suos defe-
ctus ad-
uersat,
& plan-
gat.

De mediis aliquid dicamus. 1. Considera, & plange defectus tuos, & facile Prælatorum defectus præteries, & tamquam ad te minimè pertinentes derelinques. Hoc enim vitium notandi, & marmurandi est hominum maleuolorum, & ociosorum, qui, cum occupationem vtilè fugiât, in otio & desidia positi, aliorum facta, & dicta notant, præsertim illorum, quos Deus ad remedium istorum miserorum patres constituit. Annon legisti? *Hypocrita, eiiice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui.* Fortè non iam in oculo fratris, sed in oculo patris, & Prælati tui paruula festuca est, in oculo autè tuo magna trabs, quæ dementia erit, hac relicta quæ tibi nocet, de modica festuca patris

Pratum,
cap. 144.

2. Dei
proprium
est illos
inspicere,
punire-
que.

Psalm.

74. 2.

Iacobi

4. 12.

te esse sollicitū, quæ tibi non nocet. Qui seipsum nouit, dixit quidam probatissimus senex apud Moschum, aliorum vitia non aspicit. In tui cognitione labora, & patris defectus prætermittes.

2. Hominum culpas inspicere, & super eis sententiam ferre, opus Dei est. *Cum accepero tempus, inquit, ego iniustitias iudicabo, id est, rectè iudicabo. Et vnus est legislator, & index, qui potest perdere, & liberare. Opus est etiã Prælatorum; nã*

ad

ad hoc à Deo potestatem accipiunt, vt quasi loco eius subiectis inuigilent, & , cùm oportet, in eorum culpas inquirant, ac velut patres eas salutaribus consiliis amoueant, vel vt iudices seuerè puniant. Sed tu considera, quàm iniquum sit, Dei, & Prælatorum munus usurpare, & non quoscumque homines, sed ipsos iudices, ac Prælatos tuos velle coram te in iudicium adducere. Certè similis es illis impiissimis Pharisæis, qui Dominum suum vniuersorum iudicem iudicare voluerunt.

Iniquum est, Dei munus usurpare.

3. Vis Prælatorum defectus præterire, aut cognitos excusare? Ama. Amor namque bona amati videt, & laudat, mala verò vel præterit, vel alleuiat. Ideo vides, quia odium, aut auersio ad videndum oculos aperit. Ideo non dissimulas, sed iactas, & in publicum prodis, quia amor eius, qui præest, non tui possessor est cordis. Postula à Deo, vt dissimulare noueris, quòd sui, & proximi tibi amorem infundat.

3. Amor, cuius est amati bona laudare, mala præterire.

CAPVT XIV.

De non iudicandis Prælatiis.

ALIVD est, manifestas Prælatorum culpas damnare, aliud verò dubia, & incerta in malam partem interpretari, atque in temerarium iudicium adducere. Illud malum est, sed istud peius: quoniam apertè mala, nisi charitas adfit, ad contemptum perpetrantis vocant, at dubia, quæ bona esse possunt; & saepe bona sunt,

Dubia Prælatorum a se in sinistram interpretanda partem non sunt.

licet mihi eorum bonitas non appareat, mala & rationi contraria, sola iniquitas, & praua voluntas cogitat. Nunc ergo te ab hac iniquitate auocamus, & ne temerè iudices, Prælatorum acta

Eorū altera ut priuata persona, ut publica alia admittunt.

De primis specialis doctrina non traditur, ea enim est, quam Christus de non iudicandis proximis euulgauit.

Math.
7. 1.
Rom.
14. 4.
1. Cor.
4. 5.

In his, quæ ut tales iubent, non iudicandi.

præcipimus. Horum autem actuum duo sunt genera; alterum eorum, quæ Prælatus ut persona priuata facit; alterum eorum, quæ ut persona publica, & in ipso decursu gubernationis admittit. De illis modò non loquimur; perspicuum enim est, quòd Dominus, qui fratrum opera temerè iudicare vetuit, erga Prælatorum quoque opera, ea ratione, qua proximi sunt, audax iudicium ferre prohibuit. Et quidem hoc amplius, atque districtius, quia personæ Prælati, si reliqua sint paria, maior amor, & maior reuerentia debetur, quæ si lædantur, temerarium iudicium grauius efficitur. Ac proinde comparatione etiam ad Prælatos tibi, & omnibus dictum est: *Nolite iudicare, ut non iudicemini. In quo enim iudicaueritis, iudicabimini.* Et: *Tu quis es, qui iudicat alienum seruum? Domino suo stat, aut cadit.* Et: *Nolite ante tempus iudicare, quoad usque adueniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Et sic sunt alia. Hæc, inquam, Superiores etiam à iudicio tuo liberant, quia cum potestatem accipiunt, nomen, & conjunctionem proximi nequaquam exuunt. Imò eo ipso, quòd Superiores sunt, efficiuntur proximiores, ut, si proximos iudicare timemus, multo magis Prælatos iudicare vereamur.

Quid itaque nunc volumus? Illud sanè, ut prælatos in his, quæ ut tales iubent, vel prohibent, nequaquam temerè iudices. Nam tu, qui

qui hæc legis, aut minùs perfectus es, & libertatis, ac vitæ laxioris amator, aut magis perfectioni propinquus, & seuerioris disciplinæ susceptor. Si ille sis; quæcumque Prælati iubeat tibi, asperiora videbuntur, & eum insuauitatis, & imprudentiæ accusabis: si iste sis, quæcumque præcipiat, blanda nimis, & ad subditorum perfectionem promouendam incongrua censebuntur, & illum tamquam disciplinæ transgressorem, & religiosæ vitæ dissipatorem argues. Sed (quod sæpissime euenit) in vtroque decipieris, quia nec ille est blandus defectuum suorum subditorum palpator, nec rigidus eorum, quæ non debentur, exactor, sed prudens, atque discretus animarum gubernator & rector.

Ponamus nunc te esse ex illis primis, qui libertatem amant, & in laxitatem inclinant. Prælatum iudicas, quia tu, & ille non in eundem scopum tenditis, sed tu carnem impinguare, ille spiritum augere intendit. Crede mihi, quia cogitationes Prælati non cogitationes tuæ, nec vitæ illius vitæ tuæ. Imò non semel, sicut exaltantur cæli à terra, ita exaltantur cogitationes eius à cogitationibus tuis, & vitæ eius à viis tuis. Tu te ipsum, & tua commoda cogitas, ille verò disciplinam religiosam promouere cogitat: tu tantùm terrena curas, ille verò te à terra euellere, ac separare, & in cælum inuehere curat. Ideo videtur tibi scrupulosus, & durus exactor, qui à te, qui vitam carnalem colis, spiritualementem vitam exigit, & disciplinæ custodiam, vt pro te Domino rationem reddat, ne si te vagari, & otiosi dimiserit, ab eius gratia, & amicitia excidat.

Prælati

*Judican-
di defe-
ctus ex
amore
laxitatis,
& liber-
tatis or-
tū ducit.*

25. Mo-
ral. c. 14.
Matth.
21. 12.

Prælati ergo iudicium, quod Domini utique est, ne pro defensione tuæ tepiditatis vsurpes. [Sed quia rectores habent iudicem suum, inquit Gregorius, magna cautela subditorum est, non temerè vitam iudicare regentium. Neque enim frustra per semetipsum Dominus æs numulariorum fudit, & cathedras vendentium columbas euertit: nimirum significans, quia per magistrōs quidem vitam iudicat plebeium, sed per semetipsum facta examinat magistrorum.] Prælati est iudicare te, & tua errata emendare, tuas benefacta dirigere, tuum torporem excitare, & de his, quæ sunt agenda, vel vitanda, commone-
nere. Tuum autem est, non iudicare illum, sed quæ secundum Deum, ac regulam præceperit, facere, & ea salutaria, & animæ tuæ utilia censere.

*Aliquā-
do ex ni-
mio zelo,
qui su-
perbia in-
diciūm
est.*

*Impru-
dētia est,
nullum
in subdi-
tis dissi-
mulare
defectū.*

Sed si ex aliis sis, qui disciplinam amas, & Prælatum negligentem, & minus zelatorem boni religionis iudicas, vide, ne prætextu boni superbias, & tuam manifestam imprudentiam illius experientiæ præponas. Velles tu quidem, vt vniuersi in virga ferrea regerentur, vt nihil, nec minimum, dissimularetur, vt omnia statim punirentur. Sed euidenter erras; nam quidam lacte egent, non pane, alij virga ferrea franguntur, & blanda increpatione curantur. Hic si aliquid ei dissimuletur, in maioris momenti rebus emendatur; si nihil dissimuletur, non ad emendationem, sed ad desperationem adducitur. Deus non statim omnia castigat, sed patienter expectat, & vt Petrus ait: *Patienter agi propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam*

2. Petri
3. 9.

penitentiam

sentiam reuerti? Quare tibi Prælati displicebit, si Deum in sua gubernatione sequatur, & aliqua congruo tempore puniendi aut emendandi reseruet? Tuum ergo arrogantiam corrigas, & illum iudicio aliorum prudenter se gerentem ne despicias. [Admonendi sunt subditi, ait Gregorius, ne præpositorum suorum vitam temere iudicent, si quid eos fortasse agere reprehensibiliter vident: ne unde mala rectè redarguant, inde per elationis impulsu in profundiora mergantur.] Optimè quidem. Nam Prælati si minima non corrigendo deficit, non multum deficit, subditus autem eum negligentia damnans, & per superbiam se erigens, amplius, & grauius delinquit; nec solum delinquit, verum & periculo se irreuerentia, ac detractionis exponit. Quare idem sanctus Pater subiungit: [Admonendi sunt, ne, cum culpas præpositorum considerant, contra eos audaciores fiant: sed sic si quæ valde sunt eorum praua, apud semetipsos diiudicent, vt tamen diuino timore constricti, ferre sub eis iugum reuerentia non recusent.] Itaque tu, qui disciplina custos existis, eam primò in teipso custodi, & quandoquidem disciplina interior exteriori potior est, ne, vt alius silentium, verbi gratia, non frangat, tu debitam erga Superiorem prudenter forsitan dissimulantem, reuerentiam frangas, & eum iudicans aduersus illum per superbiam te erigas.

Illam sanè cogitationem, qua Prælatum suspicis, & admiraris, libenter deberes accipere; illam verò, qua illum aut nimia seueritatis,

3. part.
pastor.
admonitione

5.

Suspecta
est cogi-
tatio, qua
ad iudicandum
Prælatum
inclinat.

Gradu
4. longè
ante finem.

aut

aut immoderatæ suauitatis iudicas, suspectam habere. Quoniam, vt Climacus ait, Dominus quidem illuminat cæcos obedientium oculos ad contuendas magistri virtutes. Idemque excæcat, ne defectus videant: è contra verò bonis omni-

Diaboli est, aperire oculos, vt defectus Prælati videantur.

bus infestus dæmon facere conatur.] Quid inde colliges, nisi quòd diabolus aperit oculos tuos, vt defectus Prælati videas, & iudices: è contrario verò idem excæcat oculos tuos, ne eius merita videas, nec dignitatem cogites, vt illum contempnas. Annon diabolus oculos Euz aperuit, vt pulchritudinem pomi vetiti vsque ad consensum peccati videret, & eiusdem oculos excæcavit, ne ad grauitatem tantæ transgressionis attenderet? Eadem miseria filiorum est, qui dæmone instigante quod nobis est nociturum aspiciamus; quod verò profuturum, ignoramus. Et sicut ex illo aspectu matris omnium multa mala sequuta sunt, nimirum quòd ipsa pomum comederet, quòd virum ad manducandum inuitaret, quòd se, & omnes suos posteros perderet; ita prorsus ex hoc superbo aspectu, quo Prælatorum acta discutimus, in multa mala incidimus. Nam & temere super eorum actibus sententiam ferimus, & ob ea, quæ fortè bona sunt, eos ac si essent mala, despiciamus, & nos illis superbè præponimus, & quod nostrum non est, sed Dei, temerariè vsurpamus, & fortè vsque ad detractionem procedimus, & alios, qui nos audiunt, scandalo, & data offensione percellimus. Hæc omnia mala vna iudicij temerarij abiectione vitabis.

x. Medicum, dubia in meliorem partem vertere.

Postremò medicamina huius mali, aut media

dia
his
bon
part
ctis
& be
Præ
illud
bimi
præc
est, c
terpr
libu
est, q
supra
serua
quos
enim
rentia
quide
Præla
non r
super
data a
2.
te inu
est, h
corrig
la Dor
prima
lam la
Grego
quid in

dia præscribamus. 1. Quæ dubia sunt (nam de his nunc loquimur) Prælatorum facta, & in bonum, ac malum verti possunt, in meliorem partem interpretare. Id quidem in omnibus factis dubiis quorumcumque hominum charitas, & benevolentia exigit, quanto magis in factis Prælatorum deposcet? Enimuero Augustinus 2. De sermone Dom. cap. 30. illud interpretans: *Nolite iudicare, & non iudicabimini.* Sic ait: [Hoc loco nihil aliud nobis præcipi existimo, nisi ut ea facta, quæ dubium est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Quod enim scriptum est: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos*, de manifestis dictum Matth. 7. 20. est, quæ non possunt bono animo fieri, sicut sunt supra, &c.] Si hoc, inquam, cum omnibus seruandum est, quanto magis cum Prælatiis, quos ipsa dignitas meliores esse supponit, (ideo enim præfecti sunt aliis) & subditorum reuerentia magis immunes à peccato efficit. Certè quidem leges in dubiis pro iudicibus, atque Prælatiis standum esse iubent. Atque ideo sicut non magnum est eos non temerè iudicare, ita superbissimum est, dubia eorum facta, aut mandata apertè mala censere.

2. Tu multa apertè mala, & imperfecta in te inuenis, quæ corrigas, quanta ergo dementia 2. Priorum d. f. c. n. u. inuigilare correctioni. Ioan. 8. 6. est, his neglectis, ad dubia Prælatorum facta corrigenda proflire. Ab hoc temerario opera illa Domini sententia Iudæis intimata te comminat: *Qui sine peccato est vestrum, primus in illo lapidem mittat.* Quam sententiam tractans 14. Mor. cap. 15. Gregorius: [Qui semetipsum prius non iudicat, quid in alio rectum iudicet ignorat? Etsi nouit forte

fortè per auditum, quòd rectè iudicare debeat, rectè tamen iudicare aliena merita non valet, cui conscientia innocentiaè propriaè nullam iudicij regulam præbet.] Iniunctum tibi est tua propria mala emendare, & flere, vetitum verò Superiorum facta dubia, ac si essent mala, taxare. Siquidem iustitiæ cupidus es, illa, quæ te inficiunt, & malum, aut imperfectum faciunt, corrige; ista verò, quæ ad te non pertinent, sapienter relinque.

3. *Causas quibus Prælati ad aliquid faciendū mōnentur, occultas sibi quis que persuadent.*

3. Ideo facta, aut iussa Prælatorum iudicas, quia causas, quibus ad faciendum, aut iubendum moueantur, ignoras. Quas si scires, absque dubio ex mille rebus, quæ fiunt, fortè nec ullam damnares. Persuadeto tibi Prælatos maiorem, quàm subditi lucem habere, multa scire, quæ ipsi nesciunt, ad altiora respicere, quàm ipsi respiciant, facta eorum aliò tendere, quàm prima specie videntur. Non ergo potest iudicium super factis eorum latum, quorum causæ latent, à temeritate excusari. Bene profectò cecinit Prosper:

Epigr.
21.

*Linguntur secreta Deo, qui, si quid opertum est,
Inspicit, & nullis indiget iudiciis.*

Lib. 5. de
institut.
cap. 30.

Et Cassianus, ait: Ob hoc enim iudicare de aliis periculosum est, quòd ignorantes vel necessitatem, vel rationem, qua illi hæc, in quibus offendimus, aut rectè coram Deo, aut venialiter agūt, inuenimur eos temerè iudicasse, & per hoc admittimus non leue peccatum.] Et quidam scitè dixit, quòd vtile esset omnibus subditis, si singuli vno saltem anno gubernarent, vt in ipsis operibus suis, stultitiam suam, qua Prælatos iudica

iudica
illis e
noxio
fatis e
maio.

De
mina
berna
prou
quali
rum
gube
derijs
prote
bus
tiam
imm
vt qu
bum
tur.
ita si
exen
tis,
tes n
caci
diri
ó De
gam
tam
ter,

judicabant, agnoscerent. Quod autem ad hoc illis esset utile, ad alia multa esset inutile, & noxium, & congregationi perniciosum. Quare factis est, ut ipsi de se humiliter sentiant, & facta maiorum suspiciant.

Oratio ad hæc septem postulanda.

Domine Deus, Rex regum, & Domine dominantium, per quem reges regnant, & gubernatores iusta decernunt, quique mirabili providentia tua Prælatos in tota Ecclesia, & in qualibet eius congregatione constituis, quorum humeris portemur, quorum sollicitudine gubernemur, & quorum orationibus, & desideriis, & laboribus à multis malis, & periculis protegatur: Indulge, quæsumus his Præsidibus ac Patribus nostris quidquid per ignorantiam, aut negligentiam, aut alicuius affectus immoderantiam in gubernatione deliquerint, ut qui nobis clementer parcunt, secundum verbum tuum, tuam & ipsi clementiam experiantur. Da illis spiritum duplicem, spiritum, quo ita sibi consulant, ut nobis quoque verbo, & exemplo proficiant. Spiritum insuper suavitatis, & efficaciam, ut tuam suavitatem æmulantes nos non immoderatè premant, & tuam efficacitatem imitantes, fortiter disciplinam custodiri à nobis exquirant. Concede, & da nobis, ó Domine Deus, ut eos tamquam patres diligamus, tamquam maiores revereamur, & illis tamquam à te nobis præpositis promptè, libenter, & simpliciter obediamus. Da nobis susti-



962 *De vita religiosè instituenda,*
nentiam, qua sustentemus, si quid minus por-
tabile, ac durum habuerint, charitatem, qua
dissimulemus, si in defectibus nonnullis inci-
derint; & humilitatem, vt eos non iudicemus,
si in quibusdam errauerint. Amen.

C A P V T X V.

De affectu filij erga religionem.

His septem erga Patrem, id est, Prælatum
custoditis, alia septem erga matrem, sci-
licet religionem, quam professus es, obserua-
bis. Religionem esse religiosorum matrem,
non erit difficile ostendere, si, quid ipsa sit,
& quid cum suis faciat, aperiamus. Ipsa qui-
dem est quædam patriæ cœlestis imago, quod
Basilius manifestè testatur. Nam quodam loco
de religiosis in communi viuentibus sic ait:
[Hi vitæ diligenter communitate retenta, An-
gelorum viuendi ritum æmulantur.] Et post
multa: [Ad horum tam præclari negotij ma-
gnitudinem exprimendam, quæ satis idonea
inueniri in terris similitudo possit. Sed etenim
ea in terris nulla est, sola cœlestis relinquitur.]
Ac tandem concludit: [Hoc vitæ genus qui di-
ligenter colunt, ij cœlestem ac supremam mihi
virtutem videntur imitari.] Idem Laurentius
Iustinianus docuit manifestiùs: [In humanis re-
bus, & in hac peregrinatione, inquit, nihil
tam efficaciter gerit in se imaginem cœlestis pa-
triæ, quàm monastica conuersatio, & congrega-
tio

*R ligio
religioso-
rum ma-
ter.*

*Const.
monast.
cap. 19.
Patria
cœlestis
imago.*

*Lib. de
monast.
perfect.
cap. 6.*

tio diu
religio
posside
absque
Deus ei
cognos
tinuum
anima
volupt
In cœl
indisso
luntate
ritura
laudati
terpell
vita re
nuntia
bere co
In ea
quinar
amore
tate, s
eius d
& nos
sine vl
tualia
bemus
sancta
ex des
virtute
spe æ
tione
ni pat

tio diuino cultui dicata.] Et quidem iure optimo religio vocatur imago cœlestis patriæ, in qua possidere incipimus, quod in cœlis perfectè, & absque vlla mutabilitate possidebimus. In cœlo Deus clarè videtur, in religione, contemplatione cognoscitur. Ibi incessanter diligitur, hîc ad continuum, & ardentem Dei amorem aspiratur. Ibi anima beata Deo perfruitur, hîc spretis mundi voluptatibus, in Deo solo quæritur delectatio. In cœlis insignis est animæ & corporis puritas, indissolubilis charitas, perfecta cum diuina voluntate concordia, indiuiduæ & numquam peritura opes, Dei, & magnalium eius perpetua laudatio, & nullis tristitiis aut mœroribus interpellatum gaudium; quæ omnia inchoata in vita religiosa reperit, quisquis seculo verè renuntians conuersationem suo statu dignam habere contendit.

In ea quidem castitate, nuptias, & corporis inquinamēta more Angelorum abiicimus; mutuo amore, & quidem sincero, & non in aliqua vtilitate, sed in virtute fundato copulamur Deo, ac eius dispositioni per Pralatos declarata nos, & nostra perfectè subiicimus: temporalibus sine vlla diuisione frugaliter vtimur, & spiritualia numquam amittenda pro diuitiis habemus: Deum vbique corde, & ore, aut sancta actione laudamus, & gaudio multiplici ex despicientia mundi, & amore & studio virtutum, ex aggregatione meritorum, ex spe æternæ salutis, & ex diuina contemplatione perfundimur. Quare ergo huic imagini patriæ cœlestis non applicabimus, quod

Apocal. 22. 21. [*Et vidi sanctam civitatem Ierusalem novam descendentem de caelo à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.* Vita religiosa civitas est, in quam ciues plurimi confluunt, & perfectissimæ reipublicæ muneribus occupantur. Civitas sancta, quia sanctitatis itinera proficitur: Ierusalem vocata, quoniam Dei visione, id est, contemplatione perficitur nova, nam & vitæ novitatem, & innocentiae tranquillitatem amulatur: à Deo parata, quoniam non humanum, sed diuinum inuentum reperitur; sicut sponsa ornata, quia omnium virtutum operibus decoratur; & id tandem viro suo, quoniam in Dei, & Christi gloriam inuenta & fundata cognoscitur.

Galat. 4. 26. Maneat ergo religionem esse patriæ cœlestis imaginem. Sed de illa quid dicit Paulus? *Illæ autem, quæ sursum est Ierusalem, libera est, quæ est*

Cœlestis mater nostra. Quare mater nostra? Quia cum in eam intrabimus, nos veluti filios non sine purissima voluptate suscipiendo concipiet, & vita illa semper mansura vivificabit, & ut inter fratres nostros Angelos, & sanctos in æternum vivamus, quasi in lucem edet, & locum tamquam iam natis assignabit: & deliciis cœlestibus pascet: & in statu regum, & sacerdotum constituet. Sicut ergo illa cœlestis patria est mater

omniū beatorum, ita Ecclesia est mater omnium fidelium, & religio mater omnium religiosorum, ut quæ cœlestis civitatis similitudinem habet, & Ecclesiæ purior & securior pars existit, maternum ad suos filios gerat affectum. Religio,

patria
mater
vocatur
à Paulo,
& quare.

Quare
& religio
sua sibi
venidicet
nomen.

gio, o
si adhu
munus
fus es,
quasi
dit. N
à se cor
ab aliq
abortiu
tantum
per pr
emissio
sed spi
inò cu
profec
est, qu
fortiur
teris. I
te alui
doctrin
tuarum
pannis
bonis
& tua
cecidit
munda
atque
teo ec
critate
nobili
cupau
Christi
non su

gio, ô frater, quam profiteris, mater tua est, & si adhuc hæsitas, audi quàm propriè genitricis munus circa te exercuerit. Cùm in eam ingressus es, ipsa te concepit, & in domo tyrocinij quasi in vulua, in qua conseruaueris, abscondit. Non habent matres maiorem curam prolis à se conceptæ, quàm illa habuit tuæ salutis, ne ab aliquo dæmonis æstu decipereris, & quasi abortiuus perires. Exacto non quidem nouem tantùm mensium spatio, sed integro biennio te per professionem, aut votorum religiosorum emissionem peperit, & quia filius es non carnis, sed spiritus, sine angoribus, sine doloribus, imò cum ingenti exultatione parturiuit. Meritò profectò professio, aut votorum emissio partus est, quoniam ex abscondito educeris, & in consortium veteranorum quasi homo natus admitteris. Postquam natus fuisti, hæc bona mater te aluit, & vt infantulum recens natum lacte doctrinæ nutriuit, à te sordes imperfectionum tuarum aqua ingestæ compunctionis amouit, pannis innocentæ circumdedit, vestibis valde bonis virtutum, & sanctorum morum operuit, & tua non pauca infantilia sustinuit. O quoties cecidisti, & te erexit; quoties sorduisti, & te mundauit; quoties ex leuissimis causis fleuisti, atque vt infans eiulasti, lacrymas verò tuas linteo consolationis absterxit, & ad pristinam alacritatem reduxit. Iam grandiusculus factus te nobilissimis, & plantè regalibus muneribus occupauit. Quia enim ipsa regina est, & sponsa Christi filios suos sublimibus factis addicit. An non sunt opera nobilissima Deum laudare, ora-

tioni instare, & aliis vitæ religiosæ operibus inherere. Quòd si aliquid externa facie abiectum præcipiat, illud non abiectum est, sed sublime; quoniam non alicuius lucri gratia, sed calcandæ superbæ, & humilitatis addiscendæ causa præcipitur. Tandem si parentum est non quiescere, donec filios in honorabili statu collocent, huius piæ matris curâ es ad sacerdotium promotus, & ad docendum, vel Euangelium annuntiandum electus, vel ad aliud manus animabus saluandis proficuum obeundum sublimatus. Ex quo, si fidelis fueris, ad illum statum felicitatis peruenies, in quo per totam æternitatem cum Christo tuo duce lateris.

*Cor filij
erga illã
gerere de-
bet reli-
giosus.
Id faciet,
si voca-
tionis as-
suetudine
Deo
gratus
existat.*

*Præfat.
ad Psal.
31.*

Religio itaque mater tua est, esto & tu filius. Cor filij habeas, affectum filij erga eam geras, non aliter, quàm fidelis filius amori piæ matris respondeas. Hunc autem filij affectum indues, si hæc sedulò, diligentèrque præstiteris. Deo te ad religiosam vitam vocanti, & vt tam pulchræ, & nobilis matris filius esses facienti, gratus exites, & pro beneficio vocationis tuæ bis saltem quotidie immensas gratias ages, ne, si tanto dono ingratus extiteris (quod abominabile, & pessimum est vitium) aut eo spolieris, aut eodem sine spiritus emolumento fruaris. Si ingratius nihil est iniquius, vt Ambrosius ait, quodcumque beneficium obliterent, & à sua memoria & æstimatione reiiciant, quàm iniquus erit, qui præstantissimorum beneficiorum obliuiscitur, & pro eis grates referte cunctatur. Hoc autem beneficium, quo es filius religionis effectus, certè vnum est ex maximis, quod plu-

rima

*rima a
in mu
feculo
bus in
bono
numq
quent
gotiis
tibi h
quem
multi
nem o
tam in
ter ce
lam v
bona
quon
ipso
tum
mus
Et
latur
uere
remo
non
omn
esse
mate
sa et
raui
tūsq
terat
qui*

rima alia comprehendit. Nam eius causa à calu in multa peccata grauia seruatus es, in qua in seculo cecidisses, virtutes multas didicisti, quibus in mundo caruisses; merita plurimorum bonorum operum habes, quæ extra religionem numquam acquisuisses; sacramentorum frequentia, & vsu orationis frueris, quæ mundi negotiis addictus ne cogitasses quidem. Hic status tibi honorem attulit; nam propter habitum, quem gestas, à cunctis suspiceris, requiem, & à multis curis sustentationis temporalis liberationem dedit, conscientiam pacatam, & latam vitam importauit, & vitæ æternæ arrham moraliter certam, si perseueraueris, & secundum regulam vixeris, impertiuit. Venerunt tibi hæc omnia bona pariter cum hac sancta matre tua; vide quomodo pro tanto dono grates rependas, ne ab ipso Deo, & Angelis, qui te cor triste, & ingratum habere cognoscunt, pessimus, & stultissimus habearis.

Et quid aliud filij nomine, & affectu postulat? Id sanè, vt hanc matrem tuam magna reuerentia prosequaris, vt regulam, statuta, ceremonias, & quæcumque alia, etiam minima, non sine honore complectaris, vt de his omnibus cum veneratione loquaris, & vtilia esse, ac bene instituta prædices. Bethsabée mater Salomonis, semel coram eo ingressa est; & surrexit rex in occursum eius, & adorauit eam, & sedit super thronum suum, positusque est thronus matri regis, qua sedit ad dexteram eius. Bonus filius, & cor regale habens, qui ita matrem honore affectit, & reuerentiam

si illam magna reuerentia prosequatur, & honoris extolatur verbis.

3 Reg. 2.29.

tiam ipsi delatam ad suum proprium honorem pertinere censuit: sic & tu hanc matrem tuam, quæ te regem, id est, religiosum, ac filium Dei fecit, honore prosequere; surgis in occursum eius, cum eius instituta tueris: adoras, cum hæc eadem suspicis: in throno ad dexteram tuam admittis, cum eius scita, & patrum antiquorum sensum tuæ sententiæ ac iudicio præponis. *Stultus homo*, ait Salomon, *qui despiciit matrem suam.* Et Ecclesiasticus: *Sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam.* Ne tu ad stultos pertineas, qui, dum matrem contemnunt, se ipsos contemptibiles faciunt, dum contemptibilia profitentur: sed magis ad sapientes, qui honore matris ditantur, & se ratione illius honore, ac reuerentia dignos reddunt.

Prouer.

15. 20.

Eccli. 3.

5.

*Si de
ipsum ho-
nis gau-
deat, ma-
lisque tri-
stetur.*

*Ad pro-
prie vir-
tutis pro-
fectum
religionis
dilectio
in omni
momenti
est.*

Prouer.

4. 4.

Hic demum affectus postulat, vt religionem, ceu matrem diligas, & ex dilectione de eius bonis, præsertim spiritualibus, vt de eius feruore, & sanctitate lateris, ac de eius malis, præcipuè etiam spiritualibus, vt de eius tepore, de minore puritate, ac de aliquorum filiorum eius, ac fratrum tuorum casu tristeris. Hæc dilectio maximi momenti erit, vt in virtute proficias; faciet enim vt religiosam disciplinam non molestam, sed gratam: non grauem, sed suauem existimes, eique te diligenter accomodes. Nam amor, rei amatae confortium delicias putat, & ei se accommodare ad propriam voluptatem refert. Religio amantè dicet tibi: *Suscipiat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, & viues.* Tu verò eius adhortationes non aliter, quàm verba aman-

tissimæ

tissimæ matris accipies, quæ profectò non contristant, sed delectant, quia ad hoc tendunt, vt tu in omni virtute proficias. Hæc tandem dilectio faciet, vt religio tui causa suum decorem, & splendorem non amittat. Nam & ipsa à te postulabit, vt puritati status tui consulas, & nihil regulæ contrarium admittas. Ne putes autem (vt quidam stultè cogitant) hunc filij affectum exigere, vt immoderatè tuum statum efferas, vt insipienter aliis religiosis familiis anteponas, vt in publicis confessibus ad primas sedes aspire, vt de maiorum sanctitate, & de antiquitate te iactes. Hæc ridicula sunt, quæ stulti faciunt. Sed id exigit affectus filij, vt in omni loco bonum exemplum præbeas, vt tui status necessariam circumspeditionem custodias, & vt omnibus te per humilitatem submittas.

Media ad hunc affectum habendum subiiciamus. I. Auerte oculos ab his, quæ in tuo statu incommoda reperis, è contra verò in illud oculos considerationis intende, quod commodum experiris. Nullum in hac mortalitate statum, nullum vitæ genus inuenies ab omni incommodo, & tristitia liberum. Neque ipsi potentes, qui, asserente sancto Dauide, in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur, à multis miseriis adhuc temporalibus liberantur; quia licèt diuitiæ adsint, sæpe sanitas corporis, aut gaudium mentis, aut bona opinio apud alios deficit. Status ergo tuus, quantumuis perfectus, multis utilitatibus, & commodis aliquod incommodum, aut

i. Meditatio.
Ab incommodis religiosis oculos auertere, eosque in commodis collocare. Nullum vita genus à labore liberum.

Psal. 72.

molestum permixtum habebit. Sed tu, si sapiens fueris, statum quidem diliges, & incommoda patienter sustinebis, & facies ea adiumenta virtutis. Quæ sanè comparata inconuenientibus, quæ in aliis vitæ generibus inueniuntur, vix reputabuntur incommoda.

2. *Est autem, qua religio secum affert, attendenda, non qua particularis occasione inferuntur.*

1. Longè aliud est, quod religio secum affert, vel quod aliquis particularis, siue subditus, siue Prælati inferit. Nam hic potest aliquid molestum inferre, quod toti familiæ nequaquam debet imputari. Si in patria tua inimicum haberes, eum quidem auerſareriſ, sed patriam semper vt matrem diligeres: ita si aliquis esset tibi in statu religionis infensus, vel quippiam manifestè malum in iniuriam tui faceret, illum patienter sustinebis, & vt condescendam imbecillitati naturæ, iniuriam illam licitis mediis propulsabis, ab statu autem tuo, qui in culpa huius priuatae personæ non est, te per auersionem non diuides.

3. *Solicita in abiciendo se ipse cura.*

3. In hoc tua sollicitudo fit, vt teporem abicias, & spiritus feruorem accendas. Hic enim oculus mentis aperiet, vt sublimitatem, & multiplicem vtilitatem tuæ vocationis agnoscas, & ex hac cognitione in eius amore in dies proueharis.

Religionis thesauri regula, quam religiosus fidelis instar filij debet custodire.

CAPVT XVI.

De custodia Regule.

BONVS filius thesaurum suæ matris custodit, & opes eius non dilapidat, sed quantum potest, auget, sciens quia opes matris opes suæ sunt, & quod non poterit egere, si bonam,

&

& piam matrem, apud quam vitam agit, no-
 uerit abundare. Tu si sanctæ religionis bonus,
 & fidelis es filius, thesauri eius curam habe-
 bis, & diuitias eius diligenter seruabis. Et quis
 est religionis thesaurus? nonne regula, secun-
 dum quam uiuit. Et quæ diuitiæ, nonne con-
 stituciones, & statuta, cuius obseruantia se
 in omni puritate custodit? Hæc tu, si filius
 es, & non hostis, integra & inuiolata seruare
 conaberis. Seruabis autem, si ea transgressus
 non fueris, si iuxta normam illorum vitam
 tuam instituëris, si exemplo tuo, quod in te
 fuerit, ab aliis custodiri feceris. Temporales di-
 uitiæ ipso usu consumuntur, aut minuantur,
 spirituales uero ipso usu seruantur, & augentur.
 Usu crescit humilitas, id est, humiliatione: usu
 augetur charitas, id est, dilectione: usu aliæ
 uirtutes ad perfectionem perducuntur, id est,
 ipsarum diligenti exercitatione. Vis regulam
 seruare? Vis statuta sanctissima tui status auge-
 re? ne permittas ea in literis mortuis, quasi in
 pauimento iacere, ne sinas ea quasi rubigine
 obduci, sed ut fulgeant, & crescant, & in per-
 fectione sint, curato ea opere implere, & execu-
 tioni mandare.

Regula, & statuta à te custodita te custodient,
 & venerabilem matrem tuam, scilicet sanctam
 religionem, indicibili exultatione afficient. Ma-
 ter gaudet, si filios suos bene ualere, & opibus
 abundare, & apud aliquë principem in honora-
 bilissimo loco haberi sciat. Regulæ, & statutorū
 custodia, ô frater, salus est animæ, quæ ab eo
 multa peccata, & imperfectiones remouet, &
 virtu

*Custodia
 hæc custo-
 dientem
 custodit,
 religio-
 nemque
 exulta-
 bundam
 reddit.*

virtutum actionibus, quasi sanitatis partibus, incolumem reddit. Hæc eadem custodia thesaurus tuus est, & opes præcipuæ. Non enim diues spiritu diceris, si literis sis præditus, si talentis, & donis naturalibus decoratus, sed si fueris choro virtutum instructus. Virtutes autem regulæ, & constitutionum obseruantia conquiris. Hæc tandem custodia te Deo amicum & familiarem facit; nam regulæ obseruatione cordis munditiam adquires, & verbis tuis, quibus te Deo consecrasti, quasi gratiam & decorem adicies. Scriptum est autem: *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam laborum suorum habebit amicum regem.* Matrem ergo religionem lætitia perfundes, si regulam, ac maiorum scita custodias. Tibi etiam sapienter prospicis, quia hæc obseruantia te perfectum faciet; nam per custodiam regulæ ad sanctitatem peruenitur. Te filium honorabilem religionis, & dilectum constituet, quia ab illa solus disciplinæ sectator honoratur, atque diligitur. Te fratribus amabilem, qui virtutem, & eius possessorem amant, & dæmonibus terribilem, qui solos Dei amicos, & mandatorum obseruatores timent; & Angelis similem reddet. Quia sicut illorum gloria est, Deo parere, ita & tu gloriam existimabis, Deo in his, quæ per religiosum institutum præcepit, obedire.

Deo familiare
militarem
facit, aliis
quos nobilitat
or-namen-
tis.
Prover.
22.11.

Magna
præcipien-
te regu-
la, magna
facienda.

Regula magna præcipit? Magna seruabis; quia sine obseruatione magnorum ad æternam animæ salutem non peruenies. Magna enim dicuntur, quæ sine graui peccato præteriri nequeunt, qualia sunt tria substantialia status

reli

religiosi, paupertas, castitas, & obedientia, & quæ custodiam horum votorum inuoluunt. In his dicetur tibi: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Quoniam licet ista ante professionem, aut votorum emissionem essent libera, & in consilio posita, postea tamen quàm illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus, ex consiliis facta sunt ipsa præcepta. Egregium autem esset facinus in statum religiosum ad certiorum, ac securiorem viam salutis properasse, & abiectiōe mediōrum huius salutis, eam ipsam perdidisse. [Nam propositum monachi, inquit Leo Papa, proprio arbitrio, & voluntate susceptum, deserere non potest absque peccato. Quod enim quis vouet Deo, debet & reddere.] Et Chrysostomus: [Si militiæ vincula non teneant, quis tibi desertionis crimen obiiceret? Nunc autem nihil in te penitus iuris est, quippe qui tanto imperatori militare cœpisti. Si ergo iam vouisti Deo, ne moreris reddere, displicet enim ei infidelis, & stulta promissio. Sed quodcumque voueris, redde: multoque melius est non vouere, quàm post votum promissa non reddere. Illudque Davidis: Vouete, & reddite Domino Deo vestro, omnes qui in circuitu eius afferitis munera, ita accipe, vt ante votum, vouere tibi sit liberum, at postquam voto te obstrinxeris, reddere, quod promisisti, non sit tibi liberum, sed necessarium. Itaque magna, id est, voto aut præcepto obligantia, omnimodis seruanda sunt, ne in matrem nostram infideles simus, & ne à gratia, & merito aternæ vitæ excidamus.

Matth. 19. 17.

Epistol. 92. ad Rusticū.

Epist. 6.

Eccles. 5 3.

Psal. 75. 12.

Minima
imperan-
ti non mi-
nimè ob-
sequendū
sedulita-
te.

Feliorum
instar
sunt, sine
quibus
fructus
putrescūt,
Ieremiæ
8.13.

Instar
maceria.
Eccles.
10.8.

De simi-
litudini-
bus, cap.

155.
Religio-
sus men-
dici more
parus
virtutem
lucris: a
gna sibi
merita
debet cō-
parare.

Regula minima præcipit? Et minima quo-
que custodies. Nam licet ea minima sint vique
adedò, vt peccati obligationem non inducant,
non propterea sunt neglectui habenda, sed se-
dulò ac diligenter obseruanda. Hæc sunt instar
foliorum arboris, sine quibus fructus rerum
maiorum, & in præcepto positorum putrescent.
Est enim hoc, quod Ieremias ait: *Non est vna
in vitibus, & non sunt sicus in ficulnea, folium de-
fluxit. Quòd si non cecidisset, fructus vtique
conseruasset.* Sunt instar maceria vinearum cir-
cumdantis, & racemos à prætereantibus de-
fendentis. Et scriptum est: *Qui dissipat sepem,
mordebit eum coluber.* Quia videlicet minima
transgredientes, quæ absque dubio maiora pro-
tegunt, huic periculo se exponunt, vt in ma-
iorum transgressionem proruant. Sunt tandem
sicut minima luera, quæ qui insipienter con-
temnit, nunquam diues erit. Cui seruit opti-
ma Anselmi similitudo, religiosum ad paupe-
rem comparantis. Hic multorum minorum
aggregatione habet, vnde viuat, & cibum,
ac vestem sibi prouideat. Si autem singula
minuta, quæ sibi in eleemosynam erogan-
tur, perderet, præ defectu necessarium
periret. Sic tu, ô frater, in magna paupertate
virtutum viuus, modicis meritis in obserua-
tionem minorum positus te vticumque reficere
debes. Si autem hæc contempnas, & nunc
hanc regulam minorem, postea verò illam,
& post paululum aliam frangas, vndene spiri-
tus refectionem parabis? Si alicuius magnæ
infamiae nulla à te occasione data, aut mat-

tyrij

tyrij
gear-
nium
men-
cor-
cum
meri-
tum
& in-
grad
agge-
tepic
Ita
mou-
sunt,
nora-
eris i
Qu
fideli-
iniqu-
tè da
mitt-
mulo
in an-
teris
est,
quòc
maic
cile
ma f
ritò,
catis
fis op

tyrij occasiones expectas, vt virtutibus au-
gearis, iam non facile istæ occasiones obue-
niunt. Nec inter bonos positus, qui te infa-
ment, neque in cœtu fidelium, qui te martyrio
coronent, inuenies. De modicorum meritorum
cumulo tibi cogitandum est, vt multa parua
merita simul iuncta magnum eorum augmen-
tum efficiant. Si ista perdis, & illa non inuenis,
& in vocatione tua regulas, & instituta trans-
grediendo non merita accumulās, sed culpas
aggeras, te semper imperfectum & discolum, ac
tepidum fore prælagio.

Itaque vt spiritu adolescas, vt culpas à te re-
moueas, vt merita augeas, quæcumque præcepta
sunt, quæcumque ordinata, siue maiora siue mi-
nora, diligenter obseruabis. Ex minimis qualis

eris in magnis, non imprudenter coniectabor.

*Qui fidelis est in minimo, ait Dominus, & in maiori
fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiori
iniquus est.* Si quis furta parua non metuit, for-
tè data occasione fartum etiam magnum ad-
mittet. Qui verò vel pomum tollere erubescit,
multo magis vas argenteum, aut aureum rapere
in animum non inducet. Si parua ex regula præ-
teris, quia oppositum eius, quod præscriptum
est, te delectat, quid de te existimabo, nisi
quòd maiore voluptate oblata propter illam
maiora præteribis. At si in modicis, quæ fa-
cilè diluuntur, fueris fidelis, ne te vel mini-
ma sorde contamines, certè putabo, & me-
ritò, quòd magna sollicitè custodies, nec te pec-
catis maioribus inquinabis. Vt ergo religionis
sis optimus filius, illud apud te statue, vt omnia,
quæ

*Fidelitas
in paruis,
fidelitas est
in maio-
ribus ar-
guit.*

Lucæ 16.
10.

In expo-
sit. reg.
cap. 12.

*A luce se-
paratur,
qui à re-
gula cu-
stodia de-
flectit.
Prover.
6. 23.*

quæ iniuncta sunt, tum magna, tum parua fide-
liter impleas. [Nec in speciali amplius diffinio,
inquit Bonauentura, nisi vt omnia regula ver-
ba cum reuerentia recipiantur, & ipsorum trans-
gressio penitus deuitetur, cum certum sit, re-
gulam pro lege dati. Nec aliquis à lege auertit-
tur, quin ad tenebras conuertatur.] Sanè ita
est, qui à regulæ suæ custodia auertitur, à luce
separatur, & ad caliginem, tenebrâsque con-
uertitur. *Mandatum enim lucerna est, & lex lux,
& via vitæ increpatio disciplina.* Si quæ statuta,
& ordinata sunt, transgrediaris, cum à lege
discedas, à lucerna te auertis, à luce te segre-
gas; inde autem quid sequetur, nisi vt in te-
nebras incurras. Regula est vitæ, per
cuius custodiam peruenitur ad vitam. Si hac
via deserta aliam viam teneas, non ad vitam
ibis, sed mortis iter ingredieris. Est tandem
increpatio disciplinæ, id est, distortos tuos
mores reprimens atque redarguens, si ei au-
res mentis obtures, id eueniet, vt, sicut pue-
rulus disciplina carens, corruptis moribus in-
quineris.

*1. Mediū.
Regulas,
& consili-
ationes
assidua
medita-
tione vol-
uere.*

Media ad regulæ custodiam proficua sunt hæc,
quæ sequuntur. 1. Regulam, constitutiones, &
superiorum ordinationes attentè leges, assidue
volutabis, & intelligere ac scire curabis, ne-
mo enim exequitur, quod ignorat. Et ipsa le-
ctio rerum sanctissimarum, & ad quas implen-
das à Deo vocatus es, ad earundem amorem, &
exequutionem allicit. Regulæ autem lectionem
ad custodiam referri, eamque iuuare, docuit

Cap. 66. Smaragdus S. Benedicti regulam explanans:

[Vt

Vt e
possi
te C
ges
mine
vtrū
obser
lebis
nis p
& o
agno
milit
tionē
exto
2.
rum
nem
ter h
quia
lant
ratis
for a
Hoc
tuali
erran
ligit
ter in
tio si
cuius
odij.
pis,
impe
3.
7.

Vt eam, inquit, intelligentes, & secundum possibilitatem memoria retinentes, adiuuante Christo, implere operibus valeamus.] Leges autem hæc eo animo, vt teipsum examines, atque à teipso rationem exposcas, vtrum regulam, & instituta transgrediaris, an obserues. Si quid non obseruasti, de hoc dolebis, & te ad resipiscentiam, & emendationis propositum excitabis. Si verò tuo statui, & obligationi satisfecisti, Deum auctorem agnosces, ab eoque gratiam perseuerandi humiliter petes. Sic lectio regularum in meditationem transibit, & meditatio opus efficaciter extorquebit.

2. Pro transgressione regulæ, aut Statutorum etiam in minimis non solum correctio- nem, & multam à Prælatiis impositam humili- ter subibis, verùm si illi non imponant, vel quia defectum tuum ignorant, vel quia dissimu- lant, tu ipse sponte suscipies. Teipsum pro er- ratis reprehendes, teipsum punies, & tui ten- sor ac iudex effectus ad emendationem adiges. Hoc habebis tamquam signum boni, & spiri- tualis amoris, quem erga te habes, si teipsum errantem, ac deuiantem castigaueris. *Quem di-* *ligit Dominus, corripit,* ait Salomon, & *quasi pa-* *ter in filio complacet sibi.* Ergo correctio, & puni- tio signum est amoris, sicut è contra obliuio ali- cuius, vt post concupiscentias suas eat, signum odij. Te ergo verè diligis, cum teipsum corri- pis, & inflictione pœnæ ad rectè ambulandum impellis.

3. Efficacissimum medium est, vt ea, quæ

I. Alvarez de vitavel.

Q99

in

2. Pro
regula
transgres-
sione spõ-
taneam
subire
multã.

Prover.
3. 11.

3. Quæ in
actione
consistit,
opere exe-
qui ser-
uenter
eniti.

in actione consistunt, opere exequi enitaris. Scias, te ad hoc fuisse vocatum, vt vir sis non tantum desideriorum, sed operum. Desideria quidem obseruationis habe, sed ab illis ad opus transi, & ad debitas te actiones astringe. [Nec sufficere tibi putes, inquit Hieronymus, mandata Dei memoria tenere, & operibus obliuisci; sed ideo illa cognosce, vt facias quidquid faciendam didiceris. *Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Estote autem factores verbi, & non auditores tantum,* inquit Iacobus, *fallentes vos metipsum.* Quia re vera qui sola lectione, aut auditione se pascit, se ipsum fallit, quia lectio, aut auditio eorum, quæ operari debemus, absque actione non reficit. Optimum ergo remedium est, facere, ad opus se cogere, sine voluptate, imò & cum mœnore debita præstare. Sic enim habitus comparabitur, quo bona hilariter & delectabiliter operemur, & à Deo diligamur, quia *hilarem datorem diligit Deus.*

Epist.

14. ad
Celan-
tiam.

Roman.

2. 13.

Iacobi

1. 22.

2. Co-

rinth. 9.
7.

CAPVT XVII.

De bono nomine religionis querendo.

Bonum
religionis
nomen
summa
cura reli-
giosus
debet
promo-
uere.

BONI quoque filij est, non tantum opes matris custodire, & augere, sed & honorem eius, ac bonam opinionem sollicitè, strenuèque seruare. In eo tu, ô serue Dei, non eris indiligens, sed bonum nomen sanctæ matris religionis non perdere, imò promouere constitues, vt qui ab ea tot, & tam magna beneficia reci

recip
infan
Tobi
bis m
ipfa
eam l
patre
Vtriq
tione
conco
dolor
fam f
ris, ô
præu
te fuf
male j
reling
sperat
carna
velis
præla
maled
quam
suis m
mæro
religio
ira, ac
Sed
quere
hypoc
fallaci
ex ver
demon

recipis, in hoc saltem ei vtiliter seruias, & non infamiae eius auctor existas. Præceptum fuit Tobiae erudientis filium suum: *Honorem habebis matri tuae omnibus diebus vitae eius.* Et quia ipsa tibi superuiuet, vsque ad mortem tuam eam honore prosequi minimè desistes. *Honora patrem tuum, & gemitus matris tuae ne obliuiscaris.* Vtrique honor est debitus, & certa quadam ratione maior matri, quæ licet minùs perfectè ad conceptionem confert, tamen non sine magnis doloribus prolem effundit. Quod & in religiosam familiam quadrat; nam vt tu spiritu nascaris, ô homo, ipsa apud Dominum natale tuum præuenit, & gemitibus, ac multa oratione pro te fasa, & corporis afflictatione se cruciat. *Quam mala fama est,* ait alio loco Ecclesiasticus, *qui derelinquit patrem: & est maledictus à Deo qui exasperat matrem.* Ne sis tam hebes, vt hæc de solis carnalibus parentibus, & non de spiritualibus velis intelligi. Perfectò infamis est, qui suum prælatum Dei vicem gerentem contemnit, & maledictus à Domino, qui religiosam familiam, quam in matrem elegit, ab ea bonum nomen suis malis operibus auferendo, ad tristitiam ac mœrorem prouocare non desinit. Bonum ergo religionis nomen tibi quærendum est, ne matris iræ, ac Dei maledictioni subiaceas.

Sed quomodo hoc bonum nomen, bonamque religionis opinionem seram? Non quidem hypocrisi, non fictione alium te esse, quàm sis, fallaciter mentiendo, sed bona, & sancta opera ex vero corde profecta ad gloriam Dei omnibus demonstrando. In speciali autè hæc quæ subiici-

Tobiaz
4.3.

Eccli. 7.
29.

Eccli. 3.
18.

Non mē-
titiis mo-
ribus, sed
bonis ope-
ribus
quari-
tandum.

*Nihil in-
decorum
coram
seculari-
bus ore,
vel opere
proferen-
dum.
In spe-
culo,
part. 4.
cap. 2.*

mus, solent bonum nomen religionis inferre, Nihil coram secularibus indecens indecorumve facias, vel loquaris. De quo hæc scribit Bona-ventura: [Si qui fortè dissolutiones, aut clamosas disputationes, verborum altercationes, vel alia, quæ offensionis materiam extraneis dare possint, vitare inter homines negligent, nequaquam eos timoratos dixerim, aut zelum religionis habere. Qui religionis suæ scandalo non occurrat, honori proprio detrahit, & saluti. Qui fidelis religionis est filius, nequaquam eius scandalum parui ducit.] Duobus itaque nocet, si minùs circumspectus sis apud seculares, & tibi, & religioni. Huic quidem, quoniam putabunt, eam ex hominibus otiosis, & imprudentibus, & prophanis tui similibus constari. Tibi autem, cui saltem, si non familiæ, cuius institutum profite- ris, vitia, & distortos mores in te deprehensos ascribent,

*Tantum
cum illis
agendū,
quantum
necessi-
tas, vel
charitas
postula-
uerit.*

Cum secularibus ages, quantum necessi-
tas, aut prudens charitas postulauerit, & ni-
hil ampliùs. Necessitas est, si ex obedientia
ad aliquod negotium tractandum mittaris:
si ex proprio ministerio ad audiendas pœni-
tentium confessiones, & conscientia nodos
dissoluendos adigaris: si ab aliquo ad eam
rem, quæ tuum statum non dedecet, voce-
ris. Charitas est, cum non vocatus, nec
missus, vltro, sed prudenter, & circumspectè
te ingeris, vt alicui proficias; cum consalu-
tationes domi, aut foris admittis, ne ami-
cos offendas, aut à te auertas; cum secun-
dum bonas consuetudines tui status, & vo-
catio

cationis inter alios viuis. Neceſſitas ſeipſam
 metiatur: id eſt, tantum temporis cum ſecu-
 laribus te teneat, quantum opus eſt, vt obe-
 dientiæ, aut muneri, aut negotio ſatisfacias.
 Charitatem prudentia, & deſiderium Deo,
 & vtilioribus vacandi moderetur. Hoc eſt, vt
 hæ confabulationes breuiores ſint, & rario-
 res, non quæ te diſtrahant, ſed quæ bene-
 uolentiæ ſufficiant. Vt non res prophanz, &
 ludicræ, ſed ſpirituales, & ſeriæ in medium
 adducantur, quæ dignæ ſint à religioſo tra-
 ctari: *Sint vita coccinea labia tua, & eloquium
 tuum dulce.* Quæ ſcilicet ex charitate ad lo-
 quendum procedant, quæ audientium cogita-
 tiones, & deſideria in vnum Dei amorem aſtrin-
 gant, quæ ſuauiſſimè, & modo loquendi tædium,
 moleſtiãque depellant. Sint verba tua ſimilia
 verbis magni Antonij, de quo ſic ſcribit Athana-
 ſius: [Sermo eius ſale conditus, conſolabatur
 mœſtos, docebat inſcios, concordabat iratos,
 omnibus ſuadens, nihil amori Chriſti ante-
 ponendum: proponebatque ante oculos bono-
 rum magnitudinẽ futurorum, & Dei clemen-
 tiam, & beneficia retexebat indulta.] Si huic
 ſermõni tui ſimiles fuerint, non ſolum ſimi-
 les fructus, quos idem ſanctus doctor ſubiicit,
 in auditorum animis reportabis, verum & bo-
 no homini tuo, & familiæ, cuius es membrum,
 proſpicias.

Secularibus, quæ domi ſunt geſta, aut ge-
 rendã, non deteges. Non bona, non mala, ſi
 quæ (vt fieri poteſt) accidiffent, non media, ſi-
 ue indifferentia. Bona ordinis, ſeu religioſæ

Charitã-
 tem prã-
 dentia,
 & deſi-
 derium
 vacandi
 Deo de-
 bet mo-
 derari.
 Cant. 4.
 3.

In vicẽ
 eius.

Domi-
 ſta notã
 propã-
 landa.

familiæ tacebis, quia si minimè intelligantur, vt sæpe euenire solet, audientes non ædificant, & ipsi ad imprudentem seueritatem, aut ad nimiam, & indiseretam laxitatem pertinere existimant. Si autem intelligantur, cùm viderint aliquem ex fratribus oppositum ex dispensatione, aut necessitate facientem, eum transgressionis, ac disciplinæ fractæ condemnant. Hanc rationem adducit Bonauentura, quare statuta ordinis sunt silentio suppressenda: [*Secreta ordinis, inquit, quantumcumque religioso, vel familiari non reuelent, nec statutum aliquod publicent, nisi fortè quod commodè celari non potest. Idipsum autem non statutum, aut præceptum, sed tantùm ordinis intra domum consuetudinem vocent, vt per eorum responsum obtentionis debitum excludatur etiam extra domum, ne seculares, si quando contrarium videant, reputent fratres sui ordinis transgressores, cùm tamen multa possint licitè ex ordinis vel superiorum dispensatione mutari.] Errant ergo, & sua nesciunt, qui putant ad gloriam religionis pertinere, si regulæ, & statuta publicentur, & in bibliothecis vendantur. Hoc enim non voluntas religionum, sed necessitas facit, quia libri typis excusi non possunt suppressi, & è manibus libratorum eripi. Mala, & scandala, si quæ acciderint, multo diligentius filebis, ne frater, qui admisit, infametur, & ne tua conscientia lædatur, & ne ipsa religiosa familiâ dedecus patiatur, dum stulti seculares peccatum vnius toti congregationi ascribunt, & ex casu illius aliorum vitam,*

In speculo,
part. 1.
part. 4.
cap. 31.

& m
aliud
aliud
ricus.
rit,
Sed n
iam ip
ta, ne
tres s
nôme
fontes
biung
tia est
tacen
differ
malan
nos su
damu
vt qu
pori
ergo
forte
cesset.
Ite
gredi
lam n
præce
res, ac
tamen
perm
intra,
sed ab
serit,

& mores cognoscere volunt. [Ad quid enim aliud sedent isti, inquit Augustinus, & quid aliud captant, nisi vt quisque Episcopus, vel clericus, vel monachus, vel sanctimonialis ceciderit, omnes tales esse credant, iactent, contendant. Sed non omnes posse manifestari? Et tamen etiam ipsi, cum aliqua maritata inuenitur adulterata, nec proiciunt vxores suas, nec excusant matres suas. Cum autem de aliquibus, qui sanctum nomen profitentur, aliquid criminis, vel falsi insonuerit, vel veri patuerit, instant, satagunt, ambiunt, vt de omnibus hoc credatur.] Hæc stultitia est, sed non possumus ei aliter mederi, quam tacendo, & mala singularium non reuelando. Indifferentia etiam supprimes, quia maleuoli ea in malam partem interpretantur, & beneuoli, quia nos super homines putant, si naturæ condescendamus, spernunt. Volunt enim, asserente Basilio, vt quasi materiæ expertes viuamus, & corpori etiam necessaria denegemus. *Secretum* ergo, vt ait Salomon, *extraneo ne reueles, ne forte insultet tibi, cum audierit, & exprobrare non cesset.*

Item seculares intra claustra cœnobij, vbi ingredi non solent, & multo vigilantius intra cellam non admittes. Id quoque Bonauentura non præteriiuit: [Numquam extraneos, licet familiares, ad visitandum officinas inuitent. Si quando tamen ad aliquorum instantiam eas ostendere permittatur, domos tantum communiore non intra, per singula loca, seu angulos peragrando, sed ab ostiis expedite, quantum honestas permiserit, ostendentes, quidquid eorum aspectui

Epist.
137. ad
cleric.
Hippo.

Const.
monast.
cap. 7.
Prouer.
25. 9.

Intra
claustra
cœnobij
non ad-
mittendi,
multo
minus in
cellam.
Suprà
part. 3.
cap. 9.

984 *De vita religiosè instituenda,*
subtrahere poterunt, subtrahant, & furentur. Non est religio, vbi omnibus omnia patent.] Quæ non videntur, neque ordinaria fiunt, in veneratione habentur: quæ verò omnibus obuia sunt, & patentia, eo ipso vilescunt. Si volumus ergo vt domus nostræ Deo, & vitæ religiosæ, & sacris ministeriis consecrata reuerentiæ sint hominibus huius seculi, ab introitu partium interiorum eos arceamus, & in locis ad eorum adiuuentum destinatis, vbi scilicet possint confessione mundari, & de necessariis instrui, eos admittamus.

*Latitia
de voca-
tionis be-
neficia
semper
ostentan-
da.*

Cum eisdem secularibus, aut alterius professionis hominibus ita de tua vocatione loqueris, vt te libenter vixisse semper, & adhuc viuere sub disciplina religiosa pronunties; & erga Dominum, qui te vocauit, animum gratum ostendas. Qui enim tristitiam præsefert, & quasi pœnitentia ducitur, ex eo quòd religiosa professione ligatur, eo ipso indicat, se in religiosa vita non inuenisse bona, quæ antea putauerat, & eam non esse tam amabilem, quàm putatur, nec tam desiderabilem asseuerat. Hoc autem quoddam genus iniuriæ illatùm in matrem est, illam minus dilectione dignam ipso facto pronuntiare, & vitam seculi, quam deseruisti, quodammodo suauiore, & potiorem asserere. Et sicut Israelitæ Ægyptum suspirantes, & ad pristinam captiuitatem redire cupientes terram sibi promissam contemnebant, ita & tu terram sanctam, in qua stas, apertè contemnis, cum in ea te quasi inuitum viuere profiteris.

Tan

Tandem curabis, vt alij homines tuum statum non sequentes, in te (quantum fieri possit) virum spiritualem videant, & numquam hominem, id est, te affectibus humanis, & immoderatis seruientem aspiciant. Hi enim affectus non tantum familiam religiosam, verum (quod peius est) ipsum Deum inhonorant. [Inter homines, quantum in te est (verba sunt Bonauenturae) caue omne, quod potest eis esse non bonum exemplum, sicut decet fidelem seruum Dei, qui debet domini sui honorem promouere, & inhonorationem cauere, vbi potest. Nos enim sumus familia ipsius. Sicut ergo paterfamilias ex disciplina familiae suae honoratur, vel ex indisciplina inhonoratur; ita scias, quid nos facimus inter homines, hoc aliquo modo redundat vel in laudem Domini nostri, vel in contemptum. Ne itaque *nomen Dei propter nos blasphemetur inter gentes*, ita viuamus apud alios, vt eos ad Dei laudes, & bonam congregationis nostrae opinionem prouocemus.

Atque haec eadem sunt media boni nominis familiae religiosae quaerendi. 1. Si enim nihil indecorum, aut indecens coram aliis fecerimus, aut loquuti fuerimus, & a mundanis, cum necessitas aut charitas aliud non postulat, nos sequestrauerimus.

2. Si nostra, ac etiam domos nostras, & cellas eis non patefecerimus, & tamquam Deo, & orationi, ac operibus religiosis sacratas, ab eorum oculis celauerimus.

3. Si de nostro statu, ac professione gaudium ostenderimus, & ipsi in nobis nihil vide-

Spiritalis viri formam coram exteris senserit per praesentem ferat religiosus.

De infor. nonuit. part. i. c. 38.

Rom. 2. 24.

1. *Mediu. Nihil indecens coram aliis facere.*

2. *Domus aeta, domosque non patefacere.*

3. *De religiosa professione gaudium ostendere.*

rint, quod affectum immoderatum oleat, & statum religiosum dedeceat, satis secundum humanam infirmitatem honori nostræ matris confulimus. Quia verò multi in his deficient, ideo religiosæ familiæ apud seculares magna ex parte suum splendorem perdidit, sine quo (vt experientia constat) minùs Ecclesiæ Dei vtiles esse queunt. Nam ille sine æstimatione auditur, cuius vita contemnitur.

C A P V T X V I I I .

De onere religiosæ disciplinæ ferendo.

*Religiosa
disciplina
studiosus
debet esse
religionis
alumnus.*

Gradu

9.

*Illæ est
morum
ordinata
correctio,
& maio-
rum præ-
cedentiũ
regula-
rum ob-
seruatio.*

SI filiorum est, incommoda, quæ in domo materna accidunt, æquanimiter sustinere, & propter illa à matris obsequio, & ab his, quæ debita sunt, non discedere; in hoc etiam filius religionis apparebis, si propter onus disciplinæ functiones tui status, ac ipsius disciplinæ obseruantiam non relinquis. Disciplina autem est, vt eam Auctor libri de duodecim abusionibus definit, & habetur inter opera Augustini, morum ordinata correctio, & maiorum præcedentium regularum obseruatio. Quæ definitio optimè disciplinæ naturam exponit. Nam in eo, quod regularum à præcedentibus patribus acceptarum mentionem facit, disciplinam ad earum custodiam, & ad modum viuendi à maioribus approbatum refert. Et secundum hæc duo, regulas & inductam procedendi rationem, mores per disciplinam interiùs

cmen

emendamus, & opera exteriora disponimus. Atque ab hac expositione non abhorret Hugo Victorinus, dicens: [Disciplina est conuersatio bona, & honesta, cui parum est, mala non facere, sed studet etiam in his, quæ bene agit, per cuncta irreprehensibilis apparere. Nam & conuersationem more doctorum res spirituales tractantium latè accipit, pro ratione procedendū tum interiùs, tum exteriùs; & à malo fugere, ac bonum operari, & irreprehensibilem apparere in obseruatione eorum, quæ iniuncta sunt, positum esse, tamquam certum, & omnibus notum præterit. Hinc intelligitur, disciplinam nostram esse obseruantiam eorum, quæ per regulas, per constitutiones, per ordinationes, & per approbatas consuetudines sunt inducta, & bonorum, ac feruidorum actione probata. Quibus manifestè continentur quæcumque ad interiorem mortificationem, & virtutum adeptionem, necnon & ad exteriores actiones pertinent.

Disciplinæ obseruator eris, si more perfectorum viuas, si communem modum viuendi, in surgendo, & cubando, in laborando, & quiescendo, in comedendo, & ieiunando, in oratione, & corporis castigatione, & in cura internæ mortificationis, & ministeriorum tibi demandatorum teneas, & à via aliorum per tepiditatem, aut per indiscretam singularitatem non deflectas. Hoc semper seruare, & ita regulariter viuere, tepidis, & ignauis molestum & onerosum est, qui, cum animo ægri sint, & palatum cordis prauis affectibus infectum habeant, non possunt disciplinam de se dulcissimam super mel, & fauum

In in-
struct.
nouit.

Eius ob-
seruator
commu-
nem vi-
uendi mo-
dū aliorū
tenens,
est.

fauum non horrere. Tu si aliquando tentatione pulsatus molestiam in custodia disciplinæ senseris, eam à te abiicere his considerationibus, quæ sequuntur, ac remouere curato.

*Finis religiosa
vocationis, perfectio scilicet, absque disciplina religiosa custodia nõ stat.*

*Industriã hominis gratia nõ renuit, sed requirit.
1. Cor. 3.9.
1. Offic. cap. 10.*

Die mihi, ad quid venisti? cuius rei gratia vitam religiosam professus es? Nõnne, vt bonus religiosus esses, & cœlum quasi sanctis operibus mercareris. Hanc mansionem beatam in bono perseuerantes, & vt perseuerent vim sibiipsis inferentes diripiunt. Nam regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Boni etiam religiosi euadunt, qui bene, ac feruenter operibus religiosis, quæ non sunt alia nisi inuecta per disciplinam, insistunt. Bonitas hæc, quam quæris, opus gratiæ est, fateor; sed tuam absque dubio requirit industriam. *Qui enim dixit: Dei agricultura estis, Dei adificatio estis,* antea præmiserat: *Dei enim sumus adiutores.* Nam & cooperaturi sumus, vt Dominus in nobis semina virtutis spargat, & sanctitatis ædificium erigat. Obseruantia autem cooperaris, & te labore disponis. [Omnis res, inquit Ambrosius, propriis, ac domesticis exercitiis augetur.] Et paulo antea dixerat: [Quomodo enim sine exercitio doctrina, aut sine vsu profectus? Qui disciplinam bellicam vult assequi, quotidie exercitatur armis, & tamquam in procinctu positus præludit prælium, & velut coramposito præ tendit hoste, atque ad peritiam, vitæque iaculandi, vel suos explorat lacertos, vel aduersariorum declinat ictus, & vigilantia excipit obruta.] Et sic aliis similitudinibus optimè confirmat, quàm quæque res ab vsu dependeat. In magno
ergo

ergo errore versaris, si putas, te absque usu religioſa disciplina bonum religioſum eſſe futurum.

Dic iterum mihi, ad quid veniſti? Annon, ut Chriſtum ſequereris? Annon, ut ſanctos imitareris, & poſt illos ad perfectionem curreres? Sed ſi à disciplina te ſubtrahis, neque Chriſtum ſequeris, neque ſanctorum veſtigiis inhæres. An Chriſtus ſaluator noſter fuit ſub aliqua disciplina? Vtique. Nam ſi disciplina eſt eorum, quæ præcipiuntur exacta cuſtodia, quis vnquam, ſicut Dominus, voluntati æterni Patris obediuit, & ab eo ſibi iniuncta ſeruauit? *In capite libri*, ait, *ſcriptum eſt de me, ut facerem voluntatem tuam. Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Et: *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem Patris mei, ut perficiam opus eius.* Et in cruce poſitus dixit: *Conſummatum eſt, ut ſe omnia à Patre ordinata perfectiſſimè feciſſe monſtraret.* Non ab hac voluntate implenda auertere eum potuerunt dolores, infamiæ, & iniuriæ Iudæorum: non ipſa mors non ſine ſui corporis laceratione completa, & tu qualibet oborta difficultate iter perfectionis abruptes, & à perſeuerantia in disciplina cuſtodia diſſilies? At ſanctos, quis ambigat, per disciplina ſemitas velociter cucurriſſe? Quorum hæc perpetua ſollicitudo fuit, ſecundùm cuiuſque vocationem vitam inſtituere, & ſui ſtatus onera grauiſſe ferre? Et tu poſt eos curreſ, dum iuxta tuum ſtatum non viuſ, & onera ipſi adiuncta ſubterfugiſ? Tamquam filiis vobis offert ſe Deus, in hoc ſcilicet ſe verum patrem oſtendens, quòd filiis ſuis

Chriſti, & ſanctorum imitatio indisciplinatum non conſingit. Chriſtus ſub disciplina fuit.

Pl. 39.9.

Ioann.

4.34.

Ioann.

19.30.

Sancti per disciplina ſemitas velociter cucurrunt.

Hebræ.
12.8.

fuis disciplinam erudientem, & quando opus est, corripientem imponit. *Quòd si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, qui scilicet filiorum dignitatem acceperunt, ergo adulteri, id est, adulterini, & non filij estis. Quid autem magis extimescendum, quàm vna abiectione disciplinæ, & à Christi, ac sanctorum imitatione declinare, & tam duram increpationem audire.*

Illæ comparantur virtutes, fugantur vitia.

Hugo
sup. Bonavent.
in speculo part.
1. part. 2.
cap. 7.

Adhuc pergo interrogare, ad quid venisti? Annon, vt vitia fugeres, vt virtutes comparares, vtque ad charitatis perfectionem peruenires. Id disciplinæ obseruatione conquiritur. Vnde Hugo Victorinus, & Bonauentura vno ore aiunt: [Disciplina est malorum desiderio- rum carcer, frænum lasciuix, elationis iugum, quæ domat intemperantiam, leuitatem ligat, & inordinatos motus mentis suffocat. Sicut enim de inconstantia mentis nascitur inordinata motio corporis, ita quoque dum corpus per disciplinam stringitur, animus ad constantiam solidatur, & paulatim intrinsecus mens ad quietem componitur, cum per disciplinæ custodiam mali motus foris fluere non sinuntur.] Sed qui statum mentis perdit, subsequenter foris in inconstantiam motionis defluit, atque in exteriori mobilitate indicat, quod nulla interiùs radice subsistet. Disciplina est, quæ affectus domat. Nam, vt Bernardus scribit: [Oleaster oliuæ insertus amissâ amaritudine efficitur fructuosus. Si ergo agricultura conuertit stirpium qualitatem, nonne studia doctrinæ, & disciplinæ assiduitas miti-

Tract. de
ordine
vitæ.

gare

gare possunt quaslibet aegritudinis passiones?]
 Et alio loco: [Iugo disciplinae insolentia morum domanda est, quousque duris ac diutinis seniorum attrita legibus, humilietur, & sanetur ceruicosa voluntas, bonumque in se natura, quod superbiendo amiserat, obediendo recipiat.] Hanc ergo, quae, ut Petrus Blesensis ait, clavis est innocentiae, religionis anchora, custodia cordis, & peremptoria prorsus appetitus illiciti, & quae, ut Thomas à Campis scribit, ad magnam perfectionem ducit, ab aeterna damnatione liberat, & in caelesti regno altissimè coronat. Hanc, inquam, tu propter nescio quam imaginatam difficultatem deseres, & cum illa ab his omnibus bonis te alienum facies? Cur ita decipi à diabolo non erubescis?

Iam tandem quartò interrogo, ad quid venisti? Annon ad idipsum, quod refugis, nimirum ut laborares, & ut pro amore Domini, & salute tua nonnihil durum, molestumque perferres. Quae dementia est post missam manum ad aratrum, retro respicere, & ad vitam sine labore, quam nemo habet, aspirare. Nemo in re publica est, qui non molestiam aliquam patitur: pauper mendicitate premitur, diues spiniis diuitiarum compungitur: ignobiles vectigalibus & tributis, nobiles bellorum periculis, & duris principum obsequiis onerantur. *Principes ipsi, ut ait Iob, gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis. Qui aliquid cupiunt (& quis est in seculo, qui vana non cupiat?) ex desideratorum absentia dolorem sentiunt. Nullum est*

Serm.
23. in
Cant.

In inuetiua.

r. De
discipl.
cap. 1.

vt laboraret, religioni nomen dedit religiosus, quod iniquum est per disciplina abiectionem subtrahere.
Nemo in republica laboris & molestia expertus inuenitur.
Iob 26.

munus,

munus, quod molestiam annexam non habeat, & quo maius est, eò maiori labori subiicitur. Si ergo homines propter bona peritura tot molestias & afflictiones sustinent, satis delicatus eris tu, si propter regnum cœlorum parvam molestiam tuo statui annexam non feras, & ex timore minimæ difficultatis, tam pretiosis bonis careas.

1. *Mediâ.*

*Quem-
que sibi
persua-
dere reli-
giosam
discipli-
nam ipso
vfu dul-
cescere.*

Psal. 26.

4.

Pf. 108.

103.

2. *Abil-*

in ali-

quo de-

uicias spõ-

ranam

suscipiat

punitio-

nem.

Eccli.

33. 25.

Hæc autem sunt media, quibus hanc difficultatem superabis. 1. Tibi persuadeas oportet, difficultatem seruandæ disciplinæ in his, qui se ipsos vincunt, non semper durare, sed hanc disciplinæ custodiam ipso vfu dulcescere, & magnam voluptatem generare. Ad eò vt disciplinæ assueti, quasi violentiam patiantur, quando eam seruare non possunt, nec ordinaria exercitia complere. Ille ipse qui dixit: *Propter verba labiorum tuorum ego custodini vias duras*, id est, difficultatem in tuis mandatis inuentam superaui; alio loco ait: *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua; super mel ori meo.* Quia videlicet, quod principio durum est, postmodum ipso vfu dulcescit, & omnem insuauitatem amittit.

2. Cùm in aliquo à disciplinæ legibus deuiaueris, te ipsum impunitum manere, nequam patieris. Habeas mulctam apud te signatam, licet Prælati dissimulet, qua tuam negligentiam castiges. *Cibaria enim, & virga, & onus asino: panis, & disciplina, & opus seruo.* Si stolidus fueris instar iumenti, virga indiges, si verò fidelis seruus, disciplina correctrice eges. Itaque in quocumque sis gradu virtutis, vtile erit tibi castigatione vti, & transgressionem quamlibet

libe
ctio

3

qua

con

quit

nes

vbi

tur

rum

exer

gion

ergo

ope

toll

cum

non

N

feru

nifi

stare

mmi

tio,

vfu

tio,

libe

libet etiam parui momenti alicuius pœnæ inflig-
tione mulctare.

3. Matris tuæ, id est, religionis dispendia,
quæ ex disciplinæ fractione nascuntur, attentè
confidera.] Magnum animarum naufragium, in-
quit Ephrem, in quo canones, & vitæ institutio-
nes non vigent.] Et Trithemius: In cœnobis
vbi regula despicitur, vbi disciplina non serua-
tur, quid aliud, quàm quædam scaturigo vitio-
rum omnium conspicitur.] Certè sicut robur
exercitus à disciplina militari, ita & robur reli-
gionis à disciplina regulari dependet. Qui
ergo statu filius es religionis, ne hostis sis
opere, ne ab illa suum robur, suum decorem
tollas, sed amator obseruantiaë factus etiam
cum aliquo tuo incommodo disciplinæ ordinem
non omittas.

3. Dissen-
sua, qua
ex illius
defectu
suboritur,
confi-
derare.

In do-
ctrina
vria
cap. 32.
tom. 2.
In Pent.
cap. 3.

CAPVT XIX.

De religionis functionibus ritè præstandis.

NON satis erit ad tuam perfectionem, ac re-
ligionis bonum, si disciplinam vtrumque
serues, & actiones religiosas non prætermittas,
nisi etiam eas rectè, diligenter, perfectèque præ-
stare coneris. Sunt autem actiones religiosæ om-
nibus notæ: oratio, psalmodia, lectio, medita-
tio, Missæ celebratio, & auditio, sacramentorum
vsus, conscientiaë examinatio, corporis castiga-
tio, & alia huius generis, quibus & Deo vaca-

Religiosis
actioni-
bus ritè
excquen-
dis stren-
uè in-
cumben-
dum.

I. Aluarez de vita rel.

R r r mus,

mus, & p̄ximos ædificamus, & nostræ spiritualis salutis operatores existimus. Hæ strenuè, ac sollicitè faciendæ sunt, vt & nos spiritu crescamus, & ne ordo noster à primo suo feruore cadens suum casum filiis imputet, quorum culpa à Patrum antiquorum perfectione deflexit. Nam certum est, ad religionis perfectionem actualem (vt vocant) non sufficere perfectissimum finem, nec perfectissima media, nisi hæ perfectio in operibus eam profitentium splendeat. Imò sicut vir nobilis, qui opera sua nobilitate digna non perficit, & cum vilissimis hominibus conuersatur, quo nobilior, eo est contemptibilior: ita eo ipso contemptibiliores erimus, si ad sublimem statum admissi non secundum eius exigentiam viuamus, & bonis operibus tepidè & oscitanter occupemur.

Perfectissimus finis, & perfectissima media, ad religionis actualem perfectionem non sufficiunt.

Bonorum operum perfectio in intentione, tempore, & modo constituta.

Recta intentione minima crescunt, magna & speciosa vilescunt. Matih. 10. 42.

Hæc operum bonorum perfectio, & reëtitudo (posito quòd ipsa bona sunt, & religiosa, & nostræ vocationi conuenientia) in tribus mihi videtur constituta. In intentione, in tempore, in modo. Primò quidem in intentione, vt scilicet ea omnia, non dico ex aliquo prauo fine, (id enim notum est) sed neque ex arida quadam consuetudine facias, imò potius ex actuali intentione, vt Deo placeas, vt te ad eius gloriam magis ac magis perficias, atque purifices, præstare cures. Hac purissima intentione minima admodum crescunt, sine illa etiam magna, & speciosa vilescunt. Potèstne esse aliquid vilius potu aquæ frigidæ, ad quam præbendam nullæ omnino requiruntur expensæ: Sed *quicumque potum dederit uni ex istis minimis calicem aqua frigida tantum*

*tantum
det mercedem
pali? C
rit, vt di
stum ha
Potest e
quem o
fundere
fecerit, n
Paulum
rum omni
mentum it
ex qua n
tendat, n*

*Quia
intentione
ipsum ce
tione fo
quotidie
cadat, sed
inquit ad
eè intelli
demitit l
tentione
& ad eum
habebun
vniuscui
sicut fab
innunt
tes verò
scriptum
nere, præ
lesus: tu*

tantum

tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Quid est in nomine discipuli? Qui ea intentione minimum quid dederit, ut discipulo Christi subueniat, & in eo Christum honoret, non carebit condigna mercede. Potest etiam aliquid esse pretiosius, quam aliquem omnes suas opes erogare, & vitam profundere? Sed qui hæc non recta intentione perfecerit, nihil se perfecisse nouerit. Nam audiat Paulum dicentem: Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, ex qua nimirum hoc opus procedat, & ad quam tendat, nihil mihi prodest.

1. Corinth.
13. 3.

Quia autem difficillimum est hanc rectissimam intentionem habere, & non opera bona ad te ipsum conuertere, & aliqua imperfecta intentione scdare, hoc donum à Domino datore eius quotidie postulabis, ut ædificatio virtutum non cadat, sed immobilis ac fixa subsistat. *Super quo,* inquit ad Iob, *bases illius, id est, terræ, & tu mysticè intellige cordis humani, solidata sunt, aut quis demisit lapidem angularem eius.* Nam si bases intentionum nostrarum Christo non innitantur, & ad eum non referantur, nullam soliditatem habebunt. [Bases quippe, inquit Gregorius, vniuscuiusque sunt animæ intetiones suæ. Nam sicut fabrica columnis, columnæ autem bassibus innitantur, ita opera nostra in virtutibus, virtutes verò in intima intentione subsistunt. Et quia scriptum est: *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus:* tunc bases in fundamento sunt, cum in-

Est difficillima, quare à datore honorum feruentius postulanda.
Iob 38. 6.
Basis anime intentionis, quæ Christo debet inniti.
Lib. 23. mor. c. 6.
1. Corinth. 3. 11.

296 *De vita religiosè instituenda,*
tentiones nostræ in Christo roborantur.] Ab
eo, ergo pete, vt intentionem tuam dirigat, vt in
singularum actionum initio te eas ad se refer-
re, & sibi offerre faciat, vt in decursu, & fi-
ne earum eandem intentionem iterare doceat.
Sic vita tua erit quasi vnum perenne
holocaustum, tibi vtilissimum, & Domino ad-
modum gratum.

*Tempore à disci-
plina statu-
to qua-
uis opera
perficien-
da.*

Est deinde rectitudo operum in tempore; vt
scilicet singula opera in statuto à disciplina tem-
pore perficiantur. Id non est aliud, nisi quòd cum
orandum est, ores; cum recitandum est diuinum
officium, tunc illud recites; & non vt tuam vo-
luntatem expleas, in aliud tempus protrahas;
cum ad Missam celebrandam vel ad ministran-
dum ei, vocaris, tunc sine cunctatione vadas;
cum instat hora legendi, studendi, aut quidpiam
operis faciendi, tunc illud expleas, & à commu-
ni aliorum occupatione te minimè subtrahas.

*Eccl. 3.
11.
Omnia
Deus op-
portunis
homini
dispensat
tempori-
bus.*

*Cuncta fecit Deus bona in tempore suo, & mundum
tradidit disputationi eorum.* Non, inquam, facienda
in tempus minùs opportunū distulit, sed omnia
in tempore à se disposito, & opportuno fecit, de
quibus homines vtiliter disputarent, & ex dis-
quisitione eorum ad Dei sui cognitionem, &
amorem accenderentur, vel in rerum vsu hone-
stè se oblectarent, & suis indigentis provide-
rent. Deus vniuersa tibi vtilia ex amore tui in
opportuno tempore fecit; quare tu, quæ ad eius
obsequium pertinent, segnitie victus, & inuti-
lium occupationum amore superatus in tempus
minùs opportunum reicies?

*Eccl. 3.
1.*

*Omnia tempus habent, & suis spatiis transeunt
vniuers*

*vniuers
portur
protra
seatur.
cho in
seruan
nes, &
ta oppo
te, aut
A rege
tate p
elapsa
tus rec
dorus
laudab
portur
pus, i
num,
tum e
qui pr
condit
dit. D
Domi
sint, &
Ad
modu
tè, qu
cumst
tum, &
decora
human
Vidit
postrem*

uniuersa sub cælo. Et aded à tempore aut oportunitate pendent, vt eam anteuertere, aut protrahere magnum rebus damnum afferre nolescat. Cibus, & potus debito tempore stomacho ingestus vires auget, & salutis corporis conseruandæ prodest, præter tempus inualetudines, & morbos inuehit. Nonnulla medicamenta opportunè accepta ægritudinem pellunt, ante, aut post tempus sumpta ægrotum occidunt. A rege, vel à prætore aliquid in ea oportunitate petes, quod obtinebis, occasione verò elapsa in domum tuam vacuus, & spe frustratus redibis. Ita quæ facimus, inquit Olympiodorus eundem Salomonis locum declarans, laudabilia quidem sunt, si fiant tempore opportuno, si verò ante tempus, vel præter tempus, iure damnantur. Breuiter fructus seminum, & frugum prouentus, & boni negotiorum exitus ab oportunitate dependent, quam qui prætermittit, neque copiosam messem recondit, neque in negotiis assequitur, quod intendit. Discce ex his omnibus debitis temporibus Domino tua obsequia deferre, vt ipsi accepta sint, & tibi utilia.

Ad rectitudinem tandem operum requiritur modus. Et quid est modus? Est vt attentè, deuotè, quietè & fetuenter fiant, vt in omnibus circumstantiis eorum præstandis ferui Dei conatum, & sollicitudinem ponant, vt ea pulchra, & decora, & omnibus numeris absolutà, quantum humana imbecillitas tulerit, Domino offerant. *Vidit Deus quodlibet opus suum, & erat bonum; ac postremo vidit cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.*

Tempus anteuertere, vel protrahere plurimum rebus officit.

Suprà.

Modis operibus adhibendus, quæ omnes circumstantias opus bonum vndeque redentes comprehendit. Genes. 1. 31.

na. In hoc tibi Deus imitandus est, vt ita quodlibet opus facias, quòd, cùm illud per examen discusseris, bonum inuenias, & totam seriem bonorum operum tuorum sic ordinatè, & decorè disponas, vt simul iuncta meliora, & pulchriora iudices. Vide, si concionaturus es, in bene concionando quem conatum apponas, & si disputaturus, qua sollicitudine ad disputandum te præpares. Sic cùm oras, cùm diuinum officium recitas, cùm aliud opus religiosum facis, similem curam in eo bene & pulchrè præstando, oportet adiicias. Humanum dico propter infirmitatem carnis tuæ, vt sicut sæpe exeris vires seruire vanitati ad vanitatem, sic eas exeras seruire iustitiæ in sanctificationem tuam. Hæc opera, quæ maioris momenti sunt, quibus Deo te consecras, quibus tuam salutem operaris, quibus opes virtutum auges, & non infumis, maiori sunt tibi cura, quam opera humana, aut ignobiliora præstanda, ne in ratione viuendi regulas prudentiæ deseras, & ne imprudens aut stultus factus, minoribus maiorem diligentiam, & maioribus minorem adhibeas.

Psalm.
39. 13.
Quibus
contra
distrac-
tionem,
radium-
que ar-
mis de-
coran-
dum.

Eueniet non semel in his sanctis & religiosis operibus, vt cor tuum fugiat à te, & compellaris de eo conqueri eum sancto Dauide, ac dicere: *Et cor meum dereliquit me.* Tunc facies, quod ipse sanctus rex faciebat, quæres scilicet cor tuum, & à dispersionibus colliges illud, vt debitæ actionibus reuerenter insistas. *Quid dixit ille? Inuenit seruum suum cor suum, vt oraret coram te hodie.* Vtique illud inuenitur, quod perditum erat, quod quasi

quasi à
inueni
quærel
Auguf
qui q
te dese
mediis
uore in
eriam,
clama
mum
eiusde
dio: con
hendi
tenuit
passib
datis
cum f
Ad
dinen
Conf
stitis
ta mu
rior,
his m
tem
exper
imò
ter fa
Quia
pelle
rum
vicio

quasi à domo aufugerat, & se absconderat. Illud inuenitur, quod non sine industria, & labore quærebatur. [Inuenire se dixit cor suum, inquit Augustinus, quasi soleret ab eo fugere, & ille sequi quasi fugitium.] Si cor tuum à te fugerit, si te deseruerit, in hoc desuda, vt ipsum discretis mediis inuenias. Quòd si inueneris, non sine feruore in religiosis te occupabis operibus. Eueniet etiam, vt tædium, & pigritia te impugnet. Tunc clama ad Dominum, vt hostem hunc infestissimum in te vincat, & superet. Vtere oratione eiusdem Prophetæ: *Dormitauit animam meam præ te. Psal. 113. 28.* *dio: confirma me in verbis tuis.* Tædium me apprehendit, acedia ligauit, pigrities quasi vincitum tenuit, ne post te currerem Domine, sed lentis passibus vix me mouerem. Robora me in mandatis tuis exercendis, & in his, ad quæ teneor, cum feruore præstandis.

Ad hanc functionum religiosarum pulchritudinem captandam his mediis poteris adiuuari. Confidera, quòd his operibus bene ac ritè præstitis virtutes auges, feruorem prouehis, peccata multa leuia vitas, & quotidie melior, ac purior, & Deo gratior efficeris. E contra verò his malè, & oscitanter factis indies tepiditatem foves, & statum animæ spirituales (vt experimento compertum est) nihil promoues, imò habitus tepidè orandi, & reliqua oscitanter faciendi, quibus nihil pestilentius adquiris. Quia facilius est habitum manifestè vitiosum pellere, quàm ista monstra habituum tepidorum à corde relegare. Hinc plures videmus à vitio ad virtutem transire, quàm à tepiditate ad

In Psal.
85. ad
illud:
*Quoniam
in Domi-
ne suauis
& mitis
es.*

Psal.
113. 28.

i. Me-
dium,
Dispen-
dia, qua
ex tepidi-
tate: lu-
era, qua
ex solici-
tudine
trahunt
originem,
contem-
plari.

1000 *De vita religiosè instituenda,*
feruorem conuerti. Ne ergo propter modicum
laborem fugiendum obdurescas, & te vinculis
acediæ, quæ malè, & difficulter abrumpes, te
miserè subiicias.

2. *Magnitudi-
nem Dei,
cui reli-
giosus
in seruit,
aduerte-
re.*

2. Considera, te religiosi operibus Deo fa-
mulari, qui rex magnus est, ac dominus po-
tens. Non decet verò seruum, qui tam magno
regi ministrat, & æternam mercedem ab hoc
rege pro suis obsequiis expectat, illi tepidè, o-
fcitantérque seruire. Erubescere, quòd regi ter-
reno, si contingeret, pro mercede terrena dili-
genter, sollicitèque seruire, regi verò cœlesti
pro mercede cœlesti tepidè famularis.

3. *Alio-
rum fra-
trum
exempla.*

3. Considera, matrem tuam sanctam reli-
gionem in veris, & strenuis filiis suis religiosa
opera diligenter præstare. Ne socordia & negli-
gentia tua obsequiis fratrum tuorum perfectis
obsequia tepida, & fœda misceas, & matrem fi-
liorum opera offerentem Domino aliquo pudore
suffundas. Pudet enim illam imperfecta ope-
ra offerre, & quasi fructus putridos Domino
consecrare. Conferet etiam operibus debitis ea
solum opera supererogationis adiicere, quæ nos
indiscretè non onerent, & tranquillè, ac rectè
operari sinant.

*Optimus
religio-
nem iu-
uant is
mo lus
bonum
vitæ ex-
plum est.*

CAPVT XX.

De bono exemplo fratribus dando.

MVLTIS modis boni filij religionis sanctam
matrem iuuant, sed omnium ille præci-
pius

pius est
exemp
milia
tempu
ralia
dãtia
tia ad
tati pr
uere :
paupe
nentiã
captat
ctum
tiam e
magis
bus,
habe
præd
aliis
gioni
quod
curar
serua
exter
tæ e
tutis
ipfar
puri
eius
virtu
tiã
tur
sem

pius est, quo alii fratribus suis perfectæ vitæ
 exemplo prælucent. Qui temporalia bona fa-
 milia religioſa augent, in re minima, & con-
 temptibili sunt ei vtilis: quoniam hæc tempo-
 ralia in postremo loco habemus, in quibus abun-
 dantia iudicatur noxia: sufficiētia alicui indigen-
 tia adiuncta, proficua, quæ ita nostræ necessi-
 tati prouideat, vt faciat nos more pauperum vi-
 uere: defectus non nimis extimescendus, quo
 paupertatis votum exercemus, & nostræ susti-
 nentia, & fiducia in Domino experimentum
 captamus. Et si omnibus fidelibus à Domino di-
 ctum est: *Quærite primum regnum Dei, & iusti-*
tiam eius, & hæc omnia adiciuntur vobis: quanto
 magis dictum erit nobis perfectionem sectanti-
 bus, vt temporalium non multam rationem
 habeamus. Qui verò spiritualibus ministeriis
 prædicandi, confessiones audiendi, docendi, &
 aliis similibus, secularibus profunt, sunt reli-
 gioni vtiliores; quia eam in vno promouent, ad
 quod vocata est, nimirum in animarum salute
 curanda. Eo quoque *bonum nomen* religionis con-
 seruant, *quod præstat diuitiis multis*, & eam apud
 externos faciunt honorabilem. At qui bono vi-
 tæ exemplo fratres ad desiderium maioris vir-
 tutis accendunt, sunt vtilissimi, quippe qui
 ipsam congregationem meliorem quotidie, &
 puriorem faciunt, & veris opibus, ac thesauris
 eius non modicam accretionem attribuūt. Nam
 virtutes sunt veræ sanctarum religionum diui-
 tia, quas neque ærugo, neque tinea demoli-
 tur, neque fures effodiunt, & furantur, sed
 semper apud dominum integræ perseuerant.

Matth.
 6. 33.

Prouer.
 22. 2.

Matth.
 6. 19.

Has augent, qui bono exemplo suo torporem fratrum suorum excitant, & ad similem vitam arripiendam instigant.

*Reliquis
ministe-
riis uti-
lius, ex-
cellen-
tiusque.*

Si tu, ô religiose, in rebus solùm temporalibus religioni seruis, ne te magni reputes, quia in te satis contemptibili matri tuæ utilis inueniris. Si solùm in ministeriis spiritalibus occuparis, quamuis multùm labores, & tuo videri, multas animas lucreris, ne te per vanam complacentiam erigas, quoniam comparatione ad matrem tuam satis parum proficis, nec enim te, nec illam in spiritu prouehis, & eo ipso in deteriorem statum adducis. At si, dum talento tibi dato vteris, siue magno, siue paruo, tuis fratribus exemplo sanctæ vitæ præluces, iam religioni utilissimus inueniris, & poteris de hoc gloriari, modò non in te, sed in Domino glorieris. Nihil est in familia religiosa bono exemplo excellentius, nihil ei desiderabilius, neque utilius; quare eos filios suos aliis præponit, & eos teneriùs, & impensiùs diligit, quos vitæ exemplo reliquis præire nouit.

*Sanctorũ
studium,
bonos in-
spicere,
vitorum
virtutes
ad se
transfe-
rant.
Epist. 1.
ad Greg.*

Virorum iustorum hoc studium est bonos inspicere, vt eorum virtutes ad se transferant, quibus quotidie meliores euadant. [Quemadmodum autem pictores, inquit Basilius, cum imaginem ex imagine pingunt, exemplar identidem respectantes, lineamenta eius transferre conantur magno studio ad suum opificium, ita qui sese meditatatur omnibus numeris virtutis absolutum reddere, veluti simulachra quædam spirantia, ac actuosas sancto-
rum

rum
loru
lias,
ris,
tur
diu
quod
ducen
mina
bant
ris,
præf
rum
bunt
Quo
bunt
sequ
bona
tibi
ad ea
E
tori
cans
Qui
refic
Greg
actio
uoca
tos f
à m
eme
nem
scier

rum vitas aspicere oportet, probaque opera illorum sua imitando facere.] Quid ergo nobilius, quàm quòd tu à bonis & sanctis inspiciaris, & veluti virtutis exemplar ipsi te sequantur, & imitentur. Absalonis pulchritudo in diuinis literis maximè commendatur ex eo, quòd *ponderabat capillos capitis sui quotannis ducentis siclis pondere publico*, quos nobiles feminae coëmebant, & capillis viri seipsas ornabant. Quanta potiori ratione tu commendaberis, si tales virtutes habeas, & talibus exemplis præfulgeas, quibus animæ sanctæ fratrum tuorum ornentur. Et causa tui dicatur de illis: *Videbunt multi, & timebunt, & sperabunt in Domino.* Quomodo interpretatur Augustinus. [Videbunt, inquam, exempla tua bona, & timebunt sequi vias malas, cùm videant te elegisse vias bonas. Et sperabunt in Domino, quia ipse, qui tibi opem tulit, vt vias bonas eligeres, & ipsis ad eandem ingrediendas opem feret.]

Esto ergo in congregatione bonorum imitator illius, de quo scriptum est: *Sicut aquila pronocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans.* Qui pulli tui, nisi illi, quicumque sint, qui tuo reficiuntur exemplo? Et quæ pennæ tuæ, si Gregorium audimus, nisi sanctæ, & honestæ actiones, quibus alios ad bene viuendum prouocas? His pennis alios quasi humeris impositos sursum vehes, & eisdem à vano timore, & à multiplici difficultate, hinc inde in via Dei emergente defendes. Nam videntes te hominem talia facere, & ipsi cùm homines sint, scient se posse per gratiam Dei similia operari.

Ello

Nihil nobilius, quàm ab aliis, vt vita exemplar, spectari.
2. Reg. 14. 26.

Psal. 39.
4.
Ibid.

Aquila similis sit religiosus.
Deuter. 32. 12.

24. Mor. cap. 6.

Igni, de cuius medio Deus alios alloquitur. Deuter. 4. 36.

Esto quasi ignis, de medio cuius Deus alios alloquitur, & suam legem promulgare dignetur: *De cælo, inquit, te fecit audire vocem suam, ut doceret te, & in terra ostendit tibi ignem suum maximum, & audisti verba illius de medio ignis.* E cælo, & è terra Deus suos alloquitur; è cælo, id est; per inspirationem suam, & per interiora verba: è terra ostendendo ignem maximum, qui non est alius, quàm bonorum exempla. Ignis enim est, bonum exemplum, & ignis maximum, quo non solum illuminamur ad cognitionem boni, sed & vehementer accendimur ad operationem. Esto prædicator Euangelij efficax; nam multi prædicamus, & quidem minùs efficaciter, quia per sola verba, sed iusti etiam rudes & idiotæ fructuosius prædicant, si ante oculos hominum ponant virtutum exempla. Ut enim optimè ait Leo Papa: [Facilis ad exhortandum fit ratio, efficax ad suadendum, validiora tamen sunt exempla, quàm verba, & plenius est opere docere, quàm voce.]

Serm. de S. Laurentio. Nihil coram aliis dicendum, quod scandalum queat in-generare. Plus unico malo nocetur exemplo quàm profectus multis verbis comparatur. Iob 31. 8. 21 MOR. cap. 8.

Ita autem bono exemplo lucebis. Nihil apud alios facias, ex quo scandalum, aut offensionem accipiant: nihil ex quo ansam liberius viuendi captent: nihil ex quo aliquid contra institutum, aut communem viuendi usum introducant. Non in solis verbis confidas ad ædificationem pertinentibus, quia si multis verbis, & exhortationibus aliquantulum iuabis, multo magis vno malo exemplo nocebit. Vnde Gregorius exponens illud Iob: *Seram, & alius comedat, & progenies mea eradicetur*, sic ait: [Doctoris enim progenies eradicatur, quando is, qui per

verbunt

verb
qu
occi
re t
lier
mier
gila
tes
cati
neg
Nih
hil
mor
vita
fed
C
add
vest
rest
tate
libe
&
ser
gii
dis
ex
fed
aut
tur
Et
cer
mo
mu

verbum nascitur, per exemplum necatur. Qui quem lingua vigilans gignit, vitæ negligentia occidit. Neque enim torpenti nobis est mente transeundum, quod apud Salomonem mulier, quem vigilans lactare consueverat, dormiens interemit. Quia nimirum magistri vigilantes quidem scientia, sed vita dormientes, auditores suos, quos per vigilias prædicationis nutriunt, dum, quod dicunt, facere negligunt, per somnum torporis occidunt.] Nihil nocentius, quàm aliquem interimere, nihil autem vtilius, quàm mortuum, aut quasi mortuum, id est, tepidum & sibi non stantem ad vitam reuocare. Hoc verò sermone inchoatur, sed exemplo vitæ quasi perficitur.

Communi modo viuendi congregationis te addices, omnem singularitatem, in victu, in vestitu, in cella, & in reliquis, quoad fieri potest, vitabis, eam præsertim, quæ aliquam laxitatem posset inducere. In exercitiis spirituales strenuus eris, & singula suis temporibus, & rectè præstabis, & te in oculis omnium obseruantissimum exhibebis. Non in privilegiis, neque exemptionibus, sed in obseruantia disciplinæ honorem constitues. Discant alij ex te non ad aliquod genus libertatis aspirare, sed regulari districtioni colla subiicere. Hoc autem non ex vanitate, sed ex veritate nascatur, non ex corde ficto, sed ex corde perfecto. Et, vt Ambrosius ait: [Forma esse debemus ceteris non solum in opere, sed etiam in sermone, in castitate, in fide: quales haberi volumus, tales simus, & qualem affectum habemus,

3. Reg. 3. 19.

*Commu-
ni aliorū
viuendi
modo se
addicat
religio-
sus.*

2. Offi-
cio. cap.
29.

mus,

Pfalm.
118. 74.

mus, talem aperiamus.] Ita viue, vt iusti in tuo aspectu requiescant, ita vt dicas: *Qui timent te, Domine videbunt me, & latabuntur.* Videant te, & latentur iusti, quia vident quod imitentur, quod laudibus celebrent, quod ad humilitatem eos prouocet, dum vident se virtute superari. *Sic luceat lux vitæ tuæ coram hominibus, vt videant opera tua bona, & glorificent Patrem tuum, qui in cælis est.* Et certè hoc erat sufficiens nostrorum laborum præmium, si alios nostra vita ad Dei laudes promendas incitamus, & opere, ac exemplo fratres nostros nobis ad Deum laudandum associamus.

Matth.
5. 16.

Aliqua illi incommoda perferenda, ne bono desit exemplo.

Vt huic communi modo viuendi te accommodes, necessè erit aliquando, vt nonnulla incommoda perferas, quæ patienter, imò & grater tibi sustinenda sunt, ne bonum exemplum dare prætermittas. Considera, te membrum esse totius religionis: vnum autem membrum non nihil incommodi patitur propter bonum totius, ita & tu discce aliqua incommoda dissimulare in cibo, in potu, in veste, in cella, & aliis similibus, & aliquid penuriæ, & molestiæ pati, vt sanctam religionem, sicut eam inuenisti, discretæ seueritatis amatricem, & abstinentiæ, & paupertatis cultricem relinquant. Memento, quia *Christus Dominus tuus*, vt ait Paulus, *non sibi placuit, sed multa propter nos impropria sustinuit.* Habeasque alta mente repositum illud eiusdem Apostoli: *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.* Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. Nemo, quod suum est, quærat, sed quod alterius,

Rom.
15. 3.

1. Cor.
6. 12.

Hæc
omnib
præbe
Christ
tuam
Paulu
sti. In
uendi
tur. I
Christ
trahas
vestro
quorum
fidem.
ris, h
rum e
2.
sam t
ipsum
modo
les, n
in eo
ducat
nam,
conue
tem a
suum
suum
tuusq
luntat
dando
3.
tegas.

Hæc autem media erunt vtilia, vt semper omnibus te videntibus bonum exemplum præbeas. 1. In cunctis, quæ feceris, imitare Christum Dominum, & sanctos illos, qui tuam vocationem arripuerunt. Annon dixit Paulus; *Imitatores mei estote sicut & ego Christi.* In hoc Apostolus aliis formam bene viuendi se exhibuit, in quo Christum imitabatur. In eodem & tu aliis præluceas, & per Christi imitationem ad perfectam virtutem trahas. *Mementote*, ait alio loco, *prepositorum vestrorum, qui vobis loquuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuersationis imitamini fidem.* Si hos, qui te præcesserunt, imitatus fueris, habebis in quo aliis præponaris, & bonorum exemplorum exhibitione diteris.

2. Ne in animum inducas vitam religiosam tibi accommodare, sed magis tu ei te ipsum accommoda. Vt enim Basilius ait: [Qui modo in ordinem aliquem ascriptus est miles, neuiquam operam dat, vt reliquos, qui in eo ordine sunt, ad consuetudinem suam traducat, sed ipse se potius ad ordinis disciplinam, ac morem accommodat. Quamobrem conuenit etiam, vt qui in spiritualem societatem allectus sit, nequaquam illos ad morem suum velit detorquere, sed contra ipse morem suum debet aliorum fratrum moribus, institutisque conformare.] Sic tuæ abnegatione voluntatis alios ad se religiosæ vitæ accommodandos adduces.

3. Si quid peccaueris, excusatione ne contegas, sed magis humiliter confiteri, & sponte pœnam

1. Mediū,
Christi
& san-
ctorum
imitatio.

1. Cor.
II. 1.

Hebrz.
13. 7.

2. Vitam
religiosā
non sibi
accommo-
dare, sed
se illi pro
virili con-
nari
Const.
monast.
cap. 27.

3. Pecca-
ta excu-
sationi-
bus non
celare, sed
humiliter
confiteri.

pœnam luc. Vnum quod minimè ædificat, est, si quis seipsum excuset, & se immunem à culpa semper ostendere velit. Ex hoc enim non pauci colligunt, bona opera aliqua minus recta intentione infici, & sub his, quæ apparent foris, proprij honoris intus quæsitioem latitare. Homines sumus, si deliquerimus, ne nos superbè defendamus; ita fiet, vt & bonis operibus, & detestatione, ac castigatione perperam factorum bonum exemplum demus.

CAPVT XXI.

De rebus temporalibus curandis.

Matth.
23. 23.

VERBA faciens Dominus de minimis, & magnis præceptis dixit: *Hæc oportuit facere, & illa non omittere.* Quo verbo omnium, quæ ad Dei obsequium pertinent, tum maiorum, tum minorum, rationem habendam esse docuit. Hoc tu mandatum implens, & ad tuum statum accommodans, ea quæ superius dicta sunt, erga matrem tuam religionem tamquam magna facies, & id quod sequitur tamquam minus, non omittes. Pono, te nihil habere proprium, nec vestes, nec libros, neque aliud quid, quoniam hoc paupertati à te Deo promissæ repugnat. Pono etiam, te nihil superfluum, aut curiosum ad vsum admittere, quod & paupertatem fuscet, & statui religioso quasi maculam obducit. Sed his tantum contentus eris quæ necessaria sint, quæ statum pauperis non

Nihil habere proprium, nec superfluum admittere debet religiosus.

dede

dede
omnib
ment
Quant
taten
tum p
fumes
ram re
gumen
quæ ce
& arro

Cum
namus
flua, a
sunt, v
tem pa
stodire
vt pro
abomi
datas,
re tibi
tempo
quam
possis
cenob
ter &
rent, &
rore i
quam
tas pol
genter
verò e
vendic
l.

dedeçant, quæ affectui non hæreant. Nam si omnibus fidelibus dixit Paulus: *Habentes alimenta, & quibus regamur, his contenti simus.* Quanto magis id dictum erit tibi, qui paupertatem professus es, qui seculo mortuus, qui statum perfectionis amplexus. Alimenta quidem sumes, non oblectamenta, ea scilicet, quæ naturam reficiant, non quæ appetitum delectent. Tegumenta accipies, non ornamenta, ea nimirum quæ corpus decenter contegant, non quæ luxui, & arrogantiae deseruiant.

Cum ergo te verum Christi pauperem supponamus, qui nec proprium habeas, nec superflua, aut curiosa concupiscas, duo tibi facienda sunt, ut rebus tibi ad usum concessis iuxta virtutem paupertatis utaris. Alterum est, ut eas custodire, & conseruare procures. Eas igitur non ut proprias, quia proprietatis in religiosa vita est abominabilis, sed ut alienas, & quasi mutuo datas, aut accommodatas accipies. Unde sicut re tibi commodata ab aliquo, & ad usum pro tempore determinato concessa ita uteris, ut quam minimum detrimenti accipiat, quo eam possis illæsam suo domino restituere. Ita & res cœnobij, quæ ad usum tibi datæ sunt, diligenter & curiosè tractabis, ut multo tempore durent, & si ad aliorum usum deuenerint, sine horrore illis uti possint. Id non solum paupertas, quam professus es, exigit, sed & religiosa urbanitas postulat. Qui enim res sibi ad usum datas negligenter atterit, & turpat, pauper non est: qui verò eorum, qui easdem res postea ad usum vendicabunt, nullam rationem habet, satis

2. Timoth. 6. 8.

Ea, quæ ad usum concessa sunt, uis tractare, & paupertas, & urbanitas exigunt.

1010 *De vita religiosè instituenda,*
inurbanus & inciuilis est.

*Paululū
attrita
non statim
abii-
cienda.*

Alterum circa res ad vsum concessas obseruandum est, ne eas velis, si tantillum attritæ sint, statim abiicere, & pro aliis melioribus commutare. Certè in hoc magna est quorundam religiosorum abusio, qui in statu paupertatis volunt more principum ditissimorum viuere, & semper nouis vestibus splendere, & nihil non curiosum, non præfulgidum in vsum admittere. Videas illos eo panno vestiri, qui vel illustrissimo Cardinali sufficeret: breuiarium tam benè concinnatum, ac deauratum habere, quo vel summus Pontifex sine detrimento suæ summæ dignitatis horas recitaret. Sed quod intolerabilius est, si res istæ pretiosæ, & pulchræ non nihil atterantur, aut aliqua vetustate tantillum insumentur, statim sunt reiciendæ, & aliæ recentiores, & similiter pretiosæ parandæ. Qui in vita religiosa ita se gerunt, absque dubio spiritu Cardinales non erunt, sed in infimo semper gradu persistent. Nec erunt spirituales Pontifices, id est, aliorum pastores, qui eos vitam spirituales exemplo doceant, sed infirmi discipuli, qui doceri prima elementa vitæ spiritualis indigeant. Tu non sic, sed rebus communibus, & vilissimis vttere, quæ necessitati sufficiant, non quæ delectent. Eas autem non è vestigio post nonnullam earum vetustatem, aut attritionem abiicias, sed potius retineas, donec penitus consumantur, & iam commodè seruire non possint. Sic matri religioni non eris onerosus, nec Prælati molestus, nec fratribus impotabilis, quin imò isti habebunt in te, quod imitentur,

tentur, l
giosa qu

In me
eandem
vt alio
debent,
cerabis,
nec sine
apertos
Huius m
(loquitur
munde t
beant m
porosa,
ferius: [I
vel incau
culpæ in
rit. Et P
dum va
Itaque o
vsi alio
sic erga o
natos,
etiam, l
& ad p
Ephrem
voluend
in tua ce
gentiam
custodi
sus etia
multos
ac si on

tentur, Prælati quo delectentur, & familia religiosa quod diligit.

In mediis quæ subiticio, aliquid utile ad eandem rem pertinens addisces. 1. Libros, qui, ut alio loco dicam, non admodum multi esse debent, bene tractabis, non maculabis, non lacerabis, neque eis aliquam notam imprimes, nec sine manifesta necessitate supra mensam apertos tenebis, & multo minus sic relinques.

Huius meminit Bonaventura: [Res quas tenent, (loquitur cum novitiis,) & præcipuè libros, mundè teneant, & honestè à tactu libri cohibeant manum, quæ licèt munda, tamen quia porosa, ipsum facile inficit, & deturpat.] Et infertur: [Librum superflue apertum non teneant, vel incautè relinquant.] Isidorus quoque reum

culpæ indicat, qui codice negligenter usus fuerit. Et Pachomius præcepit, ne quis ad vesendum vadens relinquat codicem non ligatum.

Itaque considera libros, quibus nunc vteris, vsui aliorum fratrum postea esse profuturos, & sic erga eos te habe, ut mundos, & bene concinnatos, ut accepisti, aliis tradas. Animaduerte etiam, libros esse aliquid religiosæ substantiæ,

& ad peculium Domini pertinere, ex quo B. Ephrem colligit, reuerenter, & mundè esse voluendos: [Quòd si cœnobij librum, inquit,

in tua cella teneas, ne proicias eum per negligentiam, sed studiosè complicatum serua, atque custodi eum, tamquam si Domini esset. Abusus etiam est in nescio qua vanitate fundatus,

multos libros in mensa cellæ apertos habere, ac si omnibus illis ad studendum indiguisset.

1. Mediis.
Librorum
curiosa
tractatio.

In speculo.
par. 2.
part. 1.
cap. 4.

In reg.
cap. 17.
In reg.
cap. 56.

De timore Dei,
tom. 3.
Vane
aliqua verba
ab his,
multo; la-
bris in
mensa
apertis
relinquantur.

Hoc puerile est; multos quidem lege, si opus fuerit, at si vnum post alium legis, vnum post alium complica, & in suo loco constitue. Aut saltem post studium cuncti libri complicati, & in sua sede collocati mancant, ne saltem arrogans scientiæ ostentator à scientibus, aut videntibus habearis.

2. *Munditiam in vestibus habere.*
Eccles.
2.8.

2. Vestes semper mundas habere curabis, memor illius sententiæ Salomonis: *Omni tempore sint vestimenta tua candida*, non iam propter salutem, aut ædificationem, sed pro amore paupertatis, vt si alius te pauperior, & austerior illis à te relictis vti voluerit, possit sine horrore tuum vestimentum induere. Mundities animi in vestium moderata munditie refulgeat. [Nam monachum, ait Basilius, habere oportet habitum non sordentem, sed honestum. Honestum quidem & mundum, vt & munditiæ interioris sit index, & vt huiusmodi habitus sit utilis, si ad alterius vsum transferatur.

3. *Omni- bus ita utendum, ac si aliis vsui esset futura.*

3. Res alias præter libros, & vestes, quæ vsu non consumuntur, ita ad tuam vtilitatem conuertere, vt alius quilibet sine molestia possit eas ad suum vsum applicare. Ac proinde mensam in qua scribis, & libros habes, & sellam, & lectum & reliqua huiusmodi, ita vsurpabis, vt semper reliquis fratribus vsui esse possint. Sic in omnibus tum spiritualibus, tum temporalibus, te religionis fidelem filium bonum eius curantem exhibebis.

Oratio,

Oratio

Domine
familiari
quidem
infinita
& ex ea
nuisti, &
da mihi
ctam fan
trem dil
rear. C
gulam se
minuam
Teneat
men eiu
que in
& per b
& res c
paupert
filius in
filius ag
ti. Am

P O s
mat

*Oratio, qua hæc septem à Domino
postulantur.*

Domine Deus, Pater amantissime, qui hanc familiam religiosam, quam profiteor, minimam quidem ancillam tuam, ex immenso amore, & infinita benignitate quasi in sponsam accepisti, & ex ea me, ac omnes fratres meos, spiritu genuisti, & in tuos (vt speramus) filios adoptasti: da mihi pauperulo seruulo tuo erga hanc sanctam familiam affectum filij, vt eam ceu matrem diligam, & semper honorem, atque reuerentiar. Concede, oro supplex, vt eius opes, regulam scilicet, atque instituta non perdam, non minuum, sed sedulo, diligentèrque custodiam. Teneat me sollicitudo conseruandi bonum nomen eius, & religiosam disciplinam in me, atque in aliis per diligentiam bonorum operum, & per bonum exemplum promouendi, necnon & res eius temporales ex affectu Euangelicæ paupertatis curandi, vt bonus, & dilectus eius filius inuentus, à te Patre benignissimo merear filius agnosci, & in filiorum numerum cooptati. Amen.

C A P V T X X I I .

De cogitando Deo in fratribus.

PO S T hunc tertium septenarium, quo ad matrem religionem ordinamur, sequitur

*Aspiciendus Deus
in fratribus.*

*Colof-
sen. 3. 9.
Apostoli
dictum
de exum.
do veteri
homine
sublimi
modo talè
cogitatio-
nis adim-
pletum.*

quartus eorum, quæ erga fratres seruanda sunt: Ac primò in fratribus tuis, ô vir Dei, non tam hominem aspiciere, quam Deum inspicere, & cogitare curato. Deus namque in omnibus rebus, sed præcipuè in creaturis rationalibus per essentiam, & præsentiam, & potentiam inhabitat, vt dictum est. Quare æquum est, vt in cunctis rebus, sed præcipuè in hominibus ad vitanda multa mala, & consequenda multa bona Deum inspiciamus. Si istud feceris, sublimi quadam ratione Apostoli dictum implebis: *Spoliantes vos veterem hominem, cum actibus suis, & induentes nouum, cum qui renouatur in agnitionem, secundum imaginem eius, qui creauit illum; vbi non est gentilis, & Iudæus, circumcisio & præputium, Barbarus & Scythæ, seruus & liber, sed omnia, & in omnibus Christus.* Nam si verum est, quod Philosophi affirmant, vires cognoscitivas nostras eo, quòd cognoscimus quali vestiri, & eo, quòd à cognitione reiciimus, spoliari, veterem hominem exuimus, cum in homine, quem videmus, hominem præterimus, & veluti eius obliuiscimur; & nouum hominem induimus, cum in homine Christum contemplamur. Sic innouamur in agnitionem Dei, & quasi de nouo efficimur imago eius, qui creauit nos, dum eum in creatura videntes eius cognitione, & memoria intellectus noster induitur. Hic autem non est gentilis, aut Iudæus, non apparet, inquam, homo senex, aut adolescens, pulcher, aut deformis, sapiens, aut ignarus, huius, aut illius sexus, aut conditionis, sed omnis puritas à nobis cognoscitur, quia offert se nobis

in

in om
In h
dito,
quod
hic a
qua a
lorum
turba
perfe
gem
de co
tem c
gine
est, t
repra
pro
ris,
qu
gress
min
sapi
[Q
inqu
tuar
vtic
qui
mu
her
pos
fam
sen
lun
&

in omnibus Christus.

In homine igitur Deum contemplari contem-
dito, ne aut aliquo minus puro amore capiaris,
quod initium est non paucorum malorum, quia
hic amor animam fœdat & maculat; aut ne ali-
qua auersione pulseris, quæ aliorum est ma-
lorum origo, quia auersio animam inquietat &
turbat, sed in ipso conuictu hominum ab im-
perfectionibus incidentibus libereris. Cum re-
gem seis sub cortina latere, non multum cogitas
de cortina, sed regem latentem, réque contuen-
tem consideras. Cum Christi, aut B. Mariæ ima-
ginem intrueris, nec ad materiam, ex qua facta
est, nec ad ornamentum attendis, sed ad rem
representatam cogitandam transgredieris. Sic
prorsus scire debes, hominem, quem alloque-
ris, esse instar veli, sub quo Deus latet, esse
que imaginem Domini tui, & eo quasi trans-
gresso, siue dimisso, intra illum Deum, ac Do-
minum contemplaberis. Id certè à nobis, si
sapimus, faciendum esse Ambrosius insinuat.

[Qui enim honorat imaginem imperatoris, In Psal.
inquit, utique illum honorat, & qui sta- 118.
tuam contempserit imperatoris, imperatori Scim.
utique fecisse videtur iniuriam. Vides ergo, 10.
quia inter multas Christi imagines ambula-
mus? Caueamus, ne coronam imagini detra-
here videamur, quam vnicique Christus im-
posuit.] Omnes homines, quibus cum conuer-
samur, imagines sunt Dei, cum nobis præ-
sentem faciunt, ad eum inspiciendum impel-
lunt. Ponamus oculos muscarum, & culicum
& animalium rationis expertium, qui sola

Deum in
homine
confide-
rans ab
impura
amore, &
mordina-
ta auer-
sione libe-
ratur.

Homo in-
star veli
sub quo
Deus la-
tet.

1016 *De vita religiosè instituenda,*
exteriora vident, & allumamus oculos hominum, siue virorum spiritualium, qui nucleum sub testa respiciunt.

Multorū bonorum fons talis aspectus. Est etiam hic aspectus Dei in fratribus multorum bonorum fons. Quoniam cum in omnibus, quos aspexeris, & quos alloquutus fueris, Deum intuearis, & ad eum mentis oculos eleues, vita tua erit vna oratio perpetua, quo nihil vtilius, nihil sublimius cogitari potest. Erisque similis illi, qui dicebat: *Oculi mei semper ad Dominum, quoniam à dextris est mihi, ne commouear.* Et verè semper erit tibi à dextris Dominus, quia ex ipso conuictu hominum non sinistros, id est, prauos affectus, sed rectos, & vtilis hauries. Amor item tuus erga homines erit spiritualis, & purus, quia eorum facies, & corpora non ad illecebram, sed ad transitū in Deum tibi deseruient. Et quemadmodum, si ante oculos tuos obuerfetur speculum, non tam illud, quàm faciem tuam contempleris, ita in fratribus, tamquam in speculis, diuinam maiestatem aspicias, videbisque quasi continuè Dominum quasi per speculum, & in ænigmate, donec adueniat æternitas, in qua videbis faciem ad faciem. Homines tandem reuerenter, & benignè tractabis, quorum aspectu adorationem, seu Dei considerationem vteris. Angelus in Apocalypsi Ioannem, vt Christi seruum, aspiciens, comiter ac benignè suscepit, seque minimè ab eo adorari permisit: *Vide, inquit, ne feceris, id est, ne me adores: conseruus tuus sum, & fratrum tuorum.* Sic & tu, qui homines non vt homines, sed vt Christi seruos, & vt Dei imagines aspicias, honore semper, ac

reue

Psal. 24.

15.

Psal. 15.

8.

Apocal.

19. 10.

reuer
N
tinen
hoc e
sum,
puleh
senib
miran
latin
diuin
ctu e
na a
ferui
ne pa
ratur
diuin
tum
Quis
rus, e
inqu
niam
quas
ne ex
tem
cis v
nube
tem
2.
cilis,
das.
ficile
non
spici

reuerentia prosequeris.

Nunc ad rem tam arduam atque sublimen obtinendam media quæramus. 1. Tibi persuade, hoc esse magnum Dei donum, & paucis concessum, quo, vt diximus, nec erga iuuentutem & pulchritudinem personarum afficeris, neque à senibus, & decrepitis, & ægrotis abhorrebis, & miram animi puritatem comparabis. Et fiet paulatim in te quidam sublimis spiritus orationis, ac diuinæ familiaritatis, quo in Deum semper affectu eas, & inter homines quasi solus viuas. Dona autem Dei, præsertim magna & sublimia, feruidis desideriis, & supplici ac humili oratione parantur. In hac ergo re discretum, & moderatum conatum adhibe, sed intentissimè ianuam diuinæ largitatis pulsare non desines, donec tantum bonum obtineas. Dic affectu illud sponsa: *Quis mihi det te Dominum meum, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat.* Quis, inquam, hoc donum mihi concedat, vt inueniam te Deum meum in creaturis, quas aspicio, quas manibus tracto, cum quibusque conuersor, ne ex eis maculas contrahens ab aduersario contemnar. Tu certè, qui in rebus creatis videris, facis vt videaris. Illumina ergo oculos meos, vt nubeculas transeam, & te iustitiæ solem latentem aspiciam.

2. Non ideo, quia res hæc magna est, & difficilis, vt experiri poteris, de eius obtentione difficilas. Nam si aura cælestis aspiret, facilè rem difficilem adquires. [Quis enim vel nimis hebes, non videat, ait Bernardus, quàm se è vicino respiciant imago, & quod ad imaginem est.] Si

1. Mediū.
Magnum
id donum
Dei, per-
suasum
habere,
quod ma-
gnis desi-
deriis, &
moderato
debet ef-
flagitari
conatu.

Cant. 8.

1.

2. An-
imum non
desponde-
re, sed
exercitio
paulatim
incende-
re.

Ser. 81.

in Cant.

ergo homo ad imaginem Dei est, & vera imago eius, non videtur nimis arduum ex ipsa imagine ad Deum repræsentatum transire, & in imagine exemplar ipsum intueri. Principio semel saltem in die aliquem ex fratribus ita respicies, ut quasi illum non aspicias, sed in Deum in illo existentem oculos mentis intendas. Postea id bis, aut ter in die idem facies, postea frequentius, donec ipso vsu Dei gratia roborato consuetudinem adquires Deum in homine contemplandi.

3. *Neglecto corpore animam intueri, à qua ad Deum factis erit transitus.*

3. Ab alio faciliore hoc exercitium inchoabis. Nam cum certum sit, animam spirituali, & immortali corpore humanum informari, quæ initium est omnium actionum, quæ à sensibus eliciuntur, & omnium operationum, & motuum, assuesce quasi neglecto corpore animam in quocumque homine aspicere, & ad illam non ad corpus attendere, ut postea scias, nec in ipsa anima quiescere, sed ex illa ad Deum transire, & illam diuinam magnitudinem in omnibus contemplari.

C A P V T X X I I I.

De dilectione fratrum.

Præceptum dilectionis fraternæ post præceptum charitatis erga Deum, præcipuum, & quare.

DILIGE proximos, seu fratres tuos, & ita tua opera, & cogitata dispone, ut in nullo fraternæ charitati contradicas. Hoc dilectionis fraternæ mandatum post præceptum charitatis erga Deum, primum ac præcipuum locum habet. Ideo præcepto amoris Dei simile dicitur.

Inter

Interrogatus enim Dominus de maximo ac primo mandato, respondit: *Primum mandatum est: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua.* Et subiunxit statim: *Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Quare simile? Quoniam dilectionem actum virtutis charitatis præcipit, & non propter lucrum, non propter voluptatem, non propter sanguinis cognationem, aut morum similitudinem, aut aliquid aliud creatum, sed Dei causa habendum præcipit: & quia sua amplitudine vniuersa mandata comprehendit. Nam, *qui diligit proximum, legem impleuit*, & dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Si itaque perfectionem animæque puritatem concupiscis, consulo tibi, vt hoc vtaris breui compendio. Dilige Deum, dilige fratrem propter Deum, & legem impleas, & non lentis passibus, neque longos tenens ambages, sed via recta, quæ breuissima est, ad concupitam perfectionem tendis.

Volo tamen substantiam, & modum huius dilectionis fraternæ tibi breuiter explicare, ne in eius studio tibi errare contingat. Diligere, est velle bonum alicui. Attende ergo, cui debeas bonum velle, & quod bonum debeas velle, & cuius causa, & qua ratione, vt sis in dilectione conspicuus. Ille, cui debes bonum velle, est frater, seu proximus tuus. Est autem frater, & proximus, non tantum ille, qui tuam professionem, aut vocationem sequitur, sed ille quoque, qui alium quemcumque modum viuendi

Matth.

22.27.

39.

Illi etiam simile.

Roma.

139.

Cuiuslibet

hominis

charita-

tis ins-

pouiden-

des affe-

ctus, ad-

huc infi-

deli.

secta

sectatur: siue intra Ecclesiam sit, siue extra
illam per infidelitatem existet; siue te diligit,
siue inimicus sit, ac te odio habeat. Dominus
quidem omnem hominem proximum esse do-
cuit, dum illius hominis, qui *incidit in latro-
nes*, non solum Leuitam, & sacerdotem, sed
& Samaritanum proximum; ac fratrem esse
monstrauit. Quare sapienter Augustinus ait:

Luce 10.
30.

Serm.
59. de
temp.

[Proximus est omnis homo. Omnes proximi
sumus conditione terrenæ natiuitatis, & mor-
talitatis, & etiam spe cœlestis beatitudinis, quia
nescit quis quid futurus sit; quoniam aut Iu-
dæus, aut hæreticus, aut paganus: fortè enim
per misericordiam Dei conuertetur ad Deum,
& inter sanctos primum locum habere merebitur.]
Omnis itaque homo est tibi diligendus,
sed quia dilectio non exigit æqualitatem, sed or-
dinem, illos magis diliges, quos eiusdem status,
ac vocationis agnoscis, eisque maiora signa di-
lectionis ostendes. Ideo enim fratres tui vocan-
tur, vt inter vos perinde atque inter bonos fra-
tres summa sit pax, inuiolabilis charitas, atque
indiuulsa concordia.

*Magis di-
ligendi,
qui eodẽ
statu, &
vocatione
iun-
guntur.
Optandũ
illud spiri-
tuale, &
tempora-
le bonum,
illud pri-
marid, &
istud qua-
rens il-
lius cõse-
quutioni
ad iumẽto
esse potest.
2.2. que.
25. art.
2. Cor-
poic.*

Bonum, quod ex hac dilectione fratri vis,
est bonum diuinum, & bonum humanum,
bonum spiritale, & bonum temporale, sed
non vno modo. Vis namque illi bonum di-
uinum spiritale, & supernaturale primò, &
per se, id est, quòd beatitudinem, ad quam
creatus est, assequatur, quòd gratia viuat, quòd
virtutibus abundet, quòd ea Dei dona ha-
beat, quæ cum Deo placitum reddant & gra-
tum. Vnde Thomas Aquinas rectè ait: [Ratio
diligen

diligendi proximum Deus est.] Hoc enim debemus in proximo diligere, quod in Deo sit. Ratio, inquam, quæ in scholis vocatur formalis. Quia sicut hominem oculis cernimus, qua albus, vel niger est, ita eundem charitate diligimus, qua boni diuini particeps esse potest. Id autem significauit Dominus illis verbis: *Hoc est praeceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos.* Quem locum explanans Augustinus ait: Ut quid diligit nos Christus, nili ut regnare possimus cum Christo? Ad hoc ergo nos inuicem diligamus, ut dilectionem nostram discernamus à cæteris, qui non ad hoc se inuicem diligunt. Vis deinde fratri bonum humanum, & naturale, quatenus spiritali consequendo prodest. Ideo ex vera charitate poteris velle illi vitæ longæuitatem, corporis sanitatem, bonam apud homines opinionem, rerum temporalium sufficientiam, lætitiæ moderatæ causas, & alia huiusmodi ea ratione, qua hæc possunt, & solent ad vitæ æternæ assequutionem conferre. Hæc enim etiam sunt media prædestinationis, quibus benignus Deus solet iustos ad gloriam disponere, & non solum tusionibus, ac pressuris expolire. Hinc Dominus, qui exemplar fuit perfectissimæ dilectionis, non solum bona diuina, sed humana quoque hominibus voluit, & non tantum animæ, sed & corpori opem tulit. Et Augustinus ait: [Partim verò corpori, partim verò animæ hominis benefacit, qui hominem diligit.] Et statim ait, bona ad corpus pertinentia medicinam

Ioan. 15.

Tract.
83. in
Ioan.Lib. 1.
de mori.
bus Ec-
cles. cap.
27.

cinam vocari, quo nomine intelligit, quidquid corpus instaurat, & reficit: bona verò animæ disciplinam nominari, quia animam corrigit, atque erudit. Fratribus ergo tuis omnia bona corporis, & animæ velle, & optare debes, & vt potueris præstare, vt veram dilectionem habere profitearis, & verus ac spiritualis amator fratrum puteris.

Causa finalis fraternalis dilectionis, Deus.

1. Corinth. 10. 24.
1. Corinth. 13. 5.
De diligendo Deo.

Modus est, proximi sicut seipsum diligere. Matth. 22. 39.

Causa finalis huius fraternæ dilectionis etiam Deus est, qui non solum est author dilectionis, qui facit, vt verè, & sanctè diligamus, non solum quasi forma, quia fratres vt participes diuini doni diligimus, sed etiam scopus & finis, quia propter ipsam, & vt ei obediamus, & placeamus, fratrem amore prosequimur. *Nemo quod suum est quarat*, inquit Paulus, *sed quod alterius*. Et alio loco: *Charitas non querit, quæ suæ sunt*. Et Bernardus ait, charitatem non esse mercenariam. Et rursus, vt tamen perfecta iustitia sit diligere proximum, Deum in causa habere necesse est. Itaque non propter te diliges, quasi aliquod ex fratre emolumentum accepturus, non propter ipsum, quasi propter illum, qui est tibi aut cognatione carnis, aut morum similitudine, aut amicitia coniunctus, sed propter Deum, quem finem si respicias, neminem ab amplexu dilectionis excludes. Quoniam Deus omnes vult à te diligere, nullumque per odium, & auersionem reiici.

Ratio aut modus dilectionis à Deo præscriptus duplex est. Alter: *Diliges proximum tuum sicut teipsum*. Quem modum tunc tenebis, cum illi, quæ tibi rectè cupis, ex amore præstiteris.

teris.
pleu
aliqu
boni
vobis
murr
erga
eum
ei no
malu
iuua
sicut
mod
nunc
hom
præu
ex o
dum
lexit
tum
eger
te p
cedi
miti
seip
salu
dem
dile
à fu
ges
dilig
ctar
spo

teris. Cùm circa abiectiōem mali illud impleueris: *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri feceris.* Circa exhibitionem verò boni illud: *Omnia quaecumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis.* Cùm proximum non aliter, quàm teipsum aspexeris, & erga illum, sicut erga teipsum, habueris. Cùm eum non spreueris, non temerè iudicaueris, cùm ei non oblocutus fuerit, nec verbo, nec opere malum intuleris, & illum pro tua possibilitate iuuaueris. Alter modus est: *Diligite inimicōs, sicut & ego dilexi vos.* Alio loco fuse satis hunc modum diligendi proximum exposuimus, nunc autem breuiùs dicamus. Christus, ò homo, te dilexit spontaneè, non beneficiis præuentus, imò iniuriis lacessitus; quia non ex operibus iustitiæ quæ fecimus, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Te dilexit gratis nihil à te expectans, sed tibi se totum impendens, quia bonorum tuorum non eget, tu verò illo, & bonis eius indiges. Dilexit te patienter, cuius dilectio vt mors, quæ nulli cedit, omnes vincit, & à nullo se superari permittit. Dilexit te liberaliter, quia omnia sua, & seipsum tibi dedit, & tuum redemptorem, & saluatorem, imò & alimentum se fecit. Tandem dilexit te perseveranter; nam & in finem dilexit te, & per totam æternitatem numquam à suo amore reiiciet. Sic & tu fratres tuos diliges, eos amore præveni, quin & odio habitus dilige: non ob aliquod lucrum, sed nihil expectans amore prosequere: si minimè amore responderint, eorum ingratiudinem sustine: operibus

Tobiæ
4.16.
Matth.
22.32.

Vel sicut
Christus
homines
dilexit.
Matth.
15.12.
Lib. 3. de
perfect.
par. 3.
cap. 25.
26.27.
Spontaneè.
Ad Titum 3.5.
Gratis.
Patienter.
Liberaliter.
Perseueranter.

bus beneficentiæ amorem ostende; & numquam ab amore desiste, sic eris in proximorum amore perfectus.

1. Mediū. *quemque proximiū, ut unum quid, secum considerare, natura, patria, cognatione, &c.* Ad fraternam dilectionem excitandam multa sunt media, sed trium dumtaxat mentionem faciam. 1. Eos diligimus, quos aliqua ratione vnum quid nobiscum esse cognoscimus. Proximis autem nostris modis omnibus copulamur, & vnum cum illis efficimur. Diligunt se vnus patris filij? Sed omnes ab vno patre Adamo sumus progeniti. Imò *vnus Deus, & Pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.* Diligunt se inuicem homines vnus regni, vt Hispani, Galli, Itali? At vniuersi vnus regni sumus, nimirum Ecclesiæ, quæ sapissime in Scripturis sanctis vocatur regnum, ad quod Dominus etiam infideles inuitat. Diligunt se inuicem ciues? *Non estis hospites, & aduena,* inquit Paulus, *sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei.* Diligunt se illi, qui eiusdem sunt domus, atque familiæ? Et nos sumus eiusdem domus. Christus verò tamquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos, & *edificationem ex Deo habemus, domum non manu factam, aeternam in caelis.* Diligunt se cognati? Cognati verò sumus, quoniam Christi sanguinem participamus. Diligunt se fratres. Sed fratres sumus. Quia Christus *non confunditur nos vocare fratres, dicens: Nuntiabo nomen tuum fratribus meis.* Tandem diligunt se membra? Membra verò sumus eiusdem capitulis, & eiusdem corporis, dicente etiam Paulo: *Multi vnum*
- Ephes.4.6.
Ephes.2.19.
2. Corinth.5.1.
2. Corinth.10.16.
Hebreo.2.11.12.
Roma.12.5.

vnum
alteri
dilig

2

tio,
lios
rem i
si nih
tum a
amor
Iesu
bis.

impe
Nihil
abstu
voles

3

tria
cordi
sentie
amor
radice
fecto
qui e
chrè
taten
Quid
quan
miren
tem,
in idi
ipsum
schif
I.

unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Quare ergo nos non tenerrimè diligamus.

2. Proprius amor, & affectuum immoderatio, ac desideria terrenorum faciunt sæpe, ne alios sincere diligamus. Vnde si proprium amorem impugnaueris, si affectus tuos cohibueris, si nihil ex hoc seculo concupiueris, facile debitum amoris persolues. Pellatur foras proprius amor, ita vt non quæras, quæ tua sunt, sed quæ Iesu Christi, & fratrum bonis quærendis vacabis. Habeant affectus ordinem suum, & malis impetitus malum pro malo reddere recusabis. Nihil transitorium cupias, & illis, qui terrena abstulerint, aut possederint, sua bona libenter voles.

3. Familia religiosa imago quædam est patriæ cœlestis, vt dictum est, quæ est domus concordiæ, & pacis, ne in eam schismata, & dissensiones inuehas. Nam his tibi, & aliis, qui amorem ablegatis, & discordiam amatis, ex paradiso in gehennam conuertetur. A vobis profectò Angelorum cœtus fugiet, & Dei spiritus, qui est spiritus pacis, discedet. De quo hæc pulchrè Bernardus: Attamen super omnia hæc vnitatem, & pacem à nobis exigunt Angeli pacis. Quidni maximè delectentur in his, quæ formam quandam ciuitatis suæ repræsentant in nobis, vt mirentur Hierusalem nouam in terra? Dico autem, vt quomodo ciuitatis illius participatio est in idipsum: sic & nos idipsum sentiamus, idipsum dicamus omnes, & non sint in nobis schismata, sed magis omnes simul vnum corpus

2. Proprii amoris impugnantio & affectuum cohibitio.

3. Familiam religiosam vt imaginem cœlestis patriæ contemplari, quam dissensionis, & schismata valde dedecent. Serm. 1. de S. Michaële, ad finem.

I. Co-
rinth.
3.3.

simus in Christo, singuli autem alter alterius membra. E contra verò nihil æquè offendit, & ad indignationem prouocat eos, quomodo dissensiones, & scandala, si fortè inueniantur in nobis. Audiamus siquidem, quod loquatur ad Corinthios Paulus: *Cum enim sit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* In epistola quoque Iudæ Apostoli legimus sic: *Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes.* Videre est animam hominis, quemadmodum vniuersa corporis membra viuificet coherentia sibi. Separa ergo quoduis à iunctura cæterorum, & vide, an de cætero illud viuificet. Sic est omnis, qui dicit anathema Iesu, quod nemo dicit loquens in spiritu Dei: quia anathema separatio est: sic &, inquam, omnis, qui ab vnitate diuiditur; ne dubites, quia ab eo recesserit spiritus vitæ. Dignè igitur contentiosos, & qui separant semetipsos, Apostoli carnales vocant, & animales, spiritum nõ habentes. Dicunt ergo sancti illi, & beati spiritus, vbi scandala inuenerint, & dissensiones. Quid nobis, & generationi huic spiritum non habenti? Nam si adesset spiritus, per eum vtique charitas diffunderetur, & vnitas non scinderetur. Et dicunt, non permanemus cum hominibus istis in æternum, quia caro sunt. *Quæ enim conuentio luci ad tenebras?* Nos de regno vnitatis, & pacis sumus, & homines istos in eandem vnitatem, & pacem sperabamus esse venturos. Nunc autè quæ ratione nobis cohæreant, qui dissident à se ipsis? *Væ nobis, si Angelos à nobis abiecerimus, quorum virtute custodimur, atque protegimur.*

C
autem
rem le
gregari
quibus
charita
ter all
stulati
cum a
non m
sancti
ea par
& mo
habet
abhor
pars a
intus i
ne, q
mus.
cum h
mitter,
fratres
ti, quib
profec
nis no
hibeas
le, ami

CAPVT XXIV.

De affabilitate erga fratres.

CONGREGATIONI pauperum, ait Eccli. 4.
 Ecclesiasticus, *affabilem te facito*. Videtur
 autem, ô frater, tecum loqui, cum propter amo- *Affabili-*
 rem Iesu Christi te pauperum religiosorum con- *tatem*
 gregationi sociaueris. His Domini pauperibus, *pra se fe-*
 quibus cum viuis, te accommodabis, quantum *rat reli-*
 charitas, & disciplina religiosa ferunt, eos comi- *giosus.*
 ter alloqueris, rebus licitis, & honestis à te po-
 stulatis libenter acquiesces, & nihil in te rusti-
 cum aut inurbanum, aut quod iure eos offendat,
 non mortificatum relinques. Vita religiosa vita *Vita reli-*
 sanctissima est, pariter & iucundissima, atque ex *giosa san-*
 ea parte, qua sanctitatem amat, honestatem vite, *ctissima,*
 & morum quærit, ex ea verò, qua iucunditatem *parité-*
 habet, ab omni vitio insuauitatis, & rusticitatis *que iu-*
 abhorret. Hæc affabilitas videtur esse quædam *cundissi-*
 pars amicitia, & effectus amoris: amicitia enim *ma.*
 intus in corde est, affabilitas in exteriori actio-
 ne, qua interioris benevolentia signa præbe-
 mus. Amor etiam in hoc facilitatem ponit, vt
 cum his, quos diligis, tum verbis, tum factis cõ-
 miter, & conuenienter te geras. Si ergo socij tui
 fratres sunt, quos amas; & viri eiusdem proposi-
 ti, quibus cum sanctam amicitiam iniuisti, æquũ
 profectò est, vt huic signo amicitia, & dilectio-
 nis non desis, & te illis affabilem, & suauem ex-
 hibear. Affabilitatis defectus, auctore Aristote- *Ethic.*
 le, amicitias dissoluit, vnde & ipsa amicitia, & *cap. 5.*
 charitati

1028 *De vita religiosè instituenda,*
charitati seruit, sine qua congregatio religiosa
nomen sanctæ, & in Deo iunctæ congregationis
amittet.

Christus,
& sancti
affabili-
ter, & co-
miser
cum ho-
minibus
conuer-
sati.
Iſaiæ.
42. 4.
Ioann.
6. 68.
Christus perfectionis auctor, & consumma-
tor affabiliter, & comiter cum hominibus, quos
tendere diligebat, conuersatus est. Sancti etiam
Apostoli, & reliqui eius vestigia sequuti affabili-
tatis amatores fuerunt, vt eam non postremo lo-
co habendam esse noueris. Hanc saluatoris no-
stri affabilitatem Iſaias Propheta descripsit: *Non*
clamabit, ait, *neque accipiet personam, neque audie-*
tur vox eius foris. Calamum quassatum non conteret,
& limum fumigans non extinguet. Ea captus Petrus
Apostolus dixit: *Domine ad quem ibimus? verba*
vite aeterna habes. Talis enim erat Domini comi-
tas, tam suavis vrbalitas, tam mirabilis verbo-
rum eius dulcedo, vt audientes, & conuersantes
cum illo ad suum amorem traheret, ad defide-
rium sui conuictus alliceret. De Apostolis autem
suum magistrum imitantibus quid dicam? Le-
ge Pauli, Petri, & Ioannis epistolæ, & videbis,
quibus titulis fideles compellent, quibus verbis
eos erudiant, & exhorrentur, comitatem spiran-
tibus, & animi interiorem dulcedinem osten-
dentibus. Sancti verò omnes horum filij in
suis scriptis, & verbis affabilitatem, qua cum
hominibus conuersabantur, spirant; nam
modum conuersandi sequitur modus, & ra-
tio scribendi. Si eorum mores imitari cu-
pis, æquum profectò est, vt etiam vrbalita-
tem tam ad habendam pacem necessariam
æmuleris.

Affabili-
tate affe-
ctus castæ
dilectio-
nis au-
gescit.
Si affabilitatem in conuictu seruaueris, in te-
ipſo

ipso amicitiam cum aliis, & castam dilectionem augetis. Nihil enim æquè amicitiam, & dilectionem auget, ac ipse modus amicabiliter conuersandi. In aliis fratribus eundem amorem erga te stabilem, & perseverantem facies, ad eò ut tua præsentia latentur, tua absentia tristentur, dicantque de te, quod ferti Iob de ipso à se nimis amato dicebant: *Quis det de carnibus eius, ut saturemur.* Corda tuorum proximorum possidebis, & ad quod volueris, vertes. Nam scriptum est: *Beati mites, qui sine affabilitate mites esse non poterunt, quoniam ipsi possidebunt terram.* Ac tandem illud consequeris, ut cum Paulo omnibus omnia fias, & sic aptus sis, ut eos Christo lucrifacias. Postula à Domino, ne tradat te, id est, ne tradi permittat, animo irreuerenti, sed mentem reuerentia ad proximos, & bencvolentia plenam adiiciat, ut tua conuersatio non sit illis molesta, sed grata, non onerosa, sed rationi suauitatis accepta.

Sed illud tibi summopere fugiendum est, ne affabilitas aliquid leuitatis habeat, aliquid adulationis, aut assenationis oleat, ne animum soluat, ne aliquam scurrilitatem admittat. Nostra enim comiras debet esse religiosa, dono maturitatis ornata, à sancta gravitate minimè aliena, quæ ita animos fratrum mulceat, ut non distractioni, non leuitati, non fractioni silentij, sed modestiæ, & ædificationi deseruiat. Sit talis, qualem Ambrosius describit: [Hanc affabilitatem, ait, volumus esse sinceram ac sobriam, sine vlla adulatione, ne simplicitatem, ac puritatem alloquij dedecet sermonis adula-

Iob 31.
31.
Aliorum
corda
possiden-
tur.
Matth.
5.5.
Lucran-
dis ani-
mis ap-
rior quis-
que red-
ditur.

Religiosæ
comitas
omni de-
bet leui-
tate vac-
care.

Oratoris
desideren-
tur.
2 De of-
ficiis, c.

tio. Forma enim esse debemus cæteris, non solum in opere, sed etiam in sermone, in castitate ac fide.] Itaque affabilitas nostra non in substantia, sed in modo consistit, id est, non petit, ut amplius, quàm regula præscribit, loquamur: ut ultra necessitatem hominibus nos communicemus, ut aliquid statui nostro minus congruum audeamus, sed ut tenentes exactam disciplinæ censuram, suauitate eam condiamus, & comiter ac amicabiliter cum proximis conuersemar. Hæc non vitiosa, sed studiosa affabilitas prouehit charitatem, auget amicitiam, & discordiam eliminat, iuxta illud Ecclesiastici: *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos.* Signum quoque est excellentis virtutis, si non ab ipsa natura, sed ab electione nascatur. Quare subiunctum est: *Et lingua eucharis, id est gratiosa, in bono homine abundat.*

Ecclesi. 6.
5.

1. Meditium, charitas.

Galat. 4.
19.
Rom. 9.
3.

Media ad affabilitatem comparandam ex tribus virtutibus desumuntur. I. Charitas, seu dilectio fraterna, quæ sicut animum emollit, ita & verbis, ac modo conuersandi dulcedinem, & suauitatem imprimit. Ex hac radice procedebant verba Pauli tam blanda, & amorem redolentia: *Filioli, quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis. Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis,* & alia similia. E contra verò rancor, seu auersio animi conuersationem insuauem facit, & in verba amara prorumpit. Curabis ergo fratres diligere, ut ad eos comiter te habeas, & ipsa comitate amorem custodias, & prouehas: nam sicut calor ex igni nascitur, & ad ignis generationem, & conseruationem

nem co amore

2. Icias, eo conui falsa iu alios d cum al teruè c qui dix gum ve quæ se & affab

3. perfere compo discor turbati fatione

FR A reu statum nas. De nunc a les, & nullusc neque in alios & arro

nem confert, ita affabilitas amorem auget, & ex amore procedit.

2. Humilitas. Quia si alios, vt maiores, suspicias, eo ipso, ita vt eis non displiceas, te ipsis in conuictu, & in aliis, accommodas. Sunt aliqui falsa iustitia pleni, seipsos nimium amantes, & alios despicientes, qui ex hoc affectu superbia cum aliis duriter se habent, & nesciunt nisi proteruè conuersari, & insuauiter loqui. Sicut ille, qui dixit ad populum: *Pater meum aggrauauit in-
gum vestrum, ego autem addam iugo vestro*, & alia quæ sequuntur. Esto tu paruulus in oculis tuis, & affabiler cum aliis te geres.

2. Humi-
litas.

3. Reg.
12.14.

3. Mansuetudo, pacato animo iniurias perferens, & in turbellis animum ad pacem componens. Nam remotis contentionum, & discordiarum occasionibus, aut saltem animi turbatione præcisa, non erit difficile in conuersione lenitatem seruare.

2. Mansuetudo.

C A P V T XXV.

De honorandis fratribus.

FRATRES tuos debito etiam honore, ac reuerentia prosequere, & cuique secundum statum, & conditionem suam deferre non desinas. De honore Prelatis exhibendo iam diximus; nunc autem addimus, vt æquales tãquam æquales, & minores tãquam minores honore afficias, nullusque ad te sine accepto honore appropriet, neque à te sine honore transeat. Humilitatè tuam in alios honorando monstrabis, & signa superbiæ, & arrogantia in honorem aucupando diffugies.

Cuique
secundum
statum,
& condi-
tionem
suam ho-
nor dese-
rendus.

Hominis enim superbi est, signa honoris ab alijs expectare, & non magis libenter deferre. Nec sufficit viro spiritali, & perfectionis amatori fratres honore debito prosequi, quod præcepti est, sed oportet in hoc consilium Pauli seruare, & eos honore etiam non quasi ex iustitiæ debito præuenire. *Honore, inquit, inuicem præuenientes.* Id autem præstas, cum, si absque perturbatione fieri potest, eis in incessu, in confessu, in mensa, & in alijs similibus potiozem, & honoratiorem locum concedis. Dixi verò si absque perturbatione ordinis fieri possit, quoniam sæpe religiosa, aut Ecclesiastica disciplina non patitur, vt tu post alium sedeas, aut in incessu ad dexteram illum admittas, aut te signis exterioribus minorem ostendas. Sed tunc, quod exteriùs non præstas, inveriùs, & in præparatione animi præstare non omittas. Sic modestè, ac sine offensione aliorum tuum locum tenebis, & in hac re tam delicata non excedes.

Matth.
23. 6.

Cui ex officio primi debentur accubitus, illos ex arrogantia non accipit.

Hom.
74 in
Matth.

Ne itaque sis ex illis, qui superbia tumidi amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi, sed potiùs locum potiozem, & primum fratri relinque, vt illius summi Domini discipulus appareas, qui propter te omnium se seruum fecit, & discipulorum pedes lauit. Si Prælatus sis, si magister, non dico, vt primus non sedeas, aut debitum tuum muneris honorem reiicias. [Nam quemadmodum homo, verba sunt Chrysostomi, vbicumque fuerit, cæteris animantibus præstat, ita doctorem decet, siue loquatur, siue sileat, siue in

conui

conui
celler
bitu,
stanti
ligas,
si ma
& ali
non c
astan
Lege
vt fr
Amo
hono
cia ac
tes a
quar
tem a
hono
de vo
rem

N
min
Apo
frate
poss
tiam
esse
cilia
esse
funt
gine
grat
tiis

conuiuuiis, siue alibi sit, cæteris hominibus excellere, aded vt in incessu, & in aspectu, & habitu, omnibusque simpliciter aliis in rebus præstantior esse videatur.] Sed dico, vt hæc non diligas, vt ex arrogantia non accipias. Sed dico, vt si maior non fueris, in infimo loco constituas, & alios honore præuenias. Sic legi charitatis non deeris, sic fratrum amorem conciliabis, sic astantes ædificabis, ac teipsum honore afficies. Legem quidem charitatis implebis, postulantis vt fratribus inter alia bona honorem velimus. Amorem fratrum tibi conciliabis, quia delatio honoris multo magis, quàm temporalia beneficia ad amandum prouocat honoratum. Præsentes ædificabis; nam homines multo magis, quàm sapientiam, aut eloquentiam, humilitatem ac modestiam admirantur. Te verò ipsum honore afficies, quoniam eximius honor est de vera virtute laudari, & honorum contemptorem, eiusque spontaneum delatorem existere.

Ne fratribus tuis deneges, quod cunctis hominibus debitum est. *Omnes honorate*, ait Petrus Apostolus, *fraternitatem diligite*; quasi dilectio fraterna sine honoris exhibitione seruari non possit. Nihil enim ita iram accendit, & amicitiam dissoluit, atque cum quis videt, ab alio se esse contemptum. Nihil ergo ita amorem conciliabit, ac cum quis animaduertit, se ab alio esse dilectum, & honoratum. Sed quare omnes sunt à nobis honorandi? Certè, quia sunt imagines Dei, quia sanguine Christi redempti, quia gratiæ, & gloriæ capaces, quia licet modò vitiiis, etiam impurissimis, sordeant, postmodum

Qua delatione honoris bona comparantur.

Illam B. Petrus cunctis hominibus debitam vult. 1. Petri 2. 17.

Dilectio fraterna sine honoris exhibitione seruari non potest.

tamen forsitan emendabuntur, & ad sanctorum numerum pertinebunt. Hæ causæ in fratribus tuis vitam religiosam profitentibus efficacius vrgent. Sunt quippe ratione virtutum, quas habent, & bonorum operum, quibus in hærent, Dei imagines pulchriores, & pretiosiores. In eis Christi sanguis, quoad efficaciam, videtur copiosius effusus, siquidem ob eius merita ad perfectionem vitam adducti sunt. Maiori gratia, quàm alij ordinarij homines videntur decorati, & ad abundantio rem gloriam electi. Modò tandem vitiis non fœrent, sed virtutibus splendent, & indicia electionis, & prædestinationis habent. Quare eos non dignissimos honore censebis? Filius regis honore afficitur, licèt puerulus sit, licèt nondum imperio potiat, propter ius regni, quod in eo deprehenditur. Tu verò illis honorem impertiri cunctaberis, quos filios summi regis, & hæredes regni cœlestis probabilissimis coniecturis esse cognoscis? Qui licèt externa specie nihil distent à seruis, id est, ab his, quos forsitan Deus à se reputat, tamen vt Christi minores fratres, sunt Domini omnium, & præstituto tempore intrabunt in gaudium Domini sui.

Si autem hæc præuentio in impartiendo honore à minori ad maiorem est, audi quid Paulus non solum religiosis, verùm & omnibus fidelibus præcipiat: *Sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantur.* Reliquos maiores, ac superiores existima, & sic illos honore præuenire minimè durum, aut molestum senties. Et quomodo alios omnes superiores existimabo? Per, humilita

*Religiosi
ratione
virtutum
Dei im-
gines pul-
chriores,
ob idque
honore
digniores.*

Philipp.
2. 3.

*Quisque
alios sibi
superiores
debet ar-
bitrari.*

milit
ne, l
sce,
tu v
agne
gnus
des,
maio
non
aliud
bes.
tibus
tur,
non
forte
Ita f
hon
stim
D
vera
iudi
Prop
omn
iicia
tam
rius
dib
rum
omn
regi
cum
erg
rum

militatem. Superbiam abiice, tumorem depone, humilitatem indue, tuam vilitatem agnosce, & alios superiores arbitraberis. Alij iacent, tu verò stas. Esto ita sit, quod tamen difficile agnoscitur, quia nemo scit, an amore, an odio dignus sit, sed qui stat, videat ne cadat. Fortè tu cades, & non resurges, & ille, qui iam cecidit, ad maiorem gloriam resurget. Tu habes, quod alij non habent, demus hoc. At alij fortè habent aliud melius atque præstantius, quod tu non habes. Latent ista, inquit Augustinus, in facultatibus, & viribus animorum, tentatione panduntur, experientia propalantur: vt ergo quisque non infletur ex eo, quod videt se posse, cogitet, fortè alios posse aliquid, quod ipse non potest. Ita seruabitur non fallaci, sed veraci humilitate: honore mutuo præuenientes, & alterutrum existimantes superiores sibi.

Dominus quidem hoc à nobis exigit, vt per veram humilitatem alios maiores, & meliores iudicemus. Ideo *non omnes Apostoli, non omnes Propheta, non omnes Doctores, non omnes virtutes, non omnes gratiam habent curationum*, vt singuli se deiciant, & alios habentes quod ipsi non habent, tamquam superiores suspiciant. Pulchrè Gregorius: [Hoc itaque omnipotens Deus agit in cordibus hominum, quod facit in regionibus terrarum. Poterat namque vnicuilibet regioni fructus omnes tribuere, sed si vna quælibet regio alterius regionis fructu non indigeret, communionem cum altera non habuisset.] Et post pauca: [Sicut ergo regiones terrarum, ita sunt mentes sanctorum, quæ, dum vicissim sibi conferunt, quod

Lib. de
S. Vir-
ginit. c.
47. tom.
6.

Deus omnibus
non omnia
natura,
& gratia
dona distribuit,
sed singulis singula.

1. Cor.
12. 30.
Hom.
10. in
Ezech.

Sicut nec
unicuilibet
regioni
fructus
omnes, vt
hic
communica-
tio, ibi hu-
militas
exerceatur.

acce

acceperunt, quasi fructus suos regiones regionibus impendant, vt in vna omnes charitate iungantur.] Tu ingenio polles, sed alius iudicio excellit, quo tibi bona ad practicen consilia ministrat, alius industria, qua te iuuat, alius viribus corporis, quibus tuæ infirmitati necessaria suppeditat. Ilte te oratione suffulcit, ille bono exemplo permouet, ille alius te doctrina erudit. Est qui te humilitate efferat, est qui te patientia sustineat, est qui te per misericordiam erigat. Omnibus indiges, in omnibus aliquid, quod tu non habeas, cernis, quare in honoribus exhibendis parcus eris?

*Illi non
infimo
honore
habendi,
qui tem-
poralibus
ministe-
riis disti-
nentur.*

1. Cor.

12. 23.

Sed si omnes fratres honorandi sunt, illi, meo videri, sunt in non infimo honore habendi, qui inter nos temporalibus intendunt, vt videntes se non despici, sed honorari, purius viuant, alacrius procedant, diligentius seruiant. *Et que putamus*, inquit Paulus, *ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiore circumdamus.* Hæc ignobiliora membra corporis, authore Chrysostomo, & Ambrosio, & Theophylacto, pedes significant, quos diligentius custodimus, & calceis operimus, ne per illos, qui terram immediatius tangunt, aliquid noxium contrahamus. Mysticè autem designant religiosos laicos, quorum opè quasi ambulamus, & terrenis intendimus, quibus carere non possumus. Si hos despiciamus, quia non docent, non predicant, confessiones fidelium non audiunt, sed ignobilioribus seruitiis vacant, timendum ne eo ipso, quòd se despectos vident, virtutem, sine qua inter nos manere non poterunt, & ipsi despici

despiciant. Scitum est illud Menenij Agrippæ apud Liuium, quo mutuam necessitatem hominum nobilium, & ignobilium simul in republica viuentium explicauit. Tempore illo dixit, quo in homine, non vt nunc, omnia in vnum consentirent, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerat, ferunt indignatas reliquas partes, sua cura, suo labore, ac ministerio ventri omnia quæri, ventrem in medio quietum nihil aliud, quàm datis voluptatibus frui, conspirasse inde, ne manus ad os cibum ferrent, ne os acciperet datum, ne dentes conficerent: hac ira dum ventrem fame domare vellent, ipsa vna membra, totumque corpus ad extremam tabem venisse: inde apparuisse, ventris quoque haud segne ministerium esse, nec magis aliquam alere eum, reddentem in omnes corporis partes hunc, quo viuimus, vigemusque, diuisum pariter in venas maturum confecto cibo sanguinem.] Audi nunc: religiosa familia vnum est corpus ad spirituales finem, primùm diuinæ gloriæ, deinde propriæ perfectionis, & salutis animarum ordinatum. In hoc corpore tu quidem es, sicut oculus, qui per sapientiam vides, & alios doces. Alter tui similis est, velut auris, qui hominum confessiones audit. Alius est quasi os, qui verbum Dei prædicat. Aliud vt manus, qui non sine dexteritate pia negotia pertractat. Et vos omnes finem spirituales huius mystici corporis promouere videmini. At frater laicus instar ventris cibos coquit, & abiectis tantum ministeriis intendit. Si propterea illum despicitis, & quasi mancipium

Religiosa familia mysticum corpus, in quo nullius membri inuisibilis functio, sed necessaria.

Lib. 2.
decad. 1.

habetis,

habetis, ille cor mancipij concipiet, & contemptus vos contemnet, & licèt in cœpto ministerio perseueret, tamen in re præcipua, scilicet in virtute, deficiet, & ipse pars huius corporis fœdus vos fœdauit. Itaque omnes tu, etiam minores, & abiectiores honora, vt tuæ humilitati consulas, & virtuti, ac puritati sanctæ familiæ proficias, in qua non pauci dilectione sibi ostenta, & honore sibi delato ad virtutis amorem, & disciplinæ custodiam excitantur.

1. *Medium. Quemlibet vt Dei imaginè considerare.*

Hæc occurrunt media ad impertiendum honorem fratribus. 1. In omnibus, vt iam diximus, Deum considera, ipsiusque eos imagines esse animaduerte. Et assuesce sicut Domini imaginem ligneam honoras, ita & multo magis imaginem ratione, & vita præditam honorare. Nec dico, vt sicut in imagine Christum propriè adoras, ita in homine adores; nam imaginis, quæ non habet quare adoretur, nisi quia Christum repræsentat, & hominis, qui habet vnde honoretur, diuersa ratio est. Sed vt in homine Christum agnoscens illum vt Domino charum & propter Dominum honore prosequaris. Secundùm illud Pauli seruos admonentis: *Serui obedite dominis, sicut Christo.*

Ephes. 6. 6.

2. *Quem que sibi persuadere honoris delatione, propriū non minui, sed augeri.*

2. Quod ab honore deferendo auertere solet, est, quòd putat quis sibi honorem minui, si alios honoret. Oppositum tamen verissimum est; nam qui alios honore afficit, ab illis honore afficitur: & si velit eos honore præuenire, ab eisdem licèt agrestibus præuenitur, à videntibus quoque prudens, & modestus existimatur. Vnde certa quadam ratione honorem aliis delatum

tum
3.
partie
aliorum
de h
nem
iunct

A
onera
alteri
sibi. Ai
Sunt
ingen
bi, in
bi pat
tione
gressu
le dif
prog
Pri
pecca
onus,
poste
bit. V
anim
ad in

tum sibi defert, & quasi cum usura recipit.

3. Honore alios affice, & honoris eorum particeps eris. Nam sicut cum gaudes de bonis aliorum, ea, quae aliena sunt, propria facis, ita cum de honore illorum laetaris, & ad eius exhibitionem concurris, ad teipsum illum trahis, qui iunctus amore illi, qui honoratur existis.

3. Secum
volutare,
cum qui
honore alios
afficit,
honoris
eorum par-
ticipem
fieri.

CAPVT XXVI.

De defectibus fratrum sustinendis.

ALIORVM defectus, & mores agrestes, & imbecillitates patienter sustine, & eorum onera portare stude, secundum illud Pauli: *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.* Ais: Quae sunt fratrum onera à me portanda? Sunt culpae, ac defectus fratrum tuorum; sunt ingenia dura, & proterua aliquorum; sunt morbi, infirmitates, & imbecillitates eorum. Haec tibi patienter portanda sunt, si cupis in congregatione pacifice viuere, & aliquem in virtute progressum facere. Sin minus, per impatientiam mille discordias suscitabis, & occasiones spiritu progrediendi, in causas decidendi conuerteres.

*Aliorum
defectus
suppor-
tandi,
oneraque
ferenda.
Galat.
6. 2.
Qua illa
sunt.*

Primò itaque onera fratrum à te portanda, sunt peccata, & defectus eorum. Peccatum enim esse onus, de quo loquitur Paulus, ex ipso colligitur postea dicente: *Vnusquisque enim onus suum portabit.* Vnde Basiliius ait: [Peccatum est onus graue animam premens, imò deprimens & detrahens ad infernum.] Et Augustinus de auaritia, & pigritia

*Onus
peccatum
est.
Galat.
6. 5.
Regul.
breuius.
reg. 178.
Hom.
22. de
verbis
Apost.*

pigritia differens: [Ista duo nequissima sunt onera, secùmque pugnantiæ premunt te, & dilaniant te. Non enim paria imperant, non enim similia iubent. Pigritia dicit, dormi: auaritia dicit, surge. Pigritia dicit, noli pati frigidus dies: auaritia dicit, tolera in mari etiam tempestates.] Idem de aliis peccatis, siue grauioribus, siue leuioribus dicendum est, quod vnumquodque onus, vel maius, vel minus est, secundùm qualitatem suam animam opprimens. Hæc tu ad magnum meritum portabis, si similibus peccatis minimè fratri responderis. Si frater aduersùs te irascatur, tu aduersùs illum ne irascaris; si de te detraxerit, tu ne de illo detrahas; si te contempserit, tu ne vicissim illum despicias. Indulge illi, quòd aduersùm te peccauit, & quòd in eo oratione, aut mititate, aut exemplo, aut lenissimo verbo (si prudentia dictauerit esse dicendum) emendare non potueris, dum non es aliis præpositus, Deo emendandum, corrigendumque committe.

Portatur, eù simili peccato peccanti non respondetur.

Onera sunt insuauis ingenia, proterui mores, dura conditiones.
Ibid.

Deinde, onera sunt minùs suaui ingenia, duræ conditiones, & proterui mores fratrum, quæ vt tu supporteris, debes æquanimiter portare. [Velut, ille est iracundus, inquit Chrysostomus, tu somnolentus. Toleram igitur illius acrem impetum, vt vicissim ille tuam ferat segnitiam. Ita fiet, vt nec ille peccet, dum abs te toleratur, neque tu, dum in his, in quibus molestus es, sustineris à fratre tuo.] In hoc te perfectum fratrum amatorem ostendè. Christus Dominus optimè suum erga nos amorem patefecit beneficia largiendo, sed multo meliùs nostris miseriis

riis cor
& pro
tribus
fueris
ad fra
at si eo
rum po
ne per
maxim
quòd
paruul
filios su
tradere
animas
ferat,
bus in
non si
lum ca
omnia
Paulus
sus est
batur,
profur
nimis
stum in
Tar
becilli
nes fra
nixæ, v
vel de
Hæc o
do, eis
hensio
I.

riis compatiendo, & nostra peccata sustinendo, & pro nobis tam dura perferendo. Si cum fratribus comiter te habueris, si eos honoratus fueris, si tua industria opem tuleris, ne putes te ad fraternæ dilectionis perfectionem accessisse; at si eos sustinueris, si proteruitatem aliquorum pertuleris, tunc meritò putabis te dilectione perfectum. In quónam Paulus amorem suum maximum in homines demonstrauit? In illo, quòd ad Theſſalonicenses ait: *Sed facti sumus paruuli in medio uestrum, tanquam si nutrix foueat filios suos. Ita desiderantes vos, cupidè volebamus tradere uobis, non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras.* Vide quid nutrix ab infante perferat, iam vagitibus eius impletur, iam sordibus inquinatur, iam inquietudine eius pausare non sinitur, Alapas impingit infantulis, uelum capitis tollit, crines vellit, & inter hæc omnia amor amare non cessat. O bona nutrix Paulus, quanta molesta fidelium causa perpessus est, & tamen eos fouebat ut filios amplectebatur, ut nimium dilectos, paratus pro eis vitam profundere, & mille mortes tolerare. Delicata nimis erit dilectio tua, si nescias aliquid molestum in tuis fratribus repectum pati.

Tandem onera sunt morbi, ægritudines, imbecillitates, ignorantia, vanæque apprehensiones fratrum nostrorum nullo fundamento subnixæ, vel de seipsis, ac suis malis quæ perferunt, vel de nobis, qui non eis condolemus, conceptæ. Hæc omnia tu quoque portabis pro illis orando, eis subueniendo, & seruiendo, vanæ apprehensionis satisfaciendo, corpus tuum, ut ipsi spiri-

I. Aluaræ de uita rel.

V v v

ritu

Perfectio dilectionis illorum tolerantia adimpletur.

1. Theſſ. 2. 7.

Paulus se nutricem uocat, & quare.

Onera sunt morbi, ignorantia, vanæ apprehensiones, quibus libenter per charitatem subueniendum.

ritu, aut etiam carne conualeſcant, caſtigando. Frater infirmus eſt, aut corpore, aut mente, ne illum deſpicias, ne de illo ſiniſtrè quid loquaris, ne illum irrideas, & amaritudine repleas, vt tu in ſimili, aut maiori malo, aut apprehenſione mali poſitus non à proximis ridearis. Ille infirmus eſt, tu verò firmior. Fac ergo quod dicit Paulus: *Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere.* Ne tibi placeas, id eſt, ne ad te per proprium amorem conuerſus tua commoda queras, ne ſolùm tibi vtilia, & grata ſeſteris, ſed tristes conſolare, deiectos erige, puſillanimes roboras, infirmos ſubleua, diſcipulus illius factus, *qui verè languores noſtros tulit, & dolores noſtros portauit.*

Rom.
15. 1.

Iſaia
53. 4.

Talia
ſufferen-
tes co-
lumna
religionis
ſunt, &
velut oſſa
mysticum
illius cor-
pus ſuſti-
nentia,
qua à
Domino
cuſtodit-
tur.

Plalm.
33. 21.
Ibidem.

Si ita erga fratres te geſſeris, hanc proſectò laudem conſequeris, vt inſtar columnæ congregationis eam ſuſtineas, atque ſuffulcias. Nec laudem ſolùm, verùm & à Domino fulcimentum adquires. Annon oſſa in corpore mollem ſuſtinent carnem? Sed tu quaſi os eris religioſæ familiæ, qui teneros, & molles ſuſtentas. Audi nunc quid Plalmes de huiuſmodi oſſibus dicat: *Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum, vnum ex his non contereretur.* [Quemadmodum oſſa, verba ſunt Baſilij, ingenita ſibi vi præteneram carnis molli-
tiem ſuffulciunt, & preſſiùs contrahunt: itidem ſunt in Eccleſia quidam, qui poſſunt ſua ipſorum
constanti firmitudine debiliam ſuffulcire, ac ferre imbecillitatè. Et ſicuti oſſa inter ſe con-
nectuntur ſecundùm commiſſuras articulorum, & hæ conſertiones neruis firmantur & ligamen-
tis, quæ oſſibus adhæreſcunt; idem proſus con-
tigerit,

tigerit,
ſia Dei
ſpiritua
De eiſd
nia em
& artul
ſunt oſſa
ſi qua in
cupauer
conturba
uauerin
vnum qu
ſunt, qu
ferant, i
ſimilis ti
ne præd
das, vt
habes,
imbecil
aduertit
Quer
compat
tant, ſig
terna di
compat
tes ſatis
dunt. D
ſcriptit
necdum
bus alie
ſed rigi
quemac
obtiner

tigerit, si charitatis, pacisque colligatio in Ecclesia Dei veluti cognationem quamdam conficiet spiritualium ossium, & in vnum conspirantem. De eisdem ossibus à concordi partium harmonia emotis, solutisve, & quasi à commissuris suis, & artubus eluxatis, Propheta inquit: *Dissipata sunt ossa nostra secus infernum.* Et quidem ossa hæc, si qua interim turbella, si qua conuassatio occupauerit, orans ait: *Sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.* Vbi verò propriam seruauerint harmoniã à Domino custodita ait: *Ne vnun quidem ex his conteretur.* Quum sanè digna sunt, quæ in Deum transcribant gloriam, ac referant, inquit: *Omnia ossa mea dicent: Domine quis similis tibi?* Vidisti itaque ossium naturam ratione præditorum.] Ne igitur tantum bonum perdas, vt propter compassionem aliorum, quam habes, à Domino custodiaris, & ab ipso in tuis imbecillitatibus erigaris, eumque senties in tuis aduersitatibus adiutorem.

Quemadmodum autem qui aliorum malis compatiuntur, & eorum infirmitates supportant, signum præbent, (vt dixi) quod sunt in fraterna dilectione perfecti, ita ex aduerso minimè compatiuntur, & defectus aliorum ferre nescientes satis se esse virtute paruulos euidenter ostendunt. De quibus non minus verè quàm pulchrè scripsit Cassianus: [Euidens indicium est animæ necdum vitiorum fœcibus eliquatæ, in criminibus alienis non affectu misericordiæ condolere, sed rigidam iudicantis tenere censuram. Nam quemadmodum perfectionem cordis poterit obtinere is, qui non habet illud, quod Apосто-

Psal. 140. 7.

Psal. 6. 3.

Psal. 33. 24.

Psal. 34. 10.

Defectus aliorum ferre nescientes virtute paruuli sunt. Collat. 11. c. 10.

lus plenitudinem legis consummare signauit: *Alterutrum, inquit, onera uestra portate, & sic adimplebitis legem Christi?* Sed nec illam virtutem possidet charitatis, quæ non irritatur, non inflatur, non cogitat malum, quæ omnia suffert, omnia sustinet, omnia credit. Iustus enim misertur animas pecorum suorum, viscera autem impiorum sine misericordia. Ideoque iisdem vitiis monachum subiacere certissimum est, quæ in alio inclementi, atque inhumana securitate condemnat. Rex enim rigidus incurret in mala: & qui obturat aures suas ne audiat infirmum, & ipse inuocabit, & non erit qui exaudiat eum.] Quem locum Prouerbiorum nostra vulgata aliter habet. *Qui obturat, scilicet aurem tuam, ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur.* Quod prorsus in idem recidit. Pauper namque est frater tuus, qui indiget supportari non solum professione, & sensu, verum & virtutis defectu, quem si non exaudieris, & ei compassus non fueris, hoc discrimen subibis, vt in tempore necessitatis non exaudiaris, nec compassione iuueris.

Media ad ferendos aliorum defectus hæc esse possunt. 1. Considera magnos defectus tuos, quibus aliis nonnunquam quasi intolerabilis redderis, quæ tamen omnino vis ab aliis patienter supportari. Necessè autem est, vt tu aliorum miseras fortè minores tuis, & leuiore supportes, ne velis diuerso pondere, ac diuersa mensura (quod *abominabile est apud Deum*) tua, & aliena metiri. Sustine ergo, vt sustenteris; dissimula aliorum leuiore defectus, vt

Galat. 6.
2.

Prouer.
21. 13.

2. Med-
dium.
Proprios
conside-
rare defe-
ctus ab
aliis pa-
tienter
toleratos.
Prouer.
20. 10.

tui ma-
rie tac-
ab omni
culpam

2.
diuinæ
autem
quod c
ter alter
Christi.
qua dix
Hec au
la impl
ducitur

3.
hoc m
aut me
Sapien-
gum g
ventre
matrem
iora,
tunt.
stias p
quibus
beas,
perfec

tui maiores dissimulentur, tace, vt tuæ miseria taceantur. Absurdum namque est cupere ab omnibus sustineri, & nec leuiculas aliorum culpas velle portare.

2. Considera etiam, te velle ad perfectam diuinæ legis obseruantiam peruenire: per hanc autem alienorum defectuum sustentationem, quod cupis, consequeris. Nam Paulus ait: *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.* Lex enim Christi est lex charitatis, de qua dixit: *Hec mando vobis, vt diligatis inuicem.* Hæc autem lex faciendo bona, & sustinendo mala impletur, id est, vsque ad perfectionem adducitur.

3. Tandem considera, neminem esse in hoc mundo immunem ab aliqua aduersitate, aut molestia. *Occupatio enim magna, vt ait Sapiens, creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepultura in matrem omnium.* Et quidem alij plura, & maiora, quam tu sine vlla comparatione perfectunt. Adilice ergo animum, vt paruus molestias perferas ex defectibus fratrum exortas, quibus sustentatis patientiæ exercitium habeas, quo (cùm opus perfectum habeat) ad perfectionem proucharis.

2. Conari ad perfectam legem obseruantiam peruenire, qua sufferentia comparatur Galat. 6. 5. Ioan. 15. 17. 3. Neminem ab aliqua molestia immunem aduertere. Eccli. 40. 2.

CAPVT XXVII.

De ope fratribus exhibenda.

*Valde
utile mu-
tuum
fratrum
adiuto-
rium.
Prouer.
18.19.*

FRATRIBVS tuis utilis esse cupies, eoque pro amore Dei tua industria, & viribus adiuuare curabis, vt ab illis quoque inuicem adiuueris. Sic vos illud Salomonis experiemini: *Frater, qui adiunatur à fratre, quasi ciuitas firma, & iudicia quasi vectes urbium.* Quia nimirum, si in labore, aut negotio alter suis viribus alterum adiuuet, ab infirmitate bonum exitum impediende defenditur, & si suo consilio moneat, in bono proposito solidatur. *Ego frater vester*, inquit Ioannes Apostolus, *& particeps in tribulatione, & regno.* Hæc est desiderabilis, optimaque fraternitas, vt non solum in regno, id est, in prosperitate, verum & in tribulatione, & in labore alteri assideas, & eorum, quæ patitur, particeps efficiaris. Non respicias personam, an sit de te bene merita, an sit te in necessitatibus adiutura, sed quemcumque tua ope indigentem adiuuare non cesses. Annon audisti Dominum dicentem: *Benefacite iis, qui oderunt vos:* Si in hostes, & inimicos beneficis esse iuberis, quanto magis in amicos, & in eos, qui te diligunt, qui profectò beneficentia digniores sunt, adiutorium conferre obligaris. Si Deus tuus facit *oriri solem suum super bonos, & malos: & pluit super iustos, & iniustos;* tu, vt sis tanti Patris filius, nonne omnibus

*Apocal.
1.9.*

*Nullus
ope indigens ab
illius exhibitione
excludendus.
Marth.
5.44.*

*Marth.
5.45.*

mnibus
qui te
propo
& non
nefaci
præcep
sto sal
aut ca
tres tu
ne fort
sed cū
les, cl
bent re
ctione
es, m
à fratr
cipies
dinen
pecte
placere
reber
Bo
mus
vel si
bemus
auter
tribu
oper
rato
finite
iutor
aut e
rem

mnibus benefacias, & nonne primo loco eis, qui te diligunt, & qui eiusdem sunt tecum propositi, libenter subuenies? Si ex amore, & non ex spe alicuius utilitatis fratribus benefacias, eris quodam sublimiori sensu illius præcepti obseruator, quo dictum est à Christo saluatore nostro: *Cùm facis prandium, aut cenam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites: ne fortè te ipsi reuoluerint, & fiat tibi retributio: sed cùm facis conuiuium, uoca pauperes, & debiles, claudos, & cecos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.* Dum magis à quæstu alienus es, magis lucraberis, quia si simile adiutorium à fratre expectes, fortè recipies, fortè non recipies, ipso aut non potente, aut per ingratitude nolente iuuare; at si nihil ab homine expectes, sed soli charitati satisfacere, & Deo placere cupias, eius opem certissimam promereberis.

Bonum autem facientes, ait Paulus, non deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes, vel si non defecerimus. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Præcipue itaque fratribus tuis, & eiusdem familiæ uiris ope, & opera utilis esto, incessanter eis subuenire curato, dilectionem otiosam, & segnem esse non finito. Sponte alacriter tuam operam in adiutorium aliorum impendito, non ex tristitia, aut ex necessitate, sciens, quia hilarem datorem diligit Deus. Ne, ut à fratre uocaris, aut

Ex amore, & non ex spe utilitatis fratribus benefaciendum. Lucæ 14. 12.

Galat. 6. 9. Iis præcipue, quos item collegat institutum.

Non expectata uocatione.

inuiteris, expectato, sed potius eius postulatio-
nem præuenito: nam qui auxilium à te petit,
non gratis accipit, sed magno pretio ruboris
mercatur. Deum sequitur, qui non postulatus,
non rogatus saepe etiam obliuiosus, & nihil cu-
rantibus sua dona largitur. In hoc quoque eius
imitator existes, quòd non moras trahas, sed
statim atque fratrem laborantem videris, si
possis, tuum adiutorium impendas. *Oran-
tes*, inquit, *nolite multum loqui.* Quare Domi-
ne non multum in oratione loquemur? Quia,
ad primum verbum vestrum (sententia est Pe-
titi Chrysologi) paratus sum vos iuuare. De-
fiderium tantum pauperum exaudio, & præ-
parationem cordis vestri, qua vos ad oran-
dum paratis, audiuit auris mea. Sic tu an-
tequam voceris, exaudi: antequam interpel-
leris à fratre, dicito, ecce adsum. *Si vales, sta-
tim benefac. Ne dicas amico tuo, vade & reuer-
tere, cras dabo tibi, cum statim auxilium possis dare.*

*Non mo-
ras tra-
hendo.*

Matth.
6.7.

Prouer.
3.28.

*Multo-
rum be-
neficien-
tia sca-
turigo
bonorum.*
Refer-
tur in
vita
eius.

Orat. de
cura
paupe-
rum.

O quanta bona, tua ista beneficentia in
fratres lucraberis. Dabis eis temporalia ob-
sequia, & bona spiritualia recipies. Hoc
enim est, quod dicebat Anselmus: [Eos
qui charitatem faciunt, id est, qui opem
aliis ferunt, aliquid maius habere, quàm
is, cui charitas exhibetur. Hic enim recipit
aliquid temporale, illi verò recipiant spi-
ritualia, & æternas gratias à Deo expe-
ctant.] Sed cur non expectent, cum eius, qui ad-
iutor in opportunitatibus, & in tribulatione
dicitur, sectatores existant. [Nihil enim
tam peculiare est Deo, inquit Nazianzenus,
quàm

quàm
homo
do Dei
quàm
centia
ter, pu
quam
rum se
fordes
que po
omnia
de, qu
consec
tualia
liges:
cundè
Deus
charit
suauit
sti dif
libera
torem
anima
dus e
lum a
nis m
Nu
bus o
illis
Mult
tum v
tinea
bus c

quàm beneficentia & misericordia.] Fias , ô homo , fratri tuo Deus , misericordiam imitando Dei. Nihil enim adeò diuinum habet homo , quàm benefacere. Et Chrystostomus : [Beneficentia Deo similes facit. Hæc est charitatis mater , proprium Christianæ virtutis insigne , per quam discipuli Christi noscuntur. Hæc nostrorum scelerum est medicina , hæc animæ nostræ sordes emundat , hæc scala , quæ in cælum usque porrigitur , hæc Christi connectit corpus , omniaque Christi membra complectitur.] Vide , quàm eximia bona ex ope oblata fratribus consequaris. Primò , temporalia seminas , spiritualia verò metis. Et hinc vim verbi illius intelliges : *Beatius est magis dare quàm accipere.* Secundò , Deum in beneficentia imitaris , & quasi Deus eius , cui opitularis , efficeris. Tertiò , charitatem fraternam , qua erga proximos nihil suauius , nihil vtilius exerces. Quartò , te Christi discipulum pertranseuntis benefaciendo , & liberando omnes oppressos à diabolo , ac sectatorem ostendis. Quintò , pro peccatis satisfacis , animæ sordes deponis , quasi per quosdam gradus ex operibus beneficentiæ dispositos in cælum ascendis , & fratribus nouo vinculo dilectionis magis ac magis colligaris.

Nunc expono , quàm ratione tuis fratribus opem ferēs. Iuua eos orationibus , diuinam illis misericordiam , & gratiam implorando. Multum enim valet deprecatio iusti assidua , tum vt sibi , tum vt aliis diuinum auxilium obtineat. Iuua compassione , fratrum necessitatibus compatiendo , & , vt ait Nazianzenus ; da

Ad Titum 3.

Acor. 20. 35.

Iuuandi fratres orationibus, deprecariis verbis operibusque.

proximo vel lacrymulam. Nam magnum remedium est afflicto misericordia. Iuua sanctis desideriis, fructum laborum fratrum tuorum, siue illi corporales sint, siue spirituales apud Dominum desiderando. Iuua sermonibus, cum id prudentia, attenta personarum qualitate, dictauerit, eos ad laborandum exhortando. Iuua tandem operibus, teipsum sedulo occupans, & omne otium fugiens, exemplo non ad otium, sed ad laborandum impellendo. Cum id disciplina religiosa tulerit, & munus tibi demandatum possibilitatem non negauerit, fratribus, in officiis humilibus, laborantibus, te libenter associa, manus ad aliquid eorum, quæ aguntur, admoue, te illa ministeria non horrere, neque ut seruilia contemnere ipsa actione testare. Magnæ ædificationis est in cœnobio, cum viri graues, seniores, & literati, imò & Prælati ipsi interdum ad humilia seruitia se demittunt. Sic minores libentius, & diligentius seruitiis illis intendunt, & iucundiùs seruiunt, quia vident, se non contemni ab his, qui in spiritu humilitatis dignum iudicant minores actione iuuare. Nulla igitur ratione ab his te ministeriis excuses, sed si vnus ex minoribus es, & ex adolescentioribus, minora non respuas: si verò maior es, aliquando Christum sequens, pro bono exemplo humilia suscipias.

*7. Medium.
Christi
exemplū.
Matth.
20.28.*

Hæc media ad opem ferendam fratribus conferent. 1. Exemplum Domini, qui non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis. Si ille, qui verus omnium

omn
fufce
lius
milio
2.
puè,
lari
mus
ferui
sequ
sunt
mag
Si v
rum
milia
tiam
3.
tion
ris,
actio
cario
cicio
mili
dim
Cer
cop
rò in

omnium est Dominus, pro te munera seruatorum suscepit, cur tu, qui seruus es, pro amore illius, & fratrum tuorum, non te ad opera humiliora submittes.

2. Exemplum sanctorum, illorum præcipue, qui aliqua magna dignitate, aut singulari eruditione fulserunt. In horum gestis legimus, quanta charitate pauperibus, & aegrotis seruiebant, quanta humilitate se in abiectis obsequiis occupabant; cuius rei penè infinita sunt exempla. Si tu ex minoribus es, quare magnos, & insignes viros sequi cunctaberis. Si verò ex maioribus, cur exempla maiorum non iequeris. *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.*

2. Sanctorum, eorum præcipue qui dignitate, vel eruditione fulserunt.

3. Hac humilium obsequiorum occupatione à maioribus ministeriis non auocaberis, sed ad ea aptior inuenieris. Quoniam sicut actio contemplationem iuuat, & communicatio cum proximis viros spirituales ad solitiorem orationem vocat, ita obsequia humilia, quando ad celsiora, & consueta redimus, nouam illis dulcedinem administrant. Certum enim est, quæuis exercitia ex nimia continuatione minùs sapida reddi, è contra verò interruptione obdulcari.

Eccli. 3. 20.

3. Humilibus obsequiis ad maiora quis noverit aptitudinè comparari.

CAPVT XXVIII.

De circumspectione in conuietu fratrum.

Summi momenti est, circumspectionè adhibe in iustorum congregatiōe cōplecti.

LEV D postremum sit erga fratres obseruandum, quod summi momenti esse duco, ut, quamuis inter bonos degas, semper inter eos cautè te geras, & circumspectionem debitam non omittas. Licet in congregatione sanctorum viuamus, tamen inter homines viuimus, non quidem ad illam vitam immortalè translatos, neque in gratia confirmatos, sed peccandi possibilitati subiectos. Quibus sanè, sicut & nobis, non solùm possibile, verùm & prouidè est peccare, & ab statu gratiæ in peccatum excidere. Quod autem in se possunt, etiam in nobis possunt, id est, sicut ipsi possunt cadere, ita possunt nos ad peccata pertrahere, & occasionem, aut datam, aut acceptam à nobis nostri casus existere. Simus ergo etiam inter bonos, sicut animalia illa sacra plena oculis antè & retro, non ut vanis suspicionibus locum demus, neque cum ineptò timore, & temerariis iudiciis viuamus, sed ut sanctum, & discretum timorem imbecillitatis nostræ non ablegemus. Viam difficilem, & asperam, & multis periculis oppletam, cum magno timore conficimus: viam verò facilem, & planam, & nullis periculis plenam non clausis oculis ambulamus, sed, ubi pedem figamus, aspiciamus. Quia non pauci in via etiam plana ceciderunt, aut à latronibus inuasi in miseram paupertatem redacti sunt.

Fateor,

Fateor
& int
non t
lis via
lis,
pecca
nem
lan
benda
dilige
liarita
li, au
tracte
non a
bis fra
nostr
ambu
inore
nostr
milia
tis b
haur
quina
induc
socia
fugie
& du
uerfa
Basil
citia
est ar
nem
rect

Fateor, ô frater, si vitam religiosam profiteris, & inter bonos viuis, per viam planam incedis, non tamen ab omni periculo alienum, quia talis via in vita mortali non est. Ne clausis oculis, id est, sine circumspectione ambules, ne in peccatum inopinatum cadas, & flendi occasionem inuenias.

Iam quæris, in quo hæc circumspectio habenda est? Primò quidem in hoc, vt, licèt omnes diligas, non tamen cum omnibus passim familiaritatem in eas. Si qui inter bonos essent mali, aut certè si qui sunt discoli, imperfecti, detractores, tepidi, & libertatis amatores, tu eos non aliter, quàm pestes fugies. *Denuntiamus vobis fratres*, ait vas electionis, *in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatur vos ab omni fratre ambulante inordinatè*: ne scilicet ab illo discatis inordinatè procedere. Facilius enim est naturæ nostræ ad peccatum pronæ ab vno malo ad familiaritatem ascito malum discere, quàm à multis bonis, quos quasi à longè videt, bonitatem haurire. Et Ecclesiasticus: *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo, induet superbiam*. Et qui imperfectis & discolis sociatus fuerit, multas imperfectiones non effugiet. Vitia namque pice tenaciùs adhærescunt, & dum minùs putamus, eorum cum quibus conuersamur vitiis nos infectos reperimus. Vnde Basilius optimè docet: [Reuera noxiæ sunt amicitia, quæ cum malitia contrahuntur. Nam ea est amicitia huius lex, & vis, vt per similitudinem malitiam coniunctis indat. Quamobrem rectè prouerbiũ dicit: *Corruptum bonos mo-*

Non passim cum omnibus familiaritas inueniunda. Cũ discolis ceu peccatis fugienda.
2. Thessalon. 3. 6.

Ecclesi. 13. 1.

Hom. 9.
Quòd Deus non sit auctor mali.

res

1054 *De vita religiosè instituenda,*
res colloquia praua. Ut enim in pestilentibus locis sensim attractus aer latentem corporibus morbum iniicit; sic in praua consuetudine, ac conuersatione maxima mala hauriuntur, etiam-

Eccli. 7. si statim incommodum non sentiatur.] *Discede igitur ab iniquo, & deficiet mala abs te.* Si autem non discesseris ab eo, mala tua non deficient, sed crescent. Nec mireris, quia ad imperfectos applicatur, quod de iniquis dicitur. Omnium enim malorum tum maiorum, tum minorum eadem est qualitas, vt faciliè eorum attractu fœdemur. Necdum, quòd minora mala solent augeri, & ad apertam iniquitatem profillire. Tu ergo ab his te non quærentibus prudenter aufugito, & si in vna domo vixeritis, eorum consortia declinato, & communi ad omnes habita dilectione contentus, vt mores eorum non amplectaris, familiaritatem abiicito. Si autem ipsi te quæsierint, si latenter, aut manifestè in tuam se ipsi familiaritatem insinuauerint, tunc obediens Salomoni dicenti: *Fili mi, si te latuerint peccatores, ne acquiescas eis, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum.* Non solùm ne illos sequaris, verùm ne in aliquo, quod à via perfectionis deflectat, te consentire demonstres. Facile est ex initiis ad maiora transire, difficile autem ab eo malo, quod semel imbibere, reuocari.

*Perfectorum familiaritas exquirenda spiritualis emolumentum er-
gò.*

Deinde, si qui fuerint in cœnobio feruidi, atque perfecti, qui disciplinã diligãt, qui obseruantiam mordicus teneant, qui in studio mortificationis, & orationis emineant, hos sectare, horum familiaritatem exquire, vt eorum exemplo, & commu

commu
rem h
habeb
erit a
quem
Nam
erit, a
hoc a
fidere
rudio
lescer
in vit
erit, v
beas, t
gni vi
verbo
quo h
tur co
batiff
æqual
qui r
rat
probi
ri loc
ri ges
nibus
minu
tis de
dem
milia
alien
bonu
parun

communicatione proficias. In hoc te Deo timorem habere declara. *Nam qui timet Deum, aequè habebit amicitiam bonam, quoniam secundum illum erit amicus illius.* Et cum viro sancto assiduus esto, quemcumque cognoueris obseruantem timorem Dei. Nam qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, amicus verò stultorum similis efficietur. In hoc autem nolo conditionem, nolo ætatem consideres. Vidi sapientes bonorum hominum, licet rudiorū, familiaritate profecisse. Vidi senes adolescentium feruentissimorum communicatione in vitam meliorem respirasse. Tamen vtile tibi erit, viros graues, aut etiam senes familiares habeas, si grauitatem, & senectutem spiritu, & insigni virtute probauerint, & exemplo magis, quàm verbo, se virtutis magistros exhibuerint. De quo hæc inter alia apud Ambrosium: [Sequatur conuersationis electio, vt adiungamur probatissimis quibusque senioribus. Namque vt æqualium vsus dulcior, ita senum tutior est; qui magisterio quodam, & ductu vitæ colorat mores adolescentium, & velut murice probitatis inficit. Namque si hi, qui sunt ignari locorum, cum solertibus viarum iter adori gestiunt, quanto magis adolescentes cum senibus debent nouum sibi iter vitæ aggredi, quò minùs errare possint, & à verò tramite virtutis deflectere? Nihil enim pulchrius, quàm eisdem, & magistros vitæ, & testes habere.] Familiaritas cum his inita semper ædificat, & aliena ab alicuius mali suspicione est, & tibi bonum nomen apud alios conciliabit, & non parum spiritualis profectus adducet. Iosue

Eccli. 6.

17.

Eccli.

37. 15.

Prouer.

15. 20.

Et cord,

qui se

magis

exemplo,

quàm

verbo

magistros

exhibent.

2. Offic.

cap. 43.

ex Moyſi familiaritate profecit, Lothum inita cum Abraham ſocietas mirum in modum dita- uit. Eliſæus ex ſequela Eliæ eius duplicem ſpiri- tum accepit. Marcus ex Barnaba, Timotheus, & Titus ex Paulo non parum eruditionis, & ſanctitatis hauserunt. Tu ſimiliter ſcientiam, & virtutis augmentum ex probatiſſimorum conſortio, & familiaritate conquires. Pruden- ter ergo tibi fugiendi ſunt imperfecti, & ſectan- di perfecti, ne familiarium vitiis foederis, vel ſaltem eorum imperfectionibus polluaris.

*Cū nullo,
quam-
sumuis
bono, ni-
mia.*

Sed denique illud vltimo loco in hoc nego- tio circumſpectionis obſeruandum propono, vt cum nullo, quantumuis bono, nimiam fami- liaritatem ineas, quæ ſine dubio tempus inſu- mit, cor diſtrahit, & alios eam cognoscentes offendit. Nimia verò familiaritas, quæ à carne incepit, vel ex ſpirituale in carnalem conuerſa

*Proceſ-
ſu 6. re-
ligionis,
cap. 16.
8. Car-
nalis a-
moris in-
dicia.*

est, ex illis iudiciis à Bonaventura relatis depre- henditur. I. Si à familiaribus, vel amicis hu- iusmodi crebra de rebus ſutilibus, vel de alio- rum defectibus, præſertim Superiorum, vſurpen- tur colloquia, & riſu, & cachinnis in exteriora fundantur. II. Si amici manuum contactu, (liberet nos Deus) aut aliarum partium corporis delectentur. III. Si munusculis ignem iam accenſum augeant. IV. Si ægrè à ſeſe mutuo, & non ſine lacrymis ſe diuellant, & abſentes mu- tua recordatione ſe paſcant. V. Si conſortes amicitia moleſtè ferant, & ex zelotypia mœ- reant. VI. Si mutuis offenſis grauiùs exacer- bentur. VII. Si lapſus ipſorum abſcondantur, nec corrigi patiantur. Addo ego VIII. Si

cor

cor am
pore o
de rap
reper
& fam
tam.

perfect
vnus e
cum ſpi
uenit c
videtur
ad mor
videba
poris r
nam,

Han
leſcens
atque a
amiciti
ſub qua
ſtimas.
uenis ſ
tuorum
ſecus a
cito,
plerofq
igni cr
charita
rimam
uit: & c
procell
eos iam
ui, ve

1. A

cor amici memoria distrahatur, præsertim tempore orationis, & ad eius recordationem subinde raptetur. Si aliquod in te horum signorum repereris, scito, amorem tuum esse carnalem; & familiaritatem tuam nimiam, & immoderatam. Nec refert quòd à virtute, & desiderio perfectionis initium sumpserit. Quia factus es vnus ex illis, de quibus Paulus: *Sic stulti estis, ut cum spiritu coeperitis, nunc carne consummemini.* Galat. 3. 3.
 venit quoque tibi illud Salomonis: *Est via qua videtur homini recta, nouissima autem eius deducunt ad mortem.* Prover. 14. 12.
 Principiò enim recta familiaritas videbatur, & fortè recta erat, sed processu temporis mutata est, & in necessitudinem prophanam, carnalèmq; conuersa.

Hanc ergo nimiam familiaritatem, tu ò adulescens, siue cum coætaneis, siue cum senibus, atque ætate prouectis extimesce. Immoderatam amicitiam cum alio adolescente penitus fuge, sub qua maius malum latet, quàm fortassis existimas. Audi Basilium quid de ea sentiat: [Iuuenis siue ætate, siue animo fueris, æqualium tuorum còsuetudinem defugito, ab illisque non secus ac ab ardentissima flamma procul abducito, quando illorum opera vsus aduersarius plerosque olim incendio dedit, & sempiterno igni cremandos addixit. Ac spiritualis primò charitatis vana quadam specie illectos, in teterissimam postea voraginem præcipientes deturbauit: & qui ex medio pelago sæuientibus vndique procellis, tempestatèque incolumes euaserant, eos iam intra portum securos, vnà cum ipsa nauis, vectoribusque submersit.] Similiter & ab

Familiaritas inter adulescentes valde periculosa, si nimia. Setm. de abdicat. rerum.

immoderata consuetudine cum seniore te subtrahe. Quia aliqui senes sunt ætate, non moribus, & ipsi etiam possunt excedere, & immoderate diligere, & te ad aliquid minus decens provocare. Viri etiam & senes se nimium ad alios affici pertimescant; nam & homines sunt, & aliquos senes in hunc scopulum impigisse ignorare non possunt. [Nimium autem præceps est, inquit Cyprianus, qui transire contendit, ubi alium conspexit cecidisse, & vehementer infrenis est, cui non incutitur timor alio pereunte.] Et licet magna mala ex hac nimia familiaritate non timerentur, vitanda tamen esset; nam quid absurdius, quam cor Deo consecratum amore creaturæ vilissimæ occupare, & quieti ac puritati animæ, ac diuinæ communicationi impedimentum apponere,

*Senibus
adhuc
pertimescenda.*

De singulari clericorum.

*1. Mediis,
Propriam
infirmitatē ad-
uertere.*

Suprà.

*2. Nimium
animo circa
aliquē
affecto, eius
familiaritatē,
comuni-
cationē,
affectūq;
declinare.*

His autem medijs in circumspeditione stabilieris. 1. Te animo non robustum, & validum, sed infirmum, & ægrotum esse considera, & ægrotorum solertiam à rebus sibi noxiis abstinentium non negligas. [Utilius est, inquit eodem loco Cyprianus, ut infirmum se homo cognoscat, ut fortis existat, quam fortis videri velit, & infirmus emergat.] Si igitur in noxiam cum alijs consuetudinem incidere poteris, te ipsum, quousque in hac re progrediaris, frequenter examina, ne cum damno tuo, & aliorum scandalo minus puris affectibus inquineris.

2. Dum te ad aliquem nimium affici deprehenderis, familiaritatem abrumpe, communicationem desere, familiaris aspectum, & recordationem pone, quæ eius nimiam æstimationem

minuant,

minua
moder
turbat
dium
nire po
tius, c
gruit.

3.

opinio
dere co
iicium
mum p
Ostend
se, qui
nio, qu
nem, c
ditate
mine, b
hæstio

O

Dom
ter nois
mnibus
in terris
sciamus
tum frat
rentibus
disiunct
tuam &
anemus

minuant, in memoriam aduehe, ne amor supra moderationem auctus animum turpet, & perturbationem ingeneret. Salutare enim remedium est, vt etiam Cyprianus docuit, praeuenire potius, quam praeueniri, & anticipare potius, quam anticipari viribus fortibus congruit.

Suprà.

3. Tuum bonum nomen, ac honorabilem opinionem ex his, quos familiares habes, pendere cognoscito. Nam, vt verba Ambrosij subiiciam: [Et ad instructionem bonis iungi plurimum proficit, & ad probitatis testimonium. Ostendunt enim adolescentes se imitatores esse, quibus adhæserunt: & ea conualescit opinio, quòd ab his viuendi acceperint similitudinem, cum quibus conuersandi hauserint cupiditatem.] Si ergo curam habes de tuo bono nomine, & perfectis adhære, & ab hac adhaesione omnem nimietatem exclude.

3. Cognoscere bonum nomen ex his quibuscumque accipitur dependere.

1. Offic. c. 43º

Oratio qua hæc septem erga fratres petuntur.

Domine Deus, Pater noster cœlestis, qui Pater noster es, & hoc Patris nomine à nobis omnibus vis vocari, vt comparatione tui nullum in terris patrem agnoscamus, & nos fratres esse sciamus; da nobis per miserationes tuas spiritum fraternæ charitatis, vt licet carnalibus parentibus diuisi, & mundi tractu, ac nomine disiuncti nos ad meritum nostrum, & gloriam tuam & proximorum ædificationem prudenter amemus. Concede, o benignissime Pater, vt te

1060 *De vita religiosè instituenda,*
in fratribus tamquam in tuis imaginibus semper
intueamur, vt eos, sicut nos ipsos, & ad imita-
tionem amoris Iesu Christi fratris nostri maio-
ris diligamus, & affabiliter ac comiter cum illis
conuersemur. Sint ipsi nobis honorabiles, &
defectus eorum ex vera dilectione portabiles, &
illos nobis obsequiis conciliare, & exhibita ope
delinire curemas. Quia verò facile est imbecil-
itati nostræ bonum in malum vertere, dæ vt si-
mus omnes in conuictu circumspècti, vt conuer-
satio mutua nostra & tibi placeat, & nobis per
aliquam nimietatem non officiat. Amen.

C A P V T XXIX.

*De amore secreti, & commoratione
in cella.*

ALII S septem erga temetipsum obseruan-
dis ista tractatio concluditur. Horum pri-
mum hoc sit. Quantum vocationis, ac status tui
qualitas tulerit, fuge publicum, ama secretum,
esto assiduus habitator, & diligens custos cellæ
tuæ, quam habitationem, atque custodiam mil-
le consolationibus, & mille bonorum operum
fructibus, & plurimorum defectuum, & pecca-
torum liberatione persoluet. Extra cellam mul-
tæ te occasiones distractionum, iudiciorum tem-
erariorum, obloquutionum, contentionum,
& aliorum similiarum cingent, quas vix & diffi-
culter vitabis: in cella hæ te deserent, ac facile
ex illis emergentia peccata fugies. Extra cellam
otium, aut occupatio vanâ te vinciet, in cella
opus

*Amandi
cellæ se-
cretum,
nulla ple-
nè bonis,
fugiendū
publicum
mille sca-
rens dis-
tractio-
nibus.*

opus bo-
ternam
cellam
dus, qu-
pet, &
venit au-
perflab-
illius.

Vaga-
statim f-
tie &
spiritu-
rabilem
stidium
eminus
ac mir-
atque o-
quod i-
inerten-
ram sin-
cere ta-
miscit.
ad Ere-
sum, v-
anim-
obiecti-
tam sa-
distrac-
horrens-
opus e-
exit, at-
Ibi dif-
mines

opus bonam, & religiosum, quod in vitam æternam fructificet, te suauiter tenebit. Extra cellam surget aquilo, ventus vrens, ventus aridus, qui nubes sanctarum inspirationum dissipet, & diuinas consolationes auertat. In cella venit auster ventus calidus, atque fecundus, & perflabit hortum animæ tuæ, & fluent aromata illius.

Vagatio extra cellam, absque his causis, quas statim subiiciemus, indicium est cordis à segnitie & tepiditate possessi. Vnde Cassianus de spiritu acediæ loquens sic ait: [Qui cum miserabilem obsederit mentem, horrorem loci, fastidium cellæ, fratrum quoque, qui cum eo, vel eminus commorantur, tamquam negligentiam ac minus spiritualium aspernationem gignit, atque contemptum. Ad omne quoque opus, quod intra septa sui cubilis est, facit desidem & inertem. Non enim in cella residere, nec operam sinit impendere lectioni, nihilque se proficere tanto tempore in ea commorantem ingemisit.] Et multa alia palehrè. Ais tepide: Hac ad Eremitas dicta sunt, ego eremi incola non sum, vitam solitariam non sequor, institutum animabus lucrandis inhærens profiteor. Hac obiectio stultitia est. Putasne Apostolicam vitam salutem animarum quærentem vitam esse distractam, & à cella, & silentio, & secreto abhorrentem? Toto cælo erras. Illa quidem, cum opus est, liberè, & confidenter in publicum exit, at cum opus non est, in secreto se continet. Ibi discit orando, & legendo id, quo inter homines posito suum splendorem non amittit.

Vagatio
extra cel-
lam tepi-
ditatis
indicium.
Lib. 10.
instit. c.

Non solis
Eremitis,
sed & lu-
cris ani-
marum in-
tentis, e-
xemplo
Christi a-
mandum
secretum.

An non Dominus noster Iesus Christus auctor & dux fuit huius vitæ? Sed ipse occupationi exteriori, & orationi vacabat; iam se sequestrabat, & fugiebat in montem, iam ad homines quærendos redibat. Et verbum eius est: *Per me, id est, per imitationem meam, si quis introierit, saluabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.* Tu itaque licet solitarius non sis, ad tempus quidem, & cum opus est, egredieris, sed ad tempus ingredieris, & tibi consules, & secretum diliges, vt etiam in publico non distractionem, & vanitatem, sed meritum tuum, & fructum proximorum inuenias.

Ioan. 10.
9.

*Illo sine
necessita-
te relicto,
cor impu-
rū, & ad
orandum
incipium
reporta-
tur.*

Epist. 15.
de con-
temptu
seculi, c.
12.

Perluade tibi, quia si absque necessitate secretum deferas, & cellam relinquis, non commodum, sed cor impurum, ac distractum, & ad orandum ineptum reportabis. Luculenter sanè Petrus Damiani ab enagatione religiosum auertens hoc damnum illi ante oculos posuit. [Cum verò, inquit, ad propriæ habitationis claustra reuertitur, cominus illum quasi quædam conglobata turba omnium, quæ viderit, & audierit, comitatur; vt tumultuantium negotiorum strepitum, quem illic tolerabat in corpore, multo ingruentiùs, multoque importuniùs hic patiat in mente. Præcipue si orationi vacare enixiùs cœperit; ecce phantasmata cogitationum, ecce imagines quas viderit rerum, ita vt in quolibet angulo constitutus, videatur sibi ludis, theatralibus interesse, vel inter agitantes forense litigium residere. Et quidem homo renititur, & quasi conuolantes muscas abigere à suæ mentis ore conatur. At illæ mox vt abscedunt,

dunt, protinus redeunt; illico ut repelluntur, assistunt, ut quasi fugitium suum persequentes, capere, & propriæ seruitutis moliantur in exercitia reuocare. Tunc infelix anima discit, quanti sibi constiterit, quod se per latitudinem seculi inaniter relaxauit. Tabescit enim, sicca, obscura, lapidea: in modum namque lapidis obdurata, nec in lacrymarum fluentia prorumperé, nec lumen potest tenebris vndique circumfusa videre. Psalmorum quidem mysteriis intendere nititur: sed tanquam lippientibus oculis, intolerabili lumine reuerberatur. Anhelat virtute, qua potest, ad summa contendere; sed quodam suo pondere prægrauata, in imis cogitur humiliata iacere. Cui propheticum illud non inconuenienter aptatur: *In tenebris collocauit me quasi mortuos sempiternos. Circumadificauit aduersum me ut non egrediar: aggrauauit compedem meum, sed & cum clamauro, & rogauero, excludet orationem meam.* Mæret, anxietur, anhelat, & quia nec ipsam hanc eius miseriam flere sibi permittitur, acriori doloris amaritudine repleta turbatur. Ne autem putares, hanc pugnam esse non culpam eius, qui sine causa vagatur, post non multa hæc subdit. [Enimvero ista in humana mente calamitas, & peccatum est, & peccati pœna: iustum quippe est, ut quod quisque volens admisit, patiat inuisus. Nimirum ut qui noluit se intra secretum sui ordinis cohibere, cum poterat; nequaquam seculo carere possit etiam cum reliquis.] Vide nunc ex desertione secreti, & cellæ, in quam innumeras culpas incurras. Et quia vocatio tua, quantum-

Thre-
nor. 3.

6.

7.

8.

uis proximis iuandis addicta, vita religiosa est, & orationis, ac contemplationis tenax, tu in ea secretum dilige, cellam custodi, quam, cum potueris, habebis in gaudio, cum verò exire necesse sit, non relinques desiderio.

*Egredie-
dum solū,
cūm obe-
diētia iu-
bet, cha-
ritas exi-
git, postu-
lat neces-
sitas.*

Hæc ergo sic regula amoris, & custodiæ cellæ. Egredere libenter ab ea, cum obedientia iusserit: hilariter cum charitas exegerit, æquanimiter cum necessitas postulauerit. Si verò nihil horum trium te corpore à cella seiunxerit, tu corpore, & mente in ea manebis, & ibi rebus vtilibus occupaberis. Obedientia est, cum ad aliquod opus commune omnibus religiosis, vt ad laborem, ad refectiōem, ad chorum, vel ad quid aliud pulsatur: similiter cum tibi in speciali aliquid intra, vel extra domum faciendū imponitur. Charitas est, cum ab aliquo seculari ad excipiendam eius confessionem, vel ad consiliū in re p̄ia ex te audiendum vocaris, vel cum ad habendam concionem, aut xenodochia, & carceres, vel ægrotos inuisendos egrederis. Necessitas est, cum pro indigentia corporis tui ad breue tempus cellam relinquis. Si hæc te non foras vocent, vide, ne locum tuum deseras, sed tecum ipse manere constituas. Dicitōque illud sancti Iob: *In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in messione mea.* Nidulus tuus, ac locus quietis cella tua est. In ea morere mundo, morere curis rerum terrenarum, morere hac morte iustorum, & sicut palma multiplicaberis, & quotidie robustior spiritu, & diuturnior euades. Radix tua aperta erit secus aquas, quia, vt

Iob 29.
18.

inquit

inquit
quanc
cogita
in me
ager
garis.

Sit
sūs in
tariū
sit tha
feas; l
ras. A
steriū
pleto
& tu,
ra vo
dento
ad ill
vt ca
tibi f
genæ
auge
guæ,
custo
prun
lexit
ideo
initi
bern.
In
fed i
custo
vtili

inquit Gregorius, iuxta aquas radix aperitur, quando ad percipienda veritatis fluentia latenter cogitatio mentis expanditur. Et ros morabitur in messione tua, quia gratia desuper veniens aget, vt dignus sis, qui de inferioribus colligaris.

Sit tibi cella locus refugij, in quo te aduersus insidias diaboli munitum putes; sit armamentarium, in quo ad virtutes expugnandas te armes; sit thalamus, vbi pauses; sit centrum, vbi quieteas; sit cœlum tuum, in quo tuas delicias inquiras. Angeli quidem à Domino ad aliquod ministerium destinati è cœlo egrediuntur, sed expleto ministerio statim ad illud reuertuntur. Ita & tu, qui angelicam vitam æmularis, & ad opera vocationis tuæ è cella, tanquam è cœlo, fidenter egredere, sed tuo ministerio perfunctus, ad illam è vestigio redire curato. Si cellam non vt carcerem, sed vt paradisum aspexeris, erit tibi seminarium quietis, locus pacis, radix omnigenæ perfectionis. In ea scientia crescit, virtus augetur, multiplex imperfectio sensuum, linguæ, & cogitationum vitatur. Qui autem cellam custodire nesciuit, viam spiritus ignorauit. Scriptum est enim de illo proteruo populo: *Qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit*, & (id est, ideo) *Domino non placuit*. E contra verò hoc fuit initium bonorum Iosue, quòd non recedebat de tabernaculo.

In cella autem ne otiosus, & deses maneat, sed in ea noua addisce, & iam scita repetendo custodi, lege, scribe, scripta corrige, ora, psalle, vtilia meditare, cœlestia contemplare, & in ali-

Expleto ministerio ad cel lam confugiendū.

Jeremia 14. 10.

Exodi 33. 11.

In cella non otia dum, sed negotia dum.

perantia non sine sua mensura concupiscibilem moderatur. Cùmque modestia à modo dicatur, vt Augustinus ait, & modus sit, non mirum, si omnes virtutes, quæ sine modo esse non possunt, modestiam diligant, & sine illa se, vt minùs perfectas, aspiciant.

Lib. de
vita bea
ta, ad
fin.

*Solam
scripturã
vult eũ
ctis ho
minibus
esse per
spectam,
abscondi
reliquas.
Mat. 6.
6.
Ibid. 16.
Ibid. 3.
Philipp.
4. 5.
Est vestis
serui Dei,
& conuer
sationis
eius iustis
sime.*

Aliarum virtutum, ac modestiæ hoc inuenio in sacra Scriptura discrimen, quoddam aliæ debent ab oculis humanis abscondi, hæc verò omnibus debet esse perspecta. De oratione quid dicitur? *Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum.* De ieiunio verò quid? *Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans.* Ac de elemosyna? *Te autem faciente elemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.* At de modestia quid ait Paulus? *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus, Dominus enim propè est.* Quare omnibus debet esse nota? Quia vestis serui Dei est, & conuersationis eius inigne. Corpus veste contegimus, vestem autem in propatulo portamus, vt per eam nos, aut nobiles esse, aut diuites, aut ecclesiastici, aut religiosi cognoscamur. Corpus & quasi substantia spiritualis vitæ ex aliis virtutibus quasi ex membris constat: hanc operantem, & absconditam gestemus, aded, vt si manus, id est, opera, manifestandæ sunt, iuxta illud: *Videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in celis est;* tamen origo earum est occultanda, secundum illud Gregorij: [Ita opus fiat in publico, vt tamen opus maneat in occultis.] At vestis huius nostræ vitæ modestia est, omnes eam videant, & ex ea nos Dei seruos, ac vitam spiri-

Matth.
5. 16.

tualem

tuale
nota
quid
cas
dunt
brica
relin
Sic E
bis in
te vi
fictil
At u
done
in D
Hinc
cogn
tium
ô fra
rota
lum
sicut
tent
mor
simp
gan
allu
S
prop
post
ris,
nis,
per
ret

tualem profitentes esse deprehendant. Quare nota? Quia rubrica est detegens ad gloriam Dei, quid ipse deposuerit in nobis. Mercatores sericas, & argenteas, & aureas telas thecis includunt, aut certè parui pretij linteis inuoluunt, rubricam verò arcæ, vel sarcinæ omnibus detectam relinquunt, ex qua mercis genus scire queant. Sic Dominus negotiator sapiens dona sua in nobis ita abscondit, vt sape neque ab ipso habente videantur. Habemùsque thesaurum in vasis fictilibus, vt sublimitas sit Dei, non ex nobis. At modestia tamquam rubrica absconditorum donorum, in publico ponitur, vt in ea, quid in Dei seruis lateat, aspicientes coniecerentur. Hinc ex visu cognoscitur vir, & ab occurssu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis annuntiant de illo. Hæc, ô frater est, quasi ymbra horologij, ordinem rotarum indicans, est sicut odor corporis incolumitatem, aut ægritudinem manifestans; est sicut mutum quoddam verbum sapientiam latentem patefaciens. Cura, vt modestus sis, ac moribus compositus, vt ex hoc signo reliquæ simplicitatem, & puritatem tuæ mentis intelligant, & ad laudes, tui causa, Deo promendas assurgant.

Sed illud, quod Paulus subiicit: Dominus enim propè est, maximi momenti reputo ad modestiam postulandam. Cùm à Pontifice, vel rege aspiceris, oculos, vultum, manus, & reliqua componis, & maturè incedis, quid facturus es, cùm semper à summo omnium Domino videaris? Sufficeret sanè, quòd in aula Dei es, nimirum in Catho-

Rubrica
abscondi-
torum bo-
norum.

Eccl. 19.
26.

Ad Phil-
lippenf.
4. 5.
Cogitatio
presentia
Dei ma-
ximi ad
illam mo-
menti est.

lica

lica Ecclesia, & in basilica interiori huius aulae, nempe in familia religiosa, vt modestiam sectarieris. Nam omnes, qui aulam regiam ingrediuntur, modestè se habent, & compositè, quamuis à rege minimè videantur. At strictior est in hac re modestiæ nunquam deserendæ obligatio, quòd semper sunt oculi Domini super te. *In ipso enim vivimus, movemur, & sumus.* Semper Christus redemptor tuus te aspicit, & à te nec ad momentum oculos suæ Deitatis avertit. [Nam etsi, vt ait Augustinus, super omnes cœlos ascendit corpore, non recessit maiestate; vbique præsens est, qui fecit omnia.] *Petrus*, vt ante Dominum se statueret, *tunica succinxit se, erat enim nudus.* Tu autem ex illis es, qui Deo per cogitationem præsentia eius semper assistunt, quam debitum est, vt te modestia, & actuum omnium compositione succingas. Illi modestiam deserant, qui Dominum fugiunt. Qui dicunt cum protoparente in crimen lapsi: *Timui eo, quòd nudus essem, & abscondi me.* At tu, qui semper faciem Domini requiris, cur non modestia tuam nuditatem cooperies, vt fiducialiter Domino præsenderis.

Actor.
17.28.

Ioan. 21.
7.

Genes.
3.10.

Sine modestia devotio corrumpitur.

Prou. 16.
29.

Scientia spiritalis non ad discitur.

Sine modestia devotus non eris, quia sicut animus Deo deditus corpus componit, ita corpus immodestum, & incompositum animam ad leuitatem trahit. Corpus immodestum est ille malus amicus, de quo Salomon ait: *Vir iniquus lætat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam,* quia animum distrahit, & ab spiritu devotionis abducit. Sine modestia scientiam spirituales non discis. Sicut enim omnes artes, & scientiæ sua habent principia, quibus ignoratis impos-

impos-
tus sui
hæc de
lud Pa
animas
ris, ma
stia præ
det ea,
modo
nimiam
quom
hendit
ratione
oris, c
ces: qu
lida est
dicas
motu,
scitur.
ac acti
vocati
cte sec
tualis
lus dic
quavi
mur an
Modest
da, &
es, sci
agnosc
His
ligios
est. A

impossibile est ad alia transire: ita scientia spiritus suis principiis non caret, quorum vnum est hæc de qua loquimur, moderatio; secundum illud Pauli: *Sed non prius, quod spiritale est, sed quod animale, deinde quod spiritale.* Si hanc ignoraueris, maiora comparare non poteris. Sine modestia proximos non ædificabis. Homo quippe videt ea, quæ parent: si in te aspicit leuitatem, quomodo discet grauitatem: si aspicit libertatem, nimiam in videndo, in audiendo, in loquendo, quomodo circumspectionem hauriet: si apprehendit indicia arrogantiae, & superbiae, quam ratione ad humilitatem se componet. Tu voceris, quæ admodum submissa est, virtutem doces: quid refert? Siquidem voce operis, quæ valida est, & clamor fortis vitium oppositum prædicas. Non de voce, sed de exterioris hominis motu, inquit Cassianus, interioris status agnoscitur. Quid referet verbis ædificare, & opere, ac actione destruere? sine modestia tandem vocationi tuæ non satisfacies. Nonne à nocte seculi, ac vitæ prophanæ ad diem spiritualis vitæ translatus es? Sed audi, quid Paulus dicat: *Nox præcessit, dies autem appropinquauit, abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honestè ambulemus.* Modestia veluti lucidissimis armis te circumda, & sicut in die decenter ambula, vt quod es, scilicet vir religiosus, & Deo consecratus, agnoscaris.

His de causis modestia à sanctis Patribus religiosorum institutoribus maximè commendata est. Augustinus in sua regula sic iubet: [In in-

1. Corin.
15. 46.

Proximi
non ad-
ficantur.

Vocationi
religiosa
non fit
satis.

Roman.
13. 12.

A religio-
num fun-
datoribus
maximè
commen-
data.

cessu,

cellu, & in statu, & in omnibus motibus vestris nihil fiat, quod cuiusque offendant aspectum, sed quod vestram deceat sanctitatem.] Benedictus in

Cap. 12.

sua: [In oratorio, in monasterio, in horto, in via, vel in agro, vel vbiicumque sedens, ambulans, vel stans, inclinato semper capite, & defixis in

C. p. 3.

terram aspectibus.] Franciscus in sua: [Confulo, moneo, & exhortor fratres meos in Domino Iesu Christo, vt quando vadunt per mundum, non litigent, neque contendant verbis, neque alios iudicèt, sed sint mites, pacifici, modesti, mäsueri, & humiles. Sanctus Pater noster Ignatius multus fuit in hac re nobis commendanda, qui & scriptis regulis, quidquid ad modestiã pertinere potest, sapienter tradidit. Taceo Basiliu, Nazianzenum, Ambrosium, Hieronymum, Bernardum, Dorotheum, & alios, quorum aureas sententias aliis locis nostrorũ scriptorum inserui. Satis sit scire, nullũ fuisse doctorẽ sanctũ, qui non modestiã cordi habuerit, & suis litteris cõmendauerit.

*Qualis
tenenda.*

Quam virtutem viri sanctissimi, & præceptores sapientissimi charam habuerunt, tu frater, non negligas, sed diligentissimè virorũ spiritualium vestem pretiosissimam induas. Caput non leuiter moueas, sed cum grauitate, si necesse fuerit, si verò opus non sit, rectum atque in anteriorem partem inclinatũ teneas. Oculos leuiter in hanc, & illã partem nõ inflectas, neque in sublime efferas, sed humiliter demissos habeas. Inter loquendum cũ his, qui superiores quoquo modo sunt, aspectum in eorum vultus non defigas, sed quasi sub oculos eorum aspicias. Serenitatem vultus reiectis rugis in fronte, ac in naso custodias.

custo
diduc
aut i
quan
tate
giose
non l
recta
sitate
sunt,
rate e
ris, c
dicens
motil
cator
tua m
lia, ad
vt ho
cordi
præst
milit
tibus
tatem
cos, c
uertu
seruos
ciant.
B. Fra
efficac
cuntu
Nu
mus.
interi
I.

custodias. Labia nec nimis comprimās, nec nimis diducas. In facie nullum immoderatum tristitiæ, aut indignationis affectum, sed moderatam quamdam hilaritatem ostendas. Vestes pauperatatem simul, & munditiam præ se ferentes religiosè, decentè quæ componas. Manus, si vestem non sustineant, quietas, & non nihil saltem conrectas habeas. Sine nimia festinatione aut morositate, quæ aut leuitatis, aut arrogantia signa sunt, incedas. Nec in loquendo vocem immoderate efferas, nec submissius eam, ita vt vix audiaris, comprimās, & tum ad ea, quæ dicis, tum ad dicendi modum attendas. Gestibus tandem, ac motibus tuis apud omnes, qui te viderint, ædificationem parias, & eos ad Deum laudandum tua maturitate moueas. Imagines, inter alia utilia, ad hoc institutæ sunt, & ab Ecclesia retentæ, vt homines virtutem doceant, & pios in eorum cordibus affectus exsuscitent, quanto magis id præstabis tu imago Dei viua, & ob statum similitudo Christi perfecta, si in omnibus motibus, & gestibus tuis, virtutem, & sanctitatem prætuleris. Habet diabolus non paucos, qui animas aspicientium, suo aspectu peruertunt, habeat Christus te, & alios fideles seruos, qui & ipso aspectu ad bonum alliciant. Hic optimus modus prædicandi est, quem B. Franciscus aliquando notauit, quo animæ efficacius, quàm verbis ad bonam vitam adducuntur.

Nunc media ad modestiam tenendam aperiamus. i. ac præcipuum, est compositio hominis interior, quæ cum à prauis affectibus liberet.

I. Alvarez de vita rel.

Y y Nam

*i. Med
dum.
Composi
tio homi
nis inte
rior.*

Eccli. Nam *cor hominis*, vt ait Ecclesiasticus, *immutat faciem eius siue in bona, siue in mala.* Cùm ergo illud compositum est, facile exteriora componet, & moderatorem suam in corpus deriuabit. Si verò cor non habeas hac affectuum cohibitione moderatum, proficiet saltem sollicita cura, qua enitaris tuos affectus abscondere, & eos neque vultu, neque verbis ostendere.

2. *Cogitatio presentia Dei.*

2. Et non inferius medium est, quod iam tetigimus, cogitatio presentia Dei. Si enim Deum presentem, & te aspicientem viua fide consideres, hac cogitatione ab omni motu, & verbo inordinato cohibebers. Ipse enim Dominus est, qui, vt est in Iob, *fecit ventus pondus.* [Quoniam dum superna sapientia, ait Gregorius, replet animus, eas maturitate indita graues reddit. Non illa grauitate, qua dicitur: *Filij hominum vsquequo graui corde?* Aliud namque est, grauem esse per consilium, aliud per peccatum. Aliud est, grauem esse per constantiam, aliud per culpam. Ista enim grauitas pondus habet oneris, illa virtutis.] Porta ergo Deum ante oculos tuos, & portabis eum in corpore tuo, omnemque ab eo immoderantiam reicies.

3. *Ei paulatim assueseri.*

3. Ea puncta, quae sigillatim diximus de modo moderandi vultum, incessum, & membra, memoria tene, & ea guttatim, (vt aiunt) & vnum post aliud bibe, & per aliquod tempus in eo te exerce. Sic sensim modestiam addisces, & in composito, ac moderato semper habendo corpore tuo nullam difficultatem patieris.

CAP.

CAPVT XXXI.

De contemptu sui.

DISCE teipsum discutere, temetipsum iudicare, teque increpare, atque contemnere. Vtilior scientia est, scire quemque seipsum despiciere, quàm spacia terrarum, & amplitudinem cœlorum, & vniuersa visibilia cognoscere. O quoties hæc scientia mundi hominem decepit, vt, cùm ipse nihil sit, aliquid se esse reputaret! Scientia autem cognitionis sui semper iniecit sana, & vtilia consilia, & ad humilem sui despicientiam adegit. Nunc præcursores huius vtilissimi contemptus aduerte. Nam primò teipsum euolues, teipsum discuties, sine qua discussione numquam tui cognitionem comparabis. Attende, te secundùm animam ex nihilo fuisse creatum, & secundùm corpus ex vilissima materia fuisse productum, & in ipsa tuæ conceptionis momento fuisse gratia, quam haberes, si Adam non peccasset, priuatum, atque adeò macula peccati originalis infectū. Post susceptum baptismū, quo ab ista macula mundatus es, ad vsum rationis peruenisti, & gratiam per Christū acceptam dilapidasti, & mille peccatorū generibus sorduisti. Numera, si fortè potes, vitia tua, expende ignorantias tuas, inspicere effrenatas passiones tuas, & multiplices excessus sensuum tuorum, & nihil fœdius te, nihil immundius, miseriusque reperies. Redi ad te post conuersionem tuam, & vide, an te ex toto emendaueris, an vitia pristina exueris, an affectus

Scire se-
 ipsum
 despiciere
 omnium
 vtilissi-
 ma scien-
 tia.

Proprij
 contemptus
 præ-
 cursores.

domueris, an teipsum pro Deo reliqueris, an in virtutibus aliquem notabilem progressum feceris. Hæc igitur discute, hæc evolue, vt intelligas, num aliquam habeas causam te gloriandi, aut potius te despiciendi, & sub omnium pedibus collocandi.

Post discussionem
se sui
ipsius sanctorum
iudicem
quis constituat.
I. Corinth.
II. 31.
Ibidem.
In operibus non
bonitas,
sed multiplices
eorum defectus
aspiciendæ.

Post iudicium
arguet,
& confessionis
se nominibus
collabit.

Post hanc discussionem iudicabis teipsum, & quasi iudicem agens te ante teipsum constitues, ne à Domino iudiceris. Quia si nosmetipsos diiudicemus, non utique iudicemur. [Ascendat itaque homo aduersum se tribunal mentis suæ, inquit Anselmus, constituat se ante faciem suam. Atque ita constituto in corde iudicio, adit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnifex timor, Inde quidam sanguis animi confitentis profluit per lacrymas. Postremò ab ipsa mente sententia talis proferatur, vt se indignum homo iudicet.] Affluetas oportet in tuis bonis operibus non tantum eorum bonitatem notare, quam multiplices defectus, & imperfectiones aspicere, illam diuinæ gratiæ ascribere, illorum verò & istarum te auctorem agnoscere. Et sicut vile mancipium, quod ab hero optimum indumentum accepit, & statim præ incuria sua illud inquinavit, & discidit, dignus est animaduersione, & contemptu; ita te omni pœna, & despicientia dignum cogitabis, qui à Domino benignissimo indumento per bonis operibus contexto vestiris, quod tamen tuis distractionibus inquinasti, & tuo Domino, ac benefactori illud inquinando iniuriam irrogas.

Cum autem teipsum sic iudicaueris, & peccatorum, ac imperfectionum sordibus infectum

inque

intueneris, te ipsum argues, increpabis, ac reprehendes. Illis te nominibus compellabis, quæ tibi confusionem, & ruborem iniiciant. Annon es seruus malus, & infidelis?annon seruus segnus, & piger?annon bonorum Dei in te collatorum destructor?annon malorum à diabolo suis suggestionibus factorum ædicator, atque promotor?annon sine numero beneficia à Dei benignitate recipis?annon malis sine numero, beneficiis respondes? Nonne velut ficus sterilis fructu cares, & solis verborum, & externorum signorum foliis contentus es, exemplo verò quod verbo dixisti negas, & te non veritatis assertorem, sed negatorem demonstras. Quamuis ergo exterius his verbis, & similibus parceas, ne stultè humilitatem affectari videatis, tamen interiùs hæc, & similia sint nomina, quibus te arguas, atque compelles. Et sicut illum nomine Petri, & illum nomine Pauli, ita & te nomine ingratißimi, & tepidissimi, & maximi peccatoris agnosces. Hoc sit apud te nomen tuum, hæc compellatio tua, & quamuis alij te ex alio nomine agnoscant, tu tamen hoc ingrati, & vilissimi peccatoris nomen, quod tua putida facta meruerunt, oblivioni ne tradas, & ex illo te velis à cunctis agnosci.

Hæc tria sensim generabunt contemptum sui, quo te ipsum verè despicias, & sub omnium pedibus te constituas, imò & pro nihilo ducas. Quem si didiceris, scito te scientiam perfectissimam, & utilissimam didicisse, & aditam ad veram sapientiam, ac Dei cognitionem.

Perfectissima scientia propria despectio, & aditus ad intimam Dei cognitionem.

Hom.
26. in
Matth.

nem intimam comparasse. Sapienter enim Chrysoſtomus ſcripſit : [Nec ſanè minima pars Philoſophiæ eſt meritum ſuum poſſe dignoſcere. Ille eſt maximè ſeipſum ſciens, qui ſe eſſe nihil exiſtimat. Ideo quippe & David, & Abraham, poſtquam iam ad ſummum virtutis faſtigium eualerant, tunc iſtud, quod dico, præcipuè videntur impleſſe. Nam vnus quidem dixit, ſe eſſe cinerem, alter verò ſe vermem vocabat, & cuncti omnino ſancti horum ſe more deiiciunt.] Scito, multos ex viris ſpiritualibus ad mundi contemptum perueniſſe, ſui autem contemptus eſſe proſus ignaros. Qui certè ſpiritu pueri ſunt, & in doctrina virtutis, inſantes, donec ex contemptu mundi tamquam ex primo gradu ad ſui deſpicientiam perueniant. Videbis, illos apud homines bonam opinionem non querere, dignitates non ambire, & mundi altitudines aſpernari, qui tamen putant, ſe honore dignos, & ad quamcumque dignitatem idoneos. Eos tu in illo primo imitare; nam gradus virtutis eſt, & valde deſiderabilis, mundum, & mundana deſpicere, ſed in illo ſecundo eos curabis tranſcendere, vt ſcilicet, te indignum omni honore, & ineptum ad munera obeunda cognoſcas, & vt canem mortuum, & fœtidum te deſpicias. Aqua vt multum aſcendat, multum debet deſcendere; ſic oportet, vt in ſummo gradu te deiicias, ſi cupis ad magnam perfectionem ſcandere. Nam & Chriſtus caput tuum *primùm deſcendit in inferiores partes terra*, poſtea verò *aſcendit ſuper omnes cælos, vt impleret omnia.* Deſcendit, inquam, primùm, quantum potuit,

Multi ad mundi deſpectum, pauci ad cõceptum proprium peruenerunt.

Chriſtus aſcenſurus, primùm deſcendit.
Ephes.
49.

ſcili

ſcilio
forma
bus
quod
oppo
mò,
verm
uit. C
dit: c
teipſ
occu
tener
E
rem
lis ab
prap
prio
rari.
cur c
& h
dem
pant
dicer
dam
ero
de ſ
dente
ti ſu
Apo
iam
eſt
tur
que

scilicet vt homo fieret: qui exinaniuit semetipsum, Philipp.
formam serui accipiens. Deinde, vt ab homini- 7.
bus conculcetur, & occideretur, propter
quod dixit: *Ego autem sum vermis, & non homo; Psalm.*
opprobrium hominum, & abiectio plebis. Postre- 21. 7.
mò, vt esset cibus hominum, qui sunt abiecti
vermiculi, vnde se & panem, & cibum appella-
uit. Qui ita descendit, super omnes cœlos ascen-
dit: qui se exinaniuit, omnia repleuit. Vt discas
teipsum exinanire, vt possis perfectionis culmen
occupare, & in cœlis honorabiliorem sedem
tenere.

Ex hoc verò ad alium gradum sublimio- *Seipsum*
rem aspirabis, vt tu, qui teipsum despicias, *despiciens*
velis ab aliis conculcari, atque contemni. Nam *ab aliis*
præposterum est, hominem suo quoque pro- *etiam*
prio iudicio despiciabilem, velle ab aliis hono- *optet con-*
rari. Si teipsum contemptu dignum existimas, *culcari.*
cur contemptum fugis? cur hominum laudes,
& honores aucupari non metuis? Vide Davi-
dem regem, & summum seculi gradum occu-
pantem, suum contemptum diligentem, ac
dicentem ridenti, & subsannanti Michol: *Lu-*
dam, & vilior fiam, plusquam factus sum, & 2. Reg.
ero humilis in oculis meis. Vide Apostolos 6. 12.
de sua despicientia exultantes, qui ibant gau-
dentes à conspectu concilij, quoniam digni habi-
ti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Vide
Apostolorum, & omnium Dominum sui et-
iam contemptus amatorem, de quo scriptum
est: *Dabit percipienti se maxillam, saturabi-* Actor.
tur opprobriis. Qui auidus est alicuius cibi, vs- 5. 41.
que ad saturitatem illo reficitur; ita Dominus
scili

tuus, quia avidus fuit ad exemplum tuum despicientiæ suæ, opprobriis, & contumeliis saturatur. Hanc vitam satis tritam ingredi. Si humilitatem diligis, gaude contemptu tui, & in hoc esto securè superbus, quod honores contemnas.

1. *Medium.*
Non in bonis propriis, sed in malis, & contemptu dignis oculos collocare.

Tandem media ad hunc salutarem tui contemptum habendum excipies. 1. Auerte oculos ab his, quæ in te bona, & excelsa contemneris; nam aliena sunt, nimirum Dei, quæ tibi gratis, & sine tuo merito attribuit, quæ solum cogitabis, ut pro illis gratias referre possis. Ea verò subinde considera, quæ in te abiecta, & despicabilia deprehenderis: quoniam hæc tua sunt, & à natura corrupta profecta, & propter illa te singulis momentis (si fieri posset) arguere, & aspernari non desinas.

2. *Corde conceptam despicentiã verbis exponere.*

2. Ea verba in ore tuo sonent, cum opus fuerit, quæ corde conceptam tui ipsius despicentiam exponant. Eadem ab aliis audire desideras, & os peccatoris ineptè laudantis non impinguet caput tuum. Fuge hominum plausus, fuge linguas adulantium, fuge seculum, & eos libenter ausculta, qui sincerè veritatem aperiunt, & quod reprehensione dignum viderint, reprehendunt.

3. *Rationes quarere, quibus ad sui contemptum prouocetur.*

3. Eas rationes quære, & expende, quibus ad tui contemptum prouocaris. Et quidem efficacissimæ sunt illæ à Dacryano scriptæ, qui in hunc modum ait: [Humilia, & deice te, constitue te sine fictione infra omnes homines. Et quomodo hoc, inquis, faciam,

In speculo, post med.

faciam
riter,
nec fa
me su
prap
qui h
poter
conce
tu qu
trigra
gitau
taneu
feras.
ris, &
pupil
charit
quo h
dè rep
profe
chari

SI
Sab
quatu
partem
dum
qui, e
tui ips

faciam, cum plerique abiecto penitus timore pariter, & pudore perditissime viuant, quod ego nec facio, nec facere volo? Quin etiam ne illis me subiiciam? etiamne illos mihi præponam? præpones inquam. Nam si cogitaueris, quia qui hodie pessimi sunt, cras te perfectiores esse poterunt, & qui si iidem dona tibi diuinitus concessa accepissent, longè sanctiùs te uiuerent: tu quoque grauiùs eis peccares, nisi abundantiori gratia præuentus esses, si, inquam, hæc cogitaueris, facile animaduertes, quàm sit consentaneum, ut etiã quemlibet peccatorem tibi præferas.] Sic ille. Si ergo te ipsum ita contempseris, & tui contemptores amaueris, Deus te ut pupillam oculi sui diliget, & magnis donis, ac charismatibus exornabit. Sanctum enim odium, quo homo seipsum odit, Deus suo amore abundè repensat, & in corde eius, qui seipsum odio prosequitur, seque ipsum despicit, ignem suæ charitatis accendit.

CAPVT XXXII.

De generali sui abnegatione.

S*I quis uult venire post me, ait æterna ueritas, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Hæc uox, *semetipsum*, non aliquam partem hominis, sed totum hominem abnegandum esse designat. Tu itaque qui Christum sequi, eiusque uestigii inhaerere vis, generalem tuum ipsum abnegationem suscipito. Mortifica

Matth.

10. 24.

Totum hominem, non aliquam partem abnegandum dicit Christus.

sensus tuos, tū internos, tu externos, impera appetitibus tuis, cohibe iudiciū, & voluntatē tuam, nihil sit in te, quod nō mortificatio comprimat, & non castiget abnegationis censura. Præcipuè tamen curam habe cohibendæ duplicis linguæ, corporis, & animæ. Linguam corporis cohibe, ne noxia, ne secularia, ne inutilia loquaris. Linguam animæ, id est, cogitationem, cohibe, ne inania, ne impura, ne infructuosa cogites. Si has duas bestias, linguam carnis, & cogitationem domueris, mirabiliter te ad diuinam familiaritatem dispones. Nam Deus illos alloqui dignatur, quos viderit à verbis inanibus abstinere, & suam cogitationem ad vnum, quantum valuerint, scilicet ad ipsum Deum, reuocare.

Multi sunt corrupte edomantes, pauci sua interiora cohibentes.

Primi in via spiritus progressus non faciunt.

Galat. 5.

2^a.

Duplicem

Paulus

crucem

sustinen-

dam præ-

cipit, car-

nis, &

spiritus.

Multi admodum sunt in Ecclesia, qui corpus suum domant, de quo statim dicam, sed non admodum multi, qui sua interiora cohibeant. Putant, se Christi sequelæ satisfecisse, si carnem crucifigant, licet animæ crucem, quæ perfectior est, deleant, & ideo in via spiritus progressum non faciunt, & in occasionibus, quia parati non sunt, nec præuenti, miserabiliter cadunt. Paulus sanè à Christi sectatoribus duplicem crucem sustinendam præcipit, alteram carnis, alteram spiritus, cum ait: *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitis, & concupiscentiis.* Crux carnis necessaria est, sed crux spiritus, id est, mortificatio vitiorum, & concupiscentiarum multo magis necessaria est. Vel abnegatio interior, est lignum crucis rectum, mortificatio verò exterior lignum est crucis transuersum. Ex his duobus lignis crux nostra componitur, quam

bai

baiul-
mur,
myste-
piens
nem o-
ligo d-
paner-
mur. I-
hac d-
tur, P-
ribus
pane
& à de-
moric-
tur, &

Nu-
gation-
cate o-
spiritu-
goriu-
ad eur-
nec v-
nescie-
transp-
rim,
na in-
tione
viden-
hoc a-
& se-
yt se-
Tribu-
dinati

baulantes Christum sequimur, & mundo morimur, vt Deo in æternum viuamus. Hæc sunt per mysterium duo illa ligna, quæ tempore Eliæ sapiens mulier quærebat, vt ex pugillo farinæ panem coqueret, & se, filiũque reficeret. *En coligo duo ligna, dixit, vt ingrediar, & faciam illum, panem, mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur.* In his duobus lignis ignis accenditur, quia hac duplici abnegatione virtus charitatis augetur. Panis conficitur, quia charitate à malis operibus auerimur, & ad bona prouocamur. Hoc pane anima, & filius eius reficitur, quia ab ipsa, & à desiderio eius fames depellitur. Hoc etiam moritur morte sanctorum, quia mundo moritur, & vita eius, qua Deo viuít, inchoatur.

Nunc de ligno crucis recto, id est, de abnegatione interiori loquor, & ad id, quod explicare cœperam, redeo. Qui eam non exercent, spiritu non proficiunt. Hoc enim est, quod Gregorius ait: [Quia nisi quis à semetipso deficiat, ad eum, qui supra ipsum est, non appropinquat: nec valet apprehendere, quod ultra ipsum est, si nescierit macltare, quod est. Sic olerum plantæ transponuntur, vt proficiant, atque, vt ita dixerim, eradicantur, vt crescant. Sic rerum semina in terræ admixtione deficiunt, vt in reparatione sui generis vberius assurgant. Vnde enim videntur perdidisse, quod erant, inde accipiunt hoc apparere, quod non erant.] Tribulos, & sentes debes ex terra tui cordis euellere, vt semina à Deo sata virtutum adolescant. Tribuli autem & spinæ sunt affectus inordinati, inania desideria, cogitationes superflue, quæ

3. Reg.
17. 12.

Homil.
32. in
Euang.

Tribuli
vitiõũ,
ex terra
cordis
euellendi,
vt semina
virtutum
adole-
scant.

quæ (teipso teste) cor tuum pungunt , atque dilacerant. Spinæ euelle , prauos affectus abiice , vt sanctæ cogitationes , & pij affectus , ac virtutes bonis actibus genitæ robur accipiant. *Nonate vobis nouale* , verba sunt Ieremiæ , & nolite *ferere super spinas. Circumcidimini Domino , & auferete præputia cordium vestrorum.* Nouacula præputium amputans abnegatio est , superflua tui cordis abscinde , vt ad Dei populum pertinere noſcaris. Collige zizania , ne bonum semen à Deo iactum suffocetur. Sic terra mentis purgata eueniet illud Oſeæ : *Seminate vobis in iustitia , & metite in ore misericordia :* quia femini tuo bonorum operum , & desideriorum fructus in abundantia respondebit , & animam nimis proficiet.

Ieremiæ
4. 3.

Oſeæ
10. 12.

*Interiora
desideria
non ab-
negantes
multis
casibus
sunt ex-
positi.*

Qui etiam interiora desideria non abnegant , multis casibus sunt expositi. Vnde bella , ô frater , vnde turbatio , vnde tentatio vsque ad consensum protracta , nisi quia cor circumcisum non est , quia immoderatus erga aliquam rem affectus mortificatus non est. Ille cathedram amabat , & amorem cathedræ non mortificabat : illi cathedra data non est , vel quia non expediebat , vel quia erat alius dignior , qui eam occuparet , & tristitia , & mœror , & tentatio vsque ad desertionem vocationis ingressa est. O si amorem ridiculum mortificasset , ô si cathedram irrisisset , ô si desideria à rebus visibilibus auertisset , & in solo Deo , qui à nobis tolli non potest , collocasset , non vtrique ita miserabiliter cecidisset ! Vidi mœrores in cordibus aliquorum perpetuos , vidi tentationes supra modum vehementes , vidi calamitosos multorum casus ;
quia

quia e
stia o
negle
abneg
mod
cupidi
sultul
Qui c
qui cu
sub pe
res vir
pidita
ingen
ceris ,
tem ,

An
piscib
uerſaq
terra?
miner
te feci
verò t
uus? [S
filius
cogita
omni
nobis
conci
nostr
& for
has b
prate
ea for

quia externa corporis mortificatione, & modestiæ ostensione contenti cor suum circumcidere neglexerunt, & amorem visibilium rerum non abnegarunt. Tu cor tuum circumcide, affectus moderare, si cupis à casibus liberari.] Nam, qui cupiditates tollit, inquit Cyprianus, & metus sustulit; nam ex cupiditatibus metus veniunt, Qui cupiditates vincit, de peccato triumphat, qui cupiditates vincit, malum generis humani sub pedibus suis iacere ostendit, qui cupiditates vincit, pacem sibi perpetuam dedit, qui cupiditates vincit, libertatem sibi, quod est etiam ingenuis difficillimum reddidit.] Si eas non viceris, nec peccatum vitabis, nec veram libertatem, nec pacem habebis.

Lib. de bono. pudicitia.

An tu non factus es ad imaginem Dei ut præsis piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis, universaque terra, omnique reptili, quod movetur in terra? Ergo & ut præsis pravis moribus, & domineris affectibus tuis. Quis enim credat Deum te fecisse, ut esses bestiarum dominus, affectuum verò tuorum bestialium, & irrationabilium servus? [Sanè in hoc creatus es princeps, inquit Basiliius, ut imperares affectibus. Tuis fac imperes cogitationibus, imperator ut sis, quæ sunt omnium. Ad hanc doctrinæ formulam collatus nobis principatus, per animalia mores nostros, concinno ordine moderatur, & eo dirigit, ut nostri ipsorum discamus esse Domini.] Industria, & fortitudo tibi concessa est, ut bestias domes, has bestias latentes in corde tuo domare non prætermittas. Ut enim scribit Ambrosius, [iure ea fortitudo vocatur, quando unusquisque se ipsum

Genes. 1. 26. Homo cū. Etus animantibus præses creatus, ut pravis etiam affectibus dominetur. Hom. hexame. ron.

1. Offic. cap. 6.

ipsum

ipsum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur, atque inflectitur, non aduersis perturbatur, neque extollitur secundis, & quasi vento quodam circumfertur variarum rerum mutatione.] Ad tui cordis puritatem aspira, quæ in ornatu virtutum, & in extirpatione vitiorum, affectuúmque ordinatione consistit. Nec putes, te securè in altum spiritualis vitæ ædificationem erigere, nisi terram mobilem, & rudera inanium affectuum effoderis, & super imitationem humilitatis Christi, & veram despicientiam tui reliquas virtutes extruxeris.

Qua abnegatione interiori contineatur, specialiter exponuntur.

Ais: quænam hac interiori abnegatione continentur? Principio dixi, vt sensus, affectus, & cogitationes cohibeas, & nullum desiderium rei creatæ, quæ ad Deum non referatur, in te manere permittas. Si autem expectas, vt ad magis specialia descendam, audi: Tolles à te affectum nimium erga res temporales, ita vt superflua constanter abiicias, & necessaria cum sancta libertate, & simplicitate, & sine adhesionem cordis sumas. Mortificabis affectum propriæ quæsitiois, quo teipsum in omnibus quæris, & per puram, & simplicem intentionem, non te quærere, sed Deo placere constitues. Desideria voluptatis in cibo, & potu, in vestibus, & utensilibus, & in similibus aliis, per amorem paupertatis abiicies. Amorem naturalem sanguineorum in spirituales conuerteres, mundanum, quo vt hominibus placeas, minùs licita admittis, & bona præteris, penitus ablegabis, & aduersus amicum ad magnam moderatorem

nem adduces. Non solum cogitationes noxias, aut minus puras, verum & inanes, atque otiosas fugies, & cogitationes de rebus vtilibus, aut necessariis, non nisi quietè, & congruis temporibus in te manere sustinebis. Modum curis etiam licitis pones, passiones amoris odij, & reliquas frenabis, & occupationes absque distractione, quantum fieri possit, & animo in Deum eleuato suscipies. Aduersus amaritudinem cordis ex præsumptione, ex immortificationis desiderijs, ex rancore, & odio, ex inuidia, aut ex tepida conscientia emanantem pugna- bis, & cor tuum diuina suauitate condies. Arrogantiam, & inanem gloriam, & desiderium laudis cohibebis, & ab omni amore honorum, & dignitatum te subtrahes. Curiosas, & inu- tiles intellectus inuestigationes deseres, & ex- perientiam consolationum internarum, & de- uotionis sensibilis & aliorum donorum, in qui- bus non est vera sanctitas, non desiderabis. Scrupulos ex proprio amore procedentes non admit- tes, quos vt superes, magistro spirituali te do- centi credes. Impatientiam in aduersis superabis. Ac tandem propriam voluntatem per obedi- entiam ad Deum, & ad Superiores non aliter, quam pestem odio habebis. Hæc si præstiteris, ad per- fectionem interioris abnegationis per Dei gra- tiam te peruenisse noueris.

Media nunc ad hanc abnegationem expo- no. i. Simulatque perturbatio aliqua, aut affectus inordinatus exortus fuerit, eum cohibere, & su- perare per affectum contrarium stude. Qui ita fe- cerit, beatus à Dauide pronuntiatur.* *Beatus, 9.*

inquit,

*1. Me-
dium.
Præsum-
ptuum
motum
insurgenti-
tem co-
nari per
contrariū
superare.
Pl. 136.*

Ibid.

inquit, qui tenebis, & allidet paruulos suos ad petram, id est, vt exponit Augustinus, prauas cupiditates recenter exortas. Et Ephrem ait: [Nisi citius passiones, quæ in te cernuntur, sustuleris, vlcus faciunt: nisi que paruam putredinem curaueris, in infinitum excrescet, omnemque substantiam tuam corrumpet.] Principiis obstandum est, quando hostis est paruulus, & infirmus, vt facilè domo pellatur.

Serm. de
perfect.
mona-
ch. tom.
2.

Serm.

58. in

Cant.

2. In cer-

tamine

passioni-

bus inito

perseue-

rare.

2. In hoc certamine cum tuis passionibus, & affectibus inito perseuera. Nam, vt Bernardus ait, hæc putata repullulant, & effugata redeunt, & reaccendantur extincta, & sopita denao excitantur. Parum est ergo semel putasse, sæpe putandum est, imò, si fieri possit, semper; quia semper, quod putari oporteat, si non disimulas, inuenis.

3. Desi-

deria re-

rum cœ-

lestium

concupere.

Collat.

12. c. 5.

3. Sanctos affectus, & desideria rerum cœlestium concipe, quæ prauos, & inordinatos affectus exterminent. Optimè enim docuit Cassianus: [Non possunt desideria præsentium rerum vel reprimi, vel auelli, nisi pro istis affectibus noxiis, quos cupimus amputare, alij salutare fuerint intromissi. Nullatenus enim valet viuacitas mētis absque alicuius desiderij, vel timoris, gaudij, vel mœroris affectione subsistere, nisi hæc eadē fuerint in bonam partem immutata.] Desidera contemni, & non desiderabis honores: time Deum, & à facie mundi non trepidabis; gaude de bonis cœlestibus, & prosperitates terrenas præteries: tristare de peccatis tuis, & tristitias de rebus nihili reiicies. Prauus affectus bono pellendus est, & vitium virtute superandum.

CAP.

H
tuz at
corpo
carnis
ca rep
impos
non p
ex se
tuum.
asperit
alicui
piscit
concu
nem,
iciuni
ne in
non ra
virga
stia ef
debit
Ista
utilita
Neces
procl
mit, n
poris
seruen
mund
I.

CAPVT XXXIII.

De castigatione corporis.

HOc studium, quod exposuimus, assidue mortificationis, & internæ abnegationis tuæ afflictione carnis ostende. Quia inualetudo corporis, quæ in pallore faciei, & imbecillitate carnis non ostenditur, aut nulla, aut satis modica reputatur. Sic mortificatio interior, quæ (nisi impossibilitas obstet) ad corporis castigationem non procedit, quod ficta sit, & ridicula, magnum ex se indicium præbet. Castiga ergo corpus tuum, & hunc seruum semper rebellem flagellis asperitatum cæde, ne spiritum deprimat, & ad alicuius mali consensum adducat. Caro concupiscit aduersus spiritum; ne igitur eum deiciat, concupiscat ex aduerso spiritus aduersus carnem, eamque sibi subiugat, & immodicas vires iciniis, vigiliis, & aliis afflictationibus auferat, ne in detrimentum virtutis insolescat. Bestiæ non rationibus, nec argumentis persuasæ, sed virga percussæ, homini parent. Caro autem bestia est, quam nunquam sola consideratione, sine debita castigatione domueris.

Istam corporis castigationem & necessitas, & utilitas, & imitatio nostri Saluatoris postulat. Necessitas quidem; quoniam carnem ad malum procliuem gestamus, cuius vires afflictio deprimat, ne vsque ad consensum mali procedat. Corporis afflictio comes est castitatis, quam qui deseruerit, & carni suæ indulserit, saltem indicium mundæ carnis, & casti cordis non præbet, di-

*Interna
abnega-
tionis stu-
dium car-
nis affli-
ctione o-
stenden-
dum,*

*Necessitas
illius ma-
gnæ ne ca-
stitas vel
amitta-
tur, vel
sedetur.*

I. Alvarez de vita vel. Z z z cente

Epist. 10.
ad Fu-
riam.

1090 *De vita religiosè instituenda,*

cente Hieronymo: [Quid necesse est nos iactare pudicitiam, quæ sine comitibus, & appenditiis suis continentia, & parcitate fidem sui facere non potest.] Et vt iuniores conuincat, subdit: [Apostolus macerat corpus suum, & animæ subiicit imperio, ne quod aliis præcipit, ipse non feruet; & adolescentula (vel adolescentulus) nam eadem est ratio, feruente cibus corpore, de castitate securus est.] Quod senes in adiumentum munditiæ custodiunt, non relinquunt iuuenes, & viam omnibus virginibus, & castis tritam ipsi non deserant, ne gemmam castitatis perdant. Omnes virtutes non sola omissione alicuius actus mali, sed etiam alicuius actus boni exercitatione se produnt. Castitas verò sensuum, præsertim oculorum, & tactus moderatione, & corporis castigatione se aperit. In his te status religiosi professorem, & castitatis amatorem ostendas. Si verò sensus superfluis, & fortè minùs mundis aperueris, & carnem asperitatum vinculis minimè continueris, sed eam blandè, molitèrque tractaueris, non erit mirum, si vt equus indomitus te præcipitem agat, & à sensu puritatis auertat.

*Vilitas
illius tri-
plex.
Tranquil-
litatem
vita con-
fert.*

Vilitas verò castigationis corporis est multiplex, sed hoc loco triplicem tantum delibo. Altera est, quod facit, vt in pace, & tranquillitate viuamus. Nam sicut seruus flagellis cæsus, & fame penè enectus, & vinculis compeditus, vel inuitus se hero subiicit, ita corpus ieiuniis, flagellis, & vigiliis domitus aduersus spiritum non insolescit. Ignis adiectis lignis accenditur, & per solam materiæ subtractionem extinguitur. Lu-

curia

curia

xuria a
& portu
tur, ha
tia, ac
pertate
ra, qu
tremus
vlla re
ctione
dia vici
ctione
cordiar
humilia
est mei
to magi
ipsum
mercato
li: Qui
vatu corp
murmur
& adue
castigat
genere
cis inui
rium p
dicare
interdic
nestant
ipsi, au
te, si fi
dem art
pis) pr
reficiat

ter, illud libenter amplectitor, destrue in te affligendo corpus, quod protoparens admittit, vt à Domino reformeris, & gloriæ splendore vestiarius.

Christi imitatio illam vehementissimè extorquet.

Serm. 4. de aduē.

Sed tandem Christi imitatio vehementissimè à nobis hanc corporis castigationem extorquet. Ad quid namque huc venimus, nisi vt Christum imitemur? Vt imitemur, inquam, illum, non gloria, & honore decoratum, non immortalitate circumdatum, sed alapis caesum, flagellis liuidum, spinis cinctum, clavis confossum, & in cruce morti subiectum. [De argentemus ergo pennas nostras (vt verbis Bernardi vtat) in Christi conuersatione, sicut & martyres sancti lauerunt stolas suas in eius passione, imitemur, quoad possumus, eum qui sic dilexit paupertatem, vt quamuis in eius manu essent fines terræ, tamen non habuit, vbi caput reclinaret; ita vt discipulos adherentes ei legamus fame compulso spicas manibus confricasse, cum per sata transirent: quique tamquam ovis ad occisionem ductus est: & sicut agnus coram tondente se obmutuit, & non aperuit os suum: quem & super Lazarum, & super ciuitatem fleuisse, & in orationibus pernoctasse legimus: risisse verò, aut iocasse nusquam: qui sic esuriuit iustitiam, vt cum propria non haberet, tantam pro peccatis nostris à seipso exegit satisfactionem. Vnde in cruce nihil aliud, quam iustitiam sitiebat: qui pro inimicis mori non dubitauit, & orauit pro crucifixoribus suis: qui peccatum non fecit, & imposita sibi ab aliis patienter audiuit, qui pro reconcilian-

dis

dis fil
per fu
& del
dum
mus
memb
fleuit
Ipse
somnia
quid i
morte
tificat
non c

Co
quam
iutor
pore
tifica
& cor
gius
conco
Dom
holoca
tuitu
præc
ctum
quia
uota
nimi
etari
effic
batu
qui

dis sibi peccatoribus tanta sustinuit.] Ipse pauper fuit, ó vir Dei, vt quid vestium luxum, & delicias quærimus? cur non magis hispidum, aut certè non molle vestimentum amamus? Ipse famem sustinuit, vt quid nos eius membra delicias in cibo, & potu diligemus? Ipse fleuit, cur risui, & vaniloquio indulgebimus? Ipse insomnis in orationibus pernoctabat, cur somno vltra necessitatem vacabimus, & non aliquid à necessitate detrahemus? Ipse demum ad mortem ductus est pro nobis, cur pro illo mortificationem non sustinebimus, & quare corpus non castigabimus?

Corpus ergo tuum animo dominari nequam ferēs, sed animo suum mancipium in adiutorium illi datum subiicias. Non solum à corpore illicita tolles, quod genus quoddam mortificationis incipientium est, sed in multis licitis & concessis illi non condescendes. Tanto longius à veritis distabis, quanto robustius ab eo concessa, & non mala subtraxeris. De hoc in Domino gloriare, quòd, sicut Dauid, *offers illi holocausta gratuita*. Est autem holocaustum gratuitum illud mortificationis genus, quod nullo præcepto iustum est, sed in tua voluntate relictum. Quod sanè Dominus gratissimum habet, quia signum est promptæ ad seruiendum, ac deuotæ voluntatis. [Signum etiam est perfecti animi, vt Cassianus censet, non ad legem coartari, sed amplius aliquid, quàm lex præcipiat, efficere. Quapropter, inquit, liquidò comprobatur, perfectum esse non posse famulum legis, qui vel illa, quæ prohibentur, cauet, vel illa,

A corpore non solum illicita, verum etiam licita subtrahenda.

1. Paralip. 21.
24.
Holocaustum gratissimum Deo talis mortificationis genus.
Collat. 21. cap. 29.

quæ percipiuntur, exequitur: sed illos verè esse perfectos, qui etiam his, quæ à lege concessa sunt, non vtuntur. Et hac ratione cum de Mosaiica lege dicatur: nihil enim ad perfectum perduxit lex; nonnullos sanctorum in veteri Testamento perfectos legimus extitisse, quia transcendentis legis imperium sub Euangelica perfectione vixerunt, scientes quòd iustis non est lex posita, sed iniustis, & non subditis, impiis, & peccatoribus, sceleratis, & contaminatis.] Iusti ergo lege soluantur, non quia eam non teneantur implere, sed quia ex amore eam perfectè completa alia adiiciunt, ad quæ non tenentur, suæ deuotionis obsequia. Id etiam tu præstabis, & à cibo, à potu, à cultu corporis multa tibi concessa subtrahes, vt ipsum castiges; insuper & discretam afflictionem inferes, ne illud contumax sentias, & postea cum præmium acceperis, in magnitudine tuæ gloriæ læteris.

*i. Medium.
Corpus
hostem,
& quidem
periculo-
sū agnos-
cere.*

Nunc pro more tua media ad corporis castigationem tenendam subiicio. 1. Cognosce, corpus tuum esse hostem tuum, qui quidem hostis sæpissimè in te insurrexit, & aut periculo grauis casus exposuit, aut certè graui peccato efficaciter te subiecit. Quàm ergo iustum, & rationi consentaneum vt eum castiges, & punias, & quia occasio tui mali, & offensæ domini fuit, ab eo debitas pœnas exigas. Non licet hunc inimicum occidere, aut indiscretè vexare; at bonum & sanctum est, eum mortificare, & domare, & spiritui subdere, vt opera studiosa non impediatur, neque animæ Deo obsequentis

quentis
2.

quæ i
anima
tem p
Bernar
& qu
autem
hoc t
fruct
Addi
dum
Infid
malign
possi
serui
est, f
magn
tati c
Deus
admi
tua m
3.
fume
cati
turn
dent
dera
post
bi n
gere

quentis quietem tollat.

2. Scito, ea solum corpori concedenda esse, quæ illud incolumem, & vegetum seruent, vt animæ seruire possit reliqua quæ ad voluptatem pertinent, deneganda. De quo sapienter Bernardus: [Sunt autem omnia bona corporis, & quæ ei solummodo debeamus, sanitas. Nihil autem ultra ei dandum est, vel quærendum, sed hoc termino ligandum & frenandum est, cum fructus eius nullus sit, & mors sit finis illius.] Addit autem quod tibi est maximè perpendendum: [Sed hîc fouea est, quæ nolo vos lateat. Insidiatur enim voluptas sanitati, & tam subtili malignitate prosequitur, vt vix eam quis vel possit cauere, vel nouerit. Quòd si voluptati seruitur, non sanitati, hoc iam de natura non est, sed sub natura, quæ morti manus dat, cum magistram constituit voluptatem.] Itaque sanitati corporis patienter seruiens, quandoquidem Deus illi te subiecit: si verò licitam voluptatem admiseris, illa erit huiusmodi, quæ imbecillitati tuæ necessaria censeatur.

3. Illum tenorem castigationis corporis assumes, consilio spiritualis magistri viri mortificati, & non sibi indulgentis, quem possis diuturno tempore seruare. Nam hominis imprudentis est, per aliquot menses, vel annos immoderatum pondus asperitatum sibi imponere, & postea omnino cessare, & delicatè viuere, & sibi non sine aliorum scandalo nimium indulgere.

2. Ea tã-
tum cor-
pori con-
cedere,
quæ ipsũ
vegetum,
& inco-
lument
seruent.

Serm. de
triplici
genere
bono-
rum.

3. Illum
castiga-
tionis ce-
norem
assume-
re, ex cõ-
silio spi-
ritalis Pa-
tris, qui
diuturn-
nus esse
possit.

CAPVT XXXIV.

De tranquillitate cordis.

*Magna
cura trà-
quillitati
cordis
studen-
dum.*

*Quatuor
inquietu-
dinis
causa.*

*1. Culpa
& de-
fectus,
quibus
per de-
testatio-
nem posi-
tis ad
pristinam pa-
cem re-
deun-
dum.
Eccli.
21. 1.
Nimia
ex illis
pertur-
batio so-
let ab
elatione
procede-
re.*

MAGNA cura, ac diligentia tranquillitati
tui cordis stude, nihilque ad spiritualem
vitam, & communicationem cum Deo habendâ
te fecisse existimato, nisi ab eo omnem inquietu-
dinem ac perturbationem depuleris. Quatuor
præcipuæ sunt inquietudinis nostræ causæ, ni-
mirum culpæ, & defectus, quos admittimus,
scrupuli, quibus compungimur, aduersitates, &
persecutiones, quibus premimur, & curæ rerum
exteriorum, ac negotia, quorum impetu lacera-
mur. In his quomodo te geres, ne cordis tran-
quillitatem amittas, audi.

Si culpas, ac defectus admittis, & quidem ad-
mittes, quandiu non hanc mortalitatem exueris,
ne te huiusmodi defectus inquietent, sed statim
atque in aliquam culpam incideris, eâ ex amore
Domini detestare, & compunctione dilue, atque
ad tuam primam pacem reuertito, & te, tuaque
omnia Christo committito. Consilium Sapiētis
pro his, qui peccauerunt, hoc est: *Fili peccasti? nō
adiicias iterum. sed & de pristinis deprecare, ut tibi
dimittantur.* Peccati admissi remediū, vlcus ani-
mæ medicina contritio est, propositū illud vitâ-
di, & iterum nō admittendi est, condigna satisfac-
tio, & humilis, vt nobis dimittatur, deprecatio
est, at vana cordis perturbatio, & amaritudo nō
est. Hæc solet ab elatione procedere, dū quis pu-
tat, se post arceptū vitæ melioris propositum, &
post tot religiosè cōuersationis annos, nō debuif-
se

se hæc, aut illa patrare. Verum est, quòd non debuisses hoc, aut illud admittere, quia peccatum est. Sed non est miraculum, quòd admiseris, vt sic debeas perturbari. Natura enim ad malum procliuis, quam gestas, quid mirum si cadat? quid mirum, si in te, quod in aliis hominibus faciat? Si aliquid mirabile est, illud profectò est, quòd non cadas. Quia lapsus est à lapsa natura, & status, ac perseuerantia in bono est à gratia super naturam. Naturalia autem, quia communia, & ordinata, non miramur, sed ad eorum, quæ supra naturam sunt, obstupescimus. Depone igitur superbiam, & aestimationem tui, te non iustum & sanctum, sed miserum peccatorem cogita, peccata tua cum mœrore, sed sine inquietudine desle, & de eo, quòd bonum, & benignum Dominum habes, qui tibi peccata dimittat, impensè lætare. Tuam opinionem despice, tuum bonum nomen, quod habes, in cordibus aliorum conculca, & ne tibi cura sit, quòd propter tuos defectus contemnaris.

Si scrupulis conscientiæ pungeris, eos à te abiicere, ac ablegare curato. *Sentite de Domino in bonitate*, ait Sapiens, & *in simplicitate cordis querite illum*. Scito te habere amantissimum Dominum, ac piissimum Patrem, qui non causas inuestigat te perdendi, sed occasiones querit te saluandi. Rectam intentionem in tuis operibus sectare iugiter, beneplacitum Domini tui ante oculos habe, & confide, quia illi places, & benignissimis oculis eius non contemptibilis, sed amabilis appares. Sectare magistrum

2. Scrupuli abiiciendi sentiendo de Deo in bonitate. Sapien.

1. 1.

Ad magistrum spirituum deferendi, eiusque statum dū verbis.

spiritus, ad eum subinde recurre, scrupulos, & angores tuos illi aperi, verbis eius crede, & ad credendum te coge, & in eo, quod dixerit, atque docuerit, tuipe quiesce. Nisi scrupulorum abiectiōni assueueris, interna pace non frueris. Quam abiectiōnem Dacryanus suadet his verbis: [Omniem inordinatam pusillanimitatem, & superfluos conscientiae scrupulos, perplexamque diffidentiam, religiosus prorsus reicere adnitetur, vndecumque emerferint. Nam nisi statim amputata fuerint, diuersis modis animi alacritatem praefocant, & profectui interno non parum incommodant.] Amaris, ô frater, amaris à Deo. Amor eius faciet, vt à tuis malis purgeris. Colloca in eo fiduciam tuam, occupa in eo amorem tuum, & proprium amorem scrupulorū inanium radicem à te depelle, vt ad pristinam animi serenitatem redeas, & cor tuum quietum, atque imperturbatum habitaculū praepares cōditori tuo.

Si persecutiones emerferint, si aduersitates acciderint, ea ne te perturbent, sed eas citò transitorias cogita, & non sine Domini voluntate, ac prouidentia venire considera. Et quandoquidem persuasum habes, te in hac vita occasiones patiendi habiturum, & aliquid perlaturum, ne tu aduersa, quæ passus sis, eligas, sed quæ Dominus miserit, patienter admittas. Ad quod aurea sunt verba Blosij hîc omnimodis inferenda: [Namquam dixeris, hæc, vel illæ tribulationes mihi minus conueniunt, alias ego commodiùs, & cum maiori fructu perferrem. Non, inquam, tale aliquid in corde tuo cum impatientia dixeris, sed quæcumque portanda Deus humeris tuis impo-

suerit,

In spec.
post. me.
dit.

3. Persecutiones,
& aduersitates,
quæ patienter
sustinentur.

fuerit
anim
uera
tend
dina
coap
sequ
Si in
rum
potu
te, &
para
post
ipsu
dilig
& ab
Ex h
sio,
ordi
Qua
pern
viti
tus a
quæ
sed
rato
cuti
caus
gis i
à De
id ef
ceat
adue

fuerit, ea absque maffitatione aliqua portato, & animæ tuæ maximè vtilia esse credito, sicut reuera maximè vtilia sunt. Ad hoc tibi iugiter enitendum est, vt voluntatem tuam, voluntati, ordinationique diuinæ per omnia subdas, atque coaptas, & tua eadem relicta, illam ita promptè sequi consuescas, sicut vmbra sequitur corpus. Si in hunc modum sensuum, & affectuum tuorum propensionibus propter Deum renuntiare potueris, dici non potest, quanta tranquillitate, & pace frueris; videlicet etiam in hoc mundo paradysum quemdam inhabitare incipies. Præposterus amor, quo te ipsum quæris, quo ad te ipsum reflecteris, quo te in teipso, non in Deo diligis, hic solus animam tuam turbat, inquinat, & ab intimo sponsi cœlestis amplexu impedit. Ex hoc peruerso tui ipsius amore, omnis passio, affectioque vitiosa, omnis confusio, & inordinatio, omne denique malum in te nascitur. Quantum in te minuetur, atque extinguetur iste perniciosus amor, planè tantum in te morientur vitia, tantum in te crescet vera libertas, & verus amor Dei. Igitur non tu tibi deligas molesta, quæ feras, vt rursus præscribas, quæ non feras: sed quæcumque Deus obuenire voluerit, ea parato animo suscipe.] Si autem tu causam perfectioni, aut afflictioni dedisses, non propterea causam perturbationis habes. Imò eo ipso magis imperturbato animo eam sustinebis, quia à Domino in hac vita benignè puniris. Causa, id est, peccatum, aut imprudentia tua tibi displiceat, quam (vt diximus) pœnitentia diluas, sed aduersitas æquo animo suscipiatur, & quia ad
 labo

laborem, & dolorem nati sumus, labor, & dolor alienus à nobis minimè esse putetur.

4. *Cura,
& negotia.*

Si curæ, & negotia internam pacem tollunt, tunc ipsa negotia expendenda sunt, & diligenter consideranda. Aut enim ad tuum statum, & vocationem pertinent, ad quæ ex vi ipsius status obligaris, aut tui status, & vocationis non sunt, sed illis per imprudentiam, & cordis cœcitatē inuolueris.

*Si aliena
à proprio
statu,
prorsus
ablegan-
da.*

Si negotia huius secundi generis sunt, ea penitus fuge, & ab omni eo, quod à tua vocatione alienum est, fortiter te subtrahe. Nulla res extra suum locum naturalem quiescit, vnde vt quiescat, ad eum redeat necesse est. Si tu sponte, quasi extra tuum locum ambulas, & cum religiosus sis, seculum, ac secularia frequentas, quid mirum, si non possis te ad tranquillitatem componere? Reuerte ad te, & ad exercitia tua, & vana dimitte vanis, & sic desideratam quietem inuenies. Inquiris, ô frater, internam tuam pacem? Fac

*Psal. 33.
15.*

ergo quod monet Propheta: *Persequere eam.* Quomodo sequar? Amouendo à te curas seculi, quæ perturbant, & ad res cœlestes aspirando.

Ibid.

[Persequeris autem non aliter, inquit Basiliius, quam destinato studio cutrens, & enitens ad brauium supernæ vocationis Dei. Illic enim supra pax vera est. Etenim quamdiu huic astricti sumus carni, multis admodum vinculis obnoxij sumus, quæ nobis turbas cieant. Inquire pacem, nimirum solutionem à tumultuariis huius mundi curis.] Hæ curæ, & occupationes à nostra vocatione alienæ sunt instar tribulorum, quas nisi abieceris, & constanter te ab illis ab-

superis?

rupertu
fo, &
& fo
ad pe
A
voca
num
debi
non
natu
fines
quæ
rum
vt h
qui
terr
pus
con
ait
cun
am
ind
cac
sup
tin
oc
ali
Pl
eg
fib
er
no

ruperis, quiescere te non sinent, & continuam perturbationem iniicient. Ipsæ ex loco religioso, & Deo consecrato locum seculi facient, imò & fortè non tantùm te ad interius bellum, sed ad perditionem adducent.

At occupationes, & negotia propria sunt tuæ vocationis. Hæc non turbabunt te, si in eis numerum, finem, modum, & intermissionem debitam custodieris. Ad numerum pertinet, vt non plures occupationes suscipias, quàm vires naturæ, & gratiæ tibi concessæ ferre possint. Ad finem, vt non te ipsum in illis, sed Dei gloriam quæras, & factò quod in te est euentum prosperum, vel aduersum Deo relinquant. Ad modum, vt his non festinanter, non præcipitanter, sed quietè, & animo elevato in Deum vaces. Ad intermissionem, vt non te totum, & omne tempus negotiis tradas, sed illud inter actionem, & contemplationem diuidas. Nam, vt Gregorius ait: [Quiescant, qui bene in potestate sunt, cùm terrenarum actionum strepitus pro diuino amore intermittendo postponunt, nedum ima indefinenter occupant, cor funditus à summis cadat. Sciunt enim quia nequaquam mens ad superna attollitur: si curarum tumultibus continuè in infimis occupatur. Quid enim de Deo occupata obtineat, quæ de illo apprehendere aliquid etiam vacans laborat? Bene autem per Psalmistam dicitur: *Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus.* Quia qui vacare Deo negligit, suo sibi iudicio lumen eius visionis abscondit, Hinc etiam per Moysen dicitur, vt *pisces, qui pennulas non habent, non edantur.* Pisces namque qui habent

Si si congruant, numerus, finis, modus, & intermissio debita ipsis adhibeantur.

5. Mor. cap. 6.

Psal. 45.

11.

Leuit.

11. 11.

bent

bent pennulas, saltus dare super aquas solent. Soli ergo in electorum corpore quasi pisces transeunt, qui in eo, quòd imis deseruiunt, aliquando ad superna conscendere mentis saltibus sciunt, ne semper in profundis curarum lateant: & nulla eos amoris summi quasi liberis aëris aura cōtingat. Qui ergo rebus temporalibus occupantur: tunc bene exteriora disponunt, cū sollicitè ad interiora refugiunt: cū nequaquam foris perturbationum strepitus diligunt, sed apud semetipsos intus intranquillitatis sinu requiescunt.] Apud te inuenies, quomodo inter alios positus cordis requiem conserues, & in oratione, & consideratione disces exteriora disponere, & absque inquieto animo, & distracto incidentibus negotiis vacare.

1. *Medi-
dium,
puritas
vitæ.*

Media tranquillitatis assequendæ, & conseruandæ sunt quæ sequuntur. 1. Est puritas vitæ. Nam peccata non tantum grauiâ, verum & leuiâ cor à sua tranquillitate dimouent, & sanctam in Deo fiduciam tranquillitatis originem minuunt. Culpas tolle, munditiam interiorum dilige, & tene, sicque in quiete mentis te continebis.

2. *Affe-
ctuum
ordina-
tio.*

2. Affectuum ordinatio. Quæ enim inordinatè amamus, aut timemus, desideramus, aut fugimus, in animum turbationem aduehunt. Vnde qui nihil nisi Deum amat, aut propter Deum, qui nihil nisi peccatum timet, qui sua desideria in cœlestibus collocauit, & aduersa propter Deum sustinenda non refugit, is quietus, & tranquillus persistet.

3. *Feruor
& solici-
tudo di-
uini ob-
sequij.*

3. Feruor, & sollicitudo diuini seruitij. Nam hæc

hæc o-
tiam
aman-
lutis o-
prou-
nostro

EX
re
qua re-
qua in-
ea, v-
hæc a-
agend-
si quis
virtut-
incur-
gnosce-
que o-
ca vitæ
quod
cie m-
ficanc-
locare
tur, v-
sus in-
tiam o-
egeris
seruar-

hæc oculos mentis aperit ad diuinam prouidentiam contemplandam, & quam paternè, & amanter vniuersa nostra disponat, & nostræ salutis curam gerat. Hæc autem inspectio diuinæ prouidentia, mirum est, quàm efficaciter à corde nostro omnem turbationem expellat.

CAPVT XXXV.

De discretione.

EX B. Antonij sententia, quem Cassianus Collat. 2. cap. 2. refert, nihil discretione præstantius, sine *Nihil discretione præstantius.* qua reliquæ virtutes à suo statu decidunt, & cum qua in suo decore, & perfectione persistunt. De ea, vt multæ Patrum dicta præteream, Basiliius *Hom. 12. in principio Proverbi.* hæc ait: [Vera autem prudentia, eorum quæ agenda & non agenda sunt, cognitio est, quam si quis ritè sectatus fuerit, nunquam ab officio, virtutè que abscedet, nunquam vitiorum pestem incurret. Igitur qui prudentiæ sermones cognoscit, sciet nonnullos sophismata, captionesque obicere, quosdam verò nobis, quæ sunt circa vitam meliora, monstrare. Vt bonus trapezita, quod bonum fuerit, retinebit, & ab omni specie mala abstinerebit. Ipsa namque prudentia ædificandi domum, fundamentum supra petram locare, hoc est, in Christi fide fundare, largietur, vt per imbres, & ventos, & fluitiorum incurfus immobilis, firmaque permaneat.] Prudentiam ergo, siue discretionem in omnibus, quæ *In omnibus illam seruare nitendum.* egeris, quæ cogitaueris, quæ concupueris, seruare eniteris. Tempora, & loca, teipsum, &

& personas, quibuscum agis, statum tuum, & modum conuersandi, & alia similia, considera- bis, vt secundùm quod ratio, & virtus hîc, & nunc dicat, omnia quæ occurrerint sine tui, & aliorum offensione disponas. Multa enim esse possunt, quæ ex eo Deo displiceant, fratres tur- bent, & tibi non prosint, quia non sunt discre- tionis sale condita, quæ tamen si discretè fierent, magnum apud Deum, & homines splendorem haberent, & non minimum tibi meritum impor- tarent.

*Studiosa-
rû actio-
num alia
ministerio
corporis,
absque il-
lo alia
exercen-
tur.*

Vt autem de discretione aliquid in particula- ri dicamus, scito, duplex esse genus studiosa- rum actionum. Alterum est earum, quæ ipso cor- pore, vel non sine ministerio corporis exercen- tur, aut ab aliquo externo dependent; alterum verò earum, quæ intus in animo perficiuntur. Illæ actiones sunt ieiunia, vigiliæ, cilicia, fla- gellationes, humi cubationes, meditatio, & oratio, in quibus corpus non parum laborat, eleemosynæ, obsequia pauperum, occupatio in ministeriis ad salutem animarum spectanti- bus, & aliæ similes. Istæ sunt fides, spes, cha- ritas, humilitas, patientia, contemptus sui, ab- negatio interior inanium desideriorum, com- pressio, & moderatio affectuum, & aliæ huius- modi. Hæ sunt propriæ virtutes, quæ nos fa- ciunt bonos, ac Deo gratos; illæ sunt instru- menta virtutum, quibus moderatè assumptis mirificè ad veram virtutem, & sanctitatem iu- uamur.

*Prima
iuxta v-
sum pro-
pria vo-
cationis
in exerci-
tium ac-
cessenda.*

Primas illas actiones, quas externas, aut cor- poreas voco, quia valde à corpore pendent, si
amator

amator discretionis es, non in quocumque gradu assumes, neque quoslibet, qui in illis excelluerunt, imitaberis, sed iuxta vires tuas, vsum vocationis tuæ illas exercendas accerfes. Neque enim si Antonius tota nocte orabat, & infomnis permanebat, tu aggredieris tota nocte sine vlllo somno, & requie in oratione persistere. Si Macharius tota hebdomada ieiunus permanebat, & in fine illius solo pane se reficiebat, tu audebis tota hebdomada à cibo, & potu abstinere, quia ad hæc magna vocatus non es, neque ad ea vires accepisti. Sed ita ex consilio prudentis orationis tempus, & ieiunia & castigationem corporis, & reliqua istius generis moderaberis, vt naturam non opprimas, & progressum in omni virtute facias. Ad quod magnopere confert scire, & considerare reuelationem B. Agnetis factam B. Brigittæ, quam refert Blofius his verbis: [Inclya virgo, & martyr Agnes apparens S. Brigittæ dixit: Filia, sis stabilis, & non retrocedas, nec etiam plus debito procedas, neque enim debes te vltra vires affligere, nec alios supra naturam tuam in bonis operibus imitari, quia Deus ab æterno disposuit operibus humilitatis, & charitatis aperire cælum peccatoribus, & vult, vt seruetur in omnibus discretio, ac mensura. Inuidus verò diabolus plerumque homini imperfecto suadet, vt supra vires ieiunet, & assumat exercitia importabilia, aut nimis se ad sublimia extendat. Hoc facit hostis callidus, vt, dum homo continuat malè incepta propter ruborem, citiùs deficiat propter propriam infirmitatem. Idcirco metire te ipsa secùdum fortitudinem aut debili-

Prudentis magistri assumenda arbitrio.

In monili, c. 2. B. Agnes S. Brigitta apparens discretionem in omnibus seruandam præscribit.

tatem tuam, quia alij sunt naturâ fortiores, alij infirmiores, alij gratia Dei feruentiores, atque alij bona consuetudine alacriores. Rege te, & ordina vitam tuam iuxta consilium timentium Deū, nec velis videri, quod non es, nec illud inquietè appetas, quod supra vires tuas est.] In his ergo hanc regulam habeas, vt desideria sint magna, opera verò tuis viribus commensurata. Fac, quod secundum tuam fragilitatem, & vocationem potueris, quò verò non accesserit opus, accedat voluntas, & quod minus est in actione, suppleat desiderium.

*Secundis
absque
vilo pro-
fus limite
incum-
bendum,
sanctissi-
mos assu-
lando.*

Alias verò actiones, in quibus vera virtus, & animi puritas sita est, in supremo quoque gradu habere contende, & in illis viros sanctissimos æmulare. Id est, cura, vt sis profundè humilis, summè patiens, perfectus amator Dei, & in omni vera virtute conspicuus. Has enim virtutes infirmitas carnis non impedit. Sed imbecillus, & ægrotus, & nullis talentis naturalibus cumlatus potes esse perfectè humilis, & patiens, & obediens, & in omni virtute perfectus. Optimè sanè Chrysostomus quoscumque homines ad æmulandam perfectionem omnium virtutum hortatur his verbis: [Quid est, ille Paulus erat? dic mihi, quid est, ille Petrus erat? Nónne eiusdem naturæ erant, cuius & nos? Nónne eadem via ingressi sunt hunc mundum, qua & nos? nónne eisdem cibus utebantur, atque eundem respirabant aërem? nónne eisdem vitæ vñibus agebantur? nónne aliqui eorum etiam coniugia experti sunt, & liberos procrearunt. Quidam verò ipsorum etiam opifices communium ar-

*Lib. I. de
compū-
tatione
cordis.*

tium

tium
cator
decid
cep
tare
aut m
dæmo
tudin
locun
bis o
& ob
narra
per b
cti co
signa
vt re
ideo
quàm
ergo o
siman
bra in
mus,
etorum
in lim
iuxta
mus, c
riorib
conte
No
tioner
humil
dimur
mus.

tium erant. Alij verò & lapsus perpeffi sunt peccatorum : alij in vltimum malorum barathrum deciderunt. Sed multum, inquit, illi gratiæ acceperunt à Domino ; siquidem mortuos suscitare iuberemur, aut oculos aperire cæcorum, aut mundare leprofos, aut claudos erigere, aut dæmones effugare, aliàsque similes sanare ægritudines. Si operationum virtus quæreretur, locum haberet ista responsio ; si verò vitæ à nobis obseruantia, conuersationisque requiritur, & obedientiæ ratio, quid facit ad hæc ista narratio ? Et tu etiam accepisti gratiam Dei per baptismum, & participium Spiritus sancti consequutus es, etiamsi non ad hoc, vt signa faceres, sed quantum sufficeret ad hoc, vt rectæ vitæ innocentiam custodires. Et ideo perditionis nostræ causa, nulla est alia, quàm negligentia nostra, atque desidia.] Vera ergo discretio in hoc posita est, vt ad perfectissimam virtutem aspiremus, vt non in salebra imperfectionum nostrarum hærete velimus, sed vitam Dei amatoribus dignam, & sanctorum imitatricem teneamus. Corpus quidem in limitibus suæ infirmitatis se contineat, & iuxta suam possibilitatem Deo seruiat ; at animus, qui desiderio, & voluntate, & actibus interioribus crescit, semper ad maiora, & perfectiora contendat.

Non desunt autem media, quibus discretionem obtineamus. 1. Auctore Cassiano, est humilitas, qua nos ipsos consilio alterius subdimur, & nos ipsos gubernare pertimescimus. Hæc faciet, vt nec per excessum, nec

1. Me
ditum.

Alterius
subdi cõ-

silio.
Collat.

2. cap.
16.

per defectum peccemus, & à tepiditate, quæ ex utroque extremo oriri solet, eripiamur. Nam per excessum continentiæ (inquit) debilitatum quemque ad illum statum reuocari necesse est, in quo negligens quisque per incuriam detinetur. Ita vt frequenter, quos per gastrimargiam decipi non potuisse conspeximus, per immoderantiam ieiuniorum viderimus fuisse deiectos.

2. Oratio.

2. Oratio, qua postules ab Spiritus sancti vntione doceri, dicásque: Da mihi, Domine, sedium tuarum assistricem sapientiam, quæ tecum sit, & tecum labore, & in omnibus medium à tua voluntate præscriptum aperiat.

3. Reflexio super opera, & fructus eorum.

3. Reflexio mentis super opera tua, & super fructus ex operibus prouenientes, vt videas in quo errasti, & in quo punctum attigisti, vt ex temetipso paulatim discas perfectè operari, & sanctè in omnibus procedere ad honorem & gloriam summi, & æterni Dei.

O R A T I O.

Qua omnes virtutes, & hæc septem dona petimus.

DOMINE, DEVS virtutum, cuius est totum, quod est optimū, qui seruos tuos insignibus domus tuæ, nempe virtutibus fulgere præcipis, & desiderium in eorum cordibus tantæ pulchritudinis immittis, accende quæsumus in nobis vniuersarum virtutum desideria flammigera, & ad eas precibus, & gemitibus postulas impelle, vt paruitas nostra à te benigno largitore, qui vis rogari, has veras opes, & nunquam interii

interituras, obtineat. Doce nos, Domine, virtutum naturam, ne pro virtutibus vitia quæramus. Excita earum amorem, vt non vilia, & abiecta, sed cœlestia dona, & te eorum auctorem diligamus. Conforta brachium nostrum auxilio gratiæ tuæ, vt perfectionis urbem sanctis operibus expugnantes, virtutum possessores simus. Sit vita nostra vita iustorum digna, qua ad gloriam tuam, Domine, occupationes mundanas, & à nostra vocatione alienas fugientes secretum secundum statum nostrum amemus, modestiam sectemur, nos ipsos despiciamus, interiùs, & exteriùs mortificemus, & tranquillitate, ac discretione donati, te die, noctùque, & omni tempore suspiremus, quousque te ipsum, qui beatitudo, & gloria nostra es, feliciter assequamur. Amen.

F I N I S.

A A 2 2 3 INDEX



I N D E X
L O C O R V M
S A C R Æ S C R I P T V R Æ,
Q U I H O C O P E R E
C I T A N T V R E T
explicantur.

EX VETERI TESTAMENTO.

Ex Genesi.

CAP. I.



- F*iant luminaria in firmamento
coeli, & diuidant diem
ac noctem, & sint in signa,
& tempora, & dies, & an-
nos. 607
- F*aciamus hominem ad imaginem & similitudi-
nem nostram. 135
- E*t vidit Deus cuncta quae fecerat, & erant valde
bona. 997
2. *F*ormauit igitur Dominus hominem de limo ter-
ra. 135
- E*t requieuit die septimo ab vniuerso opere quod
parauit

IND. LOC. S. SCRIPT.

- patrarat. 486.794
 Plantauerat autē Dominus Deus paradysum uoluptatis à principio, in quo posuit hominem, quem formauerat. 134.135
 Produxitque Deus de limo omne lignum, & c. 398
 Nomē uni Phison: ipse est qui circuit omnem terrā Heuilath, ubi nascitur aurum, & c. 238
 3. Et tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro suo, qui comedit, & c. 134
 Cumque cognouissent, se esse nudos, & c. 28
 In labore comedes ex ea cunctis diebus vita tua. 409
 Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius. 419
 Nunc ergo ne fortè mittat manū suam, & sumat etiam de ligno vita, & comedat, & uiuat in eternum. 630
 4. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum, & respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain uero, & ad munera illius non respexit. 40.85.179.781.
 Cumque essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel, & interfecit eum. 40
 9. At uero Sem, & Iapheth pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum operuerunt, & c. 28.948
 Maledictus Chanaam, seruus seruatorū erit fratribus suis. 920
 17. Ambula coram me, & esto perfectus. 842
 18. Loquar ad Dominum, cum sim puluis, & cinis. 38
 21. Fecitque Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius. 620
 24. Eo autem tempore deambulabat Isaac per uiam,

INDEX LOCOR.

- qua ducit ad puteum, cuius nomen est, viuentis & videntis.* 599
 27. *Det tibi Deus de rore caeli, & pinguedine terra abundantiam frumenti, & vini.* 409
 32. *Et benedixit ei in eodem loco, &c.* 494
 40. *Exinde dies tertius natalitius Pharaonis, &c.*
 41. *Protinus ad regis imperium eductum de carcere Ioseph totonderunt, ac veste mutata obtulerunt ei.* 41
 49. *Affer pinguis panis eius, & praebebit delicias regibus.* 412
Lauauit in vino stolam suam, & in sanguine via pallium suum. 386

Ex Exodo.

3. *Dominus Deus Hebraeorum vocauit nos: ibimus viam trium dierum in solitudinem, ut immolemus Domino Deo nostro.* 647
 4. *Mitte manum tuam in sinum tuum, quam cum misisset in sinum, protulit leprosam instar niuis. Retrahe, ait, manum tuam in sinum tuum, retraxit, & protulit iterum, & erat similis carni reliqua.* 272
 10. *Facte sunt tenebra horribiles in vniuersa terra Aegypti, vbicumque autem habitabant filij Israel, lux erat.* 707
 12. *Sic autem comedetis illum, &c. & comedetis festinanter.* 106. 379
Os non comminuetis ex eo. 405
 16. *Vespere comedetis carnes, & manè saturabimini panibus.* 382
Manè

S. SCRIPTURÆ.

Manè quoque iacuit per circuitum castrorum,
cùmque operuisset superficiem terra, apparuit in
solitudine minutum, &c. 415

Gustusque eius quasi similia cum melle. 411

Filij autem Israël comederunt Man quadraginta
annis, donec venirent in terram habitabilem. 413

19. Moyses autem ascendit ad Deum, vocavitque
eum Dominus de monte, & ait: Hac dices domui
Jacob, &c. 134

23. Primitias frugum terra tua deferes in domum
Domini Dei tui. 40

30. Cùmque in tenuissimum pulverem uniuersa con-
tuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonij,
in quo loco apparebo tibi. 288

32. Sedit populus manducare, & bibere, & surre-
xerunt ludere. 182

34. Dominator Domine, Deus misericors & clemens,
patiens & multa miserationis, ac verax, qui cu-
stodis misericordiam in millia, qui aufers iniqui-
tatem, & scelera, atque peccata, &c. 432

Ex Leuitico.

11. Omne quod habet diuisam ungulam, & ruminat
in pecoribus, comedetis. 478

22. Omnis homo, qui accesserit de stirpe vestra ad ea,
qua consecrata sunt, & qua obtulerunt filij Israël
Domino, in quo est immunditia, peribit coram
Domino. 69

Ex Numeris.

4. Aaron & filij eius intrabunt, & ipsi quoque dispo-
nent onera singulorum. 752

11. Circuibatque populus, &c. faciens ex eo tortulas
saporis quasi panis oleati. 412

INDEX LOCOR.

- Cumque descenderet nocte super castra ros, descen-
debat pariter & Man.* 415
20. *Percussit Moyses bis silicem, & egressa sunt aquae
largissima, ita ut populus biberet, & iumenta.*
384
21. *Nauseat anima nostra super cibo isto lenissimo.*
414
28. *In Kalendis offeretis holocaustum Domino.* 490

Ex Deuteronomio.

4. *Dominus Deus tuus ignis consumens est.* 395
*De caelo te fecit audire vocem suam, ut doceret te,
& in terra ostendit tibi ignem suum maximum, &
audisti verba illius de medio ignis.* 1004
5. *Discite ea, & opere complete.* 480
*Ostendit nobis Dominus Deus noster maiestatem,
& magnitudinem suam. Vocem eius audiimus
de medio ignis, & probauimus hodie, quod loquente
Deo cum homine vixerit homo.* 106
16. *Iuste, quod iustum est, persequeris.* 13
22. *Loquere filiis Israel, & dices ad eos, ut faciant
sibi simbrias per angulos palliorum, ponentes in eis
vittas hyacinthinas, quas cum viderint, recorden-
tur omnium mandatorum Domini, &c.* 849
32. *Quando diuidebat Altissimus gentes, & dissemi-
nabat filios Adam, statuit terminos gentium iuxta
numerum Angelorum Dei.* 572
*Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos,
& super eos volitans.* 1003
*Constituit eum super excelsum terram, ut comede-
ret fructus agrorum, &c.* 386
Vua eorum vua fellis & botri amarissimi. 653
Percutiam, & ego sanabo. 671
- Ex

S. SCRIPTURÆ.

Ex Iosue.

3. Ingressisque eis Iordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinctis (Iordanis autem ripas alvei sui tempore messis impluerat) steterunt aqua descendentes in loco vno, & ad instar montis intumescentes apparebant procul, &c. 276
5. Defecitque Manna, postquam comederunt de frugibus terra. 413

Ex libro Iudicum.

6. Cùmque Gedeon filius eius excuteret, atque purgaret frumenta in torculari, ut fugeret Madian, apparuit ei Angelus Domini, & ait: Dominus tecum virorum fortissime. 264
Ego ero tecum, & percuties Madian quasi virum unum, &c. Si inueni gratiam coram te, da mihi signum, quòd tu sis, qui loqueris ad me. 416
7. Et videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volui, & in castra Madian descendere. 465
Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis. 407
14. Dixitque Samson ad patrem suum: Hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis. 383
De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. 407

Ex libro Ruth.

2. Audi filia, ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco, sed iungere puellis meis, & ubi messuerunt, sequere. Mandavi enim pueris meis, ut nemo molestus sit tibi: sed etiamsi sitieris, vade ad sarcinulas, & bibe aquas, de quibus & pueri bibunt. 112

Reddat

INDEX LOCOR.

Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenā mercedem accipias à Domino Deo Israël. 638

Ex primo Regum.

1. *Et adduxit eum, postquam ablauctauerat in vitulis tribus, & tribus modis farina, & amphora vini.* 65
2. *Quia Deus scientiarum Dominus est, & ipsi preparantur cogitationes.* 151
Repleti prius pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt. 371
11. *Venite, & eamus in Galgala, & innouemus ibi regnum.* 630
14. *Iniinxit in fauum mellis, & conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius.* 377
17. *Preualuitque David aduersus Philistaum in funda, & lapide, &c. Videntes autem Philisthiim quòd mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt.* 307
21. *Neque enim erat ibi panis, nisi tantum panes propositionis, qui sublati fuerant à facie Domini, ut ponerentur panes calidi.* 408
30. *Aequa pars erit descendentis ad prelium, & remanentis ad sarcinas, & similiter diuident.* 538

Ex secundo Regum.

4. *Venientes igitur filij Remnon Berothita Rechab, & Baana ingressi sunt feruente die domum Isoseph, qui dormiebat super stratum suum meridie, & ostiaria domus purgans triticum obdormiuit.* 115

S. SCRIPTURÆ.

Ingressi sunt autem domum latenter assumentes
spicas tritici, & percusserunt eum in inguine Re-
chab & Baana frater eius, & fugerunt. 285

6. Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam,
& percussit eum super temeritate, qui mortuus est
ibi iuxta arcam Dei. 109

Et habitavit arca Domini in domo Obededom
Gethai tribus mensibus, & benedixit Dominus
Obededom, &c. 390

Ludam, & vilior fiam plusquam factus sum.
644. 1079

9. Tu comedes panem in mensa mea semper. Qui ado-
rans eum dixit: Quis ego sum seruus tuus, quo-
niam respexisti super canem mortuum similem
mei? 114

13. Factum est post hæc, ut Absalon filij David soro-
rem speciosissimam, vocabulo Thamar, adamaret
Amnon filius David, & deperiret eam valde, &c.
299

15. Videntur mihi sermones tui boni & iusti, sed non
est, quite audiat constitutus à rege. 97

20. Qui interrogant, interrogent in Abela. 485

Ex tertio Regum.

4. Habebat autem Salomon duodecim præfectos su-
per omnem Israël, qui præbebant annonam regi,
& domui eius, &c. 491

8. Ergone putandum est, quòd verè Deus habiet su-
per terram. 107

12. Qui dereliquit consilium senum, quod dederant
ei, & adhibuit adolescentes, &c. 357

Pater meus aggrauavit ingum vestrum, ego autem
addam iugo vestro. 1031

14. In

INDEX LOCOR.

14. In quinto autem anno regni Roboam ascendit Sésac rex Egypti in Ierusalem, & tulit thesauros domus Domini, & scuta quoque aurea, &c. 521
17. *Venit Dominus Deus Israël, in cuius conspectu sto.* 843
Surge, & vade in Sarephta Sidoniorum, & manebis ibi: praecepi enim mulieri vidua, ut pascat te. 568
En colligo duo ligna, ut ingrediar, & faciam illum panem mihi, & filia meo, ut comedamus, & moriamur. 1083
Ex illa die hydria farina non defecit, & lecythus olei non est imminutus. 405
19. *Et ambulavit in fortitudine illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei Horeb.* 401
Quod cum audisset Elias, operuit vultum suum pallio, & egressus stetit in ostio spelunca, & ecce vox ad eum dicens, &c. 45
21. *Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius.* 1091

Ex quarto Regum.

1. *Vir pilosus, & zona pollicea accinctus renibus.* 157
4. *Cumque frequenter inde transfret, diuertebat ad eam, ut comederet panem.* 568
7. *Dixeruntque ad inuicem: Non rectè facimus: hac enim dies boni nuncij est. Si tacuerimus, & noluerimus nunciare vsque manè, sceleris arguemur. Venite, eamus, & nunciemus in aula regis.* 162
20. *Dixitque Isaias: Afferte massam ficorum, quam cum*

cū
ra
29. mii
17. C
vi
abj
8. Et
run
4. H
ein
Om
84
5. Per
run
Gen
qui
10. Fle
mis
tem
baci
spen
ben
12. Pat
gnur
dux
Qua
tuan
1. Iuffi

S. SCRIPTURÆ.

cum attulissent, & posuissent super hircus eius, curatus est. 378

29. Quodcumque reliquum fuerit de domo Iuda, mittet radicē deorsum, & faciet fructū sursum. 876

Ex secundo Paralipomenon.

17. Cūque sumpsisset cor eius audaciam propter vias Domini, etiam excelsa & lucos de Iudam abstulit. 158

Ex secundo Esdræ.

8. Et legerunt in libro legis distinctè, & intellexerunt, cum legeretur. 64

Ex libro Tobia.

4. Honorem habebis matri tuae omnibus diebus vite eius. 979

Omnibus diebus vite tuae in mente habeto Deum.

844

5. Perge nunc, & inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum salua mercede sua. 492

Genus queris mercenarij, an ipsum mercenarium, qui cum filio tuo eat. 546

10. Flebat igitur mater eius irremediabilibus lacrymis, atque dicebat: Heu, heu me, fili mi, ut quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vite nostræ, spem posteritatis nostræ. Omnia simul in te uno habentes, te non debuimus dimittere à nobis. 170

12. Pater, quam mercedem dabimus ei, aut quid dignum poterit esse beneficiis eius? Me duxit, & reduxit sanum. 547

Quando orabas cum lacrymis, ego obtuli orationem tuam Domino. 229

Ex libro Esther.

1. Iussit septem diebus conuiuium preparari. 380

Bibe

INDEX LOCOR.

- Bibebant autem, qui inuitati erant, aureis poculis,*
389
2. *Sex mensibus oleo ungerentur myrrhino, &c.* 41
Et posuit diadema regni, &c. 223
4. *Qua cum audisset Mardocheus, scidit vestimenta sua, &c.* 457
7. *Qua est petitio tua Esther, ut detur tibi, &c.* 113
386
14. *Domine mi, qui rex noster es solus, adiuua me, &c.* 105
15. *Regina corruit, &c.* *ibid.* 40.

Ex libro Iob.

1. *Et erat vir ille simplex, & rectus, &c.* 452
Cumque in orbem transissent dies conuiuij, &c.
576
5. *Voca, si est, qui tibi respondeat, &c.* 493
7. *Quid est homo, quia magnificas eum, &c.* 260
9. *Sub quo curuantur, qui portant orbem, &c.* 108
Verebar omnia opera mea, &c. 287
17. *Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.* 844
20. *Panis eius in utero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus, &c.* 145
27. *Iustificationem meam, quam cepi tenere, non deferam, &c.* 279. 329
28. *Habet argentum venarum suarum principia, &c.* 238
Semitam ignorauit auis. 379
29. *Quando lauabam pedes meos butyro, &c.* 168
Vestini me sicut vestimento, & diademate iudicio meo. 304
- Dicebamque: In nihilomeo moriar, &c.* 137. 1064
Gloria

S. SCRIPTURÆ.

oculis.	Gloria mea semper innoxabitur, &c.	630
c. 41	31. Semper enim quasi tumentes super me fluctus	
223	timui Deum.	415
imenta	Si abscondi quasi homo peccatum meum, &c.	329
457	Quis det de carnibus eius, ut saturemur.	375.
c. 113	1029	
ua me,	38. Per quam viam spargitur lux, diuiditur astus	
105	super terram.	47
ibid.	Nunquid nostri ordinem cæli, &c.	21
452	Quis dedit gallo intelligentiam.	526
nij. &c.	40. Et habet fiduciam, quod influat Iordanis in os	
	eius.	357
	42. Auditum auris audiui te: nunc autem oculus meus	
	videt te, &c.	267. 345.

Ex libro Psalmorum.

493	Psal. 4. Irascimini, & nolite peccare, &c.	270
260	A fructu frumenti vini, & olei sui multiplicati	
c. 108	sunt.	412
287	In pace in idipsum dormiam, & requiescam.	317
net con-	5. Manè astabo tibi, & videbo, &c.	40
844	6. Laboravi in gemitu meo, &c.	263
aspidum	Inueteravi inter inimicos meos.	631
145	9. Sediti super thronum qui iudicas iustitiam.	286
ere, non	Propter quid irritauit impius Deum? &c.	
279. 329	Preparationem cordis eorum audiuit auris tua.	
rincipia,	741	
238	10. Non est Deus in conspectu eius, inquinata sunt	
379	via eius.	842
c. 168	11. Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne	
te iudicio	examinatum.	286
304	15. Prouidebam Dominum in conspectu meo semper,	
337. 1064	quoniam, &c.	846
Gloria	I. Alvarez de vita rel. B B b b 17. Disci	

INDEX LOCOR.

- | | | |
|-----|---|----------|
| 17. | Disciplina tua correxit me in finem, &c. | 275 |
| | Propterea confitebor tibi in nationibus, Domine, &c. | 57 |
| 18. | Cœli enarrant gloriam Dei, &c. | 884 |
| | Timor Domini sanctus permanens in seculum seculi. | 861 |
| | Et erunt, ut complacent eloquia oris mei. | 842 |
| 19. | Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat. | 6 |
| 21. | Ego autem sum vermis, &c. | 408 |
| | Narrabo nomen tuum fratribus meis. | 85 |
| 22. | Dominus regit me, & nihil mihi deerit. | 442 |
| | Nam, etsi ambulauero in medio umbrae mortis, &c. | 844 |
| 24. | Oculi mei semper ad Dominum, &c. | ibid. |
| 25. | Iudica me Domine, quoniam, &c. | 313 |
| | Non sedi cum concilio vanitatis, &c. | 314 |
| 28. | Afferte Domino filij Dei, &c. | 781 |
| 33. | Benedicam Dominum in omni tempore, &c. | 47 |
| | Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, &c. | 659 |
| | Time Domine omnes sancti eius. | 862 |
| | Inquire pacem, & persequere eam. | 1100 |
| | Custodiuit Dominus omnia ossa eorum, &c. | 1042 |
| 34. | Confitebor tibi in Ecclesia magna, &c. | 57 |
| 35. | Noluit intelligere ut bene ageret, &c. | 147 |
| 36. | Reuela Domino viam tuam, &c. | 724 |
| 37. | Quoniam ego in flagella paratus sum, &c. | 454. 904 |
| 38. | Obmutui, & non aperui os meum, &c. | 802 |
| 39. | Videbunt multi, & timebunt, &c. | 1003 |
| | Cor meum dereliquit me. | 998 |
| 40. | Etenim homo pacis meae, in quo speravi, &c. | 453 |
| | 41. Quem | |

41. G
 Fu
 44. I
 Sp
 A
 cir
 46. T
 47. C
 49. L
 Ex
 50. D
 Sa
 54. L
 en
 55. I
 tion
 59. C
 61. L
 65. T
 Be
 &c.
 68. 2
 La
 69. L
 70. I
 tua
 De
 72. I
 74. C
 28
 75. V
 in
 77. Q

S. SCRIPTURÆ.

275	41. Quomodo desiderat ceruus, &c.	385
mine,	Fuerunt mihi lacryma mea panis die ac nocte.	453
57	44. Eructauit cor meum verbū bonum, &c. 725.	882
884	Speciosus forma præ filiis hominum.	382
m se-	Adstitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato	
861	circumdato varietate.	5
842	46. Psallite Deo nostro, psallite, &c.	56
ustum	47. Circumdate Sion, & complectimini eam, &c. 613	
6	49. Immola Deo sacrificium laudis, &c. 648.	885
408	Existimasti iniquè, quòd ero tui similis, &c.	265
85	50. Domine, labia mea aperies, &c.	206
442	Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c.	667
notis,	54. Læta super Dominum curam tuam, & ipse te	
844	enutriet.	811
ibid.	55. In me sum, Deus, vota tua, quæ reddam lauda-	
313	tiones tibi.	116
334	59. Commouisti terram, & conturbasti eam, &c. 268	
781	61. Nonne Deo subiecta erit anima mea, &c.	902
47	65. Terribilis in consiliis super filios hominum. 673	
inium	Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam,	
659	&c.	42.43
862	68. Zelus domus tue comedit me.	872
1100	Laudabo nomen Dei cum cantico, &c.	888
1042	69. Deus in adiutorium meum intende, &c.	206
57	70. Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam	
147	tuam, &c.	897
724	Deus, docuisti me à iuuentute mea, &c.	525
&c.	72. Ideo conuertetur populus meus hic, &c.	325
802	74. Cum accepero tempus, ego iniustitias indicabo.	
1003	285. 952	
998	75. Vouete, & reddite Domino Deo vestro omnes, qui	
453	in circuitu eius affertis munera.	973
quem	77. Quoniã percussit petra, & fluxerunt aquæ, &c. 396	

INDEX LOCOR.

<i>Panem caeli dedit eis, &c.</i>	404.409
<i>Et occidit in grandine vineas eorum.</i>	763
80. <i>Buccinate in neomenia tubâ, in insigni die solennitatis vestra.</i>	490
<i>Cibavit illos ex adipe frumenti, &c.</i>	407
81. <i>Ego dixi, dij estis, &c.</i>	910
83. <i>Quia melior est dies una in atrijs tuis super millia.</i>	325
84. <i>Veritas de terra orta est, &c.</i>	238
85. <i>Latetur cor meum, ut timeat nomen tuum.</i>	868
<i>Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo, &c.</i>	883
87. <i>Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea, &c.</i>	592
88. <i>Destruxisti eum ab emundatione, &c.</i>	330
93. <i>Deus ultionum Dominus.</i>	673
100. <i>Detrahentem secretò proximo suo hunc persequer.</i>	951
102. <i>Benedic anima mea Domino, &c.</i>	360.361
103. <i>Et panis cor hominis confirmet.</i>	365
105. <i>Beati qui custodiunt iudicium, &c.</i>	292
106. <i>Confiteantur Domino misericordiae eius.</i>	653
<i>Omnem escam abominata est anima eorum, &c.</i>	161.466
<i>Misit verbum suum, &c.</i>	ibid.
114. <i>Conuertere anima mea in requiem tuam.</i>	498
115. <i>Quid retribuam Domino pro omnibus, quae retribuit mihi.</i>	673
118. <i>Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.</i>	767
<i>Viam iustificationum tuarum instrue me, &c.</i>	12
<i>Dormitavit anima mea pre tædio.</i>	999
<i>Tuus sum ego, saluum me fac, &c.</i>	788
<i>A mandatis tuis intellexi.</i>	926
	Iura

S. S C R I P T V R Æ.

Iurani, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ.

311

Humiliatus sum vsquequaque Domine, &c. 312

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. 671

Adolescentulus sum ego, & contemptus, &c. 515

Præveni in maturitate, & clamaui, &c. 24

110. *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.* 495

123. *Anima nostra, sicut passer erepta est de laqueo venantium.* 653

136. *Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram.* 1088

140. *Corripiet me iustus in misericordia, &c.* 150

142. *Memor fui dierum antiquorum, &c.* 635

143. *Domine, inclina cælos tuos, &c.* 423

145. *Lauda anima mea Dominum, &c.* 880

147. *Emittet verbum suum, & liquefaciet ea.* 466

Ex libro Prouerbiorum.

1. *Audiens sapiens sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit.* 195

Ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, &c.

Si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis.

1054

2. *Cogitationes iustorum iudicia.* 304

3. *Quem diligit Dominus, corripit.* 977

4. *Suscipiat verba mea cor tuum, &c.* 968

Remoue à te os prauum, &c. 952

6. *Cum ambulaueris, gradientur tecum, &c.* 50

Mandatum lucerna est, & lex lux, &c.

Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, &c. 400

INDEX LOCOR.

8. *Legem ponebat aquis ne transirent fines suos.*
794
9. *Venite, comedite panem meum, &c.* 385, 424
10. *Via vita custodienti disciplinam.* 806
Labia iusti erudiunt plurimos, &c. 467
Sicut acetum dentibus, &c. 761
11. *Salus autem ubi multa consilia.* 484
Anima, qua benedicit, impinguabitur, &c. 170
12. *Qui diligit disciplinam, diligit scientiam.* 806
Via stulti recta in oculis eius, &c. 281, 513
14. *Est via, qua videtur homini recta, &c.* 1057
15. *Qui custodit increpationes, astutior fiet.* 806
Stultus homo qui despicit matrem suam. 968
Qui acquiescit increpationibus possessor est cordis. 806
16. *Qui sapiens est corde, appellabitur prudens, &c.* 508
Vir iniquus laelat amicum suum, &c. 1070
17. *Plus proficiet correptio apud prudentem, quam centum plaga apud stultum.* 809
18. *Qui mollis est, & dissolutus in opere suo, frater est sua opera dissipantis.* 736
Turris fortissima nomen Domini, &c. 390
Frater qui adiunatur à fratre, quasi ciuitas firmata. 1046
19. *Erudi filium tuum, ne desperes.* 526
21. *Rex, qui obinrat aurem suam ad clamorem pauperis, &c.* 1044
22. *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea.* 525
23. *Quando sederis, ut comedas cum principe, &c.* 572
Secretum extraneo ne reueles, ne forte insultet tibi.

bi
A
P
Ve
24. C
Pe
25. /
bu
26. /
sic
27. /
len
St
&
Si
rie
29. /
per
Vi
Q
a
31. D

3. O
T
C
4. /
U
se
5.
7.

suos.	bi.	983
	Audi, fili mi, & esto sapiens, &c.	575
5.424	Præbe, fili mi, cor tuum mihi, &c.	46
806	Verberauerunt me, sed non dolui, &c.	775
467	24. Comede, fili mi, mel, &c.	377
761	Per agrum hominis pigri transiui, &c.	762
484	25. Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo.	58
170		
2. 806	26. Sicut canis, qui reuertitur ad vomitum suum, sic, &c.	759
81. 513		
1057	27. Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis.	811
806		
968	Stude sapientia, fili mi, & lætifica cor meum, &c.	474
est cor-		
806	Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas feriente de super pilo, &c.	809
rudens,		
508	29. Qui corripientem dura ceruice contemnis, repentinus ei superueniet interitus.	808
1070		
, quam	Virga atque correptio tribuit sapientiam.	806
809	Qui delicatè à pueritia nutrit seruum suum, postea sentiet eum conuincacem.	452
ater est		
736	31. Date siceram mœrentibus, &c.	386.454
390		
itas fir-		
1046		
526		
m pau-		
1044		
senue-		
525		
pe, &c.		

Ex Ecclesiaste.

	3. Omnia tempus habent, &c.	996
	Tenous amplexandi, &c.	597
	Cuncta fecit Deus bona in tempore suo, &c.	996
	4. Melius est duos esse simul, quàm unum.	735
	Ua soi, quia si ceciderit non habet subleuantem se.	734
	5. Ne tenerè quid loquaris, &c.	39
	7. Melior est dies mortis die natiuitatis.	619
	B B b b 4	Melius

INDEX LOCOR.

- Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij, &c.* 578
8. *Omni negotio tempus est, &c.* 59
Nec finitur quiescere ingruente bello, &c. 280
9. *Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare, &c.* 166

Ex Canticis.

1. *Oleum effusum nomen tuum, &c.* 412
Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, &c. 124
2. *Columba mea in foraminibus petra in cauerna maceria.* 241
3. *Qua est illa, qua ascendit per desertum, &c.* 56
5. *Veni in hortum meum soror mea sponsa, &c.* 364
Comedite amici, & inebriamini charissimi. 424
Ego dormio, & cor meum vigilat. 849
Iam declinauerat, atque transferat. 6
6. *Descendi in hortum nucum, ut viderem poma conuallium, &c.* 78
7. *Iunctura femorum tuorum, sicut monilia &c.* 12
8. *Quis mihi det te fratrem meum, ut inueniam te foris, &c.* 1017
Apprehendam te, & ducam in domum matris meae, &c. 84
Et dabo tibi poculum ex vino condito. 286

Ex libro Sapientia.

1. *Sentite de Domino in bonitate, &c.* 1097
3. *Visi sunt oculis insipientium mori, &c.* 821
7. *Super*

7. Su
 8. Ha
 9. Sa
 10. D
 16. P
 tur
 Su
 fili

1. T
 2. In
 ha
 3. Si
 su
 9
 F
 4. E
 6. V
 A
 A
 In
 5
 S
 7. L
 F
 M
 b

8. M
 9. E

S. SCRIPTURÆ.

7. Super salutem, & speciem dilexi illam, &c. 773
 8. Habebo propter hanc claritatem ad turbas, &c. 147
 9. Sapientia adificauit sibi domum, &c. 365
 10. Descenditque cum illo in foueam, &c. 246
 Quoniam sapientia aperuit os mutorum, &c. 485
 16. Pro quibus Angelorum esca miriusti populum
 tuum, &c. 409
 Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in
 filios habes, ostendebat. 407

Ex Ecclesiastico.

1. Timor Domini gloria, & gloriatio, &c. 868
 2. In dolore sustine, & in humilitate tua patientiam
 habe, &c. 815
 3. Sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem
 suam. 968
 Qui honorat patrem suum, incundabitur in filiis.
 922
 Fili mi, in mansuetudine opera tua perface, &c. 253
 4. Est confusio adducens peccatum, &c. 754
 6. Verbum dulce multiplicat amicos, &c. 509
 Amicus fidelis protectio fortis, &c. 85
 Amico fideli nulla est comparatio, &c. 84
 In multitudine presbyterorum prudentium, &c.
 547
 Si videris sensatum, euigila ad eum, &c. ibid.
 7. Discede ab iniquo, & deficient mala abs te. 1054
 Filij tibi sunt, erudi illos, &c. 525
 Memorare nouissima tua, & in aeternum non pecca-
 bis. 822
 8. Non te pratereat narratio seniorum, &c. 357
 9. Et in sensu suo tibi cogitatus Dei, &c. 190

INDEX LOCOR.

10. *Vir prudens, & disciplinatus non murmurabit correptus.* 807
13. *Cor hominis immutat faciem eius, &c.* 1074
14. *Memor esto, quoniam mors non tardat, &c.* 817
Da, & accipe, &c. 627
18. *Et ante iudicium interroga teipsum, &c.* 335
Ante orationem prepara animam tuam, &c. 35
19. *Qui odit correptionem, minuetur vita.* 806
Ex visu cognoscitur vir, &c. 1069
20. *Quam bonum est correptum manifestare poenitentiam.* 806
21. *Fili peccasti, non adicias iterum.* 1096
Qui odit correptionem vestigium est peccatoris. 805
Verbum sapiens quodcumque audierit sciens, laudabit, &c. 478
Os prudentis queritur in Ecclesia, &c. 474
22. *De stercore boum lapidatus est piger, &c.* 774
24. *Spiritus meus super mel dulcis.* 55
25. *Tres species odiunt anima mea, &c.* 690
31. *Vtere quasi homo frugi his, quae tibi apponuntur.* 583
32. *Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum iuum.* 485
Hora surgendi non te tristes, &c. 25
33. *Cibaria & virga, &c.* 992
Seruo maleuolo tortura, &c. 163
35. *Noli offerre munera prava, &c.* 241
38. *Honora medicum propter necessitatem.* 812
Altissimus creauit de terra medicamenta, &c. 377
Fili, in tua infirmitate ne despicias teipsum, sed ora Dominum, &c. 815
40. *Occupatio magna creata est omnibus hominibus, &c.* 1045
43. *Glo*

43.
 is
 1. I
 Q
 A
 5. V
 E
 6. S
 V
 9. E
 21. E
 m
 22. E
 26. A
 30. L
 E
 H
 38. L
 R
 an
 41.
 44.
 45.
 46.
 52.
 53.
 S
 Q
 55.
 A
 60.

S. SCRIPTURÆ.

43. *Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis.* 766

Ex Isaia.

1. *Lauamini, mundi estote.* 441
Quiescite agere peruersè, discite benefacere. 352
Argentum tuum versum est in scoriam. 286
5. *Vinea facta est dilecto meo in cornu, filio olei.* 651
Et expectaui, ut faceret vvas, &c. 674
6. *Seraphim stabant super illud, &c.* 71. 108
Volauit ad me vnus ad Seraphim, &c. 71
9. *Et vocabitur nomen eius, admirabilis, &c.* 85
21. *Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc, conuiuium pinguium, &c.* 417
22. *Et erit quasi pater habitantibus Ierusalem, &c.* 85
26. *Misereamur impio, &c.* 125
30. *Et erunt oculi tui videntes preceptorem tuum.* 444
Et dabit nobis Dominus panem arctum, &c. 413
Hec est via, ambulate in ea, &c. *ibid.*
38. *Dispone domui tue, &c.* 817
Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. 290
41. *Ne timeas, quia ego tecum sum, &c.* 659
44. *Effundam enim aquas super sitientem, &c.* 385
45. *Aperiatur terra, & germinet saluatorem.* 238
46. *Audite me domus Iacob, &c.* 381
52. *Mundamiri, qui fertis vasa Domini.* 370
53. *Dolores nostros ipse tulit, &c.* 432
Sicut ovis ad occisionem ducetur, &c. 441
Quasi agnus coram tondente se obmutescet. 379
55. *Omnes sitientes venite ad aquas, &c.* 387. 414
Audite audientes me, & comedite bonum, &c. 55
60. *Surge, illuminare Ierusalem.* 440
61. *Ego*

INDEX LOCOR.

61. *Ego Dominus diligens iudicium, &c.* 454
Gaudens gaudebo in Domino, &c. 6
 64. *Et facti sumus ut immundus omnes nos, &c.* 287

Ex Ieremia.

1. *Quoniam ad omnia ad qua mittam te, tibi, &c.* 477
Ecce dedi verba mea in ore tuo. *ibid.*
 2. *In omni enim colle sublimi, &c.* 86
 3. *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, ta-*
men reuertere ad me, &c. 87
 4. *Novate vobis novale, &c.* 1084
 8. *Non est uua in vitibus, &c.* 974
 11. *Audite vocem meam, &c.* 925
 14. *Qui dilexit mouere pedes suos, &c.*
 17. *Prauum est cor hominis, & inscrutabile, &c.* 282.
 298
 23. *Nunquid non coelum & terram ego impleo.* 840
 31. *Postquam enim conueristi me, egi poenitentiam,*
&c. 267
 48. *Maledictus qui facit opus Dei negligenter.* 761

Ex Threnis.

2. *Effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Do-*
mini. 746
 3. *In tenebris collocavit me quasi mortuos sempiter-*
nos, &c. 1063
Recordare paupertatis meae, absinthij & fellis. 636
Bonum est praestolari cum silentio salutare Dei no-
stri. 373
Dabit percutienti se maxillam. 1079
Scrutemur vias nostras, & quaramus, &c. 263

Ex Baruch.

3. *O Israël, quam magna est domus Dei, &c.* 365
 Ex

S. SCRIPTURÆ.

Ex Ezechiele.

1. Et animalia ibant & reuertebantur, &c. 138
 3. Spiritus quoque lenauit me, &c. 269
 15. Quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemo-
 rum? 654
 18. Proiците à vobis prauaricationes vestras, &c. 352
 23. Ponam zelum meum in te. 877
 34. Ecce ego requiram oues meas, &c. 442

Ex Daniele.

1. Et constituit eis rex annonam per singulos dies de ci-
 bis suis, &c. 41
 2. Videbas ita, donec abscissus est lapis de monte sine
 manibus, &c. 238
 3. Melius est mihi absque opere incidere in manus ve-
 stras, quam peccare in conspectu Domini. 863
 6. Deus meus misit Angelum suum, &c. 61
 7. Millia millium ministrabant ei, &c. 247
 8. Nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael
 princeps vester. 611
 10. Princeps autem regni Persarum, &c. ibid.
 14. Et ipse coxerat pulmentum, &c. 515

Ex Oseâ.

2. Et hæc nesciuit, quia ego dedi ei frumentum, & vi-
 num, &c. 899
 Et sponsabo te mihi in sempiternum, &c. 86
 10. Seminate vobis in iustitia, &c. 1084
 11. In funiculis Adam traham eos, &c. 83. 769
 13. Colligata est iniquitas Ephraim; &c. 754
 14. Et reddemus vitulos labiorum nostrorum. 66
 Ex

INDEX LOCOR.

Ex Ioële.

2. *Letamini in Domino vestro, &c.* 444

Ex Michæa.

6. *Popule meus, quid feci tibi, &c.* 293
 7. *Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei, &c.*
 360

Ex Nahum.

2. *Contemplare viam, conforta lumbos.* 817

Ex Abacuc.

3. *Cum iratus fueris, misericordia recordaberis.* 634

Ex Aggæo.

1. *Seminastis multum, &c.* 74
Quia domus mea deserta est, &c. *ibid.*

Ex Zacharia.

2. *Ego ero ei murus igneus in circuitu.* 659
 8. *Zelatus sum Sion zelo magno, &c.* 872
 9. *Eccerex tuus veniet tibi iustus, & saluator.* 83
Quid enim bonum est eius, &c. 407

Ex Malachia.

1. *Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est.* 781
In omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. 414
 2. *Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, &c.* 411
 503

Ex libro Machabæorum primo.

4. *Ascendamus nunc mundare sancta, & renouare.* Ex

S. S C R I P T V R Æ.

Ex Machab. secundo.

- 444 3. Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens fessorem, optimis operimentis adornatus, &c. 110
 Nam ipse, qui habet in cælis habitationem, visuator, & adiutor est loci illius, &c. 494
- 293 6. Ducebantur Iudæi cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia. 618
 &c.
- 817 7. Fili mi, miserere mei, quæ te in utero nouem mensibus portavi, &c. 458

EX NOVO TESTAMENTO.

Ex Matthæo.

C A P. **F** Acite fructum dignam poenitentia. 356

- 74 3. Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me. 105
 ibid.
- 659 5. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. 1029
 872 Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, &c. 884
 83 Non veni soluere, sed adimplere, &c. 350
 407 Qui soluerit vnũ de mādatis istis minimis, &c. 350
 348 Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, &c.
6. Orantes nolite multum loqui. 1048
- alum Panẽ nostrum super substantialẽ da nobis hodie. 404
 781 Thesaurizate vobis thesauros in celo. 818
 i meo Querite primũ regnum Dei, &c. 1001
- 414 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini. 954
 411. Hypocrita eice primũ trabem de oculo tuo, &c. 952
 e. Omnia quaecumque vultis, ut faciant vobis homines, &c. 304. 1023
 Ex fructibus eorum cognoscetis eos. 959
 Ex Non

INDEX LOCOR.

- Non omis, qui dicit mihi, Domine, Domine, &c.
885
9. *Quare cum publicanis, & peccatoribus manducas
magister vester, &c.* 568
10. *Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius,
&c.* 564
11. *Tu es qui venturus est, an alium exspectamus.*
565
Confiteor tibi, Pater, Domine cœli & terra, &c.
467
Venite ad me omnes, qui laboratis, &c. 414
12. *Omne verbum otiosum quod loquuti fuerint homi-
nes, &c.* 348
13. *Et fructum affert, &c.* 393
Simile est regnum cœlorum fermento, &c. *ibid.*
Populus hic labiis me honorat. 67
*Non est bonum sumere panem filiorum, & mittre
cambus.* 91
17. *Bonum est nos hic esse.* 638
Hic est filius meus dilectus, &c. 444
18. *Angeliceorum semper vident faciem Patris.* 843
Si peccauerit in te frater tuus, corripe illum. 798
20. *Filius hominis non venit ministrari, sed ministra-
re, &c.* 257
21. *Misit duos discipulos suos, dicens eis: Ite in castel-
lum, &c.* 564
*Hosanna filio David, benedictus, qui venit in no-
mine Domini.* 887
22. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,
&c.* 8.768.1019
23. *Hac oportuit facere, & illa non omittere.* 1008
Similes estis sepulchris dealbatis. 722
24. *Qui perseverauerit usque in finē, hic saluus erit.* 637
Vbicum

Vb
aqu
25. E
Vos
K
Ser
min
Ve
bis
An
tri
26. E
27. E
28. V
&c
Ec
sec
Er
6. E
Cū
su
Pe
Ve
14. A
cin
1. E
E
S
2. G
I.

S. SCRIPTURÆ.

	<i>Vbicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquila.</i>	420
25.	<i>Ecce sponsus venit, exite obviam ei.</i>	818
568	<i>Vos autem nolite vocari Rabbi, &c.</i>	84
uter eius,	<i>¶ Ni dedit quinque talenta, alij autē duo, &c.</i>	741
564	<i>Serue male, & piger, sciebas, quia meto, ubi non se-</i>	
Elamui.	<i>mino.</i>	7
	<i>Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vo-</i>	
ra, &c.	<i>bis regnum à constitutione mundi.</i>	483
	<i>Amen dico vobis, quamdiu fecistis vni ex his fra-</i>	
424	<i>tribus meis minimis, mihi fecistis.</i>	257.462
nt homi-	26. <i>Hic est enim sanguis meus novi testamenti.</i>	388
348	27. <i>Eli, Eli, lamma Sabachthani.</i>	80
393	28. <i>Vndecim autem discipuli abierunt in Galilaam,</i>	
ibid.	<i>&c.</i>	45
67	<i>Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem</i>	
& mittro	<i>seculi.</i>	246

Ex Marco.

	1. <i>Erat Ioannes vestitus pilis cameli, &c.</i>	457
444	6. <i>Et vocavit duodecim, &c.</i>	564
is. 843	<i>Cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis</i>	
798	<i>sui cœnam fecit.</i>	618
ministra-	<i>Pete à me quod vis, & dabo tibi, &c.</i>	72
257	<i>Venite seorsum in desertum locum, &c.</i>	789
in castel-	14. <i>Mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis: Ite in</i>	
564	<i>civitatem, &c.</i>	564

Ex Luca:

	1. <i>Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave, &c.</i>	134
88.1019	<i>Ecce ancilla Domini, &c.</i>	900
1008	<i>Suscepit Israël puerum suum, &c.</i>	634
722	2. <i>Gleria in altissimis Deo.</i>	17
erit. 637	1. <i>Alvarez de vita rel.</i>	CCcc
Vbicum	4. <i>Euan</i>	

INDEX LOCOR.

4. Euangelizare pauperibus misit me, &c. 109
 5. Exi a me, quia homo peccator sum Domine. 109
 Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua,
 &c. 569. 620
 7. Domine, noli vexari, &c. 108
 Rogabat autem illum quidam Phariseus, ut man-
 ducaret cum illo. 569
 Ecce mulier, qua erat in ciuitate peccatrix, &c.
 271. 459
 Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit
 multum. 271
 Cui minus dimittitur, minus diligit. 696
 9. Vulpes foueas habent, &c. 942
 10. Et misit illos binos ante faciem suam, &c. 564
 Neminem salutaueritis in via, &c. 555
 In eadem autem domo manete, edentes & biben-
 tes, &c. 567
 11. Beati, qui audiunt verbum Dei, &c. 480
 12. Sint lumbi vestri praecincli, &c. 818
 Et vos similes hominibus expectantibus Dominum
 suum, quando reuertatur a nuptiis. 45
 Amen dico vobis, quod praecinet se, &c. 418
 Estote parati, quia qua hora non putatis filius ho-
 minis veniet. 817
 Ignem veni mittere in terram. 394
 14. Cum facis prandium, aut cenam, noli vocare
 amicos tuos, &c. 1047
 Homo quidam fecit cenam magnam. 378
 Exi cito in plateas, & vicos ciuitatis, &c. 382
 Exi in vias & sepes, &c. ibid.
 15. Cito proferte stolam primam, &c. 86
 16. Redde rationem villicationis tuae. 818
 Qui fidelis est in minimis, &c. 359

17. Nonne

17. N
 Qui
 scen
 18. Q
 19. Z
 20. Q
 21. E
 22. H
 meo
 Qui
 Ego
 regn
 23. P
 Et a
 veni
 Pat
 24. N
 A
 1. Om
 Era
 40
 Qu
 tem
 3. Sic
 nitu
 Qu
 4. Ma
 sit n
 5. Ecc
 Scri
 vita

S. S C R I P T V R Æ.

- 109
 r. 109
 mo sua,
 59, 620
 108
 ut man-
 569
 x, &c.
 dilexit
 271
 696
 942
 564
 555
 biben-
 567
 480
 818
 minum
 45
 418
 ius ho-
 817
 394
 vocare
 1047
 378
 382
 ibid.
 86
 818
 350
 Nonne
17. Nonne decem mandati sunt, &c. 114
 Quis vestrum habens seruum arantem, aut pa-
 scentem, &c. 499
 18. Quia oportet semper orare, & non deficere. 43
 19. Zachae festinans descende, &c. 569
 20. Qui vos audit, me audit, &c. 911
 21. Ego in medio vestrum sum, &c. 257
 22. Hic est calix nouum testamentum in sanguine
 meo, &c. 388
 Qui maior est in vobis, fiat sicut minor, &c. 462
 Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus,
 regnum, &c. 582
 23. Pater dimitte illis, &c. 79
 Et dicebat ad Iesum: Domine, memento mei, cum
 veneris in regnum tuum, &c. ibid.
 Pater in manus tuas commendo spiritum meum. 80
 24. Nonne hæc oportuit pati Christum, &c. 401
 At illi obtulerunt ei partem piscis assi, &c. 379

Ex Ioanne.

1. Omnia per ipsum facta sunt, &c. 411
 Erat lux vera, qua illuminat omnem hominem.
 405, 440
 Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potesta-
 tem filios Dei fieri. 4
 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unige-
 nitum daret. 857
 Qui malè agit, odit lucem. 725
 4. Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius, qui mi-
 sit me. 929
 5. Ecce sanus factus es, iam noli peccare. 633
 Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis
 vitam aeternam habere, &c. 49

INDEX LOCOR.

6. *Accipit ergo Iesus panes, & cum gratias egisset, &c.* 893
Non Moyses dedit vobis panem de caelo, &c. 406
Ego sum panis vita, &c. 379
Ego sum panis viuum, qui de caelo descendi, &c. 406
Qui manducat meam carnem, &c. 410
Domine, ad quem ibimus, &c. 1028
Verba, quae loquutus sum vobis, spiritus, & vita sunt. 55
7. *Si quis sitit, veniat ad me, & viuat.* 385
8. *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.* 959
9. *Hac cum dixisset, expuit in terram, &c.* 49
10. *Per me, si quis introierit, saluabitur, &c.* 1062
Ego sum pastor bonus, &c. 442
Si illos dixit Deos ad quos sermo Dei factus est. 910
Ego veni, ut vitam habeant, &c. 4
11. *Ego sum resurrectio & vita.* 385. 391
Pater, gratias ago tibi, &c. 893
Iesus moriturus erat pro gente, &c.
12. *Benedictus, qui venit in nomine Domini, Deus Israël.* 83
13. *Surgit à coena, &c.* 459
Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lauet, &c. 69
Vos vocatis me, magister, & Domine, &c. 83
14. *Ego sum via, veritas & vita.* 618
Qui autem diligit me, diligitur à Patre meo. 854
Sed ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, &c. 915
15. *Iam vos mundi estis propter sermonem quem loquutus*

S

quutus
Ego su
Qui m
17. Non
Et ego
356
Pater
sint m
18. Qui
19. Ecce
Satio.
20. Quor
329

i. Quae c
9. Ingre
10. Orat
Et via
12. Surg
13. Viri
nis ad
10. Bea

1. Grati
mniba
Sapier
2. Non
&c.
6. Chri
&c.
8. Dilig

S. SCRIPTURÆ.

gisset,	quutus sum vobis.	466
893	Ego sum vitis, vos palmites, &c.	392
c. 406	Qui manet in me, &c.	393
379	17. Non pro eis autem rogo tantum, &c.	395
i, &c.	Et ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis.	
	356	
410	Pater quos dedisti mihi, volo, ut ubi ego sum, illic	
1028	sint mecum, &c.	78
& vna	18. Qui ex Deo est, verba Dei audit.	473
55	19. Ecce filius tuus, &c.	80. 240
385	Sirio. 80. Consummatum est.	ibid.
alapi-	20. Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, &c.	
959	329	

Ex Actis.

444	1. Quæ cepit Iesus facere & docere.	506
us est.	9. Ingredere civitatem, &c.	719. 926
	10. Orationes tuæ, & eleemosyna tuæ, &c.	634
4	Et vidit cælum apertum, &c.	134
5. 391	12. Surge velociter.	25
893	13. Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortatio-	
	nis ad plebem dicite.	467
Deus	10. Beatius est magis dare quàm accipere.	1049

Ex epistola Pauli ad Romanos.

c. 69	1. Gratiæ ago Deo meo per Iesum Christum in o-	
83	mnibus vobis, &c.	894
618	Sapientibus, & insipientibus debitor sum.	538
mea.	2. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum,	
	&c.	479. 978
utrem,	6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur,	
915	&c.	393
em lo-	8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bo-	
natius		

INDEX LOCOR.

<i>num.</i>	855
<i>Quis nos separabit à charitate Christi.</i>	864.914
9. <i>Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis.</i>	1030
<i>Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, &c.</i>	420
12. <i>Multi unum corpus sumus in Christo, &c.</i>	1025
<i>Honore inuicem prauenientes.</i>	1032
13. <i>Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal.</i>	8
<i>Qui diligit proximum, legem impleuit.</i>	1019
<i>Hora est iam nos de somno surgere, &c.</i>	782
<i>Sicut in die honestè ambulemus.</i>	21.1071
<i>Induimini Dominum Iesum Christum.</i>	74
14. <i>Et tu quis es qui iudicas alienum seruum, &c.</i>	954

Ex prima ad Corinthios.

1. <i>Gratias ago Deo meo in gratia Dei, qua data est vobis Christo Iesu, &c.</i>	464.894
2. <i>Non enim iudicauit me scire aliquid inter vos, &c.</i>	398
3. <i>Dei enim sumus adiutores. Fundamentum aliud nemo potest ponere, prater id, quod positum est, &c.</i>	476 995
<i>Nescitis, quia templum Dei estis.</i>	875
4. <i>Nihil mihi conscius sum. Nolite ante tempus iudicare, &c.</i>	725 264
5. <i>Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit.</i>	394
7. <i>Tempus breue est.</i>	608
9. <i>Non obturabis os boni trituranti.</i>	530
	Si

S

<i>Si nos est, si n...</i>	
<i>Castig...</i>	
10. <i>Bibe trã, pet...</i>	
<i>Quom...</i>	
<i>&c.</i>	
11. <i>Accep...</i>	
<i>411.8</i>	
<i>Probet...</i>	
<i>Ideo in...</i>	
<i>Si nos n...</i>	
<i>remur.</i>	
12. <i>Et q...</i>	
<i>ris, &c.</i>	
13. <i>Si ling...</i>	
14. <i>Qui...</i>	
<i>Omnia</i>	
15. <i>Non</i>	

5. <i>Siue m...</i>	
<i>bis, &c.</i>	
7. <i>Et qui...</i>	
11. <i>Qui s...</i>	
16. <i>Prop...</i>	
<i>est, nost...</i>	

1. <i>Notum...</i>	
<i>quod e...</i>	
2. <i>Ascen...</i>	

S. SCRIPTURÆ.

- 855
4.914
pro fra-
1030
semen,
420
c.1025
1032
butum:
8
1019
782
1071
74
s, &c.
- Si nos vobis spiritalia seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus. 537
Castigo corpus meum, &c. 455
10. Bibebant autem de spiritali consequente eos petra, petra autem erat Christus. 384.407
Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, &c. 396
11. Accepit panem, & gratias agens fregit, &c. 380.
411.893
Probet autem seipsum homo, &c. 362
Ideo inter vos multi infirmi, &c. 402
Si nos metipsum diiudicemus, non utique iudicauerunt. 1076
12. Et qua putamus ignobiliora membra esse corporis, &c. 1036
13. Si linguis hominum loquar, &c. 855.995
14. Quid ergo est? Orabo spiritum, orabo, &c. 67
Omnia honeste, & secundum ordinem fiant. 11
15. Non prius, quod spirituale est, &c. 1071

Ex secunda ad Corinthios.

- ata est
4.894
r vos,
398
476
præter
995
875
725
264
assam
394
608
530
Si
5. Siue mente excedimus Deo, siue sobrii sumus, vobis, &c. 663
7. Et quis est qui me exhilarat, &c. 807
11. Quis infirmatur, & ego non infirmor, &c. 505
16. Propter quod non desicimus, sed licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur, &c. 628

Ex epistola ad Galatas.

1. Notum enim vobis facio, fratres, Evangelium quod euangelizatum est à me, &c. 481
2. Ascendi autem secundum reuelationem, &c. ibid.

INDEX LOCOR.

3. Sic stulti estis, ut cum spiritu coeperitis, nunc carne consummemini. 1057
Abraha dicta sunt promissiones, & semini eius, &c. 420
4. Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos, &c. 490
Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. 86
Illam autem, quae sursum est, Ierusalem libera est, quae est mater nostra. 964
5. Fructus autem spiritus est charitas, &c. 418, 853
Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. 1082
6. Fratres, etsi praecipuus fuerit homo in aliquo delicto, &c. 714
Alter alterius onera portate, &c. 939, 1039
Quae seminauerit homo, haec & metet. 819
Mihi autem absit gloriari, &c. 373

Ex epistola ad Ephesios.

4. Renduamini in spiritu mentis vestrae. 641
Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, &c. 566
5. Gratias agentes semper pro omnibus. 896
Viri diligite uxores vestras, &c. 349
6. Orantes omni tempore pro omnibus sanctis, & pro me. 936

Ex epistola ad Philippenses.

1. Confidens hoc ipsum, quia qui cepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Iesu. 312
2. Superiores sibi inuicem arbitrantes. 1034
Sed etsi immolor super sacrificium, &c. 784
3. Qui

3. Qui
 ratu
4. Mo
 106
 De c
3. Mo
 Ex p
 suis,
 Indu
 ra m
 Omn
 omni
4. Ora
 Ex
2. Sed f
5. Om
 Siue
 uam
- Ex
3. Den
 stri l
 amb
1. Finis
2. Obse
 &c.
 Volo
5. Senio

S. SCRIPTURÆ.

3. Qui reformabit corpus humilitatis nostra configura-
 ratum corpori claritatis sue. 420
 4. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus.
 1068
 De cetero, fratres, quacumque sum vera, &c. 566

Ex epistola ad Colossenses.

3. Mortui enim estis, &c. 560
 Expoliantes vos veterem hominem cum actibus
 suis, &c. 1014
 Induite vos sicut electi Dei sancti, & dilecti, viscera
 misericordiae, &c. 853
 Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere,
 omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi, &c. 10
 4. Orate simul & pro nobis, &c. 934

Ex epistola ad Thessalonicenses prima.

2. Sed facti sumus paruuli in medio uestrum, &c. 1041
 5. Omnes vos filij lucis estis, & filij Dei.
 Sive vigilemus, sive dormiamus, semper cum illo vi-
 uamus. 322

Ex epistola ad Thessalonicenses secunda.

3. Denunciamus vobis, fratres, in nomine Domini no-
 stri Iesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre
 ambulante inordinate. 1053

Ex epistola ad Timotheum prima.

1. Finis autem precepti est charitas. 851
 2. Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes,
 &c. 87. 934
 Volo viros orare in omni loco, &c. 61
 5. Seniore[m] ne increpaueris, sed obsecra, &c.

INDEX LOCOR.

Primam fidem irritam fecerunt.

- | | |
|--|------|
| 6. O Timothee, depositum custodi. | 503 |
| Ex epistola ad Timotheum secunda. | |
| 2. Si quis ergo mundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, &c. | 370 |
| 6. Habentes alimenta, &c. | 1009 |

Ex epistola ad Titum.

- | | |
|---|-----|
| 3. Admone illos Principibus & potestatibus subditos esse. | 928 |
| Stultas autem questiones, &c. | 150 |

Ex epistola ad Hebræos.

- | | |
|--|-------------|
| 2. Nunciabo nomen tuum fratribus meis. | 85 |
| 4. Vnus est sermo Dei, & efficax, &c. | 376 |
| Omnia sunt nuda & aperta oculis eius. | 840 |
| Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetravit caelos. | 435 |
| 5. Qui in diebus carnis suae preces, supplicationesque ad eum, qui possit saluum facere à morte, cum clamore valido, &c. | ibid. & 921 |
| 7. Talis enim decebat, ut nobis esset Pontifex, &c. | 435.
440 |
| 8. Hoc est testamentum quod disponam domui Israël, &c. | 658 |
| 9. Neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, &c. | 435 |
| Si enim sanguis hircorum, &c. | 386 |
| 10. Non deserentes collectionem nostram, &c. | 193 |
| 13. Mementote praepositorum vestrorum, &c. | 1007 |
| Obedite praepositis vestris, & subiaceate eis. | 922 |
| In quem speramus, quoniam & adhuc à periculis eripiet, &c. | 934 |
| | Ex |

1. Qu
Om
Epo
4. Qu

1. In qu
Scien
2. Dep
Vos a
Vi v
cau
Om
Seru

1. Per
nau
2. Sus
3. Pat
956

1. San
pecca
Si d
708
2. Fik
3. Qu
4. Om
Den
Tim
ras n

1. Et à

S. SCRIPTURÆ.

Ex Iacobi epistola.

- | | | |
|----|---|-----|
| 1. | <i>Qui dat omnibus affluenter, &c.</i> | 672 |
| | <i>Omne datum optimum, &c.</i> | 633 |
| | <i>Estote autem factores verbi, &c.</i> | 978 |
| 4. | <i>Quæ est enim viua nostra?</i> | 608 |

Ex prima B. Petri epistola.

- | | | |
|----|--|------|
| 1. | <i>In quem desiderant Angeli proficere.</i> | 379 |
| | <i>Scientes quod non corruptibilibus auro, &c.</i> | 766 |
| 2. | <i>Deponentes omnem malitiam, &c.</i> | 631 |
| | <i>Vos autem genus electum, &c.</i> | 388 |
| | <i>Vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum.</i> | 467 |
| | <i>Omnes honorate, fraternitatem diligite.</i> | 1033 |
| | <i>Serui subditi estote in omni timore dominis, &c.</i> | 928 |

Ex secunda B. Petri epistola.

- | | | |
|----|--|-----|
| 1. | <i>Per quem maxima, & pretiosa nobis promissa donavit, &c.</i> | 4 |
| 2. | <i>Sus lotia in volat abro luit.</i> | 759 |
| 3. | <i>Patienter agi propter vos, nolens aliquos perire, &c.</i> | 956 |

Ex prima epistola B. Ioannis.

- | | | |
|----|--|---------|
| 1. | <i>Sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato.</i> | 386 |
| | <i>Si dixerimus, quod societatem habemus cum illo, &c.</i> | 708 |
| 2. | <i>Filioli mei, hæc scribo vobis, ut non peccetis, &c.</i> | 86 |
| 3. | <i>Qui non diligit, manet in morte, &c.</i> | 854 |
| 4. | <i>Omnis qui diligit, ex Deo natus est.</i> | |
| | <i>Deus charitas est, &c.</i> | 390.854 |
| | <i>Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem.</i> | 861 |

Ex Apocalypsi.

- | | | |
|----|---|-----|
| 1. | <i>Et à Iesu Christo, qui est testis fidelis.</i> | 350 |
| | <i>Qui</i> | |

IND. LOC. S. SCRIPT.

- Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. 349
 Ego Ioannes frater vester, & particeps in tribulatione, & regno. 1046
 2. Vincenti dabo Manna absconditum, &c. 376
 4. Et in medio sedis, & in circuitu sedis, quatuor animalia plena oculis ante & retrò. 312
 Procidebant ante sedentem in throno, &c. 882
 5. Ecce vici leo de tribu Iuda. 110
 Et vidi, & ecce in medio throni, &c. 110
 Et viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, &c. 229
 7. Vidi turbam magnam, &c. 613
 Et lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. 386
 8. Et alius Angelus venit, & stetit ante altare, &c. 229
 12. Signum magnum apparuit in cælo, &c. 220
 Et visum est aliud signum in cælo, &c. 222
 19. Vide ne feceris, conseruus tuus sum, &c. 1017
 Et in capite eius diademata multa. 222
 21. Et vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam descendentem de cælo, &c. 964
 22. In medio platea eius, & ex utraque parte fluminis, &c. 418. 279
 Qui audit, dicat: Veni. 878

IN



R
H



rior
 tum.
 Abnegati
 cessari
 103.
 Abnegati
 mala e
 Abnegati
 contin
 Ad abne
 tria.

Acedia s
 opere c



I N D E X

R E R V M , Q V Æ
H O C O P E R E
C O N T I N E N T V R .

A

Abnegatio.

A B N E G A T I O

sui generalis futura. pag 1081

Abnegatio interior crucis lignum re-

ctum. 1082

Abnegatio sui omnino necessaria vt proficiamus, 1083. & seq.

Abnegationis obliti quæ mala experiantur. 1084

Abnegatione interiori quæ contineantur. 1086

Ad abnegationem media tria. 1087. & seq.

Acedia.

Acedia solet nos à bono opere dimouere. 162

Acedia quomodo superanda. *ibid.* Quæ mala afferat. 163. & seq.*Actio.*Actionis bonæ initium est virtus. §. *ibid.* 6. declaratur.

Actio gratiarum post celebrationem Missæ agenda. 111. Non tam vocali, quàm mentali insistentium. 112

Gratiarum actio post accepta beneficia monstratur ex Scriptura. *ibid.* & seq.

Actionis gratiarum post communionem modulus. 116. vsque ad 124

Actiones religiosi propriæ quæ. 137. & seq.

Actio gratiarum agèda post prandium

- prandium. 181
 Actio gratiarum initio ex-
 aminis conscientiae fa-
 cienda. 294
 Actio gratiarum post Eu-
 charisticæ sumptionem, la-
 tē traditur. 428. cum seq.
 Illius modus explicatur.
 430
 Actiones in singulari indif-
 ferentes para Deo pla-
 cendi intētionē fiant. 419
 Actio gratiarum quid. 888.
 Tria continet. 889. Pro
 quibus futura beneficiis.
 890. & seq. Illam docet
 nos Christus. 893. 895.
 Habenda pro alienis be-
 neficiis. 428. Quomodo
 agendæ gratiæ. ibid. Ver-
 bis. ibid. Affectibus. 896.
 Operibus. ibid. Quando
 agendæ. ibid. Media ad
 hoc iuuantia. 897
 Actionum duo genera. 1104
 Quis modus in primo
 tenendus. 1105. & seq.
 Quis in secundo.

Adam.

Adam dum solus fuit, non
 est præuicatus; secus
 dum fuit cum muliere.

134

Egritudo.

Vide *Infirmitas.*

Affabilitas.

Affabilitas erga fratres re-

tinenda. 1027. Quid sit.
 ibid.

Affabilitatem Christus &
 Sancti nos suo exemplo
 docuerunt. 1028
 Affabilitatis vtilitas ma-
 gna. 1029
 Affabilitas nostra qualis fu-
 tura, ne modum excedat.
 ibid. Media ad illam ob-
 tinendam. 1030

Affectus.

Affectus magis, quàm intel-
 lectus, orationis tempore
 exercendus. 46. & seq.
 Affectum filij erga religio-
 nem matrē nostram ha-
 bere debemus, & quomo-
 do eum assequemur. 966.
 & seq. Tria postulat, pri-
 mum, vt simus Deo grati.
 ibid. Secundum vt eam
 magna reuerentia profe-
 quamur. 967. Tertium vt
 eam diligamus. 968. Me-
 dia ad hunc affectum.
 969 & seq.
 Affectus immoderati com-
 pescendi, ne cadamus.
 1085
 Affectuum ordinatio trah-
 quillat animum. 1102

Amicus, & amicitia.

Amicus fidelis Prælati. 712
 Amicus fidelis quanti ha-
 bendus. ibid.
 Amicus medicamentum vi-
 tz.

tæ.

Amici fide-
 gustino
 Amicitia
 perfect
 sensim
 1053.
 Amicitia
 da. 105
 Amicitia
 adolese
 omnino

Amor tim-
 diabolu
 Amor legi
 Amor inde
 Amoris co

Amor De
 peccator
 nem.
 Amor Dei
 tendus.
 Dei qua
 1. Lang
 Quæren
 ter. 3. O
 ter. 4.
 gabilite
 impatis
 velocite
 hement
 dissolab
 suauiter
 sectè.
 Amor Dei

ra. *ibid.*
 Amici fidelis vtilitas ex Au-
 gustino. *ibid.*
 Amicitia cum malis, & im-
 perfectis non ineunda, ne
 sensim corrumpamur.
 1053. & seq.
 Amicitia bonorum sectan-
 da. 1055. & seq.
 Amicitia immoderata cum
 adolescente adolescenti
 omnino fugienda. 1057

Amor.

Amor timendus magis, quā
 diabolus. 684
 Amor legis impletio. *ibid.*
 Amor indomita bestia. *ibid.*
 Amoris conditio quæ. 953

Amor Dei.

Amor Dei facilem reddit
 peccatorum detestatio-
 nem. 344
 Amor Dei ab ipso Deo pe-
 tendus. 441. Ex amore
 Dei quæ desiderāda. 833.
 1. Languere vtiliter. 2.
 Querere cum incessan-
 ter. 3. Operari indefinen-
 ter. 4. Sustinere infati-
 gabiliter. 5. Appetere
 impatienter. 6. Currere
 velociter. 7. Audere ve-
 hementer. Stringere in-
 dissolubiliter. 8. Ardere
 suaviter. 9. Assimilari per-
 fectè. *ibid.*

Amor Dei quid sit, & quæ in

nobis efficiat. 851 est ma-
 ximum mandatum. *ibid.*
 est etiā primum. 852. Hic
 præcipuè sectandus, & in
 omnibus quærendus. *ib.*
 Eo nihil iustius. *ib.* Nihil
 vtilius. *ibid.* Est thesaurus
 853. Præcipuus sancti Spi-
 ritus fructus. *ibid.* Altorū
 fructuum radix. *ibid.* Ani-
 mæ vita, mansio in Deo.
ibid. Multa bona parit.
 855. & seq. Modus in eo
 seruandus. *ibid.* cum seq.
 Media ad consequendam.
 858. Primū perfectionum
 assidua contemplatio. *ib.*
 Secundū cupiditates ani-
 mosè cohibere. 859. Ter-
 tium ardentè illum po-
 stulare. *ibid.*

Amor proximi.

Amor proximi sub præce-
 pro continetur, & quare
 illud simile dicatur pri-
 mo. 1019
 Amor proximi, & Dei via
 brevis ad perfectionem.
ibid.
 Amoris proximi substantia
 ostenditur. *ib.* & seq. Eius
 causa finalis. 1022. Mo-
 dus. *ibid.* Media ad illum
 consequendū. 104. & seq.
 Amor proximi affabiles nos
 reddet. 1030

Amor proprius.

Amor proprius excæcat. 805
 Amor proprius tollendus.
 1025

Amor

Amor proprius malorum
multorum radix. 1099

dare Deum.

888

Anima, & animus.

Angeli.

Angeli maximis cumulan-
tur beneficiis. 90

Angelus custos, cum surgi-
mus è lectulo statim in-
uocandus. 29. ad id Ora-
tio. 32

Angeli Missæ sacrificio in-
terfunt. 129

Angelos in cella socios ha-
bemus. 133

Angeli orationes nostras ad
cos suas in Deo vident.
229

Angelus custos noster ad-
uocatus est, & pædago-
gus. 240

Angelus custos singulis die-
bus inuocandus. ibid.

Angeli quo ordine inuo-
candi. 249

Angelus custos ante som-
nium qua oratione in-
uocandus. 319

Angeli custodes non homi-
nibus tantum concessi,
sed singulis etiam ciuita-
tibus, & regnis. 611. Eo-
rum munera. ibid. Mi-
chaël tutor Hebræi po-
puli, Gabriel etiam. ibid.

Angeli custodes religionum
earum muri. 659

Angelorum officia. 843

Angelis similes per Dei me-
moriam efficimur. ibid.

Angelorum proprium lau-

Animæ perfectio est Dei
gratia. 3

Animæ origo virium na-
turalium. 4

Animæ ornatus, vestis & de-
cor est virtus. 5

Animo ingrato nihil dam-
nabile. 114

Animæ imperfectiones re-
spectu Dei. 674. Remissa
compunctio peccatorum
ante conuersionem. Le-
uis, aut nullas timor ve-
nialium in religione. In-
tentio impura. ib. & 675.
Ingratitudo erga Deum.
676. Parum operari pro
Domino. ibid. Nullum
pro Deo patiendi deside-
rium. 677. Memoria Dei
rara ibid. Irreuerentia an-
te Deum. 678. Langui-
dus zelus. ibid. & seq.

Animæ defectus compara-
tione sui status, & supe-
riorum. 679

1. Non amare religio-
nem vt matrem. ibid.

2. Non custodire perfe-
ctæ regulas. 680

3. Religiosa opera tepide
exercere. ibid.

4. Ignauia & incuria. 681

5. Disciplinæ rigorem vel
tollere, vel imminue-
re. ibid.

6. Temporalia ad vsum
erogata

erogata
& grati-
cipere.

7. Sup-
hon

8. Im-
683

9. De-
ibid

Animæ e-
tres ibi

1. Nu-
trun

2. No-
vt n

3. Am-
quo

4. Vel
sust

5. Pro-
præ

6. No-
adi

7. Fra-
iuua

8. Fra-
conc

9. De-
gau

Animæ
sui.

1. Im-
acti

2. Ni-

3. Co-
ctar

4. Ve-
ma

5. Pu-
qu

6. Ser-

erogata sine humilitate
& gratitudinis signis accipere. 682

7. Superiores non debito honore prosequi. *ibid.*

8. Imperfecta obedientia. 683

9. De praelatis detractio. *ibid.*

Animæ defectus erga fratres *ibid.* cum seq.

1. Nulla vel exigua fratrum æstimatio. 684

2. Non diligere fratres, ut nos ipsos. *ibid.*

3. Amare fratrum aliquos carnaliter. *ibid.*

4. Velle sustineri, non sustinere. 685

5. Proximos honore non præuenire. *ibid.*

6. Non bonis operibus ædificare fratres. 686.

7. Fratres in multis non iuvare. *ibid.*

8. Fratrum miseriis non condolere. *ibid.*

9. De fratrum bonis non gaudere. 687

Animæ defectus respectu sui. *ibid.*

1. Immodestia in externis actibus. *ibid.*

2. Nimia loquacitas. 688

3. Corpus molliter tractare. *ibid.*

4. Vecordia ad fugiendū malum. 689

5. Pusillanimitas ad sequendum bonum. *ibid.*

6. Sensuum & appetitus

vulnera. *ibid.*

7. Superba paupertas. 690

8. Diuitiæ mendaces. *ibid.*

9. Fatua senectus. 691

Animis danda remissio ex Seneca. 793

Appetitus.

Appetitus sciendi cohibendus. 143

Appetitus malum aduersus animam molitur. 164

Appetitus post corporis refectionem insolescit. 182

Auxilium Dei.

Auxilium Dei Sanctorum patrocinio petendum. 240

B.

Beatitudo, & beatus.

Dei gratiâ comparatur. 4

Beati visione Dei, & humanitatis saturantur. 417

Beneficia Dei.

Pro beneficiis Dei agenda gratia, & quomodo. 294. & seq.

Beneficia nos gratos esse & officiosos postulant. 608

Beneficia Dei nulla exigua. 889

Beneficia Dei in alios, propria quodammodo. 895.

Soluenda gratiarū actio. *ibid.*

Beneficiorum Dei magnitudo,

DDdd

tudo,

- eudo, & multitudo, non raro attendè cōsideranda. 898. Illis bene vtēdū. 989
- Beneficentia.*
- Beneficētia in fratres suadet. 1046. & seq. Illa multa nobis bona cōparam⁹. 1048
- Beneficentia Deo peculiaris ex Nazianzeno. 1049
- Beneficentia Deo similes facit ex Chrysoſtomo. *ibid.*
- Beneficentię laudes aliquot. *ibid.*
- Bona opera.*
- Bonorum operum perfectio sita primò in intentione. 994. Secundò in tempore. 996. Tertiò in modo, & quid iste sit. 997. Media ad eorū captandam pulchritudinem. 999. & seq.
- Bonum nomen.*
- Bonum nomen religionis promouere debēt eius filij. 978. & seq. Quomodo id fiet. 979. Media ad id cōsequendum vtilia. 985
- C.
- Castitas.*
- C**astitatis comes afflictio corporis. 1089
- Castitas in quorum moderatione se ostendat. 1090
- Cella.*
- Cella vt amica & sponsa diligenda. 132
- Cellę laudes eximia. *ibid.* & seq. 138. & seq.
- Cellę custodia quanta affectat emolumenta. 134
- Cellę commoditas nō quaerenda. 135
- Cella sepulchrum nostrum est. 136 In cella quid habere debeamus. *ibid.*
- Cella cur à nobis diligenda. *ibid.*
- Cella continuata dulcescit. 137
- A cella non egrediamur, nisi ab obedientia vocati. *ibid.*
- In cella quid efficiēdū. *ibid.*
- Cellę non nimis adhzrendum, & quare. 138
- Cellę habitatio nobis à Laur. Iustin. suadet. 140
- Cella viros facit spirituales. 141
- Cella, vt mercedem promereamur incolenda. *ibid.*
- Cellę custodē quę bona sequatur, & quę mala extra illam vagantem. 1060
- Cellā deferere cuius rei iudicium sit. 1061
- Cellę amoris, & custodię tenenda regula. 1064. & seq.
- Cella quid nobis futura. 1065. In cella non otian- dum. *ibid.* & seq.
- Ad cellā amādā media. 1066
- Charitas.*
- Charitas nos à cella extrahat. 138
- Charitate feruentes nos efficit cella. *ibid.*
- Charitatis lex postulat, vt gratias agamus pro collatis à Deo fratribus beneficiis. 892
- Christus.*
- Christum induere, est modū in virtute tenere. 22
- Christus ante celebrationē, vel

vel auditu
cādus, &
Christus or
iustos au
Christus in
culus ig
agnus &
Christi cap
ornatur,
que sign
Christus su
capite M
suir.
Christus in
nostrum
tectio.
Christus an
oratione i
Christi car
qualis.
Christus s
præbeat.
Christi fan
potus.
Christi san
stia est v
Christi san
pretium
Christus m
suscipien
tia reali
Christus fr
& quare
Christus
ignis cor
Christus in
modo di
Christi vitā
Christus in
panis. 49
& seq Q
Quas h

R E R V M.

nostrum
quid ha-
ibid.
diligen-
ibid.
ulcefcit.

mur, nisi
cati. ibid.
lū. ibid.
dhæren-
138
nobis à
tur. 140
rituales.

prome-
ibid.
ona fe-
la extra
1060
rei in-
1061
odij te-
& seq.
futura.
otian-
d. & seq.
ia. 1066

extra-
138
nos ef-
ibid.
ulat, vt
colla-
bene-
892

t modū
22
ationē,
vel

vel auditionē Missę inuo-
cādus, & ad id Oratio. 31
Christus orationis tempore
iustos auditorus adest. 44
Christus in Sacramēto cal-
culus ignitus. 71 Item
agnus & leo. 110
Christi caput septē coronis
ornatur, & quid vnaquæ-
que significet. 222
Christus sua diademata in
capite Marię virginis po-
suit. 223
Christus in Eucharistia est
nostrum tutamen, & pro-
tectio. 246
Christus ante somnum qua
oratione interpellādus. 317
Christi caro cibus est, &
qualis. 378
Christus seipsam quibus
præbeat. 381
Christi sanguis verus est
porus. 384. & seq.
Christi sanguis in Eucharis-
tia est velut lac. 387
Christi sanguis est nostrum
pretium 388
Christus manet in ipsum
suscipiente. 389. permanē-
tia reali. 391. & seq.
Christus frumento similis,
& quare. 392
Christus in Eucharistia
ignis consumens est. 395
Christus in nobis esse quo-
modo dicatur. 396
Christi vitā vivere, quid. 401
Christus in Eucharistia est
panis. 402. & quare. 403.
& seq. Qualis panis. 404.
Quas habeat hic panis

perfectiones. 405. & seq.
Christus est lignū vitę. 418
Christus in Eucharistia est
medicina. 419. est & se-
men. ibid.
Christus dum communica-
mus, quomodo sit in no-
bilitate à Bernardo de-
claratur. 425. & seq.
Christ⁹ in Eucharistia quo-
modo laudād⁹. 432. & seq.
Christus post cōmunionem
considerandus vt homo
Deus. 430. Vt medicus.
432. Vt sacerdos, & pon-
tifex maximus. 435. Vt
fōs vitę. 438 Vt lux splē-
didissima. 440 Vt Pastor.
442. Vt exemplar omnis
sanctitatis. 443
Christus humilitatis nobis
præbuit exemplum. 459
Christus nos flere docet. 687
Christus Sacerdos summus,
à quo peccatorum venia
postulanda. 828
Christus panis arbitrio libero
pollens. 829. Quę illi offe-
renda. ibid. solus habet py-
xidē olei sancti, quare oran-
dus vt vngat nos. ibid. aures,
oculos, linguam, &c. ibid. &
830
Christus suo exemplo nos ad
zelum erudit. 871
Christus signaculum in fronte,
& in corde quomodo ex
Ambrosio. 881
Christus gratias agere nos do-
cet pro beneficiis præteritis,
præsentibus, & futuris. 892
Christum diligimus cum præ-
latum amamus. 910
Christus docuit nos alios re-
uereri. 290

I N D E X

- Christus exauditus est à Patre pro sua reuerentia. 921
- Christus quomodo nos dilexerit. 1023
- Christus in alios comes & affabilis. 1028
- Christus quomodo nobis suum amorem patefecerit. 1040
- Christus secreti amator. 1061
- Christus primùm descendit, postea ascendit. 1078
- Christi imitatio exigit nostri corporis castigacionem. 1092. cum seq. *Cibus.*
- Cibus grandium, & fortium Eucharistia. 72. 375. & seq.
- Circumspectio.*
- Circumspectionem inter fratres diligenter retineamus. 1052. & seq.
- Circumspectio in quo maximè habenda sit. 1083. & seq.
- Circumspectionem quæ media stabilem efficiunt. 1058. & seq.
- Cogitatio.*
- Cogitationes quomodo examinandæ. 773
- Cogitationes bonæ bonorum operum instrumenta. 711
- Cognitio sui.*
- Cognitio sui proxima ad orationem preparatio. 38
- Collatio.*
- Collatio spiritualis frequens in Societate Iesu. 465.
- Quomodo fiat. ibid. & 480
- Collationis spiritualis finis. ibid.
- Collationis spiritualis usus apud Sanctos Patres frequentissimus. 481
- In collatione spirituali quomodo respondendū. 485
- Comparatio.*
- Gratiæ diuinæ cum vita naturali. 34
- Virtus cum igne confertur. 5. Item cum talento. ibid.
- Honestas cum salute, & decorum cum pulchritudine. 22
- Comparatur Christus frumento. 392
- Comparatur Eucharistia cū Manna. 409. & seq.
- Comparantur pueris, qui erga maiores inuenerentes sunt. 920
- Comparatur religio cœlesti patriæ. 963
- Matri religio componitur. 964 & seq.
- Terræ regionibus sanctorū mentes cōparantur. 1035
- Compositio exterior.*
- Ad celebrandum maximè necessaria. 103. & seq.
- Conciones.*
- Conciones ob priuatam deuotionem non debent prætermitti. 169
- Confessarius.*
- Confessarius non ut homo, sed ut Christus considerandus.

randus.

Confessarius humiliter que obediens.

Confessionibus religiosi.

Confessio vultus est inter res.

Confessio non sicut consuetudine amorem.

Confessione cedat.

Confessio dicitur quia requirit peccata.

Confessionis libertate dolorem.

Confessio est positum expectandum.

Confessionibus.

Confessionibus iungatur.

Confessio facit Eucharistia.

Confessio gratia inchoanda renouanda.

Confessio gratia pietate ingredientibus.

Confessionibus tates.

Confessionibus sapius.

Confessio gratia vel semel.

esu. 465.
 t. ibid. &
 ualis finis.
 ualis vsus
 Patres fre-
 481
 uali quo-
 endū. 485
 io.
 m vita na-
 3-4
 confertur.
 ento. ibid.
 ute, & de-
 lchritudi-
 22
 ritus fru-
 392
 haristia cū
 109 & seq.
 eris, qui
 irreueren-
 920
 io celesti
 963
 mponitur.
 fanctorū
 tur. 1035
 erior.
 maximē
 03 & seq.
 atam de-
 debent
 169
 s.
 vt homo,
 s confide-
 randus.

randus. 699
 Confessarius venerandus,
 humiliter audiendus, illi-
 que obediendum. 703
Confessio.
 Confessionis vsus apud re-
 ligiosos frequens. 327
 Confessio venialium crebra
 est inter religiosos. 328
 Confessio non propter con-
 suetudinem, sed ob Dei
 amorem efficienda. 330.
 Confessionem examen præ-
 cedat. 332
 Confessio detestationē re-
 quirat peccatorum. 344
 Confessionis fructus ex qua-
 litate doloris venatur. 345
 Confessio emendationis pro-
 positū exposcit. 351 & seq.
 Confessionis faciendæ mo-
 dus. 352 & seq.
 Confessioni satisfactio ad-
 iungatur. 355
 Confessio sacramentalis ad
 Eucharistiam est dispositi-
 tio. 367
 Confessio generalis ab vlti-
 ma inchoando secundo
 renouationis die facien-
 da. 603 & seq.
 Confessio generalis à So-
 cietate Iesu primo in-
 gredientibus fieri solet.
 ibid. eius plurimæ vtili-
 tates. 694
 Confessionem totius vitæ
 sæpius repetere pericu-
 losum. 697
 Confessio generalis annua,
 vel semeltris in vsu apud

Societatis Iesu viros;
 ibid. eius vtilitates. ibid.
 & seq. Modus in illa ser-
 uandus. 698 & seq. Quem
 ad finem inducta. 700. &
 seq. Nihil in ea graue ces-
 landum, etsi antea cōfes-
 sum. ibid. Qualiter differat
 à conscientia manifestatio-
 ne. 703. & seq.
 Confessio ad quid instituta.
 757

Consalutatio.

Vide Religiosus, & secularia
 negotia.
 Consalutationes quando, &
 à quibus faciendæ 552. &
 seq. Quis modus in illis
 seruandus. 553. Prorsus
 vitandæ. 555. Quæ affe-
 rant detrimenta religio-
 sis. 556 & seq.
 Consalutationes ab obedi-
 entia iniunctæ quæ susci-
 piendæ. 563. Sint vrbane
 & religiosæ. 565. Quibus
 de rebus in illis agen-
 dum. 566

Conscientia.

Vide Examen.
 Conscientia quotidie per
 quadrantē excutienda. 171
 Conscientia examine vitæ
 puritas acquiritur. ibid.
 Conscientia examinis ne-
 cessitas. ibid. & seq.
 Conscientiam prælatis aper-
 tam habent Societatis
 Iesu viri. 702
 Conscientia manifestatio
 qualiter differat à genera-

I N D E X

- li Cōfessione. 703. & seq.
 Quid illa sit. 705. Quam
 vtilis. ibidē. Ad quid or-
 dinetur. 706. Futura ve-
 rissima ibid. Basilius id
 exigit. ibid. Futura clara
 & simplex. 707. Quæ sint
 in ea manifestanda. 709.
 & seq. quibus considera-
 tionibus ad id præstandū
 facilius iuari possumus.
 711. & seq. Hanc mani-
 festationē necessariā esse,
 quod ad nostram regimē
 insufficientes simus. 715.
 & seq. Necessariam etiam
 vt aptē à superioribus
 gubernemur. 720. & seq.
 Quæ ad illā mouere nos
 possint ex Ambrosio. 724.
 Cōscientiæ manifestatio vt
 perfectionē cōsequamur,
 necessaria. 726. & seq. vt
 in discretionē crescamus.
 730. & seq. vt tentationes
 superemus. 734. Cōfirma-
 tur exemplo ex Cassiano.
 ibid. & seq. Illius meritū.
 739. ex ea dependet pro-
 pria securitas. ibid. Vtili-
 tas proximorū. 742. Bonū
 religionis nomen. 743.
 Quæ præcipuē apertenda
 prælato. 744. In ea nihil
 incommodi. 749
 Cōscientiæ facta manife-
 statione à prælato inter-
 rogari postulandum 744
 Cōscientiæ manifestationi
 quæ opponūtur. 750. Nō
 esse rē nouam ostenditur.
 ibid. & seq. Non esse dissi-
 cilē. 753. & seq. Non esse
 ignominiosā. 754. & seq.
 Non fieri iniuriam con-
 fessionis Sacramento per
 illam. 756. & seq.
 Cōscientiam manifestare
 prælatis religiones ali-
 quot tenētur. 751. & seq.
 vsu aliæ id probant.
 752. eam comitatur trā-
 quillitas animi. 753
 Cōscientiæ manifestatio in
 Societate Iesu solū ad
 spiritale gubernationem
 subdito:ū ordinatur. 756
Contemplatio.
 Contemplatio vera, & casta
 zelo replet animam, ex
 Bernardo. 870. & seq.
Contemptus sui.
 Sui contemptus ad celebrā-
 dum necessarius. 107
 Sui contemptus vtilior aliis
 scientia. 1075
 Sui cōtempus præcursores.
 ibid. & seq. latē.
 Sui contemptu carentes
 pueri in spiritu. 1077
 Sui contemptus gradus per-
 fectior velle ab aliis
 contemni. 1079
 Ad sui contemptū cōparan-
 dū media tria. 1080. & seq.
Conuiuium.
 Conuiuia quæ religios
 cum secularibus deceant.
 567. Hæc quam ob cau-
 sam admittenda. 568. &
 seq. Quid in illis seruā-
 dum. 571 & seq.
 Conuiuia quæ religiosos
 dedeçant. 573
 Conui

Cōuiuia p
 rium 57
 Conuiuia
 reat Soc
 nes in P
 plo com
 In conui
 modo
 mus.

Cōtricio c
 quibus
 Contritio
 citādi r

Cor orati
 Deo trib
 Missæ ce
 Cor est D
 Cor si nos
 dum.

Cordis tra
 studio
 Quæ u
 tur, &
 nos g
 ibid. &
 conseq

Cor
 Vide Psal
 Corona B
 illius p
 Corona E
 211

Coionæ r
 223. cu

Corpore
 labora
 Corporal
 giosa a
 Corpora

573
 Conui

R E R V M.

Coniuiuia peccatorū semina-
rium 574. & seq. latissimè.
Coniuiuia quantum abhor-
reāt Societatis Iesu homi-
nes in Peruuiō. 579. exem-
plo comprobatur. *ibid.*
In coniuuiis admissis quo-
modo nos gerere debeat-
mus. 583. cum seq.

Contritio.

Cōtritio quibus sit facilis, &
quibus difficilis. 344
Contritionis venialium ex-
citādi modus. 347. & seq.

Cor.

Cor orationis tēpore largè
Deo tribuendū. 46. Itē post
Missæ celebrationem. 113
Cor est Dei domus. 114

Cor si nos fugerit quæren-
dum. 998

Cordis tranquillitas summo
studio quærenda. 1096.

Quatuor illi opponun-
tur, & quomodo in eis
nos gerere debeamus.
ibid. & seq. Media ad illā
consequendā. 1102. & seq.

Corona B. Maria.

Vide *Psalterium.*

Corona B. V. quæ sit, & quæ
illius partes. 219. & seq.

Corona B. V. quid significet.
221

Coionæ recitandæ modus.
223. cum seq.

Corpus.

Corpore & spiritu semper
laborandum. 157

Corporalia exercitia à reli-
giōsa ambienda. 732

Corporalia ministeria quo-

modo exercēdā. 733. Sunt
Christi munera. *ibid.*

Corporis castigatio frequēs
inter religiosos. 446

Corporis castigatio quam
sit antiqua. 448. & seq.

Corporis castigatio quo-
modo per hebdomadam

distribuenda. 451. Futura
prudens. 1095

Ad corporis castigationem
quænam moueant. *ibid.*

Corporis castigationem So-
cietas Iesu non habet ex
regula. 449

Corporis castigatio utilis
valde ad impetrādum po-
stulata. 642. & seq. 1090

Corpus infestissimus hostis
salutis nostræ. 628. 1093

Corpus equo indomito si-
mile. 688

Corpus castigandū ne spiri-
tū deprimat. 1089. Id po-
stulat necessitas. *ibid.* Vei-
litas. 1090. Imitatio Chri-
sti. 1092. & seq.

Corporis castigationē me-
dia inducētia. 1094. & seq.

Corpori quæ cōcedēda. 1095

Correctio.

Correctio etiam indiscreta
patienter ferenda. 942

Correctionis & medicinæ
corporeæ discrimen. 943

Curiositas.

Curiositas in litterarum stu-
dio vitanda. 145. & seq.

D.

Dauid.

Gratitudo Dauid cum
Alphibosech. 114

DDdd

4

Da

Gratitudo Dauid cum
Alphibosech. 114

DDdd

4

Da

I N D E X

- Dæmon.*
 Dæmon incorrigibilis. 805
 Dæmonem imitatur, qui
 reiiicit correctionem. *ibid.*
 Dæmon, quos Deus oculos
 claudit, aperire conatur,
 & contra. 958. Quam sit
 hoc perniciosum. *ibid.*
 Dæmonis actus. 1105
- Deambulatio.*
- Deambulatio in recreatio-
 ne honesta utilis. 599.
 Quo sine admittenda. *ib.*
 Quis modus in ea ser-
 uandus. 600
- Defectus, & imperfectio.*
 Defectus ad sumendam Eu-
 charistiam vitandi. 370
 Defectus coram fratribus
 detegere humilitatis si-
 gnum. 460. & seq.
 Ad defectus emendandos
 singulis mensibus dies
 eligendus. 497
 Defectus nostri quomodo
 scendi. 691 & seq.
 Defectus animi vulnus mi-
 nimè tegendum. 754
 Defectus tollendi proposita
 qua ratione implèda. 760
 Defectus correctio humili-
 ter accipièda 795. & seq.
 Defectus Prælati a quocun-
 que reuelari patienter tol-
 lerandum 790. & seq. Qui
 aperiendi. *ibid.*
 Defectus aliorum quilibet in
 Societate Iesu prælati te-
 tegere potest. 797. Ratio.
ibid. Non repugnat Euā-
 gelio. 798. Alius religiosus
- familis etiā in vsu. 806
 Gaudium ex hac manife-
 statione percipiendū 801.
 Illius cause. *ibid.* Deus ad
 id mouet fratres. 802.
 Orandum pro his. 808
 Defectus nostros vel non
 emendabimus, vel nō ita
 bene, nī prælati recludā-
 tur. 803. eorum silentium
 periculosum valde. *ibid.*
 Defectuum correctio libe-
 ter ferenda. *ibid.* Hoc si-
 gnum perfectionē aman-
 tis. 804. Ita à diabolo dif-
 ferimus. 805. Magnas af-
 fert utilitates. *ibid.* Peri-
 culum in abiicienda. 808.
 Peruenitur ad emenda-
 tionem hac via. 809
 Defectus Prælatorum qui-
 bus mediis adiuti non
 curabimus. 952
 Defectus nō excusandi, sed
 humiliter confitèdi 1007
 Defectus aliorum patienter
 sustinendi. 1039
 Defectus, ne animum per-
 turbent, vbi primum cō-
 mittuntur, lugendi. 1096.
 & seq.
- Desiderium.*
- Desiderium perfectæ emen-
 dationis per generalem
 confessionem accèditur.
 698
- Detractio.*
- Detractiones frequentes ex-
 tra cellam. 136
- Denotio.*
- Deuotio non debet nos à
 mini

mini
 Deuotio
 ristic
 sibil
 Deuotio
 da. e
 rat
 dati
 Deus s
 Dei co
 orat
 38
 Deus n
 ama
 Deus h
 ctio
 nes
 Dei d
 753
 Deus h
 miu
 Dei p
 in c
 Deo n
 rene
 Mu
ibid.
 Deus n
 pro
 Deus p
 gna
 Deus n
 sos
 præ
 Ad De
 tura
 Deus
 mus
 ran
 Deus

- ministeriis auocare. 167
 De oratio essentialis Eucharistię est fructus non sensibilis tantum. 205
 Deuotionis verę commoda. 633. & seq. eam generat beneficiorum recordatio. 634
Deus.
 Deus semper est in actu. 6
 Dei cognitio proxima ad orationem præparatio. 38
 Deus negat spiritus delicias amanti corporeas. 689
 Deus homines in via perfectionis per alios homines dirigit. 729
 Dei dona non vulganda. 753
 Deus bonorum operum præmium. 770
 Dei prouidentia mirabilis in consiliis. 777
 Deo munera munda offerenda. 781
 Mundus futurus dator. ibid.
 Deus nihil iubet quod sibi proficit. 783
 Deus parua munera & magna accipit. 785
 Deus mouet fratres religiosos, vt fratrum defectus prælato detegant. 802
 Ad Deum perueniendi creaturę instrumenta. 826
 Deus vt rex prouidentissimus in mundo considerandus. 832
 Deus omne bonam & volun-
 tatis quies. 833
 Deus qualis hominum Dominus. 835
 Deus quomodo ex toto corde diligitur. 838
 Deus vbique præsens quomodo sit. 840
 Dei facies eius præsentia, ex Augustino. 846
 Dei meminisse sæpe oportet, quàm respirare, ex Nazianzeno. 847
 Deus thesaurus noster. 853
 Deus quomodo ex toto corde, anima, &c. diligitur. 855. & seq.
 Deus multipliciter diligendus. 856. & seq.
 Deus amandus vt pater. 865
 Deus timendus variis de causis. 871
 Deum quomodo perpetuò laudare possimus, ex Augustino. 885
 Deus mundos eligit ad suas laudes. 886
 Deus in prælatis iubet. 927
 Deus ad quid in prælatis defectus aliquos permittat. 949
 Dei est culpas inspicere, & de illis sententiam ferre. 952. Hoc sibi vsurpare hominem iniquum. 953
 Deus aliorum opera iudicare vetat. 954
 Cum Deo cooperari debemus. 988
 Deus omnia fecit suo tempore. 957
 D D d d 5 Deus

I N D E X

Deus quomodo è cœlo, & è terra loquatur. 1003
 Deus in creaturis omnibus, sed præcipue in rationalibus suspiciendus. 1014
 Deus est ratio diligendi proximum. 1020. & seq.

Dies.

Dies & anni mensura nostræ vitæ. 607
 Dies dona Dei. 608
 Dies in quo religionem ingressi, deuotè peragendus. 617. 619. & seq.
 Qualiter celebrandus. 620. & seq.
 Dies natales lætitia veteres profecuti sunt. 617. 639
 Dies natales Sanctorum nobis vtilis. 618
 Dies septem in anno eligendi, vt nos ad mortem disponamus. 825. Quæ primo die meditanda. 826. & seq. Quæ secundo die. 827. Quæ tertio die. 828. Quæ quarto die. 830. Quæ quinto die. 832. Quæ sexto die. 833. Quæ die septimo 835. Quæ oratione prædictæ meditationes claudendæ. 836. & seq.

Disciplina religiosa.

Disciplina religiosa quid sit. 986. Quæ sub illa contineantur. 987. Eius

obseruatores quomodo erimus. *ibid.* Quibus illa sit grauis. *ibid.* Illius molestiam quibus confiderationibus leuabimus. 988. Quam sit etiam vtilis. *ibid.* Maxime. 990. & seq. Media ad difficultatem eius minuendam, superandam. 992. & seq.

Discipulus.

Vide *Studium literarum.*
 Discipulus quomodo se erga magistros debeat gerere. 148. & seq.
 Discipulus magistri sequatur doctrinam. 149
 Discipulus quomodo in scholis debeat assistere. *ib.* Quomodo in disputationibus se habere. *ib.* & seq. Quem modum debeat in studio seruare. 151. Quomodo se habere debeat cum condiscipulis. 155

Discretio.

Discretio vitæ spiritali necessaria per confessionem generalè addiscitur. 697
 Sine discretione nemo ad perfectionem peruenit. 730
 Discretio lucerna, & sol. 731
 Discretio auriga virtutum, ex Bernardo. 732
 Discretio scientia spiritus. 733

Discre

R E R V M.

- Discretio commendatio ex Antonio & Basilio. 1002.
 In omnibus seruanda. 1003
 Discretio necessaria ad externas actiones. 1004
 Discretio vera in quo posita. 1006
 Ad discretionem obtinendam media tria. 1007

Distraçtio.

- Distraçtio orationis tempore cauenda. 47
 Distraçtio frequentissimus delinquendi modus in oratione. 52
 Est duplex, altera ex negligentia, altera voluntaria. ibid.
 Ad distraçtionem deuitanda adhortatio. 93. & seq.
 Distraçtio in Missa quomodo vitanda. 129. & seq.

Diuitia, & Diues.

- Diuitiæ veræ in iusto reperiuntur. 115
 Diues mendax quis. 690

Dolor.

- Dolor anteaçtæ vitæ quàm utilis sit. 667. Sacrificium Deo gratum. ibid. Quibus cõsiderationibus exciteretur. 668 & seq. Hunc dolorem sequi debet pudor. 672. & seq. Comitari timor. ibid.

- Dolor hic, seu compunctio non solum incipientium, sed etiam perfectorum est. 691
 Dolor perfectus peccatorum morum castigacionem inducit. 759
 Doloze breui corporis castigati æternam emimus exultationem. 1091

E.

Ecclesia.

- E**cclesiam, vt cellã multi sancti habitabãt. 247
 Ecclesia frequentem Angelorum habet assistentiam. ibid.
 Ecclesiam imitari debet vita religiosa.
 Ecclesia vinea magna. 653
 Ecclesia quare multos numero, paucos virtute ministros habeat. 742

Eucharistia.

- Vitæ puritatem exposcit. 68. & 72. & seq. Ex Scriptura monstratur. 69
 Eucharistia cibus est grandium, & fortium. 72
 Cur illam frequenter suscipientes parum proficiamus. 74
 Eucharistiæ laudes. ibid. & seq.
 Eucharistia semen est vitæ æternæ, panis Angelorum, nectar & potus cœlestis,

I N D E X

- ecclestis, vestis splendidi-
 diffima, thesaurus scienti-
 aze Dei. *ibid.* & seq.
 Eucharistia mūdiciā etiam
 efflagitat. 75
 Ad illam quibus excitati
 motiuis accedere debeamus. 76
 In Eucharistia Christum
 amplectamur. *ibid.*
 Eucharistia sacramentum
 est gratiaze fons, reliqua
 riuuli. 78
 Eucharistia nos inseparabiliter
 Christo vnit. *ibid.*
 Ad Eucharistiam meditationes
 assignantur. 82. & seq.
 Eucharistia panis est filiorum. 91
 Eucharistia frequentissimē
 adoranda. 247
 Eucharistia laudes ex Lauren
 Justin. *ibid.*
 Eucharistia inuisendę tem-
 pus quale. 250
 Eucharistia vsus quanti sit
 momenti. 361
 Eucharistia rectē sumenda.
ibid.
 In Eucharistia vsu, duo ex-
 trema vitanda. 363
 Eucharistia coniuuium est.
 364. Ad illud acceden-
 dum. 365. & seq.
 In Eucharistia frequenter
 sumenda, quis finis de-
 beat intendi. 368. & seq.
 Ad Eucharistiam sumen-
 dam duplex requiritur
 dispositio. 370. Altera
 spiritalis vita. *ibid.* Al-
 tera ante communio-
 nem virtutum exerci-
 tium. 371
 Ad Euchar. suscipiendam
 meditationes traduntur.
 374. & seq. latissimē.
 Eucharistiam suscipientes
 vnum cum Christo fiunt.
 395. & seq.
 Eucharistia Manna exupe-
 rat. 410. & seq.
 Eucharistiaze sacramentum
 nos intimē Christo vnit.
 420
 In Eucharistiaze sumptione
 quomodo nos geremus.
 422. & seq.
 Eucharistiaze fructus quā-
 nam. 427
 Ab Eucharistia non debet
 amoueri indevotus iustē
 viuens. *ibid.*
 Post Eucharistiaze sumptionem
 agenda gratiaze, latissimē.
 328

Examen generale.
 Examen conscientiaze bis
 quotidie faciendum. 171
 Examine conscientiaze vi-
 tae puritas acquiritur.
ibid.
 Examinis huius necessitas
 late traditur. 172
 Examinis meridiani hostis
 est externa occupatio. 173
 Examen conscientiaze quid.
 259
 Examinis conscientiaze vti-
 litas

R E R V M.

- litas latè traditur. *ibid.*
 & seq.
- Examinis conscientiaë necessitas, & munus. 264.
 & seq. & 271. & seq.
- Examen est compunctionis origo. 269
- Examine peccata cognoscimus. 264
- Examine conscientiaë communiter peccatorum veniam consequimur. 271
- Examine vitia destruuntur. 276. & seq. Virtutes acquiruntur. 277. Quies animi comparatur. 279. Et prudentia. 280
- Examen est vitiorum hostis, & virtutum origo. 282
- Examinis materiae sunt bona opera. 285. Item mala. 289
- Examinis faciendi tempus quale. 294
- Examinis tempore quænam agenda. *ibid.*
- Examinis prima pars gratiarum actio. *ib.* & quomodo facienda. 295. & seq. Secunda, ad nos cognoscendum postulatio. 298. Tertia culpam discussio. *ibid.*
- Examinanda quæ. 299. & seq.
- Examen confessionem debet præcedere, & quomodo faciendum. 332. & seq.
- Examen particulare.*
 Examen particulare quid. 306
 Examen particulare à Patribus commendatur. 307 & seq.
 Examen hoc quæ vitia eliminat. 309
 Examinis particularis faciendi modus. 311. & seq.
 Examinis particularis fructus. 316
- Exemplum.*
 Exemplum plus mouet similiudine. 878
 Exemplo bono fratribus prælucentes utilissimi religioni. 1002. & seq.
 Exemplo virtutum alios incendere gloriosum valde. *ib.* Tales aquilæ comparantur. 1003
 Exemplum bonum ignis. 1004. Quomodo aliis medio illo prælucebimus. *ibid.* & seq. Multa incommoda toleranda, ne illud prætermittatur. 1006. Media vitia ad idem. 1007. & seq.
- Exhortatio spiritalis.*
 Exhortationes spirituales debent haberi ad religiosos. 464
 Exhortationes id genus quot

I N D E X

quot hebdomadis in So-
cietate I E S V. 465
Exhortatio spiritualis panis
est verbi Dei. 466
Exhortationis spiritualis
fructus, & vtilitas. ibid.
Exhortationis prouincia nō
cuilibet demandāda. 467
Exhortationes quomodo
præparandæ. 468. Qui
libri ad id apti. 470. &
seq.
Exhortationes quid debeāt
continere. 471. & seq.
Exhortationes quomodo
cum fructu audiendæ.
473. & seq. 478. & seq.

F.

Familiaritas.

Familiaritatem cum im-
perfectis, & malis ha-
bere periculosum valde.
1053. & seq.
Familiaritas bonorum ex-
quirenda & sectanda.
1054. & seq. vtilis mul-
tum est. 1055. & se-
quent.
Familiaritas nimia etiam
cum bonis vitanda. 1056
Familiaritatem carnalem,
quæ ostendant. ibid. &
seq.

Feruor.

Feruor orationis lectione
spirituali comparatur. 191

Feruor nimius in Euchari-
stia sumenda examinan-
dus. 367
Feruor Deo seruiendi per
generalem confessionem
succenditur. 795
Feruoris incitamenta pluri-
rima. 795. Quæ medi-
tanda vt accendatur. 763.
& seq. 1. Cui seruiamus.
ibid. 2. Quid pro nobis
Deus fecerit. 766. 3. Quid
Dominus omnino à nobis
strenuè seruirei deside-
rat. 767. 4. Dei in nos col-
lata beneficia, & eorum
circumstantiæ. 769. &
seq. 5. Quæ à nobis exi-
guntur, parua. Quæ dan-
tur in præmium, magna.
770. 6. Tepidorū pericu-
la. 771. 7. Virtutis pul-
chritudo. 772. & seq. Sua-
uitas. 773. 8. Sanctorum
exempla. 774. 9. Quan-
tum debeamus Deo. 775.
10. Temporis breuitas.
776. 11. Expectari nos à
cœlitibus. 779
Feruoris prædicti finis, emē-
datio vitæ. ibid.

Fides.

Per fidem accipimus pote-
statē, vt filij Dei simus. +
Fides profitenda quando, &
quomodo. 830

Finis.

Finis in celebratione Missæ
rum

run
& lo
Finem
diffi
Finis i
lis
Finis i
ter
beat

Fortitu
chan
Fortitu
rand
prop
pim

B Fran
queri
chari
quom
B Fran
min
induc
B. Fran
mort
fingu

Fratrum
mesti
Fratres
vel t
lentu
inde
seq.
Fratres
prand
cutur

R E R V M.

rum quis esse debet. 77. Fratres in hac remissione
& seq. quomodo se debeant ha-

Finem bonum in opere in- bere. 189

differēti Deus petit. 8. 10 Fratres scholares quomodo

Finis in studio literarū qua- instruendi à patre spiri-

lis præfigēdus 143. & seq. tuali. 520. & seq.

Finis in Eucharistia frequē- Fratres coadiutores quo-

ter sumenda qualis de- modo docēdi. 537. & seq.

beat esse. 368 In fratribus nō tam homo,

Fortitudo.

Fortitudo nostra est SS. Eu- quam Deus aspiciendas.

charistia. 72 1014. Id perquam vtile.

Fortitudinem ad persecu- ibid. Multorum bono-

randum in bono, nobis rum origo. 1016. Me-

propter Christum acci- dia ad id consequendum.

pimus. 401 1017. & seq.

B. Franciscus.

B. Franciscus Borgia septies Fratres amore prosequendi.

quoridie Christum in Eu- 1018. In quo situs hic

charistia inuisebat, & amor, eius substantia.

quomodo. 248 1019. & seq. Eius causa

B. Franciscus Borgia scēmi- finalis. 1022. Modus. ib.

minas inuisurus cilicio Media. 1024

induebatur. 456 Fratribus quæ bona velli-

B. Francisci Borgiæ gustus mus. 2020 Bonū diuinū.

mortificationis exemplū ib. Bonū humanum. 2021

singulare. 812 Fratres affabiliter alloquen-

Fratres.

Fratrum communitas in co- di. 1027. & seq.

mestione sectanda. 175 Fratres honore prosequen-

Fratres post prandium bini, di. 1031. & seq. Quare id

vel terni non confabu- debeatur. 1033

lentur. 182. Quæ mala Frates coadiutores maxi-

inde proueniant. ibid. & me honorandi, & qua de

seq. causa. 1036

Fratres in remissione post Fratrum defectus patienter

prandium, de quibus lo- sustinendi. 1039. Inge-

cuturi. 186. & seq. nia minūs suauia, dura

conditio, proterui mores. 1040. Aegritudines, igno-

Media

I N D E X

Media vtilia. 1044. & seq.
 Fratres adiuuare debemus.
 1046. & seq. Id ex sacris
 literis comprobatur. ib.
 & 1047. & seq. Sic Dei
 imitatores sumus. 1048.
 Multa bona lucratur.
 ibid. & seq. Media ad id.
 1050. & seq.
 Fratibus qua ratione opem
 feremus. 1049. Primo,
 oratione. Secundo, com-
 passione. Tertio, sanctis
 desideriis. Quarto, ser-
 monibus. Quinto, operi-
 bus. ibid. & seq.

G.

Gaudium.

GAUDIUM percipiendum
 ex nostrorum defe-
 ctuum manifestatione.
 801. Eius causæ. ibid.
 Prima, humilitas funda-
 mentum vitæ spiritualis.
 ibid. Secunda, finis no-
 stræ vocationis. ibid. Ter-
 tia, is cui aperiuntur. 802

Gloria.

Gloria vana in studio lize-
 rarum fugienda. 143. &
 seq.
 Gloriæ immortalitas no-
 stris corporibus propter
 Christum donatur. 407
Gratia.
 Est vita spiritualis. 3

Vita naturali componitur.
 ibid.
 Gratiâ diuinæ naturæ con-
 sortes efficiamur. 4. Item
 filij Dei. ibid.
 Gratia initium est virtu-
 tum. ibid.
 Cum gratia simul donantur
 à Deo virtutes infusæ. 5
 Gratia vestitus est deauratus.
 ibidem. Est aurum.
 ibid.
 Gratia efficit vt nostra ope-
 ra sine cordis afflictione
 fiant. 798
 Gratiarum actio, vide *Actio
 gratiarum.*

Gratitudo.

Gratitudo erga Deum co-
 lenda ob varia eius be-
 neficia. 889

Gubernatio.

Gubernationū genera duo
 in Ecclesia. 720. Virum-
 que tamen gubernando-
 rum notitiam requirit.
 ibid.
 Gubernatio politica radices
 peccatorum publicorum
 refecare debet. 721
 Gubernatio politica reli-
 giosis familiis graue ma-
 lum. 722
 Gubernatio religiosa spiri-
 tualis & interior. 723
 Gubernatio bona Prælatorum
 inferiorum salutis, &

& p
 937

H
 Honor
 Homi
 pote
 dare
 mo.

Honor
 di. r
 do
 vtil
 dia.
 Honor
 hon
 ami
 Rat
 Trib
 ligio
 caul

Honof
 virt
 dece
 cū r
 Honof
 mor
 nost
 Honof
 præ

& profectui valde utilis.

937

H.

Homo.

Hominum nostri seculi
conditio. 743

Homo palmes. 762

Hominem rationis com-
porem Deum non lau-
dare turpe ex Chryosto-
mo. 884

Honor.

Honore fratres persequen-
di. 1031. & seq. Quomo-
do id fiet. 1032. Quam
vtilis hoc sit. 1033. Me-
dia. 1038

Honor omnibus debetur
hominibus. 1033. eorum
amicitiam conciliat. *ibid.*
Ratio prefati debiti. *ibid.*
Tribuendus precipue re-
ligiosis laicis, & quam ob
causam. 1036. & seq.

Honestum.

Honestum idem est cum
virtute. 22. Idem quod
decorum. *ibid.* Confertur
cū recta valetudine. *ibid.*

Honestas turpitudinem, vt
mortem fugit 23. est salus
nostrarum actionum. 22

Honesta opera quibuscumque
præpediantur. 157

*Hora canonica, vel officium
diuinum.*

Officium diuinum, officium
est sacerdotum. 55 Illo
recte persoluto Deus pla-
catur. *ibid.*

Suis quodque temporibus
recitanda. 58. & seq.

Quantum Deo displice-
at, illud præuertere,
exemplo monstratur. 59

Quis locus ad recitandum
aptus. 60 Quis corporis
situs. 62. Quæ præpara-
tio. 63. Quæ prolatio. 64.

Quæ attentio. 65. Quæ
deuotio, & finis in reci-
tando. 67

Humilitas, & Humilis.

Humilitas inter disci-
pulos sectanda. 155

Humilitatis opera magni
ducenda. 255

Humilitatis signa non præ-
termittenda. 459. & seq.

Humilitatis exemplum exi-
mum. *ibid.* & 462. & seq.

Humilitatis exercitium o-
mnes comprehendit. 160

Ad humilitatis opera ad-
hortatio, ex S. Bonauen-
tura. 463

Humilia exercitia vtilia &
antiqua. 643. & seq.

Humilitas per generalem
confessionem generatur,
permouetur, perficitur.
795. & seq.

Humilitas initium perfe-
ctionis,

E E c c t i o n i s,

I N D E X

- tionis, & fundamentum virtutum. 732
- Humilitate vera conquiratur vera discretio. *ibid.*
- Humilitatis initia, & incrementa, ex Cassiano. 731. & seq.
- Humilitas Deo gratior iuniis. 740
- Humilitatis quartus gradus, ex Benedicto. 946
- Humilitas affabilitatem ingenerat. 1031
- Humilis alios sibi superiores iudicat. 1034. & seq.
- Id Dominus à nobis exigit. 1035
- Humilia ministeria seniores obire, & etiam Superiores perutile. 1050
- Humilitas ad discretionem obtinendam utilis. 1107

S. P. N. Ignatius.

- Quomodo se in infirmitate gesserit. 160
- Conscientiam singulis horis examinabat. 316
- Quales requirat in Societate Præfectos spiritus. 501
- Modestiaz regulas scripsit. 1071

Ignis.

Ignis consumens est Christus in Eucharistia. 395

Ignavia.

Vide *Incuria in opere*, Socor-

dia, Acedia, & Segnitie.

- Ignaviam multis Chrysostomus sugillat. 164. & seq.
- Ignaviam vt vincamus orandus Dominus. 999

Inanis gloria.

Inanis gloria in literarum studio maximè vitanda. 143

Incuria in opere.

- Incuria, & segnitie in opere fugienda. 162
- Incuriam & ignaviam in opere latè Chrysostomus reprehendit. 164. & seq.

Infamia.

Infamia vnus religiosi in omnes eius fratres aspergitur. 743

Infirmitas, & infirmus.

- Infirmitas solet nos ab opere honesto retardare. 159
- In infirmitate quì nos habere debeamus. 160
- In infirmitatibus Deus homines variis de causis affigit. 809. & seq. Patienter sustinendæ, quia in nostram utilitatem à Deo mittuntur 810. Quod nõ magna bona nobis adiungunt. *ibid.* Multa è contra inferant. 811. Quid facien

ciendum. *ibid.* Fidendum Deo. *ibid.* Medicus admittendus. 812. Medicamenta præscripta non respicienda. *ibid.* Medicus alius præter consuetum non vocandus. 813. Medicamenta cõmunia grata sũt. *ibid.* Nihil petendum, vel si quid pauperis affectu petatur 814. Documenta alia pro infirmis. *ibid.* & seq.

Ingratus, & ingratitude.
 Ingratus Deo maximè odibilis. 114
 Ingratitudinis mala. 649
 Ingrati in Deum quot modis sumus. 676

Intellectus.

Intellectus in appetitu sciendi moderandus. 143

Intentio.

Intentio recta in literarum studio necessaria. 143
 Intentionis rectæ utilitas magna. 994
 Intentio recta à Deo postulanda. *ibid.* est virtutum fundamentum & basis. 995

Iustus.

Iustus veras diuitias possidet. 115

Iustorum dies quare pleni dicantur. 325
 Iusti erga Deum, quales nobiles erga suos Reges. 608
 Iustus diues, & eius diuitiæ. 863

L.

Laus.

Laudis sacrificium gratiarum actio. 648
 Laus Dei quid sit. 879. Ad eam sæpe nos Scripturæ hortatur. *ibid.* Nunquam ab ea cessandum. 880. Est triplex, oris, cordis, & operis. *ibid.* & seq. Prima explicatur. 881. eius comites, humilitas, timor, & deuotio. *ibid.* & seq. Secunda cordis describitur. 882. Quæ erit perpetua. 883. Tertia operis declaratur. *ibid.* & seq. est oblatio præcipuè à Deo postulata. 884. Potest esse perpetua. 885. Media ad prædicta. 886
 Laudis Dei meritum, & dignitas. 887

Lectio spiritalis.

Lectio spiritalis quotidie habenda. 193. Quid illa sit. 194
 Lectio spiritalis quotidie habenda. 195. Illius utilitates. 196

I N D E X

- Lectio spiritualis per horam, vel semihoram debet durare. *ibid.*
 Lectio habendæ modus. 197. & seq.
 Lectio oratio brevis præcedat. 198
 Interrumpi debet oratione. 199
 In lectione spirituali quid querendum. *ibid.*
 Qui libri legendi. *ibid.* & seq.
 Lectio spiritualis ad opus dirigatur. 200. & seq.
 Lectio tempore non multa legantur, sed plura cogitentur. 201
 In lectione spirituali puritas interior querenda. *ibid.*
 Lectio spiritualis defectus orationis supplet. 202
 Lectio in scholis.
 Lectio in scholis quomodo audienda. 149
 Lectio cum aliis discipulis reolenda. 150
 Leges.
 Leges Dei quædam specula. 646
 Ad legem non coarctari signum perfecti amoris, ex Cassiano. 1093
 Lege iusti cur solvantur. 1094
 Libri.
 Libri tradentes orationis usum legendi. 48
 Libri ad lectionem spiritua- lem quinam apti. 199. & seq.
 Libri ad exhortationes pa- randas quinam apti. 470. & seq.
 Liber spiritualis quasi ar- genti vena. 645
 Libris religionis quomodo utendum. 1011
 Lingua.
 Lingua bestia, Phiala vene- no plena, fons malitiæ. 688
 Linguam corporis & animæ domare utilissimum. 1082
 Literarum studium.
 Vide *Studium litterarum.*
 Loquacitas.
 Loquacitas quæ mala affe- rat. 141
 Ludus.
 Ludus honestus decet reli- giosos. 603
 Luxuria.
 Luxuriæ ignis quibus ac- cendatur. 1091
 M.
 Magister.
Magistri venerandi, eorumque doctri- na

na
 Magi
 pul
 Magi
 fact

 Malur
 stru

 Statim
 som
 29.
 Maria
 bis
 re.
 Maria
 vid
 Maria
 trib
 Maria
 duc
 cta
 fig
 Maria
 ter
 Maria
 liqu
 inu
 ma
 bis.
 Maria
 uoc
 la p
 Maria
 cat
 &
 Maria

na sequenda. 148
 Magistri fructus est disci-
 pulus obediens. 149
 Magistri spiritus, vide *Præ-
 fectus & Pater spiritualis.*

Malum.

Malum virtutis bonum de-
 struit. 7

S. Maria Virgo.

Statim atque surgimus à
 somno nobis inuocanda.

29. Ad id oratio. 31

Maria virgo post Deum no-
 bis colenda. 202. & qua-
 re. *ibid.*

Mariæ Virginis Psalterium,
 vide *Psalterium, & Corona.*

Maria Virginis sexaginta
 tribus annis. 219

Mariæ Virginis Corona ex
 duodecim stellis compa-
 cta. 220. Iste stellæ quid
 significant. 221

Mariæ Virginis caput sep-
 tem coronis ornatur. 223

Maria Virgo vocali, menta-
 lique oratione quotidie
 inuocanda. 228. Item
 magis affectu, quàm ver-
 bis. 230

Maria Virgo quomodo in-
 uocanda. *ibid.* Quid ab il-
 la petendum. 231

Maria Virgo quomodo vo-
 caliter inuocanda. 233.
 & seq.

Maria Virgo mater nostra

est. 240

Maria Virgo qua oratione
 ante somnum inuocan-
 da. 318

Maria Virgo ad agendas
 gratias inuocanda. 431

Maria Virgo perfectam ha-
 buit in Dei voluntate re-
 signationem. 434

Meditatio.

Meditationes ad Eucharis-
 tiam. 82. & seq.

Mensis.

Mensis cuiusque quæ sint
 exercitia. 489. & seq.

Mensis initio sanctus eli-
 gendus. 492. & quomo-
 do. 493

Mensibus singulis dies ad
 emendandos defectus eli-
 gendus. 497. Quid illo die
 faciendum. 498

Memoria.

Memoria vtilissima. 634

Memoria in Scripturâ ali-
 quando sumitur pro
 actione. *ibid.*

Memoria triplex. *ibid.*

Memoria Dei omnium bo-
 norum exordium. 635.
 est honestissima. 636.

Per illam Angelis si-
 miles efficiuntur. 637. Est
 vtilissima. *ibid.* Per il-
 lam vitamus peccata.

ibid. Seruamus præcep-
 ta

E E c c 3 724

- ra. ibidem. Dæmonis as-
fultus vitamus. 638. om-
nem virtutem compa-
ramus. ibid. est deliciarum
plenissima. ibid.
- Ministeria corporalia.*
- Ministeria sollicitè pertra-
ctanda. 156. & seq.
- Ministeria quibus soleant
vitiis impediri, latè 157.
& seq.
- Ministeria propter deuotio-
nem non præmittren-
da. 166. Nec ob defectus,
qui ex proximorum con-
gressu solent emergere.
167. Nec ob priuam
deuotionis suauitatem.
169.
- Ministeria corporalia. de-
bent religiosi exercere.
175. & seq.
- Ministeria spiritualia.*
- Ministeria spiritualia à qui-
bus obeunda. 552. & quo-
modo. 560. & seq.
- Misericordia.*
- Misericordiam subtrahere,
quando sit misericordia.
125
- Missæ, & ad illam per-
tinentia.*
- Ante Missæ celebrationem,
& auditionem Sancti in-
uocandi. 29
- Ad Missam præparatio qua-
druplex. Prima, vitæ puri-
tas. Secunda, intentionis
rectitudo. Tertia, deuotio-
nis excitatio. Quarta,
generalis postulatio. 69
- Vitæ puritas quid. ibid. &
seq. Quid intentio. 70.
Quid deuotio. 71. Quid
postulatio. ibid.
- Vitæ puritas maximè neces-
saria ad celebrandum. 72.
vsque ad 76. Intentionis
rectitudo commendatur.
ibid. vsque 81. Exercita-
tio deuotionis. 82
- Meditationes ad excitandâ
deuotionem. ibid. & seq.
- Quænam motiua nos ad
celebrandum inuident.
77. & seq.
- Quid in Missa petendum à
Deo. 80. Huius petitionis
vsus. 87. Petitionis mo-
dus aptissimus. 88. & seq.
- Missæ per semihoram debet
durare. 105
- Missæ diebus singulis au-
dienda. 126
- Missæ ministrare maius
meritum est, cæteris pa-
ribus, quàm illi assistere,
& quare. ibid.
- Missæ ministratio quos af-
ferat fructus. ibid. & seq.
- Missæ ministrare minime-
rius est Angelicum. 127
- Missam quotidie D. Tho-
mas, post celebratam
aliam, audiebat. ibid.
- Missæ Sacrificio quomodo
assistendum. 128
- Missæ

Missæ absoluta quidnam
agendum. 132

Modestia.

Modestia virtutū omnium
minima. 688. Quid sit.
1067

Modestia aliarum virtutum
ornamentum, & quasi
vestis. ibid.

Modestix, cæterarūque
virtutem discriminē. 1068.
Quare nota omnibus fu-
tura. ibid. & seq. est ru-
brica. 1069

Modestia semper retinen-
da & qua de causa. ibid. &
seq.

Modestix nescium quæ ma-
la comitetur. 1070 & seq.

Modestiam sancti Patres
valde commendant. 1071

Modestix præcepta seruan-
da. 1072. & seq.

Modestia optimus prædi-
candi modus. 1073

Ad consequendam mode-
stiam media tria. ibid. &
seq.

Mori, Mors.

Mortis in diem nos singulis
annis præparare debem⁹.

816. Id perquam utile.

817. Horrantur idem sa-
cræ litteræ multis modis.

ibid. & seq. Triplex præ-
paratio. 819 Prima, re-
motā, sancta scilicet vita,

ibid. Secunda, proxima
quæ septem continet.
832. Tertia media 825.

Quomodo in ea nos ge-
tere debeamus. ibid. Quæ
meditanda. 826. & seq.
Omnia creata animo re-
linquenda. ibid.

Mori bene res difficilis. 817
Moriuntur in Deo, qui in
eo viuunt. 820

Mors ante oculos semper
habenda. 822. Firma-
tur id exemplo cuiusdam
viri. ibid.

*Mortificatio, & Mor-
tificatus.*

Mortificationis opera in re-
ligione quæ. 462. & seq.

Mortificatio torcular. 664.

Mortificationis quod genus
Deo gratissimum sit ho-
locæustum. 1093

Mortificationis gustus.

Mortificationis gustus ex-
plum singulare B. Fran-
cischi Borgiæ. 812

N.

Natura.

Natura nostra qualis
post peccatum.

625

Natura nostra ad malum
proclinis. 1097

E E c e 4 N i g e

Negotia.

Negotiorum duo genera.
 Quod illorum fugiendū.
 ibid. Quod amplectendū.
 ibid. 1101
 Negotia quomodo agenda,
 ne animum turbeat. ibid.

O.

Obedientia.

Obedientia religiosi nutritrix, & magistra. 20
 Obedientiæ præconia à Laurentio Iustiniano. ibid.
 Obedientia nos à cella educat. 138
 Obedientiæ perfectio quæ.
 Obedientia perfecta à Deo efflagitanda. 442
 Obedientia facit animam ipsam sacrificium. ibid.
 Obedientia omnem nostram continet perfectionem. 703
 Obedientiæ veræ signum ex Climaco. 718
 Obedientia debetur prælatis. 925. Per illam efficiuntur ex populo Dei. ibid. est omnium mater, & custos virtutum ex Augustino. ibid. Multa parit bona. 926. Eam Deus ad utilitatem, & humilitatem nostram ordinavit. ibid. Describitur ex Climaco. ibid.

Obedientia primò in opere eluceat. ibid. c. Secundò in voluntate. 929. Est cibus. ibid. Varia Patrum dicta. ibid. Hilariter subeunda. ibid. Tertio in iudicij abnegatione. 930. explicatur hoc. ibid.

Obedientia Abrahamæ commendatur. ibid.

Obedientia regulanda opera nostra ne erremus. 931

Obedientiæ media. 932. Humilitate & dilectione triplici iuuanda. ibid. & seq.

Oblatio, vel Offerre.

Offerendum Deo quid, latè traditur. 435. & seq.

Offerre nos Deo debemus, ut oblationem. 436. ut sacrificium. 438. Item, ut holocaustum. 440

Oblivio.

Oblivio Dei omnium malorum initium. 842

Occasio.

Occasio ad operandum minimè prætermittenda. 165

Occupatio.

Occupationes in cella quænam habendæ. 157

Occupationes examinis tempore

- tempore refecandæ. 173
 Occupationes externæ fugiendæ, & quales. 257.
 & seq.
 Occupationes externæ singularis annis per dies aliquot relinquendæ. 789.
 & seq. Docet id Evangelium, & sanctorum exempla. *ibid.* Francisci. 791. Hugonis Linconicensis. *ibid.* Laurentij Dublinensis. 792
 Occupatione assidua, etsi bona & vtili, spiritus fatigatur. 793

Odiū.

- Odiū fratrum causa discessionis ab Ecclesia ex Augustino. 914
 Odiū fratrum, & superiorum fontes vocationem & religionem non semel amittunt. *ibid.*

Officium diuinum.

Vide, *Hora canonica.*

Omissio.

- Omissio in opere malum quoddam est. 7
 Omissio in opere ob difficultatem fugienda. 166
 Minima, quæ in exhortationibus audimus, non omittenda. 477-479

Opus.

- Opus indifferens fieri propter bonum finem Deus iubet. 8.10.
 Opus ex se bonum ipse Deus petit. 8
 Opera cellæ propria, quæ. 138
 Opera virtutis propter scientiam non omittenda. 146
 Opera honesta, quibus rebus prædiantur. 157
 Opus ob difficultatem non est differendum. 165
 Opus externum ad quid vtile. 251
 Opus externum quod appetendum, & quare. 252
 Opus externum quomodo Deo existet gratum. 253
 Opera quæ, & quomodo examinanda. 299
 Opera religiosorum quare delectabiliter efficiantur. 326
 Opera nostra nos debent præcedere. 627
 Opera bona ad mortem bonam disponunt. 820. & seq. Iustis multipliciter vtilia. *ibid.* & seq.

Oratio.

- Orationis tempore fratres alios præcedere debemus. E E c 5

- mus. 25.44
- Ad orationem præparatio duplex; vitæ puritas remota: proxima & meditationis punctum prælectio. 36. & seq. & sui, Deique cognitio. 38. & seq.
- Oratio dux, comes, robur, ac fortitudo nostra. 39
- Oratio quare ante lucem habenda. *ibid.*
- Orationis tempore quid obseruandum. 41
- Orationis laudes eximia. 42
- Orationis auiditas exemplo commonstratur. 44
- Orationis tempore Christus suos iustos auditurus adest. *ibid.* & seq.
- Duo ad bene orandum documenta. 45. & seq.
- In oratione duplex via, altera consolationis, desolationis altera: & quæ utraque capessenda. 47 & seq.
- Libri orationis vsus exponentes legendi. 48
- Orationis discussio tyronibus maximè necessaria. 50. Oratione peracta, facienda, & quare. *ibid.* Discussionis huius modus traditur. 51. & seq.
- Oratio pro quibus effundi debeat. 92. & seq.
- Tempus orationi aptum, matutinum, & quare. 39
- Orationem vocalem possimus Missæ tempore recitare. 132
- Orationes ante studiû literarum recitandæ. 151. 152
- Oratio ad flagitandam gratiam, vt tempore vesperino rectè nos habeamus. 191
- Oratio breuis præcedat lectionem spiritualem. 198
- Oratio turgis. 662. Ad quid utilis. 665
- Orationis dona Deus Societati Iesu communicat. *ibid.*
- Oratio pro prælatis effundenda à subditis. 933. Quæ illa sit fructus. *ibid.* Quæ in illa postulanda 934. Nobis hæc via etiam utilis. 935. quibus ad id excitemur. 936
- Otiium.*
- Otiium in cella maximè fugiendum. 137. 1065
- Otiium virtutum omnium hostis. 142
- Otiium quædamna afferat. 142. 162
- Otiû ipsum peccatû est. 163
- Otiium orationis summum negotium. 794
- Otiium sectari stultissimum est. 1065
- Otiiosum verbum.*
- Otiiosum verbum extra cellam committimus. 136

P.

Pater spiritualis.

Pater spiritualis incre-
pans humiliter au-
diendus. 356
Patris spiritualis dictis cre-
dendum. 357
Patris spiritualis consilium
in rebus animæ susci-
piendum. 358
Patri spirituali obedire ali-
quando necessarium. 359
Vide *Præfatus spiritus.*

Patientia.

Patientia per confessionem
generalē roboratur. 696
Patientia opus habet perfe-
ctum. 810
Patientia iustus probatur. 815
Patientia ad sustinendum
prælatus carere mala
quæ afferat. 940
Patientia opus, cum à præ-
latis corrigimur. 941

S. Paulus.

S. Paulus Hostia Abel Sacri-
ficio nobilior. 783. Lau-
des ex Chrysostomo. ib.
S. Paulus gratias agebat
Deo pro aliorum benefi-
ciis. 894
S. Paulus orationē pro se fie-
ri ab aliis postulabat. 933
S. Paulus in quo suum amo-
rem erga homines osten-

derit. 1041
S. Paulus duplicem crucem
sustinere præcipit, carnis
& spiritus. 1082

Pauper, & Paupertas.

Paupertas religiosi coadiu-
toribus maximè com-
mendetur. 543
Pauper superbus quis. 690
Pauper religiosus quis. 1088
& seq.

Pax.

Pax quomodo sequenda.
1100

Pœnitentia.

Vide *Corporis castigatio.*
Pœnitentia omnibus neces-
saria. 452
Pœnitentia vitam religio-
sam constituit. 453
Pœnitentia animarum cu-
ram gerentibus necessa-
ria. 454 & seq.
Ad pœnitentiam adhorta-
tio. 457. & seq.
Pœnitentiæ commendatio.
667. & seq.

Peccatum.

Peccata per cōscientiæ exa-
men detestamur. 263
Peccatorum cognitio re-
quiritur ad compunctio-
nem. 268
Peccata per illorum discus-
sionem cognoscuntur.
263 & seq.

Pecca

- Peccatorum remissio à Deo petenda. 435
- Peccata graua. & reseruata prælato per confessionem detegere vtile valde. 699
- Peccata interna aliquando magis nocent, quàm externa. 721
- Peccata contegere infame, reuelare gloriosum. 754
- Peccata omnia detestanda quo seruore. 827 Illorum venia postulanda. 828
- Peccata semper fugienda. 838
- Peccatum onus 1039 & seq.
- Peccatum veniale.*
- Peccatum veniale cogitationis quomodo examinandum. 336. Quomodo peccatum loquelæ. 337. Quomodo peccatum operis. 339
- Peccatorum venialium confessio frequens apud religiosos. 328
- Peccata venialia bonis operibus adiunguntur. 340. & seq.
- Peccatorum venialium contritio quomodo excitanda. 347. & seq.
- Peccatum veniale aliud ex naturæ imbecillitate. 355
- Aliud ex malitia. 356.
- Quomodo vtrisque satisfaciendum. 355
- Perfecti, & Perfectio.*
- Qui in operibus ordinem, & modum seruat, est perfectus iudicandus. 14
- Perfectiones suas Christus in Eucharistia ostendit. 433
- Ad perfectionem via regia laborum, & afflictionum tolerantia. 677
- Perfectio nulli datur sine magnis virtutum actionibus. 680
- Perfectionis studium indiget præceptore, vt alia artes. 726
- Perfectio sine discretionem & humilitate obtineri nequit. 731
- Perfecti viri quandoque deficiunt. 795
- Perfectio propria quæritur priusquam aliena. 873
- Perfectionum virorum studium aliorum virtutes imitari. 1002
- Petitio, Petere.*
- Petendum in Missa quid. 80
- Petitionis modus. 88
- Petitionis vsus. 87
- Petendum quid post communionem. 431
- Petenda à Deo vtilia. 439
- Petrus.*
- Petrus Rodericus quomodo se

R E R V M.

se habuit in infirmitate.
161. & seq.

Præceptor.

Præceptor, ut discamus,
impedimenta omnia cõ-
purandæ doctrinæ ape-
rienda. 726
Præceptore indiget perfe-
ctionis studium sicut cæ-
teræ artes. ibid.

Prælati.

Prælatus frequenter adhor-
tationes habeat ad reli-
giosos. 464
Prælatus verbum Dei fra-
tribus proponat. 473
Prælatus loquentem ut
Christum debemus au-
dire. 477
Prælatus raro sæculares in-
uisat. 563. Quibus hoc
munus debeat demanda-
re. 564
Prælatus, ut pater, præcep-
tor, medicus, consilia-
rius audiendus. 705
Prælato conscientiam ape-
rire, & confiteri perutile.
710
Prælato interiora omnia
manifestanda. ibid. & seq.
Prælatus amicus fidelis.
712 & seq.
Prælati munus. 729
Prælato non solum tenta-
tiones, sed etiam casus
manifestandi, ex Ba-

silio.

Prælatus similis patri fami-
lias. 741

Prælatus interroget sibi sub-
ditos de intimis sine me-
tu. 745

Prælati admonitiones hu-
militer & grater acci-
piendæ. 746. Eiusdem
increpatio libenter au-
dienda. ibid.

Prælatus quare non debeat
contemnere inferiores
suos defectus manife-
stantem. 755. & seq.

Prælato defectus fratrum
non manifestare illo-
rum particeps fieri est.
800

Prælati à nobis diligendi.
910. Quia vices Dei ge-
runt in terris. ibid. Quia
Christum repræsentant.
ibid. & 913. Quia sunt
patres. 911. Aliæ huius
amoris debiti causæ. 912.

& seq. ubi prælatorum
varia officia describun-
tur. Prædicti amoris uti-
litas plurima. 913. Pro-
dest ad faciliè obedi-
endum. 915. Ad puritatem
vitæ. ibid. Illius condi-
tiones. 916 Media ad
illum. 917

Prælatus erga amor qualis
futurus. ibid.

Prælati semper, & ubique
colendi. 918

Prælati, spirituales patres.
922

Prælatis

I N D E X

- Prælati quibuscunque obediendum. 927
- Prælati S. Paulum pro se orationem fundi postulantem imitantur. 936
- Prælati ut caput nostrum considerandus. *ibid.*
- Ex prælatorum bona gubernatione inferiorum salus, profectusque dependet. 937
- Prælati patienter sustinendi. 938. Ratio. 939. Radix oppositi actus superbia. *ibid.*
- Prælatum quæ minùs tolerabilem faciant. 940. Illum sustinebimus, si nos ipsos consideremus. 941. Media ad hunc finem seruiencia. 945. & seq.
- Prælatos in multis deficere nil mirum. 946
- Prælatorum defectus boni subditi contegunt. *ibid.* Illos exaggerare iniquissimum. 947
- Prælatorum erga manifestos defectus qualiter nos gerere debeamus. 949. Tacendi sunt. 950
- Prælati detrahentes Deo odibiles. *ibid.* Non audiendi. 951
- Prælati non iudicandi à subditis. 953. & sequent. Illis duo actionum genera sunt, priuatorum alterum, alterum publicorum; neutrum ta-
- men iudicandum. 954. seq. Media ad id. 959. & seq.
- Præfectus spiritus.*
- Præfectus spiritus, vide *Pater spiritualis.*
- Præfectus spiritualis qualis esse debeat. 501. Quale sit illius munus. *ibid.*
- Præfectus spiritus quibus teneatur insigniri virtutibus. 502. & seq. latissimè.
- Præfectus spiritus erga omnes affabilitatem ostendat. 508
- Præfectum spiritus alij sacerdotes adeunt. 510. & seq.
- Præfectus spiritus erga sacerdotes quomodo se debeat habere. 514. & seq. latè. Quomodo autem erga scholasticos religiosos. à 250. vsque ad 536. & erga coadiutores quomodo. à 537. vsque ad 544.
- Præfectus spiritus frequenter consulendus. 545
- Præfectus spiritus nostrum est tutamen. 546
- Præfectus spiritus quare crebrò adeundus. 547. & 549. Est viæ nostræ comes. *ibidem.* Quas nobis afferat utilitates à Bernardo describitur. *ibid.*

Præfe

R E R V M.

Præfecto spiritus omnia
conscientiæ arcana de-
regenda. 550. Et qua-
re, à Laur. Iustiniano.
551

Præfecto spiritus omnibus
opus. 715. & seq. Maximè
tyronibus. 718

Præsentia Dei.

Præsentia Dei cogitatio
quæ. 840

Præsentia Deo quomodo
nos cogitare debemus.
841

Præsentia Dei honestissima.
843. Vtilissima. 844. Pro-
deit multum ad peccata
vitanda. *ibid.* Seruanda
præcepta. *ibid.* Dæmonis
assultus vitandos. *ibid.*
Omnem virtutem com-
parandam. *ibid.* Est deli-
ciarum plenissima. *ibid.*

In præsentia Dei quomodo
nos exercebimus. 847.
& seq. Media tria qui-
bus iuuemur ad hoc. 849.
Primum electio aliquo-
rum signorum. *ibid.* Do-
cet id Scriptura. *ibid.* Se-
cundum in animo huius
exercitij curam habere.
ibid. Tertium perseue-
rantia, etsi millies defi-
ciamus. 850

Præsentia Dei iugis medi-
tatio magnum donum
eius. Quomodo quaeratur.
ibid.

Prandium, vel comestio.

Prandij tempus quanta ha-
beat pericula. 174. & seq.

Prandendum semper in re-
fectorio cum fratribus.
175

Prandendi modus. *ibid.*
Prandendum ob necessita-
tem, non ob voluptatem.
ibid.

Ante prandium orandum.
176. Qua oratione. *ibid.*

Prandij tempore quæ nos
debeamus habere. 177.

Ante prandium in refe-
ctorio, quomodo. *ibid.*

Qualiter in ipsa come-
stione. *ibid.* & seq.

Post prandium gratiæ Deo
agendæ. 179

Proximus.

Proximorum negotia quæ
religiosi debeant tracta-
re. 552

Proximi cum religioso con-
uersatio qualis esse de-
beat. 553. & seq.

Vide *Secularia negotia.*

Psalmi.

Psalmodiarum præstantia, &
utilitas. 57

Psalterium B. V.

Psalterium inter omnes
preces solemne. 202
Psalte

I N D E X

- Pfalterium cur Rosarium, & sertum dicatur. *ibid.*
 Psalterium religiosi præcipuè debent recitare. 205
 Psalterium quibus coalescat partibus. *ibid.*
 Psalterium quomodo recitandum. 206. & seq. vsque ad 219.
 Psalterij utilitas. 217

Puritas.

- Puritas vitæ præcipua, licet remota, ad orationem præparatio. 35. Item ad Eucharistiam. 69. & 72
 Puritas vitæ ad cordis tranquillitatem medium. 1102

Pusillanimitas.

- Pusillanimitas quanta affert mala. 157. & seq.

R.

Recreatio.

- R**ecreatio honesta religiosos non dederit. 585
 Recreatio honesta nutrimentum est charitatis. 587. & seq.
 In recreatione quis modus seruandus. 590
 Recreatio crebra vitanda. *ibid.* Quando admittenda. 592.

- Recreatio quibuscum habenda. 393 & seq.
 Recreatio qua intentione capeffenda. 596 & seq.
 Recreatio deambulationem admittit. 599 & quo fine. *ibid.* Quid in deambulatione seruandum. 600
 Recreationi collocutio admisceatur. 601. Quid collocutio sit. *ibid.* Quibus de rebus in collocutione tractandum. 602
 Recreatio ludum non excludit. 603

Regula.

- Regularum lectio utilis, & qualis futura. 645. & seq. 976
 Regulæ speculo comparantur. 646
 Regulæ & statuta thesaurus & diuitiæ religionum. 971. Seruanda hæc diligenter. 972. Quam utilis hæc custodia. *ibid.*
 Regulæ magna iubent, seruanda tamen. *ibid.* & seq. Minima præcipiunt, implenda etiam. 974. Nam omittere illa periculosum. *ibid.* & seq.
 Regulæ lucerna, lux, & via vitæ. 976
 Regularium custodiam adiuuantia media. *ibid.* & seq.

Religio, & Religiosus.

- Religiosorum exercitia late

- à Chryfostomo tradun-
 tur. 15
 Religioſæ familiæ ordinem
 non tantum homo, ſed
 Deus monſtravit. 21
 Religioſi antiqui veſtiti
 ſomno indulgebant. 29.
 & quare. ibid.
 Religioſorum opera pro-
 pria quænam. 137
 Religioſi vita, quæ. 157
 Religio Societatis Ieſu nul-
 lum otioſum eſſe permit-
 tit. ibid.
 Ad religionem quare voca-
 ti. 162
 Religionum mos de ſilentio
 poſt prandium ſeruando.
 182
 Religionum mater B. Ma-
 ria. 204
 Religioſi in opere exteri-
 ori quomodo ſe debeant
 gerere. 251. & ſeq. & 255.
 & ſeq.
 Religioſorum opera quare
 ſuauius ſiant. 326
 Religio eſt mater noſtra.
 457. & ſeq.
 Religioſi iuniores quid erga
 Præfectum ſpiritus factu-
 ri. 544. & ſeq.
 Religioſi quas capiant uti-
 litates ex Præfecti con-
 uentione. 545. & ſeq.
 Religioſi qui, & quare cre-
 brioſo domo exire de-
 beant. 552
 Religioſi vt domo exeant,
 quænam cauſæ. 553. &
 ſeq.
- Religioſo conſalutationes
 etiam licitæ vitandæ,
 quare. 555. Quæ mala
 afferant Patris Gundifal-
 ui Sylueria teſtimonio
 comprobatur. 557 & ſeq.
 Religioſi conuiuia apud
 ſeculares deuitent. 567.
 Quæ admittenda. ibid. &
 ſeq. Quæ verò fugienda.
 573. & ſeq. Vide *Couinia*.
 Religioſos decent honeſtæ
 recreationes. 585. & ſeq.
 Vide *Recreatio*.
 Religioſorum occupationes
 quas poſſint videre ſecu-
 lares. 595. Quas verò
 non. 597. & ſeq.
 Religioſis in recreatione
 licet deambulatio. 599.
 Item colloquio. 601 In-
 ſuper & ludus. 603
 Religioſi Societatis Ieſu,
 quæ in vnoquoque an-
 no præſtare ſoleant. 609.
 & ſeq.
 Religioſus mortuus mun-
 do. 639
 Religioſa profeſſio quaſi al-
 ter baptiſmus. 642
 Religioſi tepidi & mali vul-
 pi ſimiles. 643
 Religioſi vites. ibid. & ſeq.
 Religio vinea. 663. eius per-
 ſectio. 655. & ſeq. eius fi-
 nis. ibid. & ſeq. Media.
 656. Opus 657. & ſeq.
 Murus 659. & ſeq. Mun-
 dicius. 660. Impedimenta
 tollenda. ibid. Surculi ele-
 cti & optimi. 661. Turris
 Fff cius

- eius. 663. Torcular mortificationis. 664. locus plantationis. 665
- Religiosorum Societatis Iesu quanta debeat esse perfectio. 660. & seq.
- Religiosi ad quid vocati. 689
- Religioni graue malū more secularium rerum publicarum gubernari. 722
- Religiosus status veluti contractus quidam. 723
- Religionum mos solemniter tyronibus magistrum præficere. 751
- Religionum aliquarū mos manifestandi suas conscientias prælatis. ibid.
- Religio correctionis est locus. 795. 803
- Religiosorum finis. 801. cum assequendi facilis modus. ibid.
- Religio mare bonorū mortuos peccatis, & in eis perseuerantes à se eicit. 804
- Religiosus lucerna à Domino accensa ad illuminationem aliorum. Eius lux vita & conuersatio. 884
- Religiosus Sol in mundo futurus. 886
- Religio cœlestis patrię quędam imago. 962
- Religionem esse matrem ostenditur. 964
- Religiosis cum secularibus quando habenda colloquia, & qualia futura. 980.
- Religionis bona & mala quare tegenda secularibus. 981. & seq.
- Religiosi curaturi vt seculares eos tanquam viros spirituales aspiciant. 985
- Religionem ad quid amplexi. 988. 990. 992
- Religionis robur à disciplina regulari pendet. 993
- Religiosæ actiones ritè præstandæ quæ 994. earum perfectio consistit Primò, in intentione. ibid. Secundò, in tempore. 997. Tertiò, in modo; & quid ille sit. ibid. Media ad earum pulchritudinem captandam. 999. & seq.
- Religioni qui vtilis, qui vtilissimi. 1000. & seq.
- Religiosi quomodo aliis bono exemplo prælucebunt. 1004. & seq.
- Religiosi res ad vsum concessas conseruare debent. 1009. Nec sunt facilè pro aliis melioribus commutandæ 1010. Media ad id. 1011. & seq.
- Religiosorum quorundam intolerabilis abusus. 1009
- Religiosi laici maximè honorandi. 1036. Comparantur pedibus. ibid.
- Religiosa familia vnum est corpus. 1037
- Religiosa vita via plena, sed suis etiam periculis obnoxia. 1053

Remissio post medium.

Remissio post prandium as-
sumenda. 181

Remissionis huius in reli-
gionibus mos laudandus.
182

In remissione hac bini vel
terni nõ coeant 183. Quæ
mala ex hoc cõgressu sub-
orientur. ibid.

Remissionis vsus in Socie-
tate Iesu ibid. & seq. Quæ
bona ex illo proueniant.
184

Remissio post prandium, &
illius modus ex Patribus
commendatur. ibid.

Remissionis seruandæ ratio.
ibid. & seq.

In remissione quid loquen-
dum, quid verò tacen-
dum. 186. & seq. vsque ad
190

In remissione quomodo re-
ligiosi se debeant gerere.
190

In remissione hac quid fu-
giendum. ibid.

Remissione finita statim si-
lendum. ibid. & Christus
in Ecclesia inuisendus. 191

Vide *Recreatio.*

Renouatio.

Renouatio spiritalis multo-
rum bonorum exordium.
628. Se aquilæ renouanti
assimilatur. ibid. & seq.

Renouatione egent omnia,
quæ in hac vita mortali
sunt. 630

Renouatio stabilitatem pa-
rit. 637. Quomodo eam
pariat. ibid. & seq.

Renouatio quo tempore fa-
cienda. 638. & seq. Qui-
bus ille constare debeat.
640. Illius subiectû mens
nostra, auctor S. Spiritus,
forma Christi perfectior
imitatio. 641

Tres vt minimum dies ad
illam assumendi. ibid.
Quæ in his præstanda.
642. Quæ legenda. 645. &
seq. Quæ offerenda sacri-
ficia. 647. & seq.

Renouationis die primo
quæ poterunt meditari.
657. & seq.

Renouationis dies secundus
in quibus conterendus.
666. & seq. Confessio ge-
neralis facienda. 693

Renouationis tertius dies
in quibus infumendus.
759. Proponenda vitæ
emendatio. ibid. Quale
hoc futurum proposi-
tû. 760. Considerandi o-
mnium operum defectus.
ibid. Feruor excitandus,
releganda ignauia. ibid.
& seq.

Resignatio in Dei voluntate.

Resignatio in Dei volunta-
te describitur. 900. Eam
perfectè habuit B. Virgo
901. Paulus ibid. Nobis
ad eorum imitationem
amplectenda. ibid. Sic
FFF 2 nos

I N D E X

- nos luerabimur , & in melius mutabitur ibidem. explicatur ex Seneca ibid. & seq. Davidis & Iobi ad id exempla. 902.
- Hac via à Deo suscipimur, & tuemur ibid.
- Resignatio perfecta , & vera in duobus consistit. 905.
- Primum describitur. ib. d.
- Secundum. 906. Media ad illam. Primum, cognoscendum Deum esse Dominum tuum. Secundum, esse opus maxime meritorium. Tertium, exercere se frequenter in hoc affectu. 908
- Reuerentia.*
- Reuerentia exterior in celebratione Missæ necessaria 103. Quid illa sit. ibid.
- Requiritur etiam interior reuerentia: & quid illa sit. 106
- Quæ considerationes ad reuerentiam moueant 108. & seq.
- Reuerentia & amor in Prælato non opponuntur 918
- Reuerentia debetur Prælati, ex Bernardo. ibid. & seq. Ratio debiti. 920
- Reuerentiam maioribus negantes à Deo grauius multati. ibid. Illi deditos Christi imitatio condecorat. ibid. & seq.
- Reuerentia præstanda superioribus interiorius 921 exteriorius. 922 Modus habendus, qui. 923. Media ad illam consequendam, 924
- Reuerentia exemplum ex Climaco. ibid.
- Rosarium B. Virginis.*
- Vide *Corona, Psalterium.*
- S.
- Sancti.*
- S**imul atque à somno surgimus sancti Patroni inuocandi 29. Item ante celebrationem, & auditionem in Missæ. 31
- Viri sancti sunt pingues terræ. 115
- Sanctus anni, & mensis patronus vt inuocetur, orationes. 32
- Sancti nostras orationes ad eos fufas in Deo vident. 228
- Sancti sunt aduocati nostri. 240
- Sancti singulis diebus inuocandi. ibid. & per hebdomadam, & quo ordine. ibid. & seq.
- Sanctorum inuocatio quam afferat vtilitatem. 242
- Sanctorum interuentu nobis Deus sua dona largitur. 243
- Sanctorum inuocatio dupliciter

ter
Sanct
2
Sanct
q
nu
Sanct
tic
&
in
cie
tò
49
Sanct
ini
Hu
sue
tur
pra
Qu
61
Cum
qua
61
Sancti
62
Vide, S
Scienc
quæ
Scienc
trix
ibid
Scienc
dam
Sæcula

ter effici potest. 244. & seq.

Sancti qua serie inuocandi.
249. & seq.

Sanctus mensis patronus
qua oratione ante som-
num inuocandus. 319

Sanctus mensis patronus ini-
tio mensis eligendus. 493.
& quomodo. ibid. Quid
in illius honorem effi-
ciendum. 494. Quid ve-
rò ab illo petendum.

495

Sanctus anni patronus eius
initio eligendus. 610.

Huius electionis con-
suetudo in quo funde-
tur. 611. Quid erga nos
præstet. ibid. & 613.

Quomodo honorandus.
614

Cum sanctis conversari
quæ pariat commoda.
616 & seq.

Sancti per caelos intellecti.
626

Scientia.

Vide, *Studia literarum.*

Scientia simul cum virtute
quærenda. 146. & seq.

Scientia humana est mere-
trix, virtus verò sponsa.
ibid.

Scientia absque virtute
damnabilis. 148

Sacularia negotia.

Sacularia negotia tractare

næum inurit religioni.
554. Multa alia inuehit
detrimenta. ibid. id etiam

Patris Sylueria testimo-
nio declaratur. 557. & seq.

Sæcularia negotia fugere
quas inducat utilitates.
561

Saculum.

Sæculi conuersationem te-
nentur religiosi deuotare.
562

Sæcularibus non manife-
standa bona, siue mala,
siue indifferentia religio-
nis. 981. Rationes. 982. &
sequen.

Cum sæcularibus quæ mis-
cenda colloquia, & quan-
do. 980. & seq.

Sæculares intra claustra in-
teriora, vel cellas non ad-
mittendi. 983

Cum sæcularibus qualiter
de nostra vocatione age-
mus. 984

Sæculares omnes suam ha-
bent moleſtiam. 991

Scrupuli.

Scrupulis tacti quomodo se
habere debeant. 197. &
seq.

Segnities.

Segnities mala multa parit
689

I N D E X

- Senex.*
 Senex fatuus quis. 691
 Senis cuiusdam casus. 755.
- Silentium.*
 Silentium post prandium
 obseruandum. 181
- Societas.*
 Societas appetēda quæ. 735
 Societatis comoda. ibid.
 Societatis Iesu mos corri-
 gendi defectus. 795
 Societatis Iesu quilibet præ-
 lato defectus aliorum co-
 gnitos aperire potest. 797
 Ratio huius dicti. ibid.
 Non repugnat Buange-
 lio. 798
 Societatis qua tenemur, mo-
 res facile imbibimus. 877
 Societas imperfectorum se-
 dulè fugienda, ne mali
 sc̄sim fiamus. 1053 & seq.
 Societas bonorum quæren-
 da, & sectāda. 1045. & seq.
- Socordia.*
 Socordia in surgendo à le-
 ctulo sponsum fugat. 25.
 Socordia & tepiditas ora-
 tionis tēpore cauenda. 46
- Somnus, & ad illum
 spectantia.*
 Somni derelictio primum
- diei opus, vt Deo vacem-
 mus. 24
 Andiro signo sine vlla mora
 à lecto surgendum. 25
 Diligens à somno surrectio
 principium est commu-
 niter sensibilis deuotio-
 nis diei. 26
 Statim ac expurgiscimur,
 crucis signo nos muniam-
 mus. ibid. Tunc diei pri-
 mitiæ Deo consecrandæ.
 27. Nec non omnis inua-
 nis cogitatio reiicienda,
 & sancta concipienda. 28
 Cùm surgimus, quomodo
 nobis vestes coaptandæ.
 ibid. Adoranda sancta
 Trinitas, inuocanda B.
 Virgo. Angelus custos,
 sancti per annum, &
 mensē patroni, & ad
 singula orationes appo-
 sitissimæ. 29 & seq.
 Relicto lectulo, nostri Deo
 facienda oblatio. 34
 Somnus quo sine capien-
 dus. 317
 Somni tempore quæ ora-
 tiones recitandæ. 318. &
 seq. Ante cubitum quid
 faciendum 320. In lectu-
 lo quid. ibid.
 Somnus qualis esse debeat.
 322
- Spectacula.*
 Spectaculis interesse reli-
 giosos scandalum parit.
 603

*Spiritalis vir, & vita
Spiritalis.*

- Spiritalis vita est Dei gratia. 7
 Spiritalis viri munus late explicatur. 7
 Spiritalis vitæ actiones à virtute proueniūt. 8. Aliæ dicuntur elicite ab ipsa virtute, aliæ importatæ, & vitrarumque natura exponitur. ibid.
 Spiritalis vita multas habet ambiguitates. 512
 Spiritali viro quid præstandum, vt semper proficiat. 625
 Spiritalium virorum & carnalium discrimen. 707
 Spiritalis viri conscientia piscinæ pellucidæ & perspicuæ similatur. ibid.
 Spiritalis etiam vir alterius indiget consilio ad progressus in virtute faciendos. 715. Ostenditur exemplo B. Dorothei. 716
 Spiritalis vir incætor. 734

Status mutatio.

- Status mutatio quid in nobis exigit. 162

Studia litterarum.

- Studium litterarum propria cellæ occupatio. 141
 Studiis vacantes quatuor personarum gradus. 142

Studium litterarum rectam exigit intentionem. 143

Studium quem sibi requirat finem. ibid.

In studio litterarum intentione mala omnibus nequior. 144

Studium litterarum curiositatem effugiat. 145

Studium cum virtute iungendum. 146. & seq.

In studio vtilia addiscenda. 148

Ad studium inchoandum orationes. 151

Studium quodnam sit Deo gratissimum. 152

Studendi modus. 153

Studium aliqua breui oratione ad Deum interrumpendum. ibid.

Studiis litterarum non nimis adhærendum. ibid.

In studio humilitas capefenda. 155

Studium aliquo externo opere interrumpendum. 727

Subditi.

Subditi quæ Absaloni pareres. 947

Subditorum querelæ varix de prælati dissoluantur. 940 & seq.

Subditi boni quomodo se gerere debeant erga Prælatorum defectus. 946

& seq. imitentur bonos

FFFF 4 Nos

I N D E X

- Noë filios. 974
 Subditorum duo genera, imperfectorum & perfectorum: neutrum tamen prælatum temerè iudicare debet. 955 Valde periculofum id. 956

Superbia.

- Superbia inter condiscipulos vitanda. 195
 Superbiæ radix vnde provenit prælatos patienter non ferre. 939
 Superbiæ cedere grauis error. 945

Superior.

- Vide *Prælatos*.
 Superior magni faciat exhortationes spirituales ad fratres. 466
 Superior exhortationis munus non cui libet demandet. 467

T.

Talentum.

Virtus est talentum.

Templum.

Templum Dei spiritale sumus. 872. Quibus deturpetur, & polluatur. ibid.

Templum Dei quisque nostrum, in quo honorari vult Deus. 875

Tempus.

Tempus ad orationē aptum matutinum: & quare.

39

Tempus iniuendæ Eucharistiæ quale. 250

Tempus examinandæ conscientiæ. 293

Tempore suo Deus omnia fecit. 996

Tempore suo singula bona opera præstanda. 997

Temporis opportunitas rebus omnibus necessaria. ibid.

Tempore nil pretiosius. 162

Tentatio, & Tentatus.

Tentationes Prælato manifestandæ vt superentur. 258

Tepiditas, Tepidus.

Tepiditas pestis. 761

Tepidi animi pericula.

771

Tepidus virtutem minimè consequitur. 773

Tepidorum misceria. 774

Timor.

Timor multiplex explicatur.

tur.

860

Timor filialis charitatis comes perpetuus. 867. Est sanctus, & permanens in sæculum sæculi. ibid. Est proprius sanctorum. ibidem. Est ipsa Sapientia. 862. Declaratur variis cõparationibus. ibid. Prima Virginis. ibidem. Secunda hominis ditissimi. 863. Tertia filij dilecti à patre, diligentisque patrem. 865. Est perfectæ charitatis filius ex Cassiano. ibidem. Difert multum à naturali timore. 867. Generat patientiam inuictam ex Lactantio. ibidem. Bona multa parit. 868. Media tria ad illum generandum, custodiendum, & augendum. ibidem. & seq.

Tribulatio.

Tribulationes cum adfunt qualiter nos habere debeamus. 1098. & seq.

Trinitas.

Ante celebrationem Missæ, vel illius auditionem, SS. Trinitas innocanda. 30

Item dum vestibus induimur, & ad id oratio. 29

V.

Vana gloria.

V Idè Inanis gloria.

Verbum.

Verbum otiosum frequens extra cellam. 136
Verbum quomodo examinanda. 300

Vestis.

Vestes quomodo sumendæ, cum à somno surgimus. 28. & seq.
Vestes sacerdotales reuerenter sumendæ. 102.
Quid illæ significant. ibid.
Vestes semper mundæ sint. 1012

Virtus, & ad illam pertinentis.

Virtutes infusæ non comparantur nostris actibus, sed à Deo simul cum gratia donantur. 5
Virtutes infusæ, & acquisitæ, & animam exornant, & initia sunt bonarum actionum. ibid. latius declaratur.
Virtus Dei imitatio est. 6
Virtute præditus, sine actione, similis lanceæ plumbeæ. 7

FFFF 5 Vir

I N D E X

- Virtutis conseruatio opus
est virtutis. ibid.
- Virtus igni similis. ibidem.
- Eriam talento. ibid.
- In virtutis actione tria con-
siderantur. 1. Operis sub-
stantia. 2. Ordo. 3. Mo-
dus. 8. Quid substantia.
ibid. Quid ordo. 11. Quid
modus. 13. Substantia
actionis virtutis est ope-
ra ex se esse rationi, &
diuinæ voluntati con-
sona, vel non aduersa.
8. Sine ordine nulla re-
cta disciplina. 11. Virtu-
tis opera vitiantur. 12.
Ordo ad operum bonita-
tem iuuat. ibid. Cum or-
dine operari est valde
pulchrum. 13. Ordo gem-
mis dispositis in monili
confertur. ibidem. Item
iuncturæ femorum spon-
sæ. 12. Propter ordinem
appellantur creaturæ val-
de bonæ. 13. Modus ope-
ris virtuosi est optima
faciendi ratio. ibid. Illum
exigit Dominus, & præ-
cipit ibid. Diligenter in
omni recta actione quæ-
rendus 14. Si modus de-
sit, actio bona fit mala.
ibid. Perfectè citharizan-
ti modus componitur.
ibid. Consistit in debi-
tis operum circumstan-
tiis. 13. Modus in ope-
ribus religiosæ vitæ sa-
tis est incognitus, sub-
stantia verò & ordo val-
de conspicua. 21. Sine co-
gnitione modi operum
nō habetur perfecta vir-
tutum scientia. ibid. Mo-
dus hic idem quod deco-
rum. 22. Sine hoc spiri-
tualium operum modo
perfecti esse non possu-
mus. 23. Modus est du-
plex: alter generalis, alter
verò specialis. Ille per to-
tam vitam spiritualem
vagatur: iste per singula
quæque opera. ibid. Pro-
fectus noster in modo
est. ibid. Optimus cuius-
que rei modus ex mini-
mis pendet. 24
- Quæ virtutes in Missa 2
Deo petendæ 95. & seq.
- Virtus cum sciētia iungen-
da. 146. & seq.
- Virtus vera est vita. 399
- Virtutis via multas habet
difficultates. 512
- Virtutis iter longum pera-
gitur semper operando.
608
- Virtus secundum naturam.
625
- Virtus perfecta admodum
difficilis 727. Eius ele-
gans hieroglyphicum.
ibid.
- Ad virtutem utile seipsum
accusare, ex Philosophis.
747
- Virtutis pulchritudo. 772
- Virtutis lauitas. 773
- Virtutes nostræ Sanctorum
virtu

- virtutibus comparata de-
crescunt. 774
Virtutes, excepta charita-
te, medium & modum
habent. 856
Virtutes vsu crescunt, de-
crescunt temporales di-
uitiæ. 972

Vita.

- Vita spiritualis est Dei gra-
tia. 3
Vita nostra Christus est. 397
Vita vera est virtus. 399.
& virtutis actiones. 400
Vitam naturalem adauget
Eucharistia suscepta. 402
Vita æterna Eucharistiam
sumentis promittitur. 415
Vita æterna est veluti con-
uiuium. 417. & seq.
Vita nostra terminis in-
clusa, & mensurabilis. 607
Vita religiosa perfectior
pars vitæ Christianæ. 609
Vitæ mortalis proprium ad
interitum ruere. 626
Vita vinea dicta à Bernar-
do. 762
Vitæ tempus breue, & in-
certum. 766
Vita religiosa sanctissima.
& iucundissima. 1027

Vitium.

- Vitium contra naturam. 625
Vitium instabilitatis dam-
nationis origo. 637

Vocatio.

- Vocatio religiosa est quæ-
dam ablactatio. 619.
Dies natalis. 620
Vocatio religiosa benefi-
cium ingens. 621. 966
Vocationis æstimatio vti-
lissima. 649. Vnde com-
parari possit. 651. & seq.

Votum Religiosorum.

- Votum renouatio bis in
anno Societati Iesv
familiaris. 624. Eius ne-
cessitas. ibid & seq. Cau-
sæ aliæ huius necessita-
tis. 631. & seq.
Votum renouatione quæ
debeant præcedere, &
comitari. 780. Veloci-
ter surgendum è le-
cto. 782. Orationi con-
suetæ vacandum. 783.
Quæ in ea cogitanda.
ibidem. Amor excitan-
dus. ibidem. Suscitan-
da fiducia. ibidem. Hu-
militatis augendus af-
fectus. 785
Missæ

I N D. R E R V M.

- Missæ sacrificio deuotè
assistendum 786. Interim
medianda. *ibid.* Vota cla-
rè, distinctè, & deuotè re-
petenda. *ibid.* Magi Re-
ges imitandi. *ibid.* se-
quendæ gratiæ. 787
Votorum religiosorum o-
blatio Deo gratissima.
782. Chrysostomo. 783.
- Z.
- Zelus.*
- Z**elus ab amore proce-
dit. 870. Quid sit. *ibi.*
eius affectus duplex ex
D. Thoma. *ibid.*
- Zelum Dei quæ in nobis
excitare debent. 871
Zelus Phinees & Macha: hig
Deo placuit. *ibid.*
Zelum Christi exemplum
in nobis generat. *ibid.*
Zelo sancto Sancti omnes
affecti. 872. eos describe
Chrysostomus. *ibid.*
Zelum gloriæ Dei qualiter
exercere debeamus. 873.
Zeli rectus ordo ex Lauren-
tio Iustiniano. *ibid.* & seq.
Zelus Eliæ imitandus. 874
Zelus honoris Dei habenti
vtilissimum. 876. Mediâ
ad illum consequendam.
877. est, & vocatur do-
num Dei in Scripturâ. *ibi.*

F I N I S



nobis
871
a: hig
ibid.
plum
ibid.
omnes
scribic
ibid.
aliter
873
uren-
& seq.
874
benti
Media
dam.
r do-
a. ibi

